


4074. m. equinista
20.5.11.



26.a. S. 11.

122

IN
CIVIL CAESARIS

COMMENTARIOS

Dele fmg² de llo de l'any 1885

Notae,
Adnotationes,
Commentarii

ORHELLIGANI A.D.
GLAREANI A.L.
GLANDORII A.L.
CAMERARII A.D.
BRVTI
MANVTII

SAMBUCI
VRSINI
CIACCONII
HOTMANI A.D.
BRANTII.

NOMENCLATOR GEOGRAPHICVS PRÆ-
terea duplex; e quibus alter R. Marliani.


Quæ latius altera a præfatione pagina exhibet.

*Ex commissione Officij
Inquisitionis libris istis copur-
gatus est ad præscriptum
et copuratus in his formis.
Granata anno 1702*



ANNO MDCCLVI.

7 400 40
Sallia
MADE IN SPAIN



4074 m^o equina
20.5.11.

IN
C. IVL. CÆSARIS

COMMENTARIOS

Dele fmg^o de llo de Granada 186

Notæ,
Adnotationes,
Commentarii

ORHELLICANI *d. d.*
GLAREANI *d. d.*
GLANDORPII *d. d.*
CAMERARII *d. d.*
BRVTI
MANVTII

SAMBVCI
VRSINI
CIACCONII
HOTMANI *d. d.*
BRANTII

NOMENCLATOR GEOGRAPHICVS PRÆ-
terea duplex; e quibus alter R. Marliani.


Quæ latius altera a præfatione pagina exhibet.

*Ex commissione Officij S^{te}
Inquisitionis Libris h^{is} expur-
gatis est ad præscriptis Indi-
cis expurgatorij h^{is} sumi.
Granata anno 1709*




ANNO MDCCLVI.

26. a. S. 11.



GRANADA
A
22
72



NON mirum facio, mi lector, mirari me si dicam, quo modo tibi omnes, qui hactenus prodire in CÆSAREM Commentaria, nunc repræsentrare potuerim. Ea scilicet temporis breuitas nobis relicta fuit ad istam rem, cui fortuna tam benedixit tamen, ut quosdam ad eos adgregauerit nonnos. Cum æstate enim iam adultâ res fuit cœpta, & nos minime præsi ac parati, quum adgrederentur opera. Fuere pleraque ex diuersis terrarum locis petenda, quod certe spisse conspici debuit;

—επειὴ μάλα πολλά μεταξὺ

ὄρεα τ' ἠχήμετα ἔυληντες ἐναυλοί.

Et vix versabat ita dolium suum aliquando ille, qui se νοσοπόλιτην ferebat, atq; nos hæc cura sub pectore fixa. Frustra nihilominus valde fuisset, nisi operam a se dare voluissent amicabilem viri ampliss. ac clariss. mihi, licet nondum vlla re promerito, amici & fauentes. Illi consilium meum probando ac iuando, bonum factum censuere, Commētatores ita uno iungi fasce, præsertim quum quidam in paucorum scriniis superessent; ea ratione comparationem facilem inter eos posse institui, quid alter ab altero deriuasset, quid de suo cõtulisset: quod Cæsari intelligendo & illustrando non parum futurum fore. Lubentissimo itaq; animo hoc faciamus, quod benignû & plenum ingenui pudoris arbitratur ille, fatebimur nimirum, per quos profecimus, imo profecimus nostrum institutum; quo simul & pareat, quam editionem in singulorum Adnotationibus simus sequuti. Quod maxime quidem mihi faciendum est, ubi nempe & meum ferrû in igne est. Scilicet ne nostris adnumerentur & alienæ culpæ; quo pacto immanis forte numerus futurus foret, & quem nos præstare solos debere, ne quidem ab iniquissimo iudice speraremus. Agmen itaq; hoc laudabile ducere RHELICANVM sui, quum mihi de priorè, qui seris in Cæsarem commentatus esset, nil constaret, certe antiquiorem non haberem. Quamuis de priorè statu quæstionem et mouere posse videatur GLAREANVS. Editæ enim sunt Rhellicani Adnotationes Basilea per Hieron. Curionem anno MDXLIII. Sed Glareani ante Friburgi Brisgoia MDXXXVIII, si non fallit titulus. & ipsa Glareani præfatio, quam suis Adnotationibus præfixit ad Guid. Prosperum, eundem annum sane subnotatum habet, nec Glareanus quidem Rhellicani meminit vsquam. Rhellicanus tamen in sua præfatione, quam ad amicos quosdam scripsit, anno MDXL, se primû testatur, qui in Cæsarem cōmentari cœperit, aliosq; hortatur, ut pariter Cæsari factû velint. Quod, ait, & propemodû futurû spero. Etenim audio apud D. Henrichum Glareanû poetam ac Heluetium, ac virû de meliorib. literis optime meritum commētationes in eundē Cæsare aliquot annos delitescere. Quas si hisce meis quâlibet inconditis, vt publicetur extorsero, an nō satis

magnam studiosi hinc emolumentum capient? Adeo ut mihi non verisimile videatur, Rhellicanum, si popularis sui Comm. iam tum publicati essent, id latuisse. Rhellicanum sane longe ante Glareanum id consilii cepisse autumo. At enim extremis Adnotationibus ad l. r. de bel. Gall. se primam hanc foeturam Bernensibus discipulis dictasse anno MDXXIX. Vt sit, non ita de loco certaturos reor hos Helvetiæ civitatis ambos viros, si reuiscerent, ac de ~~rebus~~, ~~rebus~~, ~~rebus~~. Opera, quam vterq. laudabile sua civitatis olim hosti formidabili quamvis nauarunt. Sed ne abeam longius. Illa ergo RHELICANI Adnotationes Basileæ prodierunt, ut dixi, anno MDXLIII, nec iteratas credo. Inde & nos edimus. Librum suum concessit ampliss. Bongarsius, numquam sine laude loquendus. Mendosissima vera ea editio prima, & cuius pagellarum numerum superat ἡ τῶν σφαλμάτων, qua manifestaria eiecti. GLAREANI editio repetita sapius fuit. Nos abusi sumus CL. Gruteri codice, ubi istæ Adnotationes diligenter ab autore reuiscæ & auctæ prescribentur, cusa Friburgi Brisgoiæ apud Steph. Melechum Grauium anno MDXLIV. GLANDORPIVS Lipsiæ tantum editus est, & excudebat Andr. Schneider typis Vægelianis MDLXXIV, curante doctissimo R. Reineccio. Librum suum e patria misit frater meus chariss. Casp. Iungermanus. Et hæc, quod miratus non immerito sum, & Glareani, vitia a typographorum pueris ostentabat adhuc innumera. Io. CAMERARII, τοῦ μακαροῦ τῆς μητροπόλεως, quedam a CL. Consobrinio meo Lud. Camerario ad me transmissa, ibi prefatus sum. VARIARVM LECTIONVM libellus sumptus a me est ex Casare, quem publicauit ille vere regius typographus Chr. Plantinus MDLXXIV. BRVTI autem esse non dubitauimus, quum editio ista a fronte promitteret ipsius Scholia, quadamque in iis de auctore suo testari viderentur, ut nihil dicam, quod eius nomine alii laudent: licet ipse nullam libelli mentionem in prefatione faciat, nec isti nomen ipsius in ea editione sit prescriptum. Sed quod hic admonendum est, ubi Codices refert, e quibus Varias lectiones congescit, inter alia sic est: F. impressus LX abhinc anno Florentiæ. Sic & Ciacconium laudare alicubi illum librum memini. Sed qui sciatur lector, quando Brutus sua ediderit? Accepi itaque illum codicem editum esse anno MDXII. A. MANVTII Scholia ex eadem Plantiniana editione anni MDLXXIV datus, quam Cl. Marnius ad nos misit. Manutii prefatio ad Hier. Matthæum Romanum erat scripta anno MDLXX. Ex eadem, cuius memini, editione promimus & Io. SAMBUCI lectiones & Spicilegia. Sequuntur eximia eximia VRSINI & CIACCONII Notæ, quas auctoribus vindicasse suis utrasque politiss. & doctiss. Brantius ad suas profitetur. Ciacconiana antea confusæ fuerunt Vrsinianis; (sicut & A. Augustini, Octau. Pantagathi, Gabr. Faerni, M. A. Mureti, Latini Latinii, quod ipse testatus est Fuluius) quas cum Fragmentis vet. historicorum A. Augustini in lucem extulit Vrsinus. Attulit vero illas Ciacconianas Roma CL. Andr. Schottus, (ut ab eodem Brantia discimus) easque annus iam est, quod ad Marnium misit. Eas ordine suo reliquorum sequi iussimus utrasque; quod imprudenter factum deprehendimus vix ante octiduum demum, quum elegantissimus

Brantius

Brantius (cuius Notæ superioribus nundinis Marnius accepit) ad nos scripsit, se velle cum suis coniungi. Quod libenter fecissemus, si non postquam τὸ γερωνὸς ἐν ἀλλοῦς ἔχειν poterat, cognouissemus. Ciacconii vita ab eodē Schotto est, cui viro in proferendis doctorū scriptis animus indefessus viget, καὶ ὅς μὲν ἔμπροσθεν ἐστὶν; & porro sit, voeuemus. De HOTMANI vero Notis renouatis, quid dicam? ediderunt illas Geneuenses nuper cum omnibus istius præstantiss. viri scriptis. Sed profecto vitiosissime, adeo ut in ista sentina exantlanda nobis laborandum fuerit plus satis. Vix comprimimus, quæ iusta indignatio nobis hic exprimit de typographiæ hodierno statu. Viderint tandem quibus hoc in manu, ne Resp. litteraria detrimentum capiat. In illis igitur Notis addidimus præfationem Hotmanæ, quæ in prioribus editionibus ante ea, quæ ex Antonini Itinerario excerpserat, erat posita, quum causam non videremus cur ommitteretur. Eius vero Notas istas, quas inuidebat inepta quorundam malevolentia, Cl. Gruterus nobis procurauit. Calumniam mox deprecamur in Figuris, quas sculptor præfestinantia non vsquequaq. expressit recte. Scilicet ἡ ἡρώδων ἀναλαθῆς. Nos dicis causa addidimus tantum, si vis verum scire. Ita enim est, ut politissimus virorum adfirmavit, pleræq. istæ delineationes a Cæsaris verbis descendunt; & facile quilibet, ait idem, qui non solas litteras sapiat, mentem Cæsaris ex ipsius verbis comprehendet. Subiecimus tum de ponte illo Ἰσθμοῦ, Incundi, Scaligeri, Magii, Turnebi Commentationes, quod illa pagella alias vacarent. Cupiebamus quidem & aliorum, ut Cardani, L. Bapt. Alberti, Budei, Buteonis in primis; sed ea tam breui nancisci non potuimus. τὸ ἡ πέζομεν οἷα πέρεσι. I. Lipsius, τὴν τὸ Καλλιόπας γλυκερὸν εἶμα, ob cuius obitum Musæ ἀλῆνα νύ συνάχσων, & luctu stat mutus Apollo, ut alia multa illustravit, ita & istum pontem eximie, ut ceteros, qui hic sategerunt, de pontanos facere videri queat. Verum istos Musæos libros, quamuis horrentia Martis Arma canant, eum, quicumq. Cæsare recte intelligere multis locis vult, adire sepius ipsos numquam pudebit, neque pigebit. De BRANTII notis non opus nos dicere, dicit ipse, dicit & opus. τὸ αὐτὸ βοῶ. opus nimirum edematum, & quod impolitiam nescit. De meis, quæ tum sequuntur, minutis, abesse forte poterant. Sed quoniam viri hodie, uti qui vniquam optimo iure, in Rep. litteraria principes volebant, ut ex ms. ipsa etiam litura adnotarentur, & quotiescumque a vulgata abiret Interpret, stultam clementiam putavi, peritura occurrere chartæ. Quamuis alterum dumtaxat vix recte præstiterim, ut scilicet subitanæ operam ponere in enotandis iis, quæ eadem, ut videbatur, manu in ms. qua ad oram, qua in contextum ipsum erant adscripta, rescripta & emendata. Alterum quæ spectant,

— hæc ipse equidem spatiis exclusus iniquis


Præterii, atque aliis cedens memoranda reliqui.

ἐχ' ἑδράς ἡδ' ἔργον, ἔδ' ἀμφοτέρως, ὡς ὁ Κεῖ. Testatus hoc fui infra ad Notulas ipsas. Cogitavi quidem & de Collectaneis e Criticorum libris ad totum Cæsarem faciendis, ubi dædalam illam Lampada, quæ Gruteri τῆ παύσ comitate hodie ardet, multa mihi suppeditare videbam, sed vix tam suscepti eam cogitationem, atque decessi, pro-

pter aliarum occupationum varietatem, quodque non agerem apud Βελιόθηνα mea.
 Et forte etiam actum egissem, ut iam video, post eruditiss. Brantium. Subiecimus
 deinde MARLIANI sepius edita χωρογεαφικὰ, quod & Cl. Hotmano placuisse vi-
 demus. Et ea quidem ex editione Plantiniana, quam me aliquoties iam nominasse
 commemini. Optarem us ea, ut primum fuere edita. Nam interpolata esse hæc, non
 raro deprehendas, vel ubi Glareanus laudatur. Huic nouissimus ille & eximius
 est NOMENCLATOR Geographicus, quem olim ex Orteliano thesauro excerptum
 Raphaelengius edidit iam denuo hoc ipso anno; ceterum refectum eum ab illustri manu.
 Alios Indices, siue Celticos, siue Hispanicos, siue ab alia lingua, omisimus, non tam
 quod nundina superuenerant, iubebantque hand operam celocem (ut Plautinum io-
 cum serio usurpemus) dare, non corbitam, ne opus moraremur amplius; quam quod
 ad manus non esset emendatum exemplar, egoque in peregrinarum istarum cognitio-
 nem nondum penstrassem. Sane exemplaris vitiositas fere & Marlianum abiicere
 subegit. Hæc itaque sunt, quæ in hoc syntagmate tibi damus, quæque sigillatim,
 ut quo quæras quodque loco, tibi in promptu sit, postquam ea quæ restant sum præfa-
 tus, subiungemus. In his omnibus vero, quantum per tenuitatem ingenii potuit,
 quod præstiterim, absq; inuidia credo dicere iam licebit. Quis enim tædiis nostris in-
 uideat? Sustuli inter corrigendū ex prioribus istis, cūsis inquam, erratorum me hercu-
 le aceruos, quæ suo se fere iudicio prædebant ac peribant non secus ac foricem aiunt. Ira-
 tis semper utar Musis, nisi tibi struices possem concinnare hic amplas, quæ utrasque
 occuparent paginas. Nec id absque exemplo. Fecerunt id ante me doctissimi & ad be-
 ne de Rep. litteraria promerendum exercitatisimi viri. Credo, an tandem respiscere
 uellent Paratypota quidam, propter quos typographia hautquaquam ἡδύτατη καὶ πρῶ-
 τὰ μὲν male audit, librorumque corruptrix, quam bono tamen litterarum natam
 constat. Sed mihi nec vacat, nec lubet reponere hic ista. Patebit cuique, qui conferre
 uolet. Possem & monere de quibusdam, quæ adhuc in mendo cubant; sed hoc esset ad-
 notationum scribere adnotationes. Noluī certe temere quid ἐντὸς τῶν ἡμετέρων τυπογεα-
 φικῶν tentare, & odi in alieno libro esse male ingeniosus. In Ciaccianis, ubi Gra-
 ca, Strabonis præsertim uerba, crebro adferuntur, quod descripta pessime erant, inter-
 dum coactus fui sinere ut erant. μαιτῶν mihi nullum in proximo, ad quod adirem;
 nec Strabo, uel alii libri tales mihi ad manus. Ob exemplarium quoque & auctorum
 varietatem orthographia una eademque seruari non potuit. Quæ omnia ideo dico,
 ut si non rara adhuc relicta inuenias, & quæ ego peruiderim oculo conuenienti, & a
 continua intensione defesso, cogitare uelis, plus uidere oculos quam oculum; & me
 adhuc yronem esse in hac palaestra, non ueteranum, agasque mecum lege Persica, uti
 tecum agi cupias. Si scilicet τῶν κατορθωμένων numerus non superauerit, tunc facias
 quod ab minor, & tibi numquam fiat. Nil nouum peto, sed quod ante me multi. A-
 lias curauimus, ut charactere breuiore ederentur omnes istæ Notationes; quod me-
 cum uidebam sentire quosd. excimios viros, ineptum esse, si hæc pari granditate cum
 contextu imprimrentur; quod libris immanem solet adiicere molem, & fit nulla ra-
 tione bona. Vt quæ omnia essent exornatiora, & explicata magis, distincti, quacumque
 proniore

proniore littera, quam cursiuā οἱ ἀποτὶ τῆς τύπης indigetant, legi uidebantur elegā-
 tius. quæ res mihi interdū sat negotii facebat. Omnia dein accommodaui ad numeros
 capitum nostrorum, ubi demum tædium deuorandum multum fuit. In quibusdam
 tam Notula adeo erant disiectæ & confusæ, ut eas reponere in suum ordinem non
 tam in procliuī semper fuerit, quam imber est, quando pluit. Et hoc unum est quod
 ausus sum, & in quo nullam religionē mihi obistere existimaui. Nec enim quidquam
 mutauī præterea calide, ne punctulum. Connexæ enim nullæ notarum erant, uel
 quas σὺδῶστος τις iungeret. Numeros, qui te ad nostra capita ducant, ad oram
 habes positos, & eos quidem Romanos. Ad barbaricos quod attinet, qui ipsis uersiculis
 præiuncti, Indici inseruituros sperabam. Sed is nullus fieri potuit ἂν τὸ χροῖον τὰς χροῖον.

Nec te moror ulterius, mi lector, quam ut uatere & saluere iubeam, sique
 quid insubidum festinanti excidit, igno-
 scere.



ADNOTATIONVM, QVÆ HOC SYNTAGMATE COMPREHENDVNTVR.

Ioan. Rhellicani Tigurini Adnotationes & Argumenta in Cæsaris & Hirtii Commentaria; vbi primum eius præfatio in Comm. Cæsaris pag. 1.
Henrici Glareani Poetæ Laureati Adnotationes in Cæsaris Commentarios de bello Gallico & ciuili, & in reliquos tres libros Argumenta 98 & 128
Ioan. Glandorpii Monasteriensis Adnotationes & Argumenta (quæ carmine elegiaco conscripta) in Cæsaris ac Hirtii Comm. vbi primum de nomine & præstantia Cæsaris eiusque Commentariorum. 130
Ioach. Camerarii Pabepergensis Adnotationes quædam in librum II & IV de bel. Gal. & librum III de bel. ciu. 181
Ioan. Mich. Bruti Libellus Variarum lectionum [in omnes Cæsaris & Hirtii libros, præter lib. de bel. Hisp. in quo & loci plures obscuri in Cæsare explicantur] 187
Aldi Manutii Paulli F. Aldi N. Scholia in Cæsarem ac Hirtium 207
Ioan. Sambuci Lectiones & Spicilegia quædam in libros VIII de bel. Gal. I & II de bel. ciu. & lib. de bel. Alex. 229
P. Vrsini Romani Notæ in Cæsarem ac Hirtium 231
P. Ciacconii Tolertani Notæ in Cæsarem ac Hirtium; vbi primum de vita scriptisq; Ciacconii 262
Fr. Hotmani IC. Notæ renouatæ in Cæsaris Comm. de bel. Gal. vbi & ex Antonini Itinerario pars de Galliarum prouinciis & nomina regum ac principum barbarorum apud Cæs. ordine alphabetico explicata 382
Eiusdem in libros III de bel. ciu. 386
Eiusdem de aliquot rei bellicæ instrumentis obseruatio, de aggere scilicet, turribus mobilibus, testudine, musculo, vineis, pluteis, ac vallo 411
Eiusdem Figuræ pontis, bifontis, alcis, vri, murorum Gallicorum, Alesix & operum ad ipsius oppugnationem, vt aggeris & lorica, cipporum, liliorum & talearum, turris dein ad Massiliam & prehensionis 416
Ioan. Lucundi Veronensis Commentatio de ponte Cæsaris, cum eiusd. figura 419
Iul. Cæsaris Scaligeri Exercitatio super eodem ponte, ex lib. de subtilitate 420
Hier. Magii Declaratio eiusd. pontis structuræ, ex libris Miscell. 421
Adr. Turnebi explicatio pontis eiusdem, ex libr. Aduersar. 423
Eiusdem Explicatio machinarum ad Massiliam, ex libr. Aduers. 424
Ioan. Brantii Notæ Politicæ ad Cæsarem & Hirtium vbi & Sententiæ Politicæ Cæsaris 425
Eiusdem Notæ Criticæ ad Cæsarem & Hirtium 489
 Index in Notas Brantii 491
Gothofredi Iungermani Lipsiensis Notæ ad Interpretem Græcum librorum VII de bel. Gal. 525
Raym. Marliani Descriptio alphabetica veterum Gallix locorum, populorum, vrbium, montium ac fluuiorum, eorum maxime quæ apud Cæsarem sunt & Tacitum 537
Nomenclator Geographicus omnium Gallix, Germanix, & Britannix locorum, quorum apud Cæsarem fit mentio: excerptus olim ex thesauro Geogr. Ortelii, nunc auctus & emendatus. 553

IN C. IVLII CÆSARIS DICTATORIS, VIRI DISERTISSIMI, ET AVLI HIRTII, seu Oppii, Commentaria de Bello Gallico, Ciuili Pompeiano, Alexandrino, Africano, & Hispaniensi, Annotationes IO. RHELLICANI Tigurini.

IOAN. RHELLICANI TIGVRINI, IN CÆSARIS Commentaria Præfatio.



QVANDO QUIDEM in omnibus rebus & dicendis & faciendis ordine recte seruato nihil melius, & luculentius est: ne ab illo aberremus, visum est eum ordinem in hisce commentariis enarrâdis seruare, quæ Seruius inter Latinos

Grammaticos celeberrimus præscribit; nempe vt primum authoris vita, deinde operis titulus, tertio scripti qualitas, quarto authoris intentio, quinto librorum numerus (cui nos historia fructum addemus) sexto author ipse explicetur.

I Quod ad vitam Iulii Cæsaris attinet, pauca quædam ex iis prælibabimus, & congeremus, quæ Plutarchus, Suetonius Tranquillus, Eutropius, & Appianus Alexandrinus de illo memoriæ prodiderunt: potissimum tamen Tranquilli vestigiis inherentes. Is itaq; scribit, Iulium Cæsarem decimum sextum annum agentem amisisse patrem, quem tamen non nominat: matrem autem ei Aureliam fuisse nomine. Et quum Flamen Dialis designatus esset, dimissa Costutia, Cornelia Cinnæ filii Consulii filiam duxisset, ex qua Iuliam sustulerit filiam, quæ postea Pompeio Magno nupsit. Dum autem in Asia primum sub Marco Thermo prætoris militaret, ab eoque in Bithyniam missus esset: non nisi cum pudicitie suæ infamia à Nicomede rediisse fertur. In Rhodo vsus est præceptore Apellonio Molonis filio, clarissimo dicendi magistro: vnde & Cicero diuinæ suæ eloquentiæ primordia (Plutarcho testante) hausit. Fuisse traditur excelsa statura, colore candido, teretibus membris, ore paulo pleniore, nigris, vegetisq; oculis, valetudine prospera: nisi quod tempore extremo, repete animo linqui, atq; etiam per somnium exterreri solebat. Comitiali quoque morbo bis inter gerendas res correptus est. Quod maximum fortunæ applausum habuerit, vel inde constat, quod ter, nec amplius aduersum casum experius est: videlicet in Britannia, classem vi tempestatis feram absumpta; & in Gallis ad Gergouiam legione fusa; & in Germanorum fini-

bus, Titurio, & Arunculeio legatis per insidias obruncatis. De bello ciuili, quod aduersus Pompeium, & alios gessit, vbi ad tres libros ab ipso Iulio conscriptos ventum fuerit, disseremus. Nunc vero quorum ductu, & ope Gallis præfectus sit, & quid in illis gesserit, prosequemur. Et generi sui Pompeii, & Soceri L. Pisonis auxilio primum Cisalpinæ, deinde etiam Comatæ Gallix proconsulatum adeptus est. Gessit autem nouem annis (quibus in imperio fuit) hæc fere. Omnem Galliam (quæ à saltu Pyrenæo, Alpibusque, & monte Gebenna, fluminibus Rheno, & Rhodano continetur, patetque circuitu ad bis, & tricies centum millia passuum) præter socias & bene meritas ciuitates, in prouinciæ formam redegit, eiq; in singulos annos stipendii nomen imposuit. Quantum ad mores eius speciatim considerandos pertinet, adeo mirabilem se in virtutibus exhibuit, vt (quemadmodum Titus Liuius de Hannibale refert) haud immerito ex vtriusque monstrum quoddam constatum videri queat. In obeundis enim expeditionibus dubium cautiorem, an audacior fuerit. Exercitum neque per insidiosa itinera duxit vnquam, nisi perspeculatus locorum situs. Neque enim in Britanniam eum transevit, nisi ante per se, portus, navigationem, & accessum ad insulam explorasset. Ad hæc obsessio castrorum apud Germanos nuntiata, per stationes hostium, Gallico habitu ad suos penetravit. Iustitiam vsque adeo in puniendis sceleribus coluit, vt libertum amantissimum ob constupratam equitis Romani uxorem (quamuis nullo conquerente) capitali pœna affecerit. Præterea tam liberalis fuisse traditur, vt pistorum alium quam sibi panem conuiuii subicientem compedibus vinxerit. Denique amicos tanta semper facilitate, indulgentiaque tractauit, vt Caio Oppio comitanti se per syluestre iter, correptoque subita valetudine, quum ex itinere vi tempestatis, cuiuspiam pauperis tugurium intrare compulsus esset, ibique vnicum cubiculum vnius vix capax reperisset, diceret, *Ex honorifico quidem loco decedendum est potentibus, ex opportuno autem iis, qui aduersa laborant valetudine, simulque ibi requiescere iussit Oppium: ipse vero vna cum cæteris in priore tugurii parte apud fores recubuit.* Quanta vero fortitudine in bello polluerit, Suetonius ita testatur: *Quo sapius vicisset, hoc minus experiendos casus opinans: nihilque se tantum victoria acquisiturum, quan-*

rum calumnia uisere possit. Nullum unquam la-
stem fudit, quem non castris quoque exuerit: ita nul-
lum spatium perterritis dabit. Unde apparet eum
ita fuisse strenuum, ut tamen in temeritatis vitium
non caderet. Quod ad victus temperantiam atti-
net, idem Tranquillus affirmat, eum vini parcif-
simum fuisse: id quod ne inimici quidem eius ne-
gare potuerunt. Cato namque de eo dicere solitus
est, solum Cæsarem febrium ad rem. euerren-
dam accessisse. Nam circa victum eum adeo in-
differentem C. Oppius docet, ut Mediolani apud
Valerium Leonem conans, conditum oleum pro
viridi appositum, cæteris aspernantibus, solus lar-
gius commandauerit: ne hospitem aut negli-
gentiam, aut rusticitatis argueret videretur. Id quod
maximæ ciuilitatis, ac modestiæ fuisse, nemo (ut
opinor) negauerit. Quam misericordem, lenem,
ac clementem se erga inimicos etiam præbuerit,
præter Ciceronem in oratione pro Marcello, Tra-
quillus in hæc verba testatur: *Simultates contra*
illos tam graues excepit unquam, ut non occasione
oblata, libens deponeret. Sed et in ulciscendo natu-
ra lenissimus fuit. Piratas enim a quibus captus fue-
rat, quum in deditiorem redeisset (quonia suffixur-
rum se cruci ante ea intrauerat) iugulari prius iussit,
deinde suffigi. Moderationem uero clementiamque,
tum in administratione, tum in victoria belli ciuilibus
admirabilem exhibuit. Denunciantem enim Pompeio,
pro hostibus se habiturum, qui reip. defuissent, ipse
medios, et neutrius partis suorum sibi numero futu-
ros pronunciauit. In acie Pharsalica proclamauit, ut
ciuibus parceretur: deincepsque nemini non suorum,
quem uellet unum partis aduersa seruare concessit:
nec ulli perisse, nisi in proelio reperiuntur, exceptis
duntaxat Afranio, Fausto, et L. Casare iuueno: ac
ne hos quidem uoluntate ipsius interemptos putant.
Denique tempore extremo etiam quibus nondum
ignouerat, cunctis in Italiam reditum permisit, ma-
gistratusque, et imperia capere: quin et stantus L.
Sylla, atque Pompeii a plebe dissectas reposuit. Ac si
qua posthac aut cogitarentur grauius aduersus se,
aut dicerentur, inhibere maluit, quam vindicare.
Tantum de heroicis plane Cæsaris uirtutibus. Re-
stat ut alteram monstri partem, nempe insignia
uicia, et facinora detestanda absoluamus. Primum
ergo calliditate, uersutia, et uafrie uisus est ad ty-
rannidem cum parandam, tum stabilendam. Eo-
namque omnia eius consilia spectabant, ut suæ cu-
piditati, non reip. prospiceret. Idem de eius auda-
cia et truculentia sentiendum est. Adeo enim pro-
digus animæ suæ, et alieni sanguinis effundendi
appetens extitit, ut (Eutropio testante) eius du-
ctum, uidecies centum nonaginta, et duo millia
hostium cæsa fiat. Nam quantum bellis ciuilibus
fuerit, noluit amotare. Signis collatis quæqua-
que dimicauit. Deinde quando a plebe passim
beneficus habebatur: prodigus, et iniquus lar-
gitor potius erat. Nam (ut Appianus testatur) æ-
tatum publicum depeculatus est, ut ea pecunia
populi fauorem per sumptuosas epulas, et specta-

cula uenaretur. In summa tantæ iniustitiæ uir fuit
(ut Tranquillus refert) ut abstinentiam neque
in imperiis, neque in magistratibus præstiterit. Ut e-
nim quidam monumentis suis testati sunt, in Hispania
a proconsule, et a sociis pecunias accepit, emen-
dicatas in auxilium aris alieni, et Lusitanorum qua-
dam oppida (quauquam nec imperata detraclarent,
et aduenienti portas patefacerent) diripuit hostili-
ter. In Galliis fara templaque, deum donis referta ex-
pilauit, urbes diruit sapiens ob predam, quam ob de-
lictum, unde factum ut caro abundaret, ternis que
millibus numum in libras promercale, per Italiam,
prouinciasque diuenderet. In primo consulatu tria
millia pondi auri furatus e Capitolio, tantundem
in aurati aris reposuit. Societas, ac regna pretio de-
dit, ut qui uni Ptolemao prope sex millia talentorum
suo, Pompeiique nomine abstulerit. Postea uero em-
dentissimis rapinis, sacrilegijs, et onera bellorum
ciuilibus, triumphorum, ac munerum sustinuit im-
pendia. Atque ita contra ueræ liberalitatis con-
ditionem alijs rapuit, quod alijs largiretur. Adeo
deinde ambitiosus fuit, ut omne ius, fasque im-
perio posthaberet. Id quod ipsemet haud oblcare
præ se tulit, quando illos Euripidis uersus in Phœ-
nissis semper in ore habuit:

Εἰς τὸν δὲ ἀδίκῃν γῆν, τὴν ἐξωνίδος πῆλα
Καλλιῶν ἀδίκῃν, τὴν ἄλλα δὲ εὐσεβῆν χερσῶν.

Quos Cicero sic Latinos fecit:

Nam si uiolandum est ius, imperij gratia
Violandum est: alijs rebus pietatem colas.

Huc etiam facit, quod quum in Hispaniam pro-
ficisceretur, ac in Alpiibus quoddam oppidulum
præterieretur: interrogatusque a comitibus
esset, num isthic quoque putaret aliquas princi-
patus ambitiones uigere, dignitatumque certami-
na, respondit: *Malle equidem inter ipsos pri-*
mus, quam inter Romanos secundus esse. Pronum
& sumptuosum in libidines fuisse, constans opi-
nio est: plurimasque & illustres fecinas corru-
pisse. Sed ante alias dilexit M. Bruti matrem. Ac
ne prouincialibus quidem matrimonijs abstinu-
isse, uel hoc disticho apparet, lactato æque à mili-
tibus per Gallicum triumphum:
Urbani seruate uxores, moechum callium adducimus.
Auro in Gallia stuprum emisti: hic sumpsisti mutuum.
Dilexit & reginas, Eunoen Bogudis regis Mau-
ritaniæ uxorem, & maxime Cleopatram Ægy-
pti reginam, cum qua luxuriosissimam vitam e-
git. Denique ne cui omnino dubium sit, & im-
pudicitiam eum, & adulteriorum flagrasse infamia,
Curio pater; quadam eum oratione omnium
mulierum uirum, et omnium uirorum mulierem
appellat. Ex his (ut opinor) intelligi potest,
quam monstruosam vitam duxerit. Superest, ut &
de eius nece pauca subnectamus. Quum ergo
dominandi libido eum usque adeo demerasset,
ut non solum malis artibus republ. opprime-

ret: ve-

ret: uerum etiam contumeliosis dictis eam incef-
seret, dictitans, Nil nisi meram appellationem esse
sine corpore, ac specie: item, Syllam nescisse literas,
qui dictaturam deposuerit: Debere homines iam
consideratus secum loqui, ac pro legibus habere qua
dicat: factum est, ut plusquam sexaginta in eius
necem conspirauerint, C. Cassio, Marcoque &
Decio Bruto principibus conspirationis. Qui
nacta occasione, in curia eum officij specie cin-
cumsteterunt: illicoque Cimber Tullius, qui pri-
mas partes susceperat, quasi aliquid rogaturus
propius accessit, reuerti que, & gestu in aliud tem-
pus differenti, ab utroque humero togam appreh-
ndit: deinde clamantem, *Ista quidem uis est,*
alter Casca aduersum vulnerat paulum infra iug-
ulum: Cæsar Casca brachium graphio traiecit,
conatusque proflire alio uulnere tardatus est. Ut
autem animaduertit undique se strictis pugioni-
bus peti, toga caput obuoluit, simul sinistra ma-
nu sinum ad ima crura deduxit: quo honestius
caderet, etiam inferiore corporis parte uelata.
Atque ita uiginti tribus plagis cõfossus expirauit
ætatis suæ anno LVI. Hæc de uita authoris.

2 Titulus sic habet: *C. Iulii Cæsaris Commen-*
tarij de bello Gallico, et Ciuili. Caius prænomē.
Iulius cognomēn ab Iulo Æneæ filio, sic enim ca-
uit Virgilius lib. I. Æneidos sub Iouis persona ad
Venerem:

Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar,
Imperium Oceano, famam qui terminet astris
Iulius, a magno demissum nomen Iulo.

Quod multo adhuc clarius & maiori cum fide
Velleius Paterculus, quippe historicus, hinc de-
clarat uerbis: *Hic nobilissima Iuliorum genitus fa-*
milia, et quod inter omnes antiquissimos consta-
bat, ab Anchise, ac Venere deducens genus. Cæ-
sar agnomen ab euentu, qui alius ab alio autho-
re traditur. Ælius namque Spartianus in Ælii
Veri imperatoris uita quadruplicem agnominis
causam adducit, quippe Cæsarem uel ab elephan-
to (qui lingua Maurorum Casa dicitur) in proelio
caso, eum, qui primus sic appellatus est, doctissimi
uiri, et eruditissimi putant dictum: uel quia mor-
tua matre ventre caso sit natus: in qua sententia
Seruius quoque super primum librū Æneidos
Vergilianæ, et Plinius libr. 7. naturalis historiæ
cap. 9. est. uel quod cum magnis criminibus sit ut-
ro parentis effusus; cui opinioni Sextus Pompe-
ius Festus subscribens, ait, Cæsarem a casarie di-
ctum, quia scilicet cum casarie natus sit. uel quod
oculis casus, et ultra humanum morem uiguerit.
Porro ut hoc ceu auctarii uice annectam, postea
Cæsares dicti sunt, quasi quidam principum
filij uiri, & designati Augustæ maiestatis hære-
des, quos nunc Romanorum reges uulgus no-
strate appellat. *Commentarius, uel Commen-*
tarium Latine dici potest, quod (definitore Pri-
sciano) plurimum studio, uel doctrina, mente ha-
bitorum in unum collectio est. Perottus eam uo-
cem a *communi*cor, id est, recoilo, deductam exi-

stimat, eamque hoc definit modo: *Commentarius*
est liber, in quo rerum solimodo capita posita sunt, i-
ta ut uideamur in illis ad exequendam historiã, alijs
subiecisse materiam. Bellum dicitur totum tem-
pus in quo belligeramur: Prælium uero ipse con-
figendi actus. Quibus Galliæ partibus bellum
illatum, & contra quos ciuilia arma mouerit; par-
tim ab initio libri I. de bello Gallico, partim ex
Eutropij argumento, quod uerique bello præfige-
mus, clarescet.

3 Quod ad scripti qualitatem pertinet, Cæsar
in his libris historiam scribit: cuius stylus inter
profam, & ligatam orationem medium quiddam
tenet. Quantum uero Cæsar noster in dicendi
arte polluerit, uel unico Quintilianij testimonio
patet. Is enim lib. 10. oratoriarum Institutionum
sic de eo scriptum reliquit: *C. uero Cæsar, si forte*
tantum uacasset, non alius ex nostris contra Cice-
ronem nominaretur: tanta in eo uis est, id acumen,
ea concitatio, ut illum eodem animo dixisse, quo bel-
lauit, appareat. Exornat tamen hæc omnia mira ser-
monis (cuius proprie studiosus fuit) elegantia.

4 Authoris scopus fuit, res in Gallia ac ciuili
bello a se gestas memoriæ prodere; num alius an-
sam caperet, eas succincte traditas copiosius dila-
tandi.

5 De librorum numero Suetonius sic scribit:
Reliquit et rerum suarum Commentarios Gallici,
ciuilibusque belli Pompeiani. Nam Alexandrini, A-
fricij, et Hispaniensis incertus auctor horum. Alii enim
Oppium putant, alii Hirtium: qui etiam Gallici
belli nouissimum, imperfectumque numerum com-
pleuerit. Reliquit et De analogia libros duos, et
Anticatones totidem. Ac præterea poema, quod in-
scribitur Iter. Item alia ludicra scripta, quibus im-
adolefcentia ludit. Cæterum hoc fructus peten-
dum est non tantum ex Cæsaris, sed omnium a-
liorum historijs, ut bene & dicere inde, ac facere
discamus. Quorum prius probatione non indi-
get: posterius autem a Liuijo in præfatione lib. I.
ab Urbe condita ad hunc asseritur modum: Hoc
illud est, præcipue in cognitione rerum salubre, ac
frugiferum: omnis te exempli documenta in illustri
posita monumento intueri; unde tibi, tuæque reipub.
quod imitere capias; unde factum inceptum, sed uis
exitu quod uires. Hæc ille. A quibus non dissen-
tanea Agathius in præfatione historiæ suæ ita me-
moriam prodidit: Historia haud secus ac domina,
nec nui abunda quidem, nec adulatrix, iubet ple-
rumque, et plane constituit, quibusnam sit inhaeren-
dum; quæque sint fugienda: et perinde necessitatem
persuadendo immiscet in animos se, dum insinuat,
uirtutemque collocat, ubi plurimum allucibili uir-
tute oratione, uel exemplorum uarietate, ueluti con-
dimementis qua narrantur excolit: ea dicendo confir-
mans, in quibus homines reuoluntate confilio uis, uel
aguitate probatioris sint redditi, uel forte pro cu-
iusquam sententia, siue fortuna duce, et hac ad-
uersante falsi, quandoque a recto, decoroque aberr-
uerint.

6 Ad authoris explanationem operæ prætiū mihi videtur, totius belli Gallici argumentum ex sexto Eutropii libro huc transferre: ut eius studiosi principium, medium, & finem ob oculos habeant, & rei capita quasi in tabula delineata contemplantur, & rectius inde omnia colorum genera, & ornamenta intelligant. Sic igitur Eutropius in iam citato libro ait.

BELLI GALLICI ARGUMENTVM.

ANNO Urbis condita sexcentesimo, nonagesimo octavo C. Julius Cæsar, qui postea imperavit, cū Bibulo Consul est factus, decreta est ei Gallia Transalpina, Cisalpina, & Comata: postea senatus addidit & Illyricum cum legionibus demis. Primo vicit Heluetios, qui nunc Quadi appellantur. Deinde vincendo bella grauiissima, usque ad Oceanum Britannicum processit. Expugnauit namque in ea Heluetios, Tulingos, Latobriges, Rauracos, & Boios: ex quibus centum, quadraginta septem millia perempta sunt, cetera effugerunt. Deinde Ariouistum regem, cui auxiliabantur Arrudes, Marcomanni, Tribochi, Vangiones, Nemetes, Sedusi, & Sueui, fugere eos compulit, duasque uxores eius, totidemque filias cepit: omnemque exercitum per quinquaginta millia passuum, insatiabiliter cecidit. Post gentem Belgarum, cui adhaerant bello Vangii, cum sexaginta millibus armatorum: Sueffones cum quinquaginta millibus. Neruii præterea, quorum adeo indomita feritas erat, ut nunquam ad se mercatores accedere sinerent; hi nihilominus quinquaginta millia armatorum habentes. Atrebatenses etiam, & Ambiani; Menapii, Caleti, Velocasses, Veromandui, Atuatici, Conduenses, Eburones, Ceresii, Pemani, qui uno nomine Germani vocantur: quorum omnium cum iis, quos supra diximus, ducenta, septuaginta duo millia fuisse referuntur. Hi quum repente à syluis erumpentes exercitum Cæsaris perterritum in fugam vertissent, tandem hortatu Cæsaris, exercitus restitit, eosque usque ad internitionem pene deleuit. Dehinc Titurius, & Sabinus legati Cæsaris Aulercos, Eburones, Lexouiosque, incredibili cade deleuit. P. Crassus alter legatus ex Aquitanis, & Cantabris triginta octo millia interfecit. Cæsar rursus Germanos, qui Rhenum transferant, & totas Gallias sibi subicere parabant, bello adortus, usque ad internitionem cecidit: quorum feruntur quadringenta, quadraginta millia fuisse. Deinde facto ponte, Rhenum transgressus, Sueuos maximam & ferocissimam gentem superauit: quorum esse centum pagos multi prodidere: totamque Germaniam perterritum: mox in Galliam se recepit. Domuit autem annis nouem fere omnem Galliam, quæ inter Alpes, & flumen Rhodanum, Rhenum, & Oceanum est: & circuitu patet ad bis tricies centena millia passuum. Britannis mox etiam bellum intulit, quibus ante eum nec nomen quidem Romanum cognitum erat: eos quoque victos, obsidibus acceptis, stipendiarios fecit. Gallie autem tributi nomine annuum imperavit HS

quadringentis: Germanosque trans Rhenum aggressus, maximis præliis vicit.

ARGUMENTVM LIB. I. DE BELLO GALLICO.

Vo bella à se confecta hoc libro complectitur. vnum aduersus Heluetios: alterum contra Ariouistum Germanorum regem.

IN C. IULII CÆSARIS COMMENTARIORVM de Bello Gallico Librum I. IO. RHELLICANI Annotationes.



GALLIA est omnis diuisa in partibus treis.] Quum bellum à se cum Gallis gestum descripturus esset Cæsar, haud abs re fuit, quod Galliam primum omnium vna cum partibus ipsius descripsit; iuxta illud Ciceronis in Officiis: *Omnis institutio, quæ à ratione suscipitur, à definitione proficisci debet, ut intelligatur id, de quo agitur.* Porro quemadmodum illic Cicero secundum Dialecticorum traditionem, Officium, quod multiplex erat, prius diuidit, postea definit: sic hoc loci Cæsar primo Galliam in tres partes secat, deinde vnam quamque suis finibus describit. Quia vero Iulius hic in diuidendis Gallias à probatissimis Cosmographis, & Geographis, Ptolomæo, Augusto Cæsare, Plinio, Strabone, ac Mela dissentit, dum illi omnes Galliam Transalpinam quadruplicem, hic autem triplicem facit: operæpretium esse videtur, plenam diuisionem substituere, ac in ea ostendere, quod Cæsari cum aliis non disconueniat. Deinde de Gallie totius ambitu, Gallorum origine, & nominis etymologia.

2. Gallia igitur prima sua diuisione in Cisalpinam & Transalpinam diuiditur. Illa sic appellata est, quod Romanis cis Alpeis sita: quæ nunc Longobardia à nouis incolis Longobardis appellatur. eadem & Togata dicta, quod licet à Boiis Gallica gente originem duceret; tamen Romanorum vicinia, ac commercio ita paulatim instituta est; ut ceuillorum nobiles, ita & horum in pace toga vterentur. de cuius limitibus, ac populis legito Plinium lib. 3. Nat. histor. cap. 14. Hæc autem iisdem Romanis ideo sic dicta, quod ipsis trans Alpeis posita esset. Quæ rursus in duas secatur partes, in Brachatam & Comatam. Quarum vna à brachiis, id est, breuibus tunicis, quæ vix nates contegerent, appellata est: atque hæc eadem Narbonensis provincia Romanorum dicitur, quod ea deuicta, coloniam in metropolim Narbonem iidem deduxerant.

xerant. Quæ equidem Iulius hoc loci haudquam propter rerum Gallicarum vel imperitiam, vel oscitantiam quandam in partiendo omisit: sed quod Romanis notior esset, quam reliquæ partes tres, quas nondum penitus domuerant. Itaque contentus fuit in Commentariis scribendis (ubi studendum est breuitati) Galliam in eas parti partes, cum quibus ipsi in belligerando res fuit. Altera communi nomine Comata dicitur, quod comis & cæsarie promissa vteretur: quæ non tantum iuxta Cæsaris, sed etiam aliorum sententiam, in tres partes diuiditur, Belgicam, Aquitanicam, & Celticam; nisi quod alii pro Celtica, Lugdunensem ponunt, quod itidem cum Cæsare nihil pugnat. Celtica namque Lugdunensis nimirum à metropoli Lugduno vocatur, quæ in ea regione sita est.

3. Gallie totius (cuius saltem Cæsar hic meminit) ambitus iuxta Agrippæ descriptionem longitudine ccccxx millium passuum, latitudine vero cccxiii patet. De Gallorum primordiis & nominis argumento Ammianus Marcellinus in hæc verba scribit: *Ambigentes super prima origine Gallorum scriptores veteres, notitiam reliquere negotii semiplenam: sed postea Timagenes & diligentia Græci & lingua, quæ diu sunt ignorata collegit ex multiplicibus libris: cuius fidem secuti, obsecuritate dimota, eadem distincte docebimus, & aperde. Aborigenes quidam in his regionibus visos esse firmarunt, Celtas nomine regis amabilis, & matris eius vocabulo Galatas dictos: ita enim Gallos sermo Græcus appellat. Alii Dorientes antiquiorem secutos Herculem Oceani locos inhabitasse confines. Dra sida memorant reuera fuisse populi partem indigenam. Sed alios quoque ab insulis exitibus confluisse ex tractibus Transrhenanis, crebritate bellorum, & alluione feruidi maris sedibus suis expulsos. Aiunt quidam paucos post excidium Troie, & fugitantes Græcos ubique dispersos loca hæc occupasse tunc vacua. Regionum autem incola id magis omnibus adseuerant, quod etiam nos legimus in monumentis eorum incisum, Amphiryonis filium Herculem ad Geryonis, & Taurisci saxorum tyrannorum perniciem festinasse: quarum alter Hispanias, alter Gallias infestabat, superatisque ambobus, coisse cum generosis formis, suscepisseque liberos plures, & eas partes, quibus imperabant, suis nominibus appellasse. Hæcenus Marcellinus. Cæterum quia Cæsar in Galliarum diuisione subiungit, tertiam, quæ ipsorum lingua Celta nostra Galli appellantur: unde Galli nomen sortiti sint, copiosius edocendum puto. Et quoniam Volaterranus de hoc haud indigna lectu tradit, eius verba primum huc transferre placitum est, ac postea examinare. Gallos, inquit, omnes, & Germanos uno vocabulo veteres Græci Celtas, Romani Gallos appellabant. Nam & Germaniam Comatam Galliam dicebant. Postquam vero Rhenum transierat, inque Gallorum finibus consistere, ab unita quodam modo affinitate, Latini Germanos vocauerunt. Gallos deinde Græci Galatas ab Herculis filio, Hercules enim (ut scribit*

Diodorus lib. 2.) deuictis Geryonis, in Galliam veniens, Alexiam condidit ciuitatem: ac e virginis cuiusdam eius loci indigenæ complexu, Galaten genuit, qui regnum obtinens, incolis nomen dedit. Isidorus quoque dicitur τὴν γαλακίαν dicit appellari, quod Gallorum corpora, ob immensa frigora lactis modo albescant. Quod sane non discrepat a versu Vergiliano: *Virgatis lucent sagulis, tum lactea colla.*

Hæc ille, quæ quamuis clariora sint iis, quæ Ammianus tradit, tamen quæri adhuc, & dubitari posset, qua ratione Græci, alioquin proprietatis in dicendo studiosissimi, duos tam diuersos populos vna eademque nomenclatura insigniuerint: ideoque meum qualecunque iudicium interponere non verebor, ita tamen, ut certiora aliis afferentibus libes cessurus sim. Quemadmodum ergo ex sacris noui Testamenti literis deprehendimus, Iudæis in more fuisse, præter se omnes populos vocare Græcos, (ut quando Paulus Rom. 1. inquit: *Euangelium potentia Dei est ad salutem omni credenti, Iudæo simul & Græco*) & Heluetiorum vulgus omnes Germanos, ab Heluetica ciuitate, seu fœdere alienos, Suenos appellat; & contra quotquot alius linguæ sunt, Walos, hoc est, vel Italos, vel Gallos nuncupat, etiam si Scoti, Angli, Hyberni fuerint, Hungarice, Sarmatice, Bohemice, Windice, Hamoxobitice, aut Scythice loquantur; quorum tamen sermo à Gallo non ab Italorum & Gallorum idiotismo abest: & quamuis Græci minima gentium pars essent; & Rheni accolæ, Franci, Mysii, Silesii, Saxones, & alii Germaniæ populi sint præter Suenos; idque dubio procul partim ob Hebraicæ linguæ idiotismum, quo partem sepe σκωτικὸν pro toto accipiunt, partim vero quod ad vulgus nostrate pertinet, ob rerum ac terrarum imperitiam factum est: ita & Græcis quantumlibet alioquin disertis accidit. Quum enim authore Polybio lib. 3. extremas orbis partes incognitas haberent, adeoque nec Gallias, nec Germaniam peragrassent; nomine Celta per rumorē duntaxat cognito, vtrumque populum trans Alpeis sibi incognitum appellabant. Siquidem Strabo lib. 4. refert, Narbonensis præuincie populos Celtas primitus denominatos; à quibus vniuersos Gallos postea à Græcis hominibus Celtas appellatos existimat: idque partim ob eorum claritatem, partim quod id nomen à Massiliensibus hominibus Græcis & doctis vicinioribus mutuati videantur. Hinc quoque factū crediderim, ut Rhodanus à Græcis etiam Eridanus vocaretur, sicut Oppianus lib. 3. *Ἐριδανὸς* ostendit. Imo vero (præter Volaterrani auctoritatem) non parua coniectura adducor, & priuscos Romanos eadem, qua Græci, causa motos, ut Germanos etiam Gallos vocarent. Seruum namque publicum ad Marium, in carcere Minturnano clausum, ut occideret eum, missum cum Plinio, tum Florus Gallum fuisse scribunt: quem Velleius Paterculus, & Valerius Max. Germanum, ac in Cimbrico bello captū ferunt à Mariō: ideoque

à seruo dominum statim agnitum, & impune dimissum. Quando igitur Celta & Germanum, & Gallum Græcis significat: vero non dissimile est, etiam vocem Gallus veteribus Romanis ita usurpatam. Quin potius ex s. Eutropii de Cimbrico bello, & s. Orosii libro certum est ita se rem habere. Quum enim ex hoc constet Tigurinos, & Ambrones Gallorum gētes, in Italiam cum Cimbris, ac Teutonibus minime profectos; & tamen uterque Gallorum nomine Cimbricos, ac Teutones notet, quando de illorum in Italia strage loquitur: nemo (ut opinor) negauerit, quin vox Gallus utranque gentem quamuis diuersam, promiscue significauerit.

4. *Hi omnes lingua instituitis, legibus inter se differunt.*] Strabo ab initio libro 4. huic Cæsar's sententiæ hoc modo subscribit: *Aquitanos non modo lingua, sed etiam corporibus immutatos, Hispanis magis quā Gallis similes esse quidam auctores sunt. Reliquos vero Gallica sane facie præditos: verum eisdem non usquequaque lingua omnes, sed plerosque paululum variata uti. Rerum quoque publicarum moderationes, & viuendi formulas etiam paulisper immutatas esse.* Hæc ille. Cæterum qua lingua veteres Galli vsi sint, infra in hoc eodē libro per occasionem disseremus. Quibus autem instituitis, & legibus iidem polluerint, infra Cæsar ipse lib. 6. de bel. Gal. ad longum tractat. Ammianus item in prædicto lib. 15. & Strabo lib. 4. Quocirca hic multa inferere non est opus.

5. *Gallos ab Aquitanis Garumna flumē.*] Hactenus Galliam diuisit in tres partes, nunc vnamquamque partem iuxta limites suos describit. Antequam verò ita ordine, & ad plenum faciat, Belgas, & Heluetios per digressiuam a bellica fortitudine commendat: & eiusdem causam assignat tres. Primum quod illi à cultissima Romanorum prouincia Narbonensī longissime absint. Deinde quod mercatores haud crebro ipsos inuisant. Quia de re Cæsar ipse infra statim a principio libri secundi de bello Gallico copiosius agit, ubi Neruorum frugalitatis, ac fortitudinis mentionem facit. Postremo quod illi Germanis ad inferiorem Rheni partem, hi vero ad superiorem finitimi sint: quibus cum continentia gerant bella. Porro quando hic dicit Gallos non omnes Gallici nominis in genere, sed Celtas innuit: quos modo dixerat ipsorum Galiorum lingua Celtas vocari, Romanorum autem Gallos.

6. *Qua de causa & Heluetii quoque, reliquos Gallos.*] Et hic Gallos, Celtas intellige. Quum enim modo primas fortitudinis partes Belgis inter omnes Gallos dederit: necesse est, ut Heluetii non nisi in sua, hoc est, Celtica regione alios fortitudinis antecellant. Alioquin Iulius sibi non constaret, quando ait, *Belgas omnium Gallorum in bellicando præstantissimos esse.* Porro eadem de causa dicit Heluetios reliquos Celtas antecellere, quia ante Belgas omnibus Gallis: quippe quod sicuti hi ad inferiorem Rheni partem, ita illi ad superiorem,

cum Germanis subinde confingant.

7. *Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est.*] Redit vnde digressus erat, nempe ad Celtarum fines describendos, quos antea perstrinxerat.

8. *A finibus Belgarum.*] supple, quos Matrona, & Sequana flumini constituant. De quibus omnibus picturam tertie Tabulæ Ptolemaicæ consulto. A Sequana autem flumini Sequani populi dicti sunt: in quorum montanis locis Burgundiones, & in campestribus Sungani hodie habitant, ut D. Beatus Rhenanus homo doctissimus, & acerrimo in pensitandis antiquitatibus iudicio præditus, vna cum aliis eruditis sentit. Cæterum quando Burgundiones Gallias inuaserint, quanta gens eorum fuerit, & vnde nomen sortita, Paulus Orosius lib. 7. cap. 32. & breuiter, & luculenter in hæc indicat verba: *Burgundionum quoque nouorum hostium nouum nomen Valentinianus oppressit, qui plusquam xxxc. millia. ut ferunt armatorum, ripe Rheni fluminis infederunt. Hos quondam subacta inferiore Germania a Druso, & Tiberio adoptiuus filius Cæsar's, per castra dispositos aiunt in magnam coaluisse gentem: atque etiam ita nomen ex opere presumpsisse, quia crebra per limitem habitacula constituta, Burgos vulgo vocant: eorumque esse præualidam, & perniciosam manum, Gallia hodieque testes sunt, in quibus præsumpta possessione consistunt: quamuis prouidentia Dei omnes Christiani modo facti, catholica fide, nostrisque clericis, quibus obedirent, receptis, blandè, mansuetè, innocenterque viuunt, non quasi cum subiectis Gallis, sed vere cum fratribus Christianis.* Hæc Orosius Aurelii Augustini *ὁ βουργουνδίων.* Ammianus vero Marcellinus lib. 28. *Burgundios bellicosos, & turbam immensam viribus affluentes vocat: ideoque metuendos finitimis vniuersis.* Et paulo post, *eisdem sobolem Rom. esse feribit, atque cum Alemannis de finibus, & salinis sepe iurgasse.* Hactenus & ille. Porro salinæ nobilissimæ etiam in Burgundionibus restant, vnde toti quoque Nuichthonum terræ affatum salis suppeditatur. Cæterum si quis nosse cupit, quando & quibus præditi moribus Burgundiones Christianismum receperint; id ex 12. lib. hist. ecclesiasticæ quam *Tripartitam* vocant, cap. 4. discere potest, ubi sic ait: *Quadam insula ultra Rhenum fluitium est Burgundionum. Isti vitam quietam agunt, ac pene omnes fabri lignorum sunt, ex qua mercede pasuntur. Quorum regionem Hunni crebra inuastione vastabant, & plurimos occidebant. At illi licet anxietate constricti, ad nullum tamen se hominem contulerunt: sed alicui deo se committere cogitant. Tum audientes quod Romanorum Deus fortiter adiunxerat ipsum timentes, omnes communi consilio ad credulitatem Christi confugiunt: venientesque in vnam ciuitatem Galliarum, rogabant ut ab episcopo Christianorum baptismum mererentur. At ille eos septem diebus faciens ieiunare, ac imbuens fide, baptizatos octavo die abire iussit. Qui sumpti a subacta contra tyrannos, alacriter festinabant, & spe sua frustrati non sunt. Nam quum rex Hunnorum nomine Suptarus per noctem fuisset ciborum nimia voracitate*

tate corruptus, Burgundiones gentem inimicam sine Duce reperientes, & paucitate plurimis resistentes, facta congressione vicerunt. Nam quum essent istorum tria millia, circiter decem millia peremerunt: & ex illo tota gens feruentissime in Christianismo permansit. Hactenus illa. Porro si quis *χρονολογίαν* requirit, hoc sub Theodosio, & Valentiniano Imperatoribus iunioribus gestum est: qui sub annum Dominicum ccccxx imperauerunt.

9. *Belga ab extremis Gallia finibus, &c.*] Secundam partitionis suæ partem adgreditur, quæ per se quidem satis plana est, si (ut antea commonui) Ptolemæi tabulam in consilium adhibeas. Cæterum haud iniucundum fortasse studiosis fuerit scire, quinam populi nostro seculo hæc Galliarum portionem teneant. Quapropter illud huc ex Volaterrano transcribere non piget. *Sequitur, inquit, Belgica, in qua prouincia sunt, huiusmodi nominibus hodie vocata, Picardia, Flandria, Lotoringia, Normannia.* Cæterum si quis nominis huius rationem requirit, ex hisce Huberti Leodii verbis fortasse inueniet: *Opinatus sum semper Belgas vocabulum esse Germanicum, ideo quia Germani Gallos, & Italos Walhen, & nonnulli Walgen appellant, &c.* Quæ sane *ἔτυμολογία* mihi eam ob causam non displicet, quod in confesso sit, hunc Galliarum tractum magna ex parte a Germanis occupatum. Quo fit ut & ego verisimile putem, aut ipsos sibi, aut alios Transrhenanos hoc nominis indidisse, quod Gallorum, hoc est, Walorum terram incolerent. Atque hanc coniecturam tenebo, quatenus ex bonis authoribus edoctus fuero, huic Galliarum regioni hoc fuisse vocabulum, antequam Germani in eam migrauerunt.

10. *Aquitania a Garumna flumine, &c.*] Tertia, & vltima susceptæ diuisionis pars, quam Galli hodie (Iucundo homine eruditissimo, & antiquitatis studiosissimo teste) *Guiennen* vocant. *Pyrenæi autem montes*, qui Gallias ab Hispaniis hic determinant, a Germanorum peregrinatoribus, qui Compostellam inuisant, *der Duntzeual* dicuntur.

11. *Apud Heluetios longe nobilissimus, & ditissimus fuit Orgetorix, &c.*] Quæ hactenus dixit, exordii loco posita sunt, nunc ad narrationem accedit: quam ut magis perspicuam reddat, primum Heluetici belli occasionem ac veluti semina quædam recenset: deinde Helueticæ ciuitatis terminos, & quantum spacii eiusdem ambitus contineat: postremo ubi cum Heluetiis conflixerit, & quo pacto eos superauerit. Atque hæc prima huius libri (ut in Argumento diximus) pars est. Cæterum Orgetorigis potentia, ac opes hinc æstimari possunt, quod Cæsar ipse paulo inferius familiam eius circiter hominum millia decem fuisse ait, præter clienteis, ac ære alieno obstrictos. Vnde dicimus tantam vnius hominis potentiam, ac diuitias liberæ ciuitati nunquam, aut saltem rarenter bene cedere. Quemadmodum enim Orgetorix ille potentissimus, ac locupletissimus homo numerosa fami-

lia, clientela, ac perditissimorum quorumque ceterua stipatus; primum nobilitati, deinde toticiuitati duobus argumentis persuaasit, ut finibus suis exirent; primum quod inter Celtas omnium fortissimi, deinde quod pro hominum multitudine, & virtute nimium angustos haberent fines; & publicum quidem decus, ac commodum prætendens suæ ambitioni, & lucro seruebat: ita plerique ignobiles nobiles, ac impotenter potentes, etiamnum factitant. Discendum est & hoc, quod Cæsar Latinæ linguæ studiosissimus ciuitatem *Heluetiorum* hic, & alibi *Heduarum, Nernuorum* &c. pro federe, seu, ut barbari quidam loquuntur, *liga* accipit. Proinde Heluetiorum confederationem proprie, signate, ac Latine locuturus, *Helueticam ciuitatem* vocauerit, Germanice *die Endgnoschafft* seu ut exteri Germani in more habent, *das Schwyzerland* / a parte totum denominantes, *Suitia* enim non nisi finis, & exiguus Heluetiorum pagus est. Siquidem *ciuitas*, Rodulpho Agricola Phrysiō homine omnium consensu eruditissimo definitore, est multitudo hominum collecta ad statum rerum suarum tuendum per se sufficientem, quæ consensu sui legum vitæque conueniunt. Et secundum Auli Gellii sententiam lib. 18. cap. 7. noctium Atticarum, quatuor significat, *locum, oppidum, inuicem omnium, ac hominum multitudinem.*

12. *Vna ex parte flumine Rheno latissimo, &c.*] Nunc per eam occasionem, quam paulo ante attigimus, Heluetiorum fines a tribus mundi plagis describit. Rheno namque latissimo, & altissimo flumine versus Solem orientem Heluetia a Germanis distantur: versus occasum Iura monte: versus meridiem lacu Lemano, & *Alpe*, qui prouinciam Romanorum Narbonensem ab Heluetiis seiungit. Qua de re vide D. Glareani doctissimi Heluetii descriptionem, & D. Ægidii Tschudi Heluetiorum in prouincia Badena olim proconsulis, eruditissimi viri tabulam. Cæterum tria adhuc elucidanda sunt. Primo *Agrum* hic non pro aruo, sed territorio, seu ditione accipi, quemadmodum Varro de lingua Latina, *agrum Romanum, peregrinum, Campanum, &c.* vocat. Sic eleganter dicitur Latine, *totus Tigurinorum, seu Bernatum ager in armis est, die gantz Landschaft ist im Harniss.* Deinde *Iuram*, seu *Iurassum* (ut Strabo vocat) iuxta Iucundi Veronenis sententiā Gallice *S. Claude*, ab Allobrogibus autem, siue Sabaudis accolis Semiromana lingua vrentibus, & qui nunc ditionis Bernati sunt, *Iurt en* ab ea parte appellari, qua syluosissimus, & hactenus sub ducis Caroli imperio mercatoribus parum tutus, appellari nunc. Ab Heluetiis autem recentioribus ab hepatis costæ similitudine *Leberberg* idem mons vocatur; eo quod hepatis elixati colorem saxa (quorum magna in eo copia est) referant. Non enim eorum sententiæ astipulor, qui Germanicum *ἔτυμολογία* à castris deriuant, quasi dicas castrorum mons, *Legerberg*; eo quod vestigia & in inscriptiones quædam testentur, Iulium Cæsarem isthic castrametatum esse.

Ea nanque ratione multi montes id nominis affecuti essent. Dubio enim procul in multis ille castra sua per Gallias fixit. Huc accedit quod Germanis (vnde maiores nostri trans Rhenum ortu habent) in more est, peregrinam vocem aut non nihil decurtare, & ad Germanismi formam detorque: aut profus nouam nomenclaturam a rei circumstantiis fingere. Etenim sic ab Alemānis *Auenticum* appellare nescientibus factum videmus, vt illud à turrium frequentia *Viliburgum* vocitarēt. Qua de re inferius fusi differemus. Postremo *Lemanus lacus* posterioribus sæculis à *Lausanno* oppido adiacente *Lausannensis* nuncupatur.

XII. 13. *Et à Senatu, populoq; Rom. amicus appellatus erat, &c.*] Liuius lib. I. de bello Macedonico refert, *neminem solitum esse regem, socium, & amicum à Senatu, populoq; Rom. appellari, nisi quis optime de rep. Romana meritis esset.*

14. *Inter se fidem, & iuramentum dant.*] Elegantia hic obseruanda sunt, *Dare fidem*, pro fide interposita polliceri: & *Dare iuramentum*, id est, iuramento se obstringere.

15. *Et regno occupato per tres potentissimos populos.*] supple, *Sequanicum, Heduum, & Helueticum*; ita vt Casticus Sequanorū, Dumnorix Heduum, ac Orgetorix Helueticorum regnum obtineret. Cæterum (vt plerisque Gallicarum rerum peritis placet) *Sequani* olim eum tractum incoluerunt, qui nunc *Burgundia Comitatus* nuncupatur: *Hedui* vero *Burgundia ducatum* inhabitabant qui à longe celeberrima, ac opulentissima vrbe *Augustoduno* etiamnum à Gallis *Autum* vocatur, vt D. Ioachimus Vadianus, in suis super Melam scholiis annotauit, & Lucundus quoq; admonet.

XV. 16. *Ea res, vt est Heluetius per indicium enuntiat*] quo videlicet pacto Orgetorix regnum in sua ciuitate affectaret. Vbi duo noranda sunt. Vnum, quam obseruantes iustitiam, æquitatis, & quam acres libertatis suæ vindices fuerint veteres illi Heluetii. Alterum, quam periculosum sit reip. liberæ, vnum aliquem ex ciuibus tam longe lateq; potentem fieri. Nisi enim Orgetorix in vinculis mortuus esset, ciuile inter Heluetios bellū vnus potētis, ac prædiuitis hominis causa conflātū esset.

17. *Vt igni cremaretur.*] Hunc morem exurendi reip. perturbatores ac seditiosos, antiquissimū esse, sacræ quoq; literæ testantur. Ieremiæ namq; 29. & Dan. 3. legimus tres pseudoprophetarum coryphæos, & turbulentos homines concrematos: & Danielem cum sociis duobus in fornacem ardentem coniectum, quod publicum regis Nabuchodonosoris edictum neglexerat.

18. *Vbi iam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt.*] Qui primus hoc consilium in Helueticorum conuentu dedit, vt omnia præter commeatum ad iter necessarium domi incenderent, haud dubie aut ipse Thucydides historiā legit, aut rumore eā cognouit: videlicet Athenienses in bello cum Peloponæciacis gesto, & Periclis hominis & cloquē-

tis, & manu strenui suafu, terrā suam cum suburbanis pro derelictis habuisse. Propterea, quod nō villæ, & agri, qui amittuntur, sed corpora deplo-randa sint. *Non enim*, ait Pericles, *possiones viros, sed viri possessiones nanciscuntur.*

19. *Persuadent Rauracis, & Tulingis, & Latobricis finitimis.*] Basiliensem agrum à Rauracis quondam inhabitatū esse, argumento est Augusti Rauracorum: cuius ruina circiter mille passus supra Basiliā, qua Rhinfeldiam iter, etiam nū apparent. *Tulingos* Raimundus Marlianus recte *Lotharingos* interpretari videtur. Hi namq; Heluetiis versus Aquilonem inter Vogesum montem & Mosellam fluuium vicini sunt, vt Cæsar de Tulingis narrat. Cæterum an eiusdem Marliani, & Volaterrani coniectura de *Latobricis*, seu *Latobrogis*, vt Paulus Orosius habet, vel vt alia legunt exēplaria, *Latouicis*, aliquid ponderis habeat, nō facile pronunciauerim. Dubiū enim adhuc apud me est, an *Laufannenses* (quorū sedes à *Latobricis* illi olim inhabitatas ferūt) Cæsar's tēporibus Helueti nō fuerint, & vel in *Vrbigenēsi*, vel *Nantua-tum* pago recenti non sint: an Helueticorū finitimi, & auxiliares. Sed quā Cæsar infra Helueticorū fines vsq; ad Geneuæ pontē pertinuisse, & supra, monte *Iura* eos occasū versus terminari affirmet, magis adducor, vt credā *Laufannenses* tunc Heluetios fuisse, & per *Latobricos* *Vallesianos* intelligendos. apud hos enim adhuc vicus est *Brig*, Germanico more pro *Latobris*; mutilatū vocabulum. Huc accedit, quod *Vallesii* ne nostro quidē sæculo in aliquo Helueticorum pago recedantur: sed quemadmodū *Rotuilenenses*, *Sangalenses*, *Doggenburgii*, & *Leopontii*, Helueticis pagis foedere iuncti sunt. Atq; hæc mea coniectura est, quā ita ser-uabo, & tenebo, dum certiorē didicero. Quod si quis interim legere vult diuersam sententiā cū de *Tulingis*, tū *Latobricis*, Helueticorū tabulā *Tschudi* Proconulis opera depictā videat, & diligenti trutinā vtriusq; nostrū sensum expendat, ac dea vtri volet subscribat.

20. *Boiosq; qui trans Rhenū incoluerant.*] *Trās Rhenū* Boios ideo incoluisse dicit, quod in hoc eodē libro ait, eos tandē in *Heduarū* finibus, consedisse. Cæterū Strabo li. 7. asserit, *Hercyniā* sylua prius ab eis inhabitatā, quæ eandē ob causā nostro adhuc quo *Boiohemica* vocatur. Qua de re doctissimū vir B. Rhenanus sic scriptū reliquit: *Boios illos præficos, qui in Italiam olim ex Gallia transcederant cum aliis quibusdam nationibus; iam victores, consule Marcello oppresso, Furius alter. Consul ad vnum fere occidit. Iterum a Scipione manus alia Boiorū deletur. Eam vero Boiarum partem, que in Hercinio nemore cōfederat (vnde adhuc loco Boiohemi nomen) inclutus ille Marcomannorum populus eiecit: qui trans Danubiū pulsi, quū *Noreiam* frustra oppugnassent, errore vago tandem ad Heluetios delati sunt, excidium Galliarū meditantēs. Hæc ille. Porro Plin. lib. 3. cap. 19. *Noreiā Tauriscorū* (quos Volaterranus lib. 7. *Geographiæ Noricos* interpretatur) oppidum esse comme-*

commemorat. Strabo autem lib. 5. non longe ab Aquileia ponit: vbi & Cn. Carbonē collatis signis aduersus Cimbros, se infecta discessisse refert.

VI. 21. *Vnum per Sequanos angustū, & difficile &c.*] Has angustias, & Galli, & Germani *Clusam* nunc vocant, in qua perquam munitum propugnaculū in præruptis, & altis Rhodano imminetibus saxis positum Bernates solo æquauerunt, anno Domini M DXXXVI. quādo Sabaudorū perfidia, & iurifuradi religione, q̄ Geneuensis ciuibus suis dederant, coacti sunt imperatore & auspice prudentissimo simul ac fortissimo viro D. Francisco Negelino expeditionem in Allobroges facere. In qua quicquid cis Rhodanum est, & paulo vltra *Clusam*, in suam ditionem, fauente ipsis diuina clementia, redegerunt idque mense Ianuario ceptum, & in Februarii exitu finitum est.

22. *Alterum per prouinciam nostram &c.*] Supra dixit Cæsar, *Heluetios tertia sui parte lacu Lemano, & flumine Rhodano contineri: qui Narbonensem Romanorum prouinciam ab eis diuidat.* Ex quo loco, & tertia Europæ apud Ptolemæum pictura cognoscitur, facilius, ac expeditius Helueticū iter in Gallias fuisse per prouinciam.

23. *Qui nuper populo Romano pacati erant.*] M. Cicero in Oratione de prouinciis consularibus refert, ante Iulii Cæsar's bellum cum Gallis gestū, *semitam taurinā Gallia à Romanis obtentam: C. enim Pontianum fortissimum virum, ortum repere bellum Allobrogum adq; scelerata coniuratione excitatum præliis se egisse, eosq; domuisse, qui lassierant, & ea victoria contentum, rep. metu liberata, quiuissent.* Ammianus autem Marcellinus Fabium Maximū à deuicta & profus domita Allobrogū gente, *Allobrogicum cognominatum affuerat.* Quorū posterius Cæsar haud dubie hic innuit, quando ait, *Allobroges paulo ante à Romanis pacatos esse.* Porro veterum Allobrogum sedes nunc *Sabaudi* tenent, quos Volaterranus lib. 3. *Geographiæ à Sabatiis vadis, & populis, Ptolemæo, cateruq; inter Alpes positis, dictos esse autumat.*

24. *Isq; nonnullis locis vado transitur &c.*] Strabo lib. 4. *Accipit, inquit, Rhodanus & Ararim, & Dubim: inde vsq; ad Sequanam fluuium vadatur.* Dicitur est autem *Rhodanus* à *Rhodo* oppido, Rhodiorum colonia, assertore Plinio lib. 3. cap. 4.

25. *Extremum oppidum Allobrogum est, proximum Helueticorum finibus, Genes.*] Hanc urbem plerique docti in Galliis, & Germania, *Gebennas* nimirum à *Gebennicis montibus* illi tamen non vicinis (nescio qua autoritate freti) vocant: quum tamen in promptu sit Cæsar's nomenclatura, quæ & Gallicam, & Germanicam *Syncomam*, & *crasim, Genes, & Genff* pulchre refert. Quæ sane non solum antiquitate, & emporio clarissimo (quod inde *Lugdunum* translatum est) decantata iam olim fuit: verum etiam recens propter grauissimam obfessionem, & sui liberationem celebrior facta est. Quum enim Geneuenses *Cochleariorum* (nobiliū Allobrogum conspiratio erat, qui argentea co-

chlearia in pileis gestabant) manu vndique obfessione cincti essent, ac tanta fame laborarent, vt lactentes infantes pro lacte sanguinem ex matrum & nutricum vberibus sugerent: iusto exercitu per prædictos Bernates ciues suos obfessione liberati, ac in libertatem ita vindicati sunt, vt quicquid iuris in Geneuenses aut Episcopus, aut Dux habuit, eis remissum sit per vindices. Adhæc iurisdictionis pomœria dilatata sunt adeo, vt quum antea nihil iuris extra moenia haberent, nunc aliquousq; imperent. Pro qua vindicatione Bernates nihil aliud postularunt, quam vt militibus stipendia numerarent, & ne cui aut Principi, nationi, aut vrbi se coniungant præter ipsorum voluntatem &c.

26. *Is dies.*] scilicet *dictus*, id est, constitutus erat ad quintū *Calédas* Aprilis, hoc est *xxviii. Martii.*

27. *Erat omnino in Gallia ulteriore Legio vna.*] VII. *Legio à legendo*, id est, eligendo nomen habet, continetque (Vegetio lib. 2. cap. 6. testante) peditū sex millia centum, equites septingentes, & xxx.

28. *Ad idus Aprileis reuertetur.*] id est, ad XIII. diem Aprilis.

29. *Qui in flumen Rhodanum influit &c.*] Quo pacto lacus *Lemanus* se ad *Geneuam* in *Rhodanum* effundat, vide nouam *Gallia* tabulam apud *Ptolemæum*. Cæterum de ortu & exitu *Rhodani* *Pomponius Mela* ita sentit lib. 2. *Non longe ab Istria, Rheniq; fontibus Rhodanus surgit, deinde lacu Lemano acceptus, tenet impetum: & quum se per medium lacum egerit, tantus egreditur, quantus venit.* Hæc ille. Quam longe autem à *Danubii*, & *Rheni* fontibus *Rhodanus* oriatur: certiora lege in *Vadiani* nostri super *Melam scholiis*; & apud *Procon-sulem Tschudum* in *Rheniæ* descriptione.

30. *Murum in altitudinem pedum sexdecim.*] Huius muri ruinas, & vestigia quædam etiamnum extare ii asserunt, qui istius tractus loca perspexerunt. Id quod mihi fide dignissimum D. Nicolaus ad *Pueros Bernas*, &c. *Bernæ* recensuit.

31. *Castella diminutiuum à castris esse dicit; intra qua in angariis aliquanti pedites, equitesq; degentes, tui iter commeatibus præstarent.*

32. *Si percurrere possent.*] Si pro an, Græca dicendi forma. Græci nanque, ei pro conditionali, dubitandi, & interrogandi particula vsurpant.

33. *Relinquebatur vna per Sequanos via.*] Supra Cæsar ait, non nisi duo itinera fuisse, quibus domo in reliquis Galliis Heluetii exire possent: vnū per prouinciam Romanam, alterum angustum, & difficile inter *Iuram*, & *Rhodanum fluuium*. Quū ergo per planius, Cæsar's molestatione impediti, ire non possent, supererat, vt (si modo institutum iter absoluere vellent) per angustias illis eundum eiset.

34. *Iter in Santonum fines facere, qui non longe.*] *Santones*, inquit Volaterranus, nomen suum seruant, quorum urbem *Mediolanum* Strabo, & *Ptolemæus* ponunt. Hæc ille. At si quis tertiū Europæ tabulā rimetur, videbit *Santones* longiusculo spatio à

Tolosibus distare. Horum enim colonia in extremis provinciarum finibus: illorum vero regio ferme ab initio Aquitanicæ Galliæ est ad Occanum. porro *Santones* vernacula nunc Gallorum lingua *Saintgonge* nuncupantur, si Iucundo credimus.

35 *Ei munitioni.* Id est, muro, quem aduersus Helueticorum impetum duxerat.

36 *Qua circum Aquileiã hyemabant &c.* Strabo li. 5. ait, Aquileiam ad sinum Hadriaticum sitã, à Romanis conditam, & incumbenibus barbaris impostam esse: ad eamque flumine onerariis nauibus nauigari per Natilonem fluuium plus stadiis LX &c. Liuius vero lib. 10. belli Macedonici refert coloniam Latinam eo anno Aquileiam, quod Manlius Prætor secunda aliquot prælia cum Lusitanis in vltiore Hispania fecit, in Gallorum agro deductam esse. Vide sextam Europæ tabulam apud Clau. Ptolemæum.

37 *Et qua proximum erat iter per Alpes &c.* Quum ex Aquileia tres legiones ex hybernis educisset, & inde in Galliam vltiorem qua proximum erat iter, contenderet Cæsar, Graiæ Alpes superandæ erant, quæ nunc *minor Bernharde mons* vocantur. Hæc enim via recta ad Centrones ducit, quorum ciuitas in Sabaudia posita, nunc *Tarentasia* vocatur. Vbi eidem Cæsari non tantum cum Centronibus, verumetiam cum Garocelis, & Caturigibus hominibus feris in Alpibus dimicandum erat. Porro de itineribus ex Italia in vltiorẽ Galliam legito Strabonem sub ipsum finem lib. 4.

38 *Ab Ocelo, quod est citerioris provincia extremum* (sic enim distinguendus est contextus) *in fines Vocontiorum vltioris provinciae, &c.* Ab Ocelo, inquit Cæsar, postremo Galliæ citerioris, hoc est, Togata oppido septem dierum spatio se in fines Vocontiorum peruenisse, qui in Narbonensi Romanorum provincia siti sunt. Cui rei ni tertiam & sextam Ptolemæi tabulam adiungas, & locorum situm consideres: isthæc omnia tibi obscura manebunt, & vti cæcis de coloribus disputabis. Multum etiam te ad hunc locum planius intelligendũ iuuerint cum Marliani, tum Proconsulis nostri de Ocelo, siue *Oscelo* commentationes.

39 *Ab Allobrogibus in Sebusianos exercitum ducit. Hi sunt extra provinciam trans Rhodanum primi.* Quandoquidem Allobroges Romanis cis Rhodanum habitant, & Rhodanus (testante Cæsare, Helueticorum fines a Ro. provincia diuidit, & idem hic ait se ab Allobrogibus in Sebusianos exercitum duxisse, qui extra Narbonensem provinciam trans Rhodanum primi populi sunt; relinquitur eum post tergum relicta provincia se in Celticam contulisse Galliam. Qui autem sint *Sebusiani*, & vbinam siti, præter Cæsarem hoc in loco, & Marlianum, nullum nec ex priscis, nec ex neotericis Geographis deprehendere potui, qui negocium explicaret. Quum ergo hu. us adnotatio ad præsentis loci claritatem multum faciat, eius verba huc transferenda esse duxi. *Sebusiani*, inquit, *populi sunt inter Celtas extra Galliam pro-*

uinciam Romanorum trans Rhodanum (ita enim legendum est, non *Rhenum*, vt isthic apud Marlianum, & in multis commentariorum Cæsaris exemplaribus corrupte legitur. neque enim Cæsar Rhenum Galliæ limitem tum transgressus est) *primi, Allobrogibus, Sequanisq; ac Heduis* (quorum erant clientes finitimi, inter *Lausannensem, & Lugdunensem diocesim* siti, quos *Bellicenses* esse coniectura est. *Ciuitas est episcopalis in provincia Bisuntina, duci Sabaudia subdita, siue eius antistiti.*

40 *Heluetii tam per angustias, & fines Sequanorum &c.* Redit ad Helueticos, docens quonam pacto per Clusam in Sequanos penetrauerint, quandoquidem per Cæsareanos milites eis per expeditius iter in provinciam Romanorũ proficisci non permittebatur. Quod autem Heduorum potius quam Sequanorum agros deuastrauerunt, hinc factum haud dubie est: quod his, non illis fidem, & obsides dederant, se absque vilo maleficio eorum fines pertransituros esse.

41 *Ambarri quoque necessarii, & consanguinei Heduorum.* Nec de his populis quicquam vel apud priscos, vel recentes authores inuenio, nisi apud vnam Marlianum, & Iucundum. Nam Lau. Phrysius eadem iisdem verbis in Ptolemæi indicẽ transcripsit. Ille ergo de eis ita scriptum reliquit. *Ambarri*, inquit, *inter Celtas necessarii, & consanguinei erant Heduorum, quos quidam opinantur esse Borbonenses. Nonnulli autem, quod fuerint Niuernenses Heduis finitimi: siue pro parte Bituricenses, allusione vocabuli, quo etas nostra utitur. Ambarros namq; dicimus ciuitatum clientes, seu adhaerentes. Oppidum autem Ambarrorum pagus Semariis, siue mons Barri dicitur. Iucundo auctore Ambarri populi sunt, qui Gallice nunc *Semar*, & *Montar* vocantur.*

42 *Flumen est Arar, quod per fines Heduorum.* De Araris origine, exitu, nominis mutatione, ac flexu nemo rectius scripsisse mihi videtur, quam Marlianus, Rhenanus, & Marcellinus. Proinde priorum verba huc ita substituere placet, vt postremi sententia non omitatur. *Arar* (inquit ille) *Celtica fluminis est, nunc La Sone vocatur. Oritur in diocesi Tullensi finibusq; Burgundia & Lotharingia, non longe à monte Vosgo, ex quo & Mosæ flumens profluit. Interfecit tum eam Burgundia partem, qua Imperatoria: tum eam, qua Regia dicitur. Illi Comes (vt hodie loquuntur) huic dux à Francorum rege institutus præerat: qui tamen mortuo Carolo Philippi, ab Heluetiis occiso, ad supremum ius regium adscriptus est, vt nullus adhuc Burgundia dux sit, sed Comes tantum. Interfecit Gabillonem, ac Matisconem ciuitates, tunc Heduorum oppida: prolapsus Lugdunum urbem, Rhodanum insiuit. Hactenus ille. Hic vero lib. 1. rerum Germanicarum ita differit: *Magnam Lotharingia partem Germania prima olim complectebatur. Vt minus mirandum sit, quod Ammianus fontem Araris Germania prima tribuit: sic lib. 15. scribens, ubi de Rhodano loquitur. Et emensus, inquit, spatio flexuoso Ararim (quem Sanconmã appellant)**

pellant) inter Germaniam primam fluentem suum. *Et nomen asciscit. Oritur autem Araris proxime Vosaginas Alpeis in collimitio Sequanorum & Germania prima. Proinde & Maro de hac Germania prima locus videri potest in carmine Bucolico, quum inquit. Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.* Hæc illi. Vnde fatius constat, *Arulam* ditionis Bernatis fluuiolum, non eundem esse cum *Arare*. Ille enim non in Burgundiã, ac Lotharingiã confinitio, sed in Helueticorum finibus ortum habet. Oritur nanque ex summis Alpibus ad villam, cui Germanice *Bona pino* nomen est, non procul à Rhodani, & Rusæ, siue (vt Tschudo placet) Vrsæ fontibus. Deinde Hasliensem præterlabitur tractum, donec in Brientiensem illabitur lacu. Vnde se rursus effundens cœnobium, & oppidulum Interlacense alluit, & paulo inferius Dunensem ingreditur lacum: quem paulo supra Dunum oppidum deserens, Bernam petit, eamq; fibulæ in modum amplectens, mira flexuositate sursum aliquoufque infra eam labitur, donec Arbergam attingat. Vbi maiore cum impetu deorsum fertur, præterfluens Byrenam, Solaturrim, Aruuangiam, Arburgum, Arouiam, Brugas, & Vindonissam: sub quibus Rusæ, & Limago auctus prope Confluentiam Helueticam Rheno miscetur. Qua de re Proconsulis tabulam consulto.

43 *Vbi per exploratores certior factus est, treis iam copiarum partis Heluetios id flumen transduxisse.* Ex his, & sequentibus Cæsareanis verbis (vbi ait *Heluetiam ciuitatem in quatuor diuisam fuisse pagos*) manifestum sit, Helueticos copias suas pro pagorum numero diuisisse: & aliam pagum post alii copias suas Ararim traduxisse. Quod verbi cum Germanico *überführen* pulchre quadrat: quum alioqui Latini dicant *transportare exercitum*, & absolute *transmittere, & traicere, überfahren*.

44 *Quartam vero partẽ citrũ flumen Ararim reliquã esse.* Citra. i. cis fluuiũ Ararim; supple, *versus Clusam, & Iurassum montẽ.* Notandum etiã quod Romani noctem in quatuor vigilias diuiserunt, ita vt dux ante, altera vero dux post intempestã noctem haberetur: vbi nos in duas dumtaxat vigilias noctem diuidere solemus. Quando igitur Cæsar ait se *tertia vigilia cũ tribus legionibus e castris profectum*, ante solis exortũ id accidisse innuit. Porro ipse Cæsar Tigurinos teste Plutarcho non concidit: sed legatus eius Labienus. At quod ipse ductu factum est, recte sibi vendicat Cæsar.

45 *Is pagus appellabatur Tigurinus.* Pagum Cæsar id appellare videtur, quod Itolorum, & Gallorũ vulgus voce parum Latina *Cart honem* vocat, quoties de Helueticorũ pagis mentionem faciunt: metaphora nimirũ à *canibus*. i. ferreis rotarũ extremitatibus, seu oris sumpta. Vnde autem pagus in hoc significatu, quo Cæsar hic utitur, dicitur; post Sextum Pompeum Festũ D. Giareanus Heluetiã nostrã ciuitatis ornamentum perpetuum, hæc veribus planum facit:

Et Graci τῶν ἰῶν, pagum fortasse Latini Totius fluuii sulcos dixere propinquos: Et villas iuxta positas, vicosaq; casasq;. Non etenim credo pro vico dicere pagum, Scripta moment aliud, testisq; adducitur hostis.

Hæc ille.

Cæterum quia plerique Gallicarum antiquitatum expositores *Tigurinum pagum* eum tractũ esse putant in Heluetiis, quem Thuregiũ oppidum complectitur cum suo agro, & vnus Rhenanus aliã Tigurinorum veterum sedẽ statuit; principio huius argumẽta pensitabimus, ac deinde ne parũ gratius alumnus cenferi queam, in patriã nostrã laudẽ ea subnectemus, quæ ad illius celebritatẽ facere videntur, nẽpe originẽ, progressum, & præsentis reip. statum. Vt ergo pace tanti viri, ac mihi ob eruditionem, ac pietatẽ omnibus modis suspiciendi, dicã quæ sentio, argumenta eius (quæ mihi saltẽ videre licuit) inualida esse videtur. Nam quod primũ existimat veterũ Tigurinorũ sedes ibi fuisse, vbi nunc Vrienses habitant, & pagũ etiamnũ ob id *Vri* mutilata voce quali *Tiguri* nominari: duplici ratione refelli potest. Vna, quod ii, qui etymologiã vocum quarũlibet venantur, plerumque & fallunt, & falluntur, præsertim in longo vsu antiquitatis vocabulis, & rerũ, ac hominũ mutationibus. Altera, quod Vriani pagi situs ipse testatur, tam populosam nationem isthic nunquam habitasse, qualem Tigurinorum fuisse ex rei circumstantiis apparet. Quum enim Cæsar paulo post scribat, *patriam suorum memoria L. Cassium consulem à Tigurinis occisum, & eius exercitum sub iugum missum esse*: non contemnendã hominũ manũ fuisse oportet, quippe quẽ tam insignẽ consulari exercitui calamitatẽ interferret. Quæ sane multitudo in tantis angustiis (quantas Vriarum esse memorant) locũ habitãdi idoneũ non habuisset. Vt taceã interim, quod vero simile est, tunc tẽporis meram isthic solitudinẽ fuisse: aut saltẽ per paucos pastores, imo viarũ transAlpeis ducentium grastratores ea loca inhabitasse. Ad quam coniecturã stabiliendam Helueticorũ annales faciunt; qui tradunt Vriensẽs ab Hunis originẽ trahere, qui illic confederint, quando Gothi, Huni, & Vandali in Italiam irruerunt: atque in ibi tetram incultam, & syluosam colere cœpisse. Huc etiam facit quod cum Cæsar infra, Helueticos deuictos domum à se remissos propter agri bonitatẽ: tum Strabo lib. 7. eosdẽ in campestribus nõ montanis locis habitasse narrat. Proinde quando Vriana regio & montuosa, & præter boum pascua, nec frumentum, nec vinum ferat: vix adducar, vt credam adeo illustrem Helueticorum pagum in tam sterili tractu egisse. Deinde nec hoc satis firmũ argumentũ est, eam ob causam Tigurinos in Vriensiu tractu habitasse, quod sedibus suis pulsũ nouas querebant, dum se Cimbris coniungerent. Etenim Strabo li. 7. Tigurinos, & *Tuginos* (sic. n. legendũ estimo) à Cimbris tantũ in belli societate sollicitos esse scribit. Nec ipse tantũ modo, verũ etiã, Eur. &

Orosius tradunt Tigurinos, & Ambrones cis Alpibus à Ro. ad internecionem occisos. Vnde duo colliguntur. Vnū, quod vero simile sit, vltro quosdam ex Tigurinīs se Cimbris sollicitantibus coniunxisse, nec sedibus suis pulsos; eo quod Strabo ait, Cimbris se inter Helueticos præcipue ad Tigurinos, & Tuginos contulisse. Alterum, quod nec postea nouas sedes inquisuerint, quum ad vnum omnes interierant, qui se Cimbris coniunxerant.

46 Sed dices nunc, plus ne ergo aliorum sententia tibi arridet, qui opinantur, veterum Tigurinorum sedeis ibi fuisse, vbi nunc Zurichinorum ditio est, & qui pagus etiamnum primas inter Helueticos tenet. Maxime. Nam siue quis nominis *ῥυμωρ*, loci, & tractus totius situm, & vetera vrbis monumenta respiciat: nec nobis probabilia argumenta defunt. Principio enim duæ maioris oppidi partes à pago denominantur; nempe *Superior*, & *Inferior* pagus, Germanice *vff dorff* *unnter dorff*. Quod si autem Tigurinarum rerum peritus quispiam contenderit, oppidum recentius videri, quam vt Iulii Cæsaris sæculo fuerit: illius sententiam non admodum improbauero. Est enim pagus paulo infra Thurgū, cui *Prisco oppido*, Germanice *Ustetten* nomen: sub quo ad sinistram in montana eundo circiter dimidium miliare alius pagus est nomine *Urdorph*; cuius argumentū proprius ad Latinam denominationem Tigurinus pagus accedit, quasi dicas, *Tigurdorph*, voce ab initio truncata. Si cui ergo placet, aliam Tigurini pagi sedem fuisse, quam vbi nunc Tigurum vrbs est: iam dictis locis citius fuisse crediderim, quam apud Vrios. Non enim longe à Thermis Helueticorum, *Urdorphū* distat: vbi veterum Helueticorū municipium (Rhenano authore) fuit. Adhæc præter alia vetustatis indicia prægrandis castri ruinæ illuc visuntur, vna cum fornice, quam vulgus nostrate *Finariam Ethnicorum cellam* (Germanice *den heiden Keller*) nominat. Vnde verisimile est Alemannos vt Vindonissam, sic & illas struaturas demolitos esse: & Tigurinū pagum vel ex Gallicæ, vel Latinæ linguæ etymo in Germanicam linguam deflexum esse à nouis incolis, perinde vt Vindonissæ, & Augustæ Rauracorum euenit. Vtut autem coniecturæ istæ se habeant, dubium mihi non est, quin Tigurinus pagus in eo tractu fuerit, vbi nunc Zurichinorum ager est, & oppidum. Etenim Germanorum nomenclatura à Latino vocabulo non multum abluat. Siue enim Latine *Thuregum*, siue *Thuricum*, siue *Tigurinus* appelletur *pagus*: certe vox *Zürich* illas nomenclaturas aliqua ex parte refert, quasi dicas *Thurich*, vel *Tigurich*. Nam quod Glareanus noster oppidum *Tigurum* vocat, terminatione analogica vrbium, & metri causa potius quam auctoritate scriptoris alicuius Latini fecisse videtur. Vero enim simile, cum oppidum, tum populum eadem appellatione appellatos, quemadmodum & *Parisi*, & *Medionarices*; ita vt si quid in oppido factum, *Tigurinū gestum* diceretur, sicuti *Parisiæ*, & *Medionaricibus*. Deinde si quis Zurichinæ di-

tionis situm, commoditatem, & amoenitatem consideret; hanc sedem præcis Tigurinīs non indignā fuisse affirmauerit. Præterquam enim quod frugū, pascuorum, frumentorum, vini, & fructuum suauissimorum ferax est; quatuor piscosissimos lacus habet, Tigurinum, Gryphensem, Psephicensem, & Catilacum. Zurichinus autem vt omnium maximus, ita & commodissimus est: propter merces, quæ ex Insubribus, Suis, Vriis, & Glareanis importantur, & vicissim ex Tigurinīs exportantur. Ad quam commoditatem Limagus fluuius (quæ lacus in oppidi faucibus effundit, & qui eandem interfecat mediam) plurimum facit. Hinc enim fit, vt frumeta, vina, & aliæ merces recta nauibus imponi queant. Eiusdem præterea lacus, ac fluuii beneficio ciues Tigurini commodissime & materiantur, & lignantur. Ad quam rem non parum facit etiam Sila fluuiolus qui ex montanis ortus sub ipso Tiguro minore se in Limagum effundens, materiæ ac lignorum omnis generis copiam sub ver & autumnum, ex niuibus montium liquefactis inundas, ciuibus iisdem aduectat. Quorum vtrunque ni fieret, Tigurini magna vtriusque rei penuria laborarent. Ne dicam interim quod Limagus, fluuius limpissimus, in vrbe duobus pontibus stratus, & prægrandibus duabus rotis ad aquandum instructus, præter aquæ usum varium & pisces lacuinis meliores, oculos mire pascit, & deambulacra commodissima suppeditat. Nec is solum, verum etiam area innumeris tiliis confita, & in edito minoris oppidi loco sita omnis generis ludorum materiā præbet. Isthic enim disco, cursu, lucta, & arcu certatur; & chorea in nuptialibus solenitatibus ducitur. Eadem amœnitas vtroque Tiguro & maiore, & minore exeuntibus occurrit. Ante illud enim fossa præalta & bene longa est: in qua cerui pascētes lulant. In latere autem eius deambulandi locus est amœnissimus: siue arbores in eo varias, siue è regione vineta, & syluosos spectes colles. Ante hoc autem fossa non feris cicuratis, sed aquis, & piscibus plena, ac itidem locus ad deambulandum & pascendum oculos idoneus est. Isthic enim carpiones & alios pisces lusitanteis: ex opposito prata virentia, ac in suprema parte lacum Tigurinum videas. Ad hæc altæ duæ tiliæ extra idem oppidum in iaculatoria bombardatorum area confitæ, mira que arte inflexæ, ac instructæ sunt: vt in æstate aliquot in mensis super eas discumbere, & adeo tute conuiuari liceat, vt flexuosi rami in cacumine colligati vel Sirii æstum arcere queant. Postremo ne quis rem solis coniecturalibus argumentis agi putet; age Chronicorum Tigurinæ vrbis testimonia adducamus. Ludouicus itaque cognomine Pius in dotatione cœnobii Abbatissiani in minore Tiguro, *Thuregum Curtem* (sic enim scribæ tunc temporis corrupte *correm*, villam seu castellum, vt ex aliis similibus diplomatis apparet, vocabant) *suam*, & *pagum Zurichum vna cum omnibus adiacentibus, & ad illum pertinentibus in ducatu Alemannico situm*, vocat. Quod factum est à Christi

Christi natiuitate circiter annum DCCC & XIV. Rursus in alio Instrumento confirmationis donatiui, *monasterium Abbatissanum* dicitur à Carolo in pago *Zurichgauense constructum*: quod datum est IV. *Calendas Martias, anno incarnationis Domini DCCCLXXXIII, indictione prima: anno autem imperii piissimi imperatoris Caroli tertio. Adhuc vero hoc est ad Vlmam Curtem imperialem in Dei nomine feliciter, Amen.* Porro Carolum illum, cognomento Crassum dictum fuisse, ex temporum supputatione colligere licet. Is namque anno Domini DCCCLXXVII. regnare cepit. Et quanquam hæc testimonia apud pium, æquum, & candidum lectorem fati roboris habitura non diffidam, vt credat pagum Tigurinum ibi olim fuisse, vbi nunc Zurichina vrbs, & ditio est: tamen maioris firmamenti, ac euidentiæ causa non pigebit nos plura addere.

47 De fundatione vrbis Tigurina.

Perique Tigurinorum omnes annales (qui etiam fide digni apud eos habentur) perhibent Iulii Cæsaris temporibus, præcis Chronica à quodam equite aurato reperta esse, in quibus vrbis Thuregiæ vestigia, & prima fundatio continetur: videlicet quod eius fundamenta Abrahamæ seculo iacta sint, trigésimo anno postquam à Trebeto Treutorum incenia fundari cepta sint. Tunc inquam minoris Tiguri fundamenta iacta eo loci, vbi nunc S. Petri parochia est, vsque ad Limagum, quo etiamnum pertingit: vocatumque esse *Thuricum* à *Thurico* fundatore, qui rex Arelatensis erat. Maioris autem Tiguri primordia cepisse Sanguaro Israelitarum Iudice, ante Christum natum MCCCXXIV anno; eaq; fundamenta per Suenicū quendam regem nomine *Suenium* iacta esse. Quorum regum vterque limites suos ad fluuium *Aha*, (sic enim *Limagus*, ex *Lint*, & *Aha* compositum nomen; ex lacu inter vtrunque oppidum profluens vocatur) posuisse ferunt: atq; dein inter vtrunque conuenisse, vt ex duabus vna fieret ciuitas, id eoq; *Duregum*, quasi ciuitas duorum regum nuncuparetur. Alii ferunt vrbis Tigurinæ fundationem sub Iulio Cæsare Dictatore factam: quod tamen verisimile non videtur. Nisi forte eam maioris Tiguri partem aliquis à Cæsare adiectam esse putet, quæ iam *noia ciuitas* appellatur.

48 De præcis Tigurina vrbis Republica & Magistratu.

Quoniam primitus vsi sint magistratu, nescitur. Vbi vero Romani ferme omnibus nationibus imperitabant, iudicem, siue præfectum Decium eo loci in castro quodam constituerunt: vbi nunc area illa amœnissima in minore Tiguro visitur. Qui sane sub Diocleriano, & Maximiniano Felicem, Regulam, ac Exuperatium ob Christianam religionem capitis affecit supplicio. Quod

factum est post Christi natiuitatem intra ducentesimum, octogésimum quintum, & trecentésimum annum. Romani itaque vndecim annis post Christum natum vrbis Tigurinæ per præfectum dominati sunt: ac dein eandem ob egregia sua facta libertate donauerunt, imperique sociam fecerunt; ita vt posthac ciues Tigurini aliquem ex sese eligerent procuratorem; qui rerum capitalium causis præesset. Vnde etiamnum imperio præfecti & nomen, & dignitas apud eos manet. Reliquis reipub. muneribus XII viri præerant: quorum alteri sex ex ordine equestri, alteri ex nobili, & antiqua familia creabantur. Quorum posteri quum non in commune reipub. sed quisq; sibi priuatum consuleret: non sine magno & vrbis, & suo detrimento, partibus & factionibus studere cœperunt. In qua discordia prægrandes, ac munitæ illæ turres hinc inde per vrbem structæ feruntur. Quanquā alii putent eas ante vrbem conditam esse structas, quum videlicet hic locus paulatim inhabitari cœpisset. Sunt & alii, qui existimant illas à negotiatoribus esse structas, quando Itali merces suas per lacum Tigurinum huc portabant. Porro quum XII illi viri optimates nullum finem tyrannidis & fastus sui facerent, tota ciuitatis multitudo contra eos conspirauit: eosque rationem facti & infecti, accepti ac expensi reddere compulerunt. Quod quia illi (vt bonos viros decebat) facere nequebant: vnusquisque pro delicti modo in exilium relegatus est. Nec inde (propter insidias quas vrbis cædibus, rapinis, & latrocinis struxerant) vnquā in vrbem recepti sunt. Quo factum est, vt tota reipub. facies immutata sit. Quia enim à *Thuregum* ciuibus Tigurinīs male cesserat, eam in *Thuregum* commutare placuit: quæ & hæc nostra tempestate conseruatur. Totam namque ciuitatem in duodecim curias, seu tribus distinguebant, ac in communi symposium, siue sodalitatem, quod *constabulum* vocant: ita vt singulæ tribus binos tribunos plebis, vnum senatorē, & duodenos in maiorem senatum eligerent; reliqui verò ex constabulo, & libera electione crearentur: vt in maiori senatu ducenti essent, qui numerus diacosiorum adhuc manet. Atque hæc Reipub. mutatio facta est post Christi Natalem, Anno MCCCXXVI.

49 Quibus de causis Tigurini se Helueticæ fœderi iunxerint.

Tigurini etiam non nisi certis, & maximis de causis Helueticæ ciuitati adiuncti sunt. Quum enim Rodolphum Comitem ab Habsburg ob insidias plane latronicas in vinculis aliquot annos haberent: tota Alsatia nobilitas vn̄ cum Basiliensibus, Argentoratensibus, Friburgensibus Brisgoicis, Brisacensibus, Selestadiensibus, & Colmaricis fautoribus, & auxiliariis copiis bellum eis indixit, multisque incommodis affecit. Quod vbi Tigurinus pagus Carolo eius nominis quarto sæpenumero esset conquesti, eiusque opem frustra

implorassent: sibi aliis modis consulere necessario coacti sunt. Cum enim viderent urbem suam titulotenus Romani imperii sociam esse, nec quicquam auxilii ab imperatore sperandum, alios sibi, & magis fidos socios Vrienses, Suiteros, Subsylvianos, ac Lucernanos, quærere visum est. Qui (quoniam ipsis quoque multum negotii præter meritum nobilitas facebat, & Aultrix duci in primis parum grati erant) gratanter eos in suum gregem receperunt: ac Helvetico foederi ita inaugurauerunt, vt Tigurius pagus inter alios omnes primus esset & adhuc sit. Quod factum est post Domini incarnatione anno MCCCXI. Hactenus de primordiis, ac Reipub. statu in vrbe.

50 Consequens nunc est, vt & de præfecturis in agro Tigurino, & extra, item de terræ ambitu, oppidorum, ac hominum frequentia dicam. Præter aliquot reipub. vicinæ administrationes, quorum administratores in vrbe nihilominus residet, circiter septē in agro Præsides habet: vt pote Chyburgensem, Gruningensem / sub quo, & dulcissima patria mea *Rhœlica* villa ad caput Gryphilacus continetur, mille passus Germanicos ab vrbe distans) Gryphilacensem, Egliſonienſem, Andelfingenſem, Regisbergensem, & Chnonouienſem. Communes cum aliis Helueticis præfecturas continent Tigurini, Thurgauanum, Badenſem, Rheniuallensem, & Liberam prouinciam. Quæ sane nobis cis Alpeis sitæ sunt. Trans Alpeis vero in Gallia Togata simul cum aliis foederatis per vices præsidem mittunt Luganenſibus, seu Lucigaunēſibus, Locarnenſibus, Madiuallensibus, ac Mendrisinis, quibus dum hæc scriberem) D. Ioannes Escherus à Tigurinis præfectus erat. Terra, ac ditio eorundem æque lata propemodū ac longa est. Secundū longitudinis namque & latitudinis dimensionem, plus minus quinque Heluetica, hoc est, bene longa milliaria patet: & in orbem ita posita est, vt si quando exercitus conscribendus sit, vno die omnes conscripti milites in metropolim conuenire queant, quod Tigurum est. Præter quod duo municipia, Vitudurum, Steiniam trans Rhenum, ac quinque oppida minora, Egliſouia, Bulachū, Regisbergi, Gryphilacum, ac Gruningam complectitur. Porro in militū delectu habendo, cum decem hominum millibus suis finibus exire possunt, & nihilominus domi iustam militum manum relinquere, quæ hostiū irruptionē ac vim ab iisdē finibus propulsare par sit. Atq; hæc amplitudo Tigurini agri hodie est.

51 Cæterum urbem, ac eius ditionem olim ampliozem fuisse: partim iudiciis minime vulgaribus, partim literis demonstrari potest liquido. Illius namque pomœria latiora fuisse, mœniorum ruine, quæ ab inferiori vrbe parte vsque ad castellum quoddam Limago conterminum (quod circiter duos bombardici lapidis actus, ab eadem nūc distat, & fossæ oppidanæ vestigia arguunt. Quanta vero huius latitudo fuerit, tabulæ Germanicæ cœnobii Abbatissani in minore Tiguro in hæc declarant verba: si quis forsitan fidem meam in interpretando requirat.

*Dis ist ein Copi/wie vber die münz Vnsers
Gozhus zum Frouenmünster
gan sol.*

*Es ist zt wissen / das vnser münz zu Zürich
gan soll in allem Zürichgew vff / durch Glarus /
für Wallstat vff / vnz an den grünen hag. Auch
sol sy gan durch all waldstet vff / vnz an den Got-
hart. Aber durch als Nergew / vnz an die wag-
genden studen. Aber nidsich ab / vnz an den Ha-
wenstein / vnd durch als Thurgew / vnz an die
Murggen / da zwischen sol kein eigen münz sin-
dan allein Zofingen in der ringmur / vnd auch nit
fürbas.*

Quod Latine ita reddidi:

*In hoc Exemplari continetur, quousq; monasterii no-
stri Abbatissani moneta accipienda sit.*

*Notum sit monetam nostram Thuregianam in
toto agro Zurichgauensi, per Glaronam, ultra Wal-
stadium, vsq; ad sepe virescentē accipi debere. Ad-
hæc per omnes syluestreis vicis, vsq; ad Gothardi
montem. Per totam quoq; Argaudiam, vsq; ad vir-
gultum nutans. Deorsum dein vsq; ad excelsam Lu-
rassi rupem. Per totam deniq; Thurgaudiam, vsq; ad
Murgam fluuium: interea loci nulla propria moneta
esto, nisi intra Zofinga mœnia: nec etiam ultra.*

Hactenus Tabulæ. Vade (vt hoc ceu auctarii loco subdamus) certius iā constare potest id, quod supra adstruximus, Tigurinum pagum in Zyrichino tractu iam olim fuisse: præsertim quū tam augusta eius ditio, etiam deletis præcis illis Helueticis Gallis, (sub Francorum regibus fuerit. Neque vero huic sententiæ nostræ quicquam obstat, quod in comparabilis vir D. Beatus Rhenanus *Thuregum* à *Thuro* fluuio denominatum, ac ex diplomate basilicæ Tigurinæ probat, idem à rege Ludouico orientalis Franciæ, pago Durgauenū ascriptū. Non enim negauerim fieri potuisse, vt Allemanni maiores nostri pagum Tigurinum à *Dura* fluuio (pene quem conlederunt) *Zürich* aut *Dürt* oriff, quasi *Tigurich*, aut *Tigurdorff* appellauerint: & posteri ex simpla litera D, duplam Z fecerint, hoc est pro *Zürich*, *Zürich* pronunciauerint. Interim tamen ratio mea sibi adhuc pulcre constat, quod Tigurinus pagus ibi olim fuerit, vbi nunc Zyrichina regio est. Ex superioribus namque Ludouici Pii, & Caroli Crasti instrumentis (quorum alterum antiquissimum, alterum recentissimum) ac ex eo quod Rhenanus (vti ego manuque scriptura vidi) adducit, apparet, Tigurinum pagum ab Allemannis nunc pagum *Zyrichgauinum*, nunc *Durgauinum* appellatum. Idque ex eo nimirum prouenit quod Tigurinus pagus sub Francorum regibus & Abbatissæ monarchia Durgauiam quoque complecteretur. Siquidem modo allegatam diploma Germanicum docet, monetam Duregensem per totam Durgauiam vsque ad Murgam fluuiolum acceptam: qui Frouenfeldiam præterlabens Duram illabatur. Huc accedit quod in alio eiusdē monasterii

monasterii Abbatissani diplomate Ludouici regis (qui Caroli nepos ex filio Ludouico fuit) *Ch. in* etiam *Curtis ipsius in ducatu Allemannico, in* *Durgauenſi sita* appellatur: id quod factum est anno xxvi regni Ludouici serenissimi regis in Francia orientali, indictione vi. in villa Franconofurt, in palatio regio. Hactenus diploma. Vnde patet, Duregū tunc temporis Durgauia angulum, seu extremitatem non fuisse: sed multo longius protentam, nimirum vsque ad Argauiam. Etenim illud plusquā ad duos lapides à Chamā distat: qui haud inelégans, nec ignobilis etiamnum vicus trans Tuginū lacum è regione Tugii (qui iam vnus ex xiii Helueticorum pagis recensetur) situs est. Tantum de coronide ista. Porro ne quis miretur, quo pacto limites agri Tigurini antiquitus vsque ad S. Gothardi montem pertigerint, & cur Abbatissa monetam Duregensem suam vocet: sciat Vriensium vicum primarium nomine *Mtorff*, monasterio Abbatissano mancipatum fuisse, & intra plus minus ducentos annos magnis imperiis manumissum. Deinde quod Abbatissa numisma sui imaginem gestans percussit: vnde & ex rei argumēto *Angster* *et* *angster* quasi *Anglister* vocatur. Germani enim faciem aut lit, seu *angli* voc. tant. Quo fit, vt etiamnum numulus duobus obolis valens, vbiq; ferme in Heluetiis, *Angster* vocetur: quæ alii Teutones *pfennig* nunciapant. Atque ita sane cum Tigurum Bernæ, adde etiam Salodorum, dicitur etiam illud monarchia Abbatissana abrogata, nō amplius Abbatissæ faciem, sed vrbeis fontem numis suis imprimat: & hæc nullos profus eūdant, sed duos obolos *Angsterum* nominant. Non tamē ignoro esse quosdam non à facie, sed ab Augustæ Rauracorum appellari: eo quod Helueticū vulgus *Angster* pronunciet, non *Angster*. At illorum ratio duplici argumento dilui potest. Vnō, quod illud pleraque alia vitiose enunuet, ideoque illius enunciationem non esse oraculum Delphicū. Altero, quod Allemanni, qui numero Augustæ Rauracorum, ac in eius circuitu habitant, numum non *Angsterum*, sed *Rabbium*, seu *Coruum* vocant. Vnde nec vero simile est numum nostratem ab Augustæ potius, quam facie Abbatissana nomen sortitum, propter rusticam quorundam pronunciationem. Nam vrbanis non *Angster*, sed *Angster* & pronunciant, & scribunt. E contra Etymologia nostra non vulgi nostratis pronunciatione; sed cū veterum, tum recentiorum (qui monetā eūdant) ratione fulta est. Siquidem Athenienses à nocturno & bouis simulacro, & Romani à bigis sua numismata, *Noctuas*, *Bones*, & *Bigatos*: Bernates ab vrſi, *Friburgenses* *Brifgoici* à cotui simbolo numos suos, *Vrſos*, & *Coruos* dictant. Quos deinde non solum alii Heluetii, verum etiam extere nationes imitata, in eiusdem valoris numismate percutione *Batios*, seu corrupte *Bafios*, & *Coruos* nunciant: tamen hæc parti signa signata sunt numismata. Qui sane mos, & hæc nostra declaratiuncula, nisi *provan* amabilis infantia me votum de-

mentauit) superiores tabulas magis & ratas; & diuidas fecerint. Sed tempus iam est; vt à digressione longiuscula ad inuicem nostrum redeamus. Tantum de externa republica & iurisdictione: par est iam vt & de interna, seu ecclesiastica aliquid dicamus.

52 De duobus monasteriis Tigurina Vrbe.

DE arate, ac fundatione Abbatissæ, seu minoris monasterii in minore Tiguro præter tabulas duorum principum ex regia profapia ortorum nihil fide dignum habetur, quæ sic habent.

Ego Wighardus, & frater meus Rupertus omnia bona, qua nobis paterna hereditate obueniant, reliquimus. Frater autem meus suam partem istis conditionibus regi tradidit vt in arce Turicino (ita enim minus Tigurum, quod ante maius structum est, tunc temporis vocabatur) templum adificaret: atq; in eo pictatis officia in perpetuum insitueret. Quum vero Carolus Magnus post Christum natum dccc Imperator Romanorum electus, & à papa Leone tertio coronatus, ac confirmatus esset, quodam tempore Tigurum venit: vbi in maiori monasterio septendecim presbyteros reperit, quos hac lege confirmauit, vt ex decimis quidem, ac villis parochia annexis, victitantent: atq; vicissim vt non tantum ipsi, verum etiam eorum posteri Deo seruirent, omnibusq; ad parochia istam pertinentibus sine in montibus sine vallibus habitantibus religionis Christiana officia, sicuti moris est, perpetuo præstarent. Actum Thuregi IX anno Casareatus Caroli: Anno autem Domini dcccxi.

53 De maiori monasterio & Canonicorum collegio seorsim cum copiosis, tum clariis.

IN vetustis maioris monasterii literis antiquius nihil inuenitur, quam quod ante collegii institutionem ac instaurationem à Carolo factam, ibidem ingens parochia fuerit, cuius ministri ex decimis vixerint. Postquam enim Carolus eo peruenit, xvii. presbyteros inibi reperit: inter quos senior, *Leidrachus*, & secundus ab eo, *Decanus* vocabatur. Idem deinceps Carolus Theodori episcopi Constantiensis opera, præposituram isthæ instituit, & viginti quatuor viros ordinauit, qui in posterum sub canonicorum regula viuerent: populisq; in montibus, & vallibus habitantibus, ibidem Catholica fidei, ac Christianitatis ministerium omnitempore quærere, ac habere iussit: atque Deo, sanctisque martyribus Felici ac Regulæ seruiedo, permanere. Quam ob causam multis redditibus collegium donabat: qui in eiusdem collegii instrumentis annotati sunt. Ad hæc eiusmodi ordinem inter xxiv illos viros instituebat, vt octo seniores, octo diaconi, & octo subdiaconi essent, qui quæ ad pietatis munia obeunda educarent: Atque hi omnes literis, orationi, laudibus diuinis, & gratiarum actionibus intenti erant: aliosque docebant, &

Christum prædicabant. Idq; vel hinc probari potest, quod Bertoldi Ducis à Zeringen. (qui se imperialis arcis apud Tigurinos Comitum profitebatur) temporibus, omnes Canonici ad prædicandum Dei verbum obstricti erant. Quandoquidè ciues Tigurini eidem supplicauerunt aliquando, vt Canonici ediceret, quo vnus ex eis parochum ageret. Quod & impetrauerunt. In huius namq; rei testimonium prædicti Ducis Bertoldi Instrumentum etiamnum in Canonicoꝝ collegio existat. Præterea dum prima sæpe iam dicti maioris monasterii fundamenta iacerentur, Carolus Magnus sua manu primū saxum in fundamēto posuisse fertur. Quod si ita est, ab anno MDXXXIX nūc corrente, anni septingenti, viginti septem à iactis monasterii istius fundamentis elapsi sunt. Hæc de præfco Ecclesiæ Tigurinæ ritu, & statu non equidè contemnendo &c. Sed heus tu, diceret aliquis, ad eone instituti tui oblitus es Rhellicane, vt annotationes professus, historiã aut encomiū scribere incipias, & ἀπορδιόνυα tractes? bona verba quæso. Non enim aut in patriam meam amor, aut styli ardor me ita transuersum rapuit: quin propositi mei pulchre meminerim. Quum namq; in quæstionem ventum sit, vbinam Tigurinus pagus (cuius Cæsar meminit) in Heluetiis situs fuerit, ac ego Zurichinum tractum fuisse contendam: pluribus id coniecturis, argumentis, & circumstantiis rei indicandum fuit. Proinde candidus, ac æquus lector veniam mihi dabit, si annotandi limites egressus, commentaria scribere cœpi. Siquidem (ni fallor) iam ex nominis argumento, veterum annalibus, loci situ, ac ditionis latitudine constat, hunc eundem Zurichinorum tractum Iulii Cæsaris tempestate pagum Tigurinum appellatum esse. Hoc igitur quum pro nostra virili epichirematism quam plurimis ostenderimus: par est iam, vt post prælogam digressionem ad institutum reuertamur. Sic ergo sequitur in Cæsare:

54 Nam omnis ciuitas Heluetia in quatuor pagos diuisa est.] De veterum, ac recetiorum pagis infra commodior differēdi locus dabitur, vbi ad pagum Vrbigenus mentionem Cæsar venit.

55 Hic pagus vnus, quum illo exisset, patrum nostrorum memoria L. Cassium consulens inuenerat.] L. Florus lib. 65. epitomes Liuianæ historiæ refert, L. Cassium Ro. consulē a Tigurino pago (qui tum ab Heluetiorum ciuitate forte fortuna secesserat) in Allobrogum finibus cum exercitu casum esse: æque milites, qui ex ea ciuitate superuerant, obsidibus datis, dimidia rerum omnium parte, vt incolumes dimitterentur, cum hostibus pactos esse. Hæc ille. Cæterum Paulus Orosius lib. 5. cap. 17. historiam paulo aliter commemorat, vbi ita scriptū reliquit: In Zurichini belli temporibus L. Cassius consul in Caucia Tigurinos vsque ad Oceanum persecutus, rursusq; ab istis insidiis circumuentus, occisus est. L. quodq; Pijo vir consularis, Legatus Cassii consulis, interfectus, C. Publius aliter Legatus, ne residua exercitus portio, qua in castris confugerat, deleteretur,

obsides, & dimidiam partem rerum omnium Tigurinis turpissimo fœdere dedit: qui Romam reuersus, à Caelio Tribuno plebis die dicta, eo quod Tigurinis obsides dederat, in exilium profugit. Hactenus & Orofii verba recensuimus. Porro quid sit Sub iugum mittere, cum Sextus Pompeius Festus hisce verbis declarat, Iugum, sub quo victi transibant, hoc modo fiebat, fixis duabus hastis super eas ligabatur tertia, sub iis victos discinctos transire cogebant: tum ex 9. Liuii lib. ab vrbe condita statim ab initio discere licet. Isthic nanque describit, quoniam pacto Romani a Samnitibus ad furcas Caudinas singulis cum vestimentis, ac inermes sub iugum missi sunt. Hanc ignominia notationem nostri sæculi homines Germani aliter & instituerunt, & vocant. Non enim sub iugum mittunt, sed singulos victos, singulis vestimentis inermes, & candido baculo in manus tradito dimittunt: ideoque vocant, an den stab vffnemen / hoc est, ad bacillū recipere. Postremo cū in eadē pericopa inquit, qua pars ciuitatis Heluetia insignem calamitatem populo Romano intulerat, ea princeps poenas persoluit: duo notanda sunt. Vnum, quod partem Heluetia ciuitatis id vocat, quod paulo ante pagum Tigurinum appellauerat. vnde colligimus Heluetiorum pagos rectius Partes, quam Cantiones vocari. Alterum, partis orationis enallagen in voce princeps esse: quasi dicat, præcipue poenas persoluit, vel (vt vulgo loquuntur) principaliter.

56 Quod eius socii L. Pisonis auum, L. Pisonem legatum.] Suetonius in Iulio tradit, L. Pisonis (qui ei in consulatu successurus erat) filiam a Cæsare sub idem tempus in vxorem ductam esse, & Iulia Cn. Pompeio collocatam: repudiato priore spōso Seruilio Cæpione, cuius vel præcipua opera paulo ante Bibulum impugnaverat. Cæterum imperatoris, aut ducis alicuius Legatus is apud præfcos Romanos erat, qui Ammiani Marcellini temporibus Comes dicebatur: & nostra ætate ab Italis, Gallis, & Germanis locum tenens, lieutenant, & corrupte lutiner vocatur. Fleraque enim militaria nomina apud nos Italica, & Gallica sunt, vt est, lerman, quali larma, hoc est, classicum, seu ad arma: & Furier corrupte pro currier, aut curier, à currēdo haud dubie, seu curando; quod scilicet is, qui isthoc officio fungitur, exercitum præcurrat, & singulis legionibus, ac cohortibus de hospitio, & victu præcipiat.

57 Quod Heduos, quod Ambarros, quod Allobroges vocass.] De his paulo supetius egit Cæsar, & nos inibi ea, quæ potuimus, super iisdem annotauimus.

58 Consueffe enim Deos immortales.] Sic & Homericus Agamemnon ἰλιάδῃ δ. Menelaum fratrem suum à Pandaro contra fœdus iaculo iclum consolatur, dicens:

Εἴ πορ ἔρ τε θεῶντι Οὐλύμπιοι ἐκ ἐπέλασεν,
Ἐ κ τε θεῶντι πλεῖ σὺ π μεγαλύτε ἀπέ πατα
Σὺ δ σφῆσι κεφαλήσι, γλωσσῆσι, & πεκέαστι.

Quos

Quos versus nos vtrumq; ita Latinos fecimus:

Longenimis quammis sit tupter, aruamēstos
Postea multabit magno cum scenore Troas:
Vt simul & vetuli, iuuenes periuria soluant.

In quam sententiam & Valerius Maximus lib. 1. c. 2. scribit, quando ait, Dionysium patrem truculentissimum Syracusanorum tyrannum sacrilegii sui poenas demum in filio suo dedisse: propterea quod is regno exactus, Corinthi præ egestate ludum aperire coactus sit. Lento enim inquit, gradu ad vindictam sui diuina procedit ira: tarditateq; supplicii grauitate compensat.

XV 59 Alieno loco.] id est, iniquo.

60 Quo pralio sublati.] hoc est, elati, ac infolentiores facti sunt Heluetii.

XVI 61 Cæsar Heduos frumentum flagitare.] scilicet, coepit, vt Priscianus exponit: vel flagitare, pro flagitabat. Id quod Latini historici a Græcis mutuati sunt. Sicuti & illam superiorem, flagitare Heduos frumentum, pro, ab Heduis. Græci namq; dicunt, αἰτῆμαί τε βιβλίον, id est, postulo te librum, pro, abs te.

62 In his Diuitiaco, & Lisco, qui summo magistratu præerant.] Diuitiaco, & Lisco; supple, conuocatis. Porro autem de summo Heduorum magistratu, quem Vergobretum vocabant, ipse Cæsar infra lib. 7. de bello Gallico hæc addit; primum, quod duos ex vna familia creare non liceret: deinde, quod iisdem magistratibus, Heduorum finibus exire fas non esset.

XVII 63 Gallorum quam Romanorum imperia præferre.] Quædam exemplaria perferre legunt; quæ si sequaris, se malle, subaudiendum est. Sin vero præferre legas, sensus est, factiosos illos Heduos Gallorum imperia Rom. imperiis anteferre: hoc est, malle illis quam his parere.

64 Heduis libertatem sit erepturi.] Quæ Heduoꝝ libertas, ac prærogatiua præ aliis Gallis fuerit, cum ex sequentibus huius libri dictis (vbi Cæsar in Oratione ad Ariouistum, eos a senatu Romano fratres, & consanguineos appellatos dicit) tum ex vndecimo historiarum libro Cornelii Taciti patet, vbi sic ait: Primi Hedui senatorum in vrbe ius adepti sunt: datū id fœderi antiquo, & quia soli Gallorum, fraternitatis nomen cum populo Romano usurpant. Quibus M. Cicero lib. 1. ad Atticum in epistola, quæ incipit, Non modo, &c. hisce verbis assentitur: Nam Hedui fratres nostri pugnant.

XVIII 65 Cupidum nouarum rerum, &c.] Hic locus plane Rhetoricus est. Quemadmodum enim rhetores docent inuentionem ad coniecturalem constitutionem accommodare, vt primum antea vita consideretur, deinde spes commodorum, possibilitas aut impossibilitas: ita Cæsar hoc loco rem considerat, quum Dumnotix regni affectat, ac prodicionis reus describitur. De quo vide it. librum Ciceronis ad Herennium statim ab initio.

XXI 66 Largiter.] id est, multum posse.

67 Quique in exercitu L. Sylla, & postea.] De

his omnibus videto Appianum lib. 1. bellorum ciuiliū, & in Parthico; denique Plutarchum in Sylla: & Craffo.

68 Considius equo admissio.] id est, concitato. XXII
69 Quod a Bibracte oppido Heduoꝝ.] Voluterranus lib. 3. Geographiæ ait, Bibracte oppidum prope ciuitatem Heduensem ad exiguum vicum redactum esse.

70 Ea res per fugitiuos L. Aemylii decurio.] Decuria (Aulo Gellio lib. 18. cap. 7. attestante) tria denotat, locum, ius, & homines. Vnde Decurio denominatiuum deriuatur. De quo Vegetius lib. 2. de re militari, cap. 14. sic scribit: Quemadmodum, inquit, centuria, & manipulus peditum vocatur: ita inter equites turma. Et habet vna turma equites xxxii, & qui huic præest, decurio appellatur.

71 Phalange facta.] Q. Curtius lib. 3. de Alexandri Magni gestis, Phalangem, inquit, Macedones vocant peditum stabile agmen: ita vt vir viro, & armis arma conserta sint. Vegetius vero lib. 2. de re militari cap. 2. non tantum Macedones, verum etiam Græcos, & Dardanos phalangibus usos esse testatur: & in vna phalange octo armorum millia censa esse. Quo autem pacto Germanorum istorum phalanx instituta fuerit ex sexto Orofii libro patet, vbi in hæc verba scribit: Pugna maxime grauis ex phalange Germanorum fuit, quam coacto in vnum agmine, scutisq; supra capita contextis, ad irrumpendam Romanorum aciem tuti vndique præstruxerant. Sed postquam aliqui Romani militum agilitate, audaciaque insignes, supra obductam saliere testudinem, scutisque singillatim, velut squamis reuulsis desuper nudos deprehensorum, detectorumq; humeros perfoderunt, territi hostes nouo mortis periculo, terribilem dissoluere compagem.

72 Scutis vno icu pilorum transfixis, &c. Idem XXV
Vegetius eodem in lib. cap. 15. Bina, inquit, sunt missilia, vnum maius ferro triangulo, vnciarum nouem, hastili pedum quinque, & semis: quod pilum vocabant. nunc spiculum dicitur.

73 Prima, ac secunda acies.] Supra meminit Cæsar, se triplicem aciem in colle instruxisse.

74 Quod pro vallo carros.] id est, carris, ac rotis valli vice vterentur. Germanice, s; machten ein Wagenburg.

75 Cum ab hora septima diei.] Sabellicus a tertiam diei hora legit. Quam lectionem si sequimur, apparet pugnam istam nouem solidas horas durasse. Nam Cæsar ipse subiungit, in multam vsque noctē ad impedimēta pugnatū esse. Etenim solaria apud antiquos (testante Cælio Lect. antiq. lib. 7. cap. 9.) in horas tam diei, quam noctis temporales, seu naturales, non æquinoctiales, seu horologicas diuisa erant: ita vt singuli dies, noctesque horis continerentur duodecim.

76 Mazaras, ac tragulas subiciebant.] Quid Mazara sit, me ignorare fateor, quia nunquam apud vllum Grammaticum ea vox explicatur, nec apud Vegetium, aut alios bellicæ rei descriprores

inuenitur. Nisi forte pro *maxima materis* scribitur *maximas* legendum est. Siquidem *materis*, auctore Sifenna, longius telum est quam lancea. *Gallia* (inquit) *materibus*, *sani lanceis* configunt. Idem, *Alia materibus*, aut lanceis medium perturbant aciem. Hęc ille. Vnde, ac ex rei circumstantiis, genus teli fuisse apparet. Statim .n. subiungit Cęsar *tragulas*: quę vox est expositore, teli gen^o est, sic dicta, quod *scuto infixa trahatur*. Nonius autem Marcellus, *tragulam*, *hastam esse* dicit, ac suam sententiam Sallustii auctoritate fulcit, qui in historiarum lib. 3. sic ait: *Auidissimis, atq; promptis ducibus, ut Marcellus icu tragula sauciaretur*. Postremo & Varro nonis testimonio in Meleagris comprobatur, vbi sic inquit: *Aut ille ceruū, qui volatile currens, sparo secutus, tragulae traiecit*. Hęc illi. Vnde nimirum parocmia nata est, *tragulam inuicere*, pro eo quod est *dolum frungere, eum Lotterfallen machen*.

77 *Ex eo pręlio circiter hominum millia centum triginta superferuntur*.] Eutropius lib. 6. tradit, Heluetiis, ac eorum sociis centum XLVII millia in pręlio isto interempta esse. Strabo autem circiter quadringenta millia interisse, & octo millia hominū euasisse. Plutarchus vero centum hominum millia pręlio superfuisse ait; quos Cęsar desertis ipsorum sedibus restituerit.

78 *In fines Lingonū die quarto peruenerunt*.] Strabo lib. 4. *Supra Heluetios*, inquit, & *Sequanos*, *Hedui*, & *Lingones in occasum vergentes habitant*. Marrianus ait, *Lingones inter Celtas populi finitimi sunt Heduis, Sequanis, ac Tullensibus, qui dicebantur Lenci*. Nomen adhuc retinent, ciuitas est episcopalis in prouincia Lugdunensi, & Francorum regno sita, & *Langies nunc ab indigenis vocatur*. Cuius sententię Iucundus accedit, nisi quod *Langres* mendose dubio procul pro *Langies* scriptum est in eius elencho. Volaterranus lib. 3. Geographię *Langones* antiquitus vocatos esse affirmat, vnica litera immutata: ac eorundem oppidum *Adunantium* esse. Quos omnes a vero non aberrare, tertia Europę pictura apud Ptolomęum comprobatur.

XXVII 79 *Qui Verbigenus appellatur*.] Ex superiori Cęsaris descriptione satis constat, quatuor pręcę Heluetię ciuitatis pagos fuisse, quorum duos tantum ipse per occasionem receperit, *Tigurinum*, ac *Verbigenum*, siue *Vrbigenum*, vt quędam exemplaria legunt. De prioris tractu quid sentiamus, ad lōgum diximus, par est vt & de posteriore quippiam dicamus. Tschudus proconul noster, *Verbigenum* pagum in Argouiano tractu fuisse putat; mirum in Glareani pręceptoris, & affinis sui vestigiis insistentis. Is nanq; quartum Heluetiorum pagum ad Arulam situm fuisse opinatur. Rhenanus autē lib. 3. rerum Germanicarum de eo sic scriptum reliquit: *Dubium est apud erud. ros quissimum isie Verbigenus pagus, aut ubi fuerit. Dicam coniecturam meam. Suspicio scribendum Vrbigenus, ad vernaculam fortassis veterum Heluetiorum linguam: alioquin mallem Vrbinus. Est autem Vrba anti-*

quissimum oppidum Heluetiorum, in illa, ceu fosserior atas vocare cepit, cisurana Burgundia: non minus vetustatis pręferens ruinis adificiorum, quam ipsum Auenticum. Agnoscat hodie ciuitatē Bernensē, ac Friburgensē. Inter Lausinum lacum, hoc est, Lemani, & Arioricam Antonino ponitur. Hęc illi. Quę si diligenti expendamus trutina, huius, quā illius, sententię verō similior, ac probabilior (cum venia procōsulis conterranei mei dictū volo) est. Illius nanque opinio nulla alia ratione nititur, quā quod pagi a fluminibus eos perlabantibus nomina sortiti sint. Nisi forte putet vocabulum Germanicum *Verbigō* (quod tamen ab *Arula*, & *terra* denominatum est, quasi dicas *Aroga*) aliquid cognationis cum *Verbigeno* habere. At huius sententię duabus haud elumbibus coniecturis fulta est. Primum quod vox *Vrbigenus* cum *Vrba* (sic enim Antoninus in Itinerario suo, & Regino Abbas Prumiensis eam vocat) magnam affinitatem habet. Deinde quod non tantum Rhenanus, verum etiam Holhardus Vrbe natus, atq; inibi concionatorem sacrum agens retulit, dum Berna hosce Cęsaris commentarios publice enarrarem: pręter alia antiqua rudera, & numismata, turrim mirę vetustatis isthic esse. Huc etiam facit diploma quoddam epistolare Lotharii gloriosissimi Regis; in quo *Alsatia, Elisacensis pagus* appellatur. Illud nanq; *Vrbe in villa regia factum esse* scribitur XI Cal. Febr. anno Christo propitio, eiusdem Regis XIV, indictione II. Quę omnia vetustatē, ac ingentem loci celebritatem arguunt. Quid quod & Vrba ad fluuiū Teillū sita est, qui in lacum Ebrodunensem, seu Iuerdunensem ingreditur? Vnde nec illi ob fluminis inopiam pagi nomen abrogare quisquam potest.

80 Cęterum quinam alii duo pagi, & vbinam siti fuerint, commemorare mihi superuacaneum esse videtur. Quū enim nullus veterum (qui saltem extant) authorum de illis quidquam literis mandauerit, & tanta annorum series multa in locis, ac eorum incolis variauerit: frustra solis coniecturis res tentatur. Quid nanq; Deus bone, coniectando in his duobus pagis nomine carentibus effecerimus, quando inter eruditissimos quosq; de aliis nomen suum adhuc retinentibus nondum conuenit? Si enim coniecturalibus argumentis agere vellem, nec mihi coniecturę deessent, quibus probabile redderem, Auenticensē quoq; agrum fuisse vnum ex Helueticis pagis. Etenim quando *Auenticum* a Cornelio Tacito *gentis totius caput* dicitur: probabilis est id pago nomen dedisse, quam quod alii subiectum fuerit. Turpe nanque toti Heluetię ciuitati fuisset, si metropolis aliis oppidis & pagis subdita fuisset, & non principem locum in hac quoq; parte habuisset. At nihil de hac re affirmauerim, nec temere in cuiusquā verba magistri in istiusmodi, & aliis negotiis iurauerim: interim tamen per me licet vt suo quisq; sensu abundet. Tantum de veterū Heluetiorū pagis.

81. Quia vero Volaterranus, & Sabellius perperam

peram de recentiorum Heluetiorum pagis scribunt, & multos externos secum in errorem ducunt, appendicis, & coronidis vice illorum nomenclaturam ordine subiiciam. Nam si quis plura de maiorum nostrorum fœdere, & primordiis scire cupit, Glareani descriptionem, & Myconii pręceptoris mei plurimum obseruadi super eandem Commentariolum videat. Tredecim ergo Heluetiorum pagorum nomina, & ordo sic habet, Tigurū seu Thuregum, Berna, Lūcerna, Vria, Suitia, Subfluania, Tugium, Glarona, Basilea, Friburgum in Nuichthonibus, Soladorū, Scheffhusia, & Abbatia cella. His cedere iūcti sūt Sangalēses, Lepōtii, Vallesiani, Milhusiani, Bielnenses, & Rotunuiliani.

XXVIII 82 *Ne propter bonitatem agrorum Germani, qui trans Rhenum incolunt*.] Glareanus in primi pagi Heluetici descriptione, putat Durgęum agrum hic a Cęsare signari. At D. O. Myconius illius *ορχλιας*, ac venerandus mihi pręceptor, isthic admonet, eum postea diuersam coniecturam attulisse: nempe Auenticensē, & Muretanum agrum rectius hic intelligi. Id quod & mihi vero similis apparet. Tametsi enim Durgęus ager vber sit: tamen Auenticus & Muretanus multo vberior est. Etenim pręter frumenti, pascuorum, & sylvarum copiam: vina illa nobilissima (quę illuc etiam in Sueuos transportantur) non procul ab eo tractu proueniunt, quę a lacus ripa *Ripensia* vocantur. Pręterea Muretum versus lacus (quem quidam olim ad Auentici vsq; mœnia pertigisse autumant) piscosissimus est, qui etiamnum & Friburgēsis, & Bernatibus satis pisciū suppeditat. pręterea tantus fructuum prouentus in prædicto agro est, vt incolę per totum autumnum, ac hyemem, poma, pyra, ac nuces Friburgum, ac Bernam vident. Quę omnia Germanos terram steriliorem incolentes facile ad occupandum ea loca pellexissent; præsertim si ea cultoribus vacua intellexissent. Quam enim auidi fertilioris soli & maiores, & minores Germani sint, Belgarum, Ariouisti, Burgundionum, Nuichtonum, & Francorum irruptio in Gallias docet. Nam omnes hi (pręter vnum Ariouistum cum suo exercitu inde pulsum) isthic auelli non potuerunt. Imo quotquot ferme Germani etiamnum trans Rhenum in Galliam veniunt, frugum, & fructuū dulcedine capti, perinde patrię suę obliuiscuntur, atq; ii qui lotum gustauerunt. Nihil autem (vt hoc ceu corollarij vice addam) obstat quo minus Cęsar toti Heluetiorum agro timuerit: ne videlicet ē suis finib. egressi Germani in eorum fines transirent. Quod autē potissimum de Auenticensi (qui dubio procul tūc temporis Antuates, Gaienses, Equestris, atq; adeo totū tractū illū transuranum vsq; ad Geneuę pontem cōplectebatur) agro Cęsar loquitur, sequentia verba arguunt, vbi ait: *Finitimi Gallia prouincia, Allobrogibusq; essent*. Etenim (ipso Cęsare supra testante) Iura mons Sequanos ab Heluetiis, Lemanus vero lacus & Rhodanus eosdem a Romanorum prouincia discriminabat. Prædicti autem

populi in extremis Heluetiorum finibus Geneuā versus habitant. Qua de re consule tertiam Ptolomęi & Tschudi tabulam.

83 *Boios petentibus Heduis, quod egregia virtute*.] De hoc negotio Cęsar infra lib. 7. sic ait: *Vercingetorix rursus in Bituriges exercitum ducit, atq; inde profectus Gergobiam Boiorum oppidum, quos ibi Heluetico pręlio victos Cęsar collocauerat, Heduisq; attribuerat*.

84 *In castris Heluetiorum tabula reperta*.] Quidam putant istas Heluetiorū tabulas Gręcis duntaxat literis, & sermone Gallico confectas esse. At magis crediderim eas & literis & vocibus Gręcis eo more conscriptas fuisse, quo maiores nostri ante centū, & quinquaginta annos Latino sermone in publicis instrumentis, & rationib. vsi sunt. Quę admodum nāq; in hunc vsq; diē apud nos ingenui Latinis, sic veteres illi Heluetii, & alii Galli in Gręcis instituebantur literis. Quum enim Massiliam Romani studiorum causa adierint: vero non dissimile est, etiam Gallos eo gratia discendi Gręcās literas concessisse, præsertim quum hęc vrbs in ipsorum terra esset sita. Cui coniecturę & Strabo, & Cęsar ipse locuples dant testimonium. Ille nanq; lib. 4. sic de Gallorum studio scribit: *οι ελληνας κατασκευαζει τους Γαλατας, ωστε ε πα συεβολαγα ελληνισι γραφειν*. Hoc est, Budęo paraphraste, *Eadem vrbs Massilia Gallos lingua Gręcę studiosos fecit, & eo vsque amantes, vt contractus, & conuenta apud eos Gręcę sermone concipiuntur*. Hic vero infra lib. 6. de bello Gallico refert, *Gallos in omnibus fere rebus publicis, & priuatis rationibus, Gręcis literis vsos esse*. Hęc illi. Vnde primo manifestum fit, Gallos non tantum Gręcōrum elementis in scribendo, verum etiam eorum sermone in diplomatis vsos esse. Deinde non vulgus, sed tantum scribas, & potentiores nobilioresq; homines Gręcitati studuisse, hac nota fere Cęsar innuere videtur. Quum nanque dicit, *parte in omnibus cum publicis, tum priuatis rationibus, & contractibus literis Gręcis vsos*; aliquos nimirum excludit. Quorum posterius idē Cęsar adhuc planius facit lib. 5. de bel. Gal. vbi ait, *Epistolam Gręcis literis ad Ciceronem in hybernis obessum ideo ex aratam, ne ea intercepta, Romanorum consilia hostibus proderentur*. Nam si vulgo apud Gallos Gręcę sciuisent, frustra hoc consiliū Cęsar in scribenda Graia epistola cępisset. Sed dices, qua ergo lingua veteres Gallos vsos esse arbitraris? Peculiari quadā, cuius vsus apud eos propter varia bella cum Romanis gesta, & seruitutis iugum eiusdem impostum, intercidit. Huius tamē vestigia aliqua adhuc apud Britones maritimos Lugdunensis Gallię populos extant. Siue enim hi ex Britannia in maritima Gallię loca concesserint, siue ex Galliis in Britanniam migrantes insulę nomen dederint: certe illorum lingua (vt mihi fide dignissimus D. Ioannes Burcheirus Anglus retulit) semiromana aliorum Gallorum dialecto prorsus aliena est, & conuenit pulchre cum eorum Britannorum lingua, qui in montanis habitant, quos Angli *Wales* vocant.

Hi autem (vt Anglorum annales ferunt, & D. quoq; Ioannes Buderus dixit) indigenæ in sua insula sunt, moribus, ac lingua differentes a nouis incolis, qui ante aliquot annos illa loca occupauerunt. Atq; hanc meam sententiam, ac illorum bonorum virorum relationem duo doctissimi viri in editis suis libris confirmant. Volaterranus enim lib. 3. Geographiæ de Britonibus hæc literis mandauit: *Ante omnes, inquit, Britones summum occupant ad mare locum. Hos Procopius ex Britannia insula, colonos esse dicit. Beda vero hos potius in Angliam traicientes insula nomen dedisse. Plinius Britannos populos in hoc Gallorum latore nominat. Strabo etiam Britanniam urbem inter Aquitanos Britonibus vicinos ponit. Caesar in Commentariis scribit, Gallos proxima Britannia litora ad prædandum occupasse. Gens est nunc bello fortissima, sæpe Gallorū regibus formidolosa.* Hæc ille. Rhenanus vero lib. 2. Rerum Germanicarum, *Sermo, inquit, quo peculiariter Gallia fuit vsa priusquam in prouincia formam redigeretur a Romanis, prorsum putatur abolitus. Non secus suum amisere & Hispania. Catevum non desunt, qui putent veterum Gallorum linguam non absmilem fuisse Britannorum catalecto, quos Anglia Walos vocat. Nam in vita Agricola Tacitus de Britannis agens, In uniuersum tamen, inquit, estimanti, Gallos vicinum solum occupasse credibile est. Eorum sacra deprehendas superstitio-nem persuasionem. Sermo haud multum diuersus. Hæcenus & ille. Cuius sane sententia mihi plus aridet, quam eorum qui putant Gallorum, & Germanorum eandem olim linguam: & confœderatos, seu Sueteros plerq; non in veterum Heluetiorum sedes migrasse, sed ab iisdem ortos, & priscam parentum linguam referuasse. Argumenta enim, quibus id probare volunt, non satis solida videntur. Tamen enim multa Gallica & hominum, & rerum nomina ad Germanicam etymologiam vtrunque detorqueri possunt: tamen non statim consequitur, Gallos omnes Germanice locutos. Quum enim Cæsar ipse a principio libri primi & secundi asserat, non eandem omnibus Gallis linguam fuisse, & plerq; Belgas a Germanis ortos, Rhenanus, antiquitus traductos: fieri potest, vt aliqui ex eis patriam linguam retinuerint, donec vna cū iugo Romanorum linguam receperunt. Atque ita verisimile est, margam à Plinio, & Galbam a Suetonio &c. inter Gallicas voces recenserit: aliasque multas Germanis reliquias etiamnum in Gallorum lingua extare. Vt taceam interim, quod nulla lingua tam propria unquam fuerit, quin ab alia qualdam voces mutuata sit. Nostra nanque, hoc est, Germanica lingua, multa ex tribus illis nobilissimis totius orbis vocabula habet, vt gadol/ midda/ imna. gadol/ enim nos prægrandē, & vastam domum, midda modum, ac imna tempus oportunitatem dicimus, quando significamus, arborem suo tempore amputandam. Quæ voces Hebræis cognatæ sunt, imo eadem. Ad hæc *thilr/ melu, mull/ p'p'achen, v'p'p'len/ melos, miggis/ l'v'v,**

liuen/ hoc est, requiescere, π'v'v, sp'v'v. Quæ vocabula Græcus statim agnoscit. Item Vinum, *Wyn/ Vas, Wass/ Esse, essin, Spinet/ Prunum, Pfrum/ Persicum pomū, Persich:* aliaq; sexcenta. Atq; hæc verba Latinus homo statim caput. Si quis autem hinc euincere vellet, maiores nostros Hebraice, Græce, & Latine vulgo locutos esse: an non hallucinaretur, & perperam colligeret? Maxime. Ne igitur propter aliquot Gallorum voculas Germanismum respicientes, colligamus, eos olim Germanica vsos lingua. Fieri nanque potuit, vt & Gallia Germaniæ vicina, aliquot vocabula propter commercium ab ea mutuata sit. Huc accedit, quod prius de lingua certum esse oportet, qui nominis argumento aliquid probare vult. Alioquin, tales confingerentur etymologiæ, quales nonnunquam homines ex aliena venantur lingua: vt quendam audiui vocem Teutonicam pur, hoc est, colonus, a puritate deriuare, quasi coloni omnes sint puri, ac syncerum potius per syncopam Germani bur, pro, fuer. i. colonus dicant. Quia ergo de veterum Gallorum lingua non admodum certi sumus, an Germanica fuerit necne, argumentum quoq; inde ductum infirmum est. Nec dicam interim, quod multa Gallica voces apud scriptores sunt, quas vtrq; detorqueas ad Germanicam etymologiam: tamen nullū Germanismū deprehenderis aliquid certi significantem. Talis est vox *Peioritū* apud Au. Gellium, *Rbeda* apud Quintilianum, *Essedumaq;* apud Virgiliū, *Ambactus* apud Sex. Pompeium Festum, *Alauda,* & *Bocus* apud Suetoniū. Seruio etiam auctore *Alpes* prisca Gallorum lingua *alpi montes* vocantur. Talis est quoq; dictio *leuca*, vel *leuga*, quæ (Iornande auctore) m & n passus Gallis significabat. Eius generis dictio *Soldurius* apud Cæsarem lib. 3. Gallici belli est, quæ sane Teutonnis non ita deuorum (vt ille interpretatur) sed stipendiariū denotat. Itē *Dog, Magnus,* & *Dum*, quas voces eruditi omnes, veteris Gallicismi reliquias esse dicunt. Atqui *Dog* nobis non canem, sed pupam: *Magnus* non domū, sed ventriculum, aut virginem, seu ancillam: *Dumum* non montem, sed *dum* i. tenue significat. E contra quæ voces a prisca authoribus Germanicæ habentur, Germanismum etiam inspidis Germanis sapiunt, & ab eis nullo negotio agnoscuntur. Quis enim quæso tam stupidus est, vt vocem *Ganzam* apud Plinium, *Glessim,* & *Herum* apud Tacitum pro Germanorum vernacula non agnoscat? Huc adde, quod Cæsar in hoc eodem libro refert, Ariouistum longinqua in Galliis consuetudine Gallicam linguam didicisse. Nam si eadem vtriusq; gentis lingua, quid opus erat illum tanto vsu sibi Gallicæ linguæ cognitionem parare? Nec est, quod nasutus, & argutus aliquis dicat, Celticam dialectum duntaxat a Sueuica diuersam fuisse: ad quam descendam perinde longo vsu habuerit opus, vt si quis Sueuus nunc inferiorum Germanorum proprietatem, ac pronuntiationē addiscere vellet. Cū enim

enim

enim Ariouistus homo non priuatus, sed magistratus, & rex apud suos adhuc in Germania agens, esset: vero consentaneum non est, eum inferiorum Germanorum dialecti adeo ignarum, ac inexperum fuisse, vt tanto discendi spatio (sicuti Cæsar hic ait) indigeret. Proinde mihi dubium non est, quin Polybius, Plinius, Tacitus, & alii scriptores, qui Germaniam, & Galliam inuiserunt, indicassent eandem vtriusq; linguam fuisse: si dialecto tantum inter se variassent. At tantum abest, vt hoc literis mandauerint, vt Tacitus in libro de situ, & moribus Germanorum plane contrariam astruat sententiam. Sic nanq; sub eius libelli finem ait: *Gothinos Gallica, Oros Pannonica lingua coarguit, non esse Germanos.* Hæc ille. Quod si igitur Gothinos ideo non Germanos esse vult, quod Gallica lingua vterentur: velimus, nolimus, concedendum est, Gallicam à Germanica lingua vt nunc, ita & olim diuersam fuisse.

85 Quia vero Cæsaris verba de Græcis Heluetiorum tabulis plana iam esse arbitror, auctarii vice (sicuti promissimus) addamus: an probabile sit, maiores nostros ab illis ortos, & priscam linguam retinuisse, qua nos eorum posteritatem etiamnum vtimur. Vt ergo vtrunq; istorum aliter habere comprobemus, veterum monumenta, & historias in medium adducere oportet. Eutropius itaque scribens Heluetios suo tempore *Quadios* esse dictos; satis arguit, veteribus Heluetiis deletis, nouos incolas in eorum sedes migrasse. Clarus enim historicus ille extitit sub Valente, Gratiano, & Valentiniano Romanorū Imperatoribus simul regnatis: bus, circiter annum Dñi ccc lxx. Heluetios autem a Quadis Germaniæ populis dictos nemo negauerit. Nam Ptolemæus lib. 2. c. 11. tabula Europæ quarta, eos sub Hercynium nemus collocat, vbi ferri minera effodiatur: quo loco & Pyrcheimerus etiam nostro sæculo eorum oppida Nam, Kalmisun, & Grauenouia cū iisdem ferrifodinis sita esse commemorat. Nec etiā quisquam dubitauerit, Quadis tantas vires fuisse, vt Heluetiis prisca deletis, eorū sedes occuparent: qui Iulii Capitolinum, Flauii Vopiscum Syracusum, & Ammianum Marcellinum legit. Hi. n. adeo uniuersum, & bellicosum fuisse populum memorant: vt proprium habuerint regem, ac Romanorum Imperatoribus Antonino Philosopho, Diuo Aureliano, & Constantio multum negotii fecerint. Cui sententiæ & Andreas Alciatus homo doctissimus accedit; ita enim in libro 7. Cornelii Taciti de Heluetiis annotauit: *Eutropius eorum sedes a Quadis occupatas satis ostendit, vt suspicer omnes deletos, quum Quadi, Marcomaniqu; sub Aureliano in Italiam irruere. Exerat adhuc in eis vallis Marcomana nomine. Periere & illi, atq; ab Alemannis (colluuias Germanorum erat) superat: in eorum ditionem concessere. A Theodorico deinde Gotho victi, Francis ex fœdere dediti sunt. Aucti. demum Saxonum accessione (quos obviolatam pluries fidem sedibus ciccios Carolus Magnus in Alpibus coiecit) Suetenses coepere dici, paruerit*

deinde regib. Germanorum. Centum fere anni sunt, cū se casis præfectis in libertate asseruere, cum cade repressis Caesaribus. Hæc ille. Quæ quamquam satis fidei apud candidum lectorem habitura crediderim: tamen maioris euidentiæ causa, & alia subiiciamus argumenta, partim ex historiis, partim a nostra experientia sumptis. Quum itaq; passim in historiis, & gentium annalibus legamus, multos Germaniæ populos in Gallias aut sua sponte migrasse, aut a principibus eo locatos esse: iudē haud dubie semiuacuas quoq; Heluetiorum sedes occupauerūt. Sic Belge pleriq; omnes populus Germanicus Belgii; sic Gothi, ac Huni Vriam, & Nuichthones Bernensem, ac Friburgensem tractū inuaserunt. Cuius rei satis magnam argumentum vox *Nuichtlandia*, quæ Sueuismum pulchre redolet, & hodierna Nuichthonum lingua & termini in superiori Bernatum ditione extates sunt. Quemadmodū enim à Nuichthonibus Sueuicis populis originem trahunt: ita & dialectum Sueuicū in multis dictionibus seruant. Vbi namq; alii Heluetii *sich,* & *süngen*, hoc est, vos, & *musca* dicunt: Bernenses, & Friburgenses vocalem addentes, *euch* / & *steugen* pronunciant. Quin & pagus in Bernensium agro est non longe ab vrbe, in via, quæ Nidouiam ducit, qui dubio procul ideo *Sueuicus* vocatur *terminus*, quod olim *Sueuorū*, hoc est, Nuichthonū termini illo pertingerent. Deinde quum Donatus Accaiolus memorie prodar, decem Saxonum millia per Carolū Magnum vna cum vxoribus, ac liberis in Galliam transportata esse: vero non dissimile est, plerq; in iis finibus collocatos esse, qui nunc Sueteros sunt. Siquidem nomen eorum rectius a Saxonum *Vitis* (vt Rhenanus admonet) quam a *Suedis* deriuari videtur. Huc adde quod & pristina bellandi virtus, & lingue Saxonice affinitas superest. Nam Sueteri æq; pugnaces, vt prisca Vita, adhuc sunt, & hoc discriminis duntaxat lingua habet, quod illi secundum communem Germanorū dialectum *S* sibi pronuntiant, vbi hi Attico more *T*. Quin & Suetonius, & Eutropius lib. 7. asserunt, circiter quadringenta captiuorum Germanorū millia supra ripam Rheni in Gallia per Augustū Cæsarem collocata esse. Atq; hæc quidem satis esse reor ad probandū, maiores nostros non indigenas, sed aduenas: nec ex veteribus Heluetiis Gallicam, sed suam, hoc est, Germanicam linguam seruasse. Interim tamen non inficias iuerim, fieri potuisse, vt aliquæ veterum Heluetiorū reliquie adhuc supserint, quando Germani illorū sedes occupauerunt: maxime circa Muretum, Auenticum, Friburgum, & vltra Bellas, & lacum Erlachensem. In illis enim locis magna ex parte Romanam imitantur linguam, sed corrupt. Hæc autē causa est, cur ii Heluetii qui trans prædicta oppida habitant Geneuam vsq; Semiromana vrantur lingua, & nos qui citra agimus, Germanice loquamur; quod illorum maiores citius in Galliam irruptionem fecerunt, quippe Romanorum præfectis isthic adhuc ius dicentibus, & suam linguam illis ob-

trudentibus nostri vero quum Romanorum imperii: caput inclinasset, & ad Francos iam translatum esset, qui nihil morabatur quam lingua subditi sui vterentur, modo dicto audientes essent. Hinc etiam factum esse puto, ut Franci, Burgundiones & caeteri Germani, qui Galliam in tempore occuparunt, etiam in Romana lingua Germanifimos multos committant. Sicuti & Longobardi in Italia faciunt, & plerique semidocti ex Germanis etiam Latine loquentes suum idiotismum admiscunt. Id quod & apostolis Christi Graece scribentibus accidit. Quo fit, ut nec hoc firmum sit argumentum, Multi Germanorum idiotismi in Semiromana Gallorum lingua nunc deprehenduntur: ergo omnium veterum Gallorum lingua Germanica fuit.

86 *Gallia totius factiones esse duas.*] Originem belli cum Ariouisto gesti Diuitiati oratione exponere incipit. Estque hoc alterum bellum, quod in hoc libro conscribitur: quemadmodum in argumento monuimus. Porro sicuti amicitia inter bonos, ita factio inter malos est.

87 *Harum alterius principatum tenere Heduos, alterius Aruernos.*] Aruernos Strabo in Aquitania inter Ligerim, & Garumnā ponit: ac metropolim *Nemosum* supra amnē Ligerim positam esse tradit. Volaterranus lib. 3. Geographiae eisdem sub Duce Borbonio agitare scribit, ac priscum nomen etiam nunc seruare. Cuius sententiae Iucundus astipulās, *Auergne* nunc Gallice appellari affirmat.

88 *Postquam agros, cultum, & copias Gallorum.*] Cornelius Tacitus lib. 20. historiae Augustae sub Cerealis persona refert, *Germanos saepe in Gallias transscendisse: neque aliam transseundi causam eis fuisse, quam libidinem, auaritiam, & mutanda sedis amorem; ut relictis paludibus, & solitudinibus suis, fecundissimum Galliae solum una cum Gallis possiderent.* Eadem Strabo lib. 7. de eis in haec verba scribit: *Commune, inquit, est omnibus, qui hunc tractum incolunt, ut alio facile migrent, & propter vitus tenuitatem, & propter agrorum ignauiam colendorum, & propter pecuniarum inopiam &c.* Porro Caesare copias hic non pro militum multitudine, sed facultatibus, ac opibus accipit: ita ut Vallam lib. Elegan. 4. vere scripsisse appareat, quādo inquit copias etiam in plurasiuo numero pro diuitiis sumi.

89 *Agri Sequani, qui esset optimus totius Galliae.*] Eadē terrae vbertas adhuc in Burgundia est. Nam praeter frumenti, & salis ex aqua excocti abundantiam: laudatissimorum vinorum copiam ea regio habet: quibus Magnus ille Erasmus Roterodamus Basileae agens vnice delectatus, & ad conpulsi sui infirmitatem sustentendam vsus est.

90 *Harudum millia hominum xxiv ad eum venissent.*] Iucundus Veronenfis *Harudes*, *Constantia*, hoc est, *Constantia* interpretatur: ac nimirum totum eum tractum intelligit, qui illis trans Rhenum, & lacum Acronium est situs: vbi Buchornum, Mersburgium, ac Verberlinga nunc posita sunt. At eum falli longissime, Ptolemeus lib. 2. c. 11. arguit. Illic enim *Charudes*, sic namque Graeco mo-

re appellat) non longe à Cimbrica Cherfoneſo ponit: ac dicit eos Phrygijs magis orientales esse. Quod ut liquido videas, eiusdem quartam Europae tabulam conspicio.

91 *Sequanis vero, qui intra fines suos &c.*] Sequanis perinde accidit, atque equo illi (ut est in apologo) cui res cum syluestri capro erat, & ut eum vincere posset, hominem pugnandi peritum in dorsum suum recipiebat. Quemadmodum namque hic hominis auxilio victor euasit, sed seſſore tergo excutere in posterum nequiuit: ita & Sequani ope Ariouisti Heduos quidem aduersarios vicerunt, at eum, quem semel in fines suos receperant, suo Marte ex eis depellere non potuerunt. Quod exemplum vti nam nos quoque admonet, ne in vicinorum, aut federatorum controuersis alienigenarum imploremus opem, sed potius vtraque pars tantum de suo iure cedat, quantum per religionem, ac Christianam pietatem licet. Felix n. quem faciunt aliena pericula cautum.

92 *Vt ante Cimbrici, Teutonici, &c.*] De hac historia legito Eutropium lib. 5. Florum lib. 67. & 68. Cornelium Tacitum de situ, & moribus Germanorum, & lib. 20. historiae Augustae. Item Volaterranum lib. 38. *περὶ γερμανικῶν* lib. 2. & 7. Geographiae. Denique Rhenanum lib. 1. Rerum Germanicarum. Porro *Cimbricam Cherfoneſum* veterum Cimbrorum sedem, hodie ducatum Holſtiae, & Schlesuicensis regionis Pyrchheimerus esse putat. Teutonum autem domicilia ibi fuisse, vbi nunc Marchia est: cuius haec sunt ciuitates, Berlinum, & Brandenburgum. De quibus quartam Europae picturam consulito apud Claudium Ptolemeum. Obseruabis autem vocem *Teutonius* secundae quoque inflexionis esse.

93 *Cum in consulatu suo rex, atque amicus.*] Hanc rem ipse Caesare infra post quatuor pagellas denuo fufius narrat.

94 *Trenuiri autem pagos centum Sueuorum.*] Infra lib. 4. de bello Gallico idē asserens, hoc addit, quod *Sueui ex centum pagis suis quotannis singula armatorum millia bellandi causa de finibus suis educere soliti sint.* Ceterum Sueuicorum pagorum & Corneli Tacitus commemorat in lib. de situ, & moribus Germanorum: vbi & Althameri annotationes video.

95 *Vesontionem.*] quod Galli nunc *Besançon*, & Germani *Bisanz* vocant. V consonante in b, & e in i mutata.

96 *Ad ducendum.*] Id est, producendum bellum, κατὰ τὸν πόλεμον.

97 *Flumen Alduabis.*] Beroaldus, & Marlianus *Alduadusius* legit, quorum posterior vna cum Iucundo eundem Gallice nunc *Ledouix* vocari dicit.

98 *Qua flumen intermittit.*] Id est, desinit, vulgo *dat as wasser erwinnt*.

99 *Ingenti magnitudine corporum Germani.*] Ipse Caesare infra a principio lib. 4. hanc vastitatis corporum causam esse dicit, quod lacte victitantes, multaque in venationibus sint. Quae res est cibi genere, & cotidiana exercitatione libertate vita (quod a pueris nullo officio, aut disciplina assuefacti, nihil omnino contra voluntatem faciunt) & vires alit, & immani corporum magni-

magnitudine homines efficit. Et lib. 6. eandem prope modum immanitatis corporum causam ita assignat: *Vita omnis in venationibus, atque in studiis rei militaris existit: ab paruulis duritia, ac labori student, qui diutissime impuberes permanserunt, proximam inter suos laudem ferunt. Hoc alii statuerunt, alii hoc vires, nervosque confirmari putant.*

100 *Hic primum ortus est a tribunis militum.*] *Tribunus militum* (ut inquit Vegetius lib. 2. ca. 8. de re militari.) a tribu denominatur, tribuendoque iure: quia praest militibus, quos ex tribu primus Romulus legit. Haec ille. Graece idem magistratus *χιλιάρχος* significantius vocatur, eo quod mille militibus praest. Duo autem eorum genera (eodē Vegetio teste) sunt, maior, qui per epistolam sacrae imperatoris iudicio destinatur: & minor, qui ex labore prouenit.

101 *Qui ex urbe Caesarem amicitia causa secuti.*] Plutarchus in Iulio multos nobiles, & claros adulescentes Romae fuisse tradit, qui cum Caesare in Gallica expeditione voluptatis, ac lucri causa se illi adiunxerunt.

102 *Vt satis commode supportari.*] Id est, ne satis. 103 *Vehementer eos incusauit.*] Haec oratio partim deliberatiui generis, partim iudicialis est. Nam ab initio eos a pusillanimitate dehortans, vtitur locis ab honesto, & facili: dum ostendit quid pruderes, cordatos, ac constateis milites deceat, & dum hostium vires attenuat. Deinde vanum detrectatae militiae pretextum eis exprobrans, se contumelia affectum esse praedicat: cum de ipsius prouidentia, ac cura desperassent. Postremo, orationem suam instar circumspecti Imperatoris ita temperat, ut militibus hortando, & dehortando non parceret, & e diuerso animos ipsorum nimia oburgatione non offenderet. Vnde dicimus illius Spartani dictum longe & prudentissimum, & verissimum esse: *Malo, inquit, cernorum exercitum duce leone, quam leonum duce cerno.* Siquidem hac Leonini plane imperatoris oratione ita commoti sunt milites, ut ex timidis, ac ignavis, acerrimi, ac fortissimi in praelio cum Germanis facto redditi sint. De Leucis consulito Marliani Indicis. Nam de *Lingonibus* supra annotauimus quaedam.

104 *Itaque, se, quod in longiorem diem collocaturus esset, representaturum.*] Epilogus affectum militarium plenissimus est. Miro namque ad deponendum timorem in animis eorum aculeos relinquunt, dum ait, se se periculum facturum euestigio vtrum pudor, an officium militare plus apud eos posset, an timor ex vanis rumoribus incussus. Porro pro eo quod medole hic *representaturum* in quibusdam exemplaribus habetur: Beroaldus *taturum* legit, & rectius quidem meo iudicio.

105 *Sibi, ea praetoria cohortem futuram.*] Quot cohortes in vna legione fuerint & qua diuersae, legito Vegetium lib. 2. c. 6. Ceterum ideo Praetoria dicebatur cohors, quod a Praetore nunquam discederet. *Dabantur autem* (inquit Cornelius Tacitus lib. 1. historiar.) *eius cohortis militibus, bini denarii in diem: quum aliorum cohortium milites singulos tantum acciperent, hoc est, decem asseis.* Hanc cohortem nunc vulgo *Guuardia* ex Germanismo, & Gallicismo vocat.

106 *Hac ratione habita.*] Hinc cernere licet: Iud Tranquilli de Caesare elogium non esse falsum, quando dicit: *eum milites sibi adeo obsequentes habuisse, ut seditionem per decem annos Gallias in bellum nullam mouerint.*

107 *Quod de se optimum iudicium fecisset.*] id est, optime sensisset, ac optimam spem concepisset.

108 *Se esse ad bellum gerendum paratissimum.*] Oratio haec sensu magis, quam voce est congrua, quemadmodum & illa in Terentii Prologo, *quam Eunuchum*. Sicut namque hic non ad masculinam vocem *Eunuchum*, sed *Comediam*, relatiuum *quam* respicit: ita & illic adiectiuum non ad *legionem* foemineam vocem, sed ad *militem* masculinam. Quamquam Aldus, *paratissimam*, non *paratissimum* legit.

109 *Se prius in Galliam venisse, quam populum.*] XLIV Per Galliam hoc loco Ariouistus reliquas Transalpinae Galliae partes intelligit, quae extra prouinciam sitae sunt. Quonia & Hedui Celticae Galliae populi, & multo antequam Ariouistus in Galliam venisset, Populo Romano & socii, & fratres erant: constat illum haud vere affirmasse, quod prius in Galliam venisset, quam Populus Romanus: ideoque his nullum ius esse in ea Galliae parte, quam ipse armis cepisset.

110 *Quod si eum interfecerit, multis sese nobilibus.*] Inter hos nimirum & Cato haud postremus, qui postea Vicensis dictus est, fuit. Siquidem Plutarchus in Niciae, & Craſſi coparatione refert eum censuisse, ut Caesar cum xxx Germanorum millia cecidisset, hostibus dederetur. Cuius sententiae & aliarum rerum Caesar recordatus, postea Anticato nem coposuit.

111 *Bello superato Aruernos, & Rutenos.*] De Aruernis supra locum ex Strabone adduximus, de Rutenis nunc dicemus. Idem Strabo eos Narbonensi prouinciae vicinos esse docet, & argentarias artes apud eosdem vigere. Volaterranum lib. 3. Georg. eos nostro tempore *Rutenensis* vocari perhibet: Lucidus vero Gallice *Rodes*. Vide Aquitaniae extremitates versus Rom. prouinciam in tertia Europa tabula apud Ptolemaeum.

112 *Quod si antiquissimum quodque tempus.*] Quam Ariouisti mendacium Caesare ciuilitate refutare cepisset, videlicet, neque se iudicare Galliam potius esse Ariouisti, quam Populi Romani: Bello enim superato Aruernos &c. nunc concludit dicens: *Quod si ergo antiquissimum tempus spectari oportet, Po. Rom. iussissimum esse in Gallia imperium &c.* Porro L. Florus lib. epitomes suae 6. superiora Caesaris verba confirmas, ita scribit: *C. Domitius proconsul contra Allobroges ad oppidum Vinzalium multum feliciter pugnavit: quibus bellum inferendi causa fuit, quod Teutonorum Saliorum regem fugientem receperunt, & omni ope vicissent; quodque Heduorum agros sociorum Populi Romani vastauissent.* Et paulo post. *Q. Fabius Maximus consul, Pauli nepos, aduersus Allobroges, & Bituntinum Aruernorum regem feliciter pugnavit.* Haec ille. Quae omnia satis declarant, non esse vera, quae Ariouistus antea dixerat; nempe Romanis ius dominandi in solam prouinciam Narbonensem ante id tempus fuisse. Ista n. omnia ante Ariouisti incurſionem, in Gallias gesta sunt aliis.

XII. *Genus hoc erat pugna, quo se Germi.* [Eadem ferme de equestri Germanorum praelio infra ab initio lib. 4. Cæsar, & Aramianus Marcellinus lib. 16. refert, ubi pugnam Iuliani Cæsaris cū Alemanis in Italia describit. Hoc autem pugne genus ante hoc tempus a Romanis quoque usurpatum ex Paulo Orosio discimus; qui lib. 4. cap. 18. de praelio inter Hasdrubalem & Romanū exercitum in Italia commisso, ita scribit: *Diu quidem incertus belli eventus fuit, elephantis maxime Romanam infestantibus aciem, qui a militibus Romanis occisi sunt, quos a volitando velites vocant: quod genus militia patulo ante fuerat repertū, ut lecti agilitate iuvenes cum armis suis post terga equitum sederent, & mox quum ad hostem ventum esset, equis desilirent, & continuo pedites ipsi, ex alia parte equitibus, per quos aduecti fuerant, dimicantibus, hostem perturbarent.*

XII. *Quatuor reliquas in castra maiora reduxit.* [Ex superioribus apparet, Cæsarem tantummodo sex legiones Romanas habuisse. Supra nanque dicit, ante Helueticum bellum a se gestum, unā tantum legionem in vteriori Gallia fuisse: ideoque se in Italiam profectum, ut duas isthuc conscriberet, ac deinde tres, quæ ad Aquileiam hyemabant, ex hybernis educeret. *Maiora autem castra ea vocat, quæ prius fecerat, & longius ab hoste sita erant.*

XIII. *Tum demum Ariouistus partem suarum copiarum.* [Beatus Rhenanus lib. 1. rerum Germanicarum existimat pugnam istam Cæsaris cū Ariouisto ad Diui Apollinaris factam; qui locus militario Germanico à Rheno, & Basilea distet. Vnde patet, quā longum iter Ariouistus emens sit postea, antequam fugiendo Rhenum attingeret.

XIV. *Si ante nouam Lunam praelio contendissent.* [Eandem superstitionem & Lacedæmonii peculiam fuisse Lucianus testatur, & Plutarchus in Iulio eadem, quæ hic Cæsar, de Germanis prodidit. Vnde autem factum sit, quod Germani nouilunium potissimum, antequam proeliarentur, expectarent, ex his, quæ infra lib. 6. de bello Gallico tradit, manifestum sit. Quum enim eos solos in Deorum numero haberent, quos cernerent, & quorum ope iuuarentur aperte (ut est Sol, Luna, Vulcanus) ac reliquos ne fama quidem nossent: superstitione, ac dementatio illa Diabolica facile inolefcere potuit, ut pugnam ante nouam Lunam non indipicerentur. Cæterum eiusmodi vates, seu sagas multas apud Germanos olim in praelio habitas, Cornelius Tacitus in libello de situ, & moribus eorundem, & lib. 20. historiæ testatur. sic enim in priore scribit: *Vidimus suū Diuo Vespasiano Velledam diu apud plerosque, numinis loco habitam. Sed & olim Auriniam, & complures alias venerati sunt, non adulatione, nec tanquam facerent Deas. In posteriori autem de eadem Velleda clarius ita loquitur: Ea virgo nationis Bructera late imperabat, veterem apud Germanos more, quo plerasque, feminarum fatidicas, & augecentis superstitione, arbitrentur Deas.*

XV. *Omnes alarum in conspectu pro casti.* [Vegetius lib. 2. cap. 1. equitum quosdam hinc Alarios

dici arbitratur, quod ad similitudinem alarum ab utraque parte protegant acies: quæ suo tempore *Vexillationes a velo* vocarentur, quia *velis*, hoc est flammulis vterentur.

XVI. *Generatimque constiterunt.* [id est, per genera, & nationes suas, ut sequentia docent. At nisi pro *constiterunt* absolutio verbo, transitiuum *constituerunt* legas, quæ sequitur durius cum primo verbo cohererebunt: & coeptā distributionem non absoluunt. Cæterum de *Harudibus* supra diximus. *Marcomannos* vero Ioachimus Vadianus, doctus ille Helueticus, *Morauos* nunc dici autumat, vulgo *Mercker* vel *Merher*: idque a *marca*, hoc est, limite; eo quod fluius inde nomen trahens Pannonios a Noricis separet. Quos Cæsar hic *Triboces*; Plinius lib. 4. c. 17. & Cornelius Tacitus de situ & moribus Germanorum; item Eutropius lib. 6. *Tribochos* appellat. Eos Argentinenfes Akthamerus ex Conradi Celtis primi Germanorū poetæ sententia esse putat; sic a tribus quercibus, Dryadibus nymphis consecratis, nuncupatos. Mihi autem ex tertia Europæ tabula Ptolemæi vero similis apparet eos esse, quos nūc *Alsatios* vocamus. Siquidem Ptolemæus *Tribonos* (sic enim vocat, nisi exemplar mendosum sit) propius Elcebum (quod aliqui *Selstadium* interpretatur) quā Argentoratum statuit. A qua sententia Strabo non abluens inquit: *Post Helueticos Sequani, & Mediomatrici Rhenū incolunt, in quibus Tribochi natione Germani, relicto natali solo, strazetor, Rhenū, sedes posuerunt.* Atque hæc mea coniectura fuit, dum primā hanc fortunam Bernensibus discipulis dictarē anno M D XXXIX. quā postea incomparabilis vir B. Rhenanus suis editis scriptis anno M D XXXI confirmauit, ad cuius lib. primum rerum Germanic. te relego. *Vangiones* plerique eruditorum *Wormatienses*, ac *Nemetes*, *Spirenses* interpretantur: at vnus Pytheimerus in uerso ordine, hæc duo exponi putat. *Marlianus Sedusios, & Sedunos*, siue *Sedunenses* eisdem esse auguratur, sed augurio suo fallitur. Nam quū Cæsar hic Rheni accolæ enumeret, qui cū Ariouisto faciebant: non est probabile eum tam longe distitos illis annumerare. Proinde Rhenani sententiā lib. 3. Rerum Germanic. magis amplector, qui eos nunc *Wissenburgenses* vocari, subiecta ratione nō vulgari ostendit. Porro ne quid dissimulem, Paulus Orosius lib. 6. c. 7. hos Germanicæ populos a Cæsare victos recensens, pro *Sedusis*, *Edures* ponit.

XVII. *Et. supple. in rhedas & carros.*
XVIII. *Proelium commisit.* [hoc est, iniit; quæ locutio obseruanda est.

XIX. *Millia passuum ex eo loco circiter quing.* [Plutarchus *stadia quadringenta*. Vide supra textū, & Annotat. *Tū demū Ariouistus partē suarū copiarū, &c.*

XX. *Altera Norica.* [Strabo lib. 7. *Rheti*, inquit, & *Norici usque ad Alpiū summa tenent, ac Italia versus inclināt: hinc Insubribus, hinc graniis vicini, & Aquileia tractui.* Cæterum *Norica regio*, iuxta Pytheimeri descriptionem, ab *Oeno flumine* incipit, *proteriturque versus ortum ad Pannoniam usque superiorē*: a

rem: a meridie autem terminatur monte Caruanca, & Alpibus Noricis ad Italiam usque: a Septentrionibus autē Danubio. Nunc vero inhabitant occasum versus Bauari. Ad ortum autem est prouincia, quæ Ens ex flumini Anasi nomine vocatur, & Austria pars est. Ad meridiem autem Styria. In Alpibus vera habitant Carnici, partimque Croaci gens Sclauonica. Comprehenduntur Norici nomine comitates Goricensis, & Zilienses, regionesque adiacentes. Hæc ille de Noricis limitibus, a quibus & Rhenanus lib. 1. Rerum Germ. non dissentanea scribit. Quā potentes autē olim Norici fuerint, infra ex lib. 1. de bell. ciuilibus apparet: ubi Cæsar ait, sibi trecentos equites a rege Norico in auxilium missos.

XI. *Quos vbi qui proximi Rhenum incolunt perter.* [Rhenanus lib. 3. Rerum Germanicarum pro *vbi*, *vbi* hic legendum, & verbum *perterunt* expungendum opinatur, Næc vana (meo iudicio) coniectura ducitur Clarissimus vir. Infra nanque lib. 4. de bello Gallico patet, Suenos Vbiorum hostes fuisse acerrimos. Proinde vero simile est, nacta occasione, hos illis talionem reddidisse.

XII. *Ipse in citeriorem Galliam ad conuentus agendas.* [Quandoquidem Plutarchus Gallia Togatae limitem, & quid rerum Cæsar in illa egerit elegantè depingit: eius sententiam iuxta Angeli interpretationem subiiciam. *Hic, inquit, rebus ita confectis, dimissis in Sequanos ad hyberna militibus, ipse itis, quæ Roma agebatur, intentus, in Circipadanam discedit Galliam, quæ commissæ illi prouincia pars erat. Fluius enim Rubicon Galliam citeriorem à reliqua determinat Italia. Ibi resedens plebis animos ad se perliciebat. Nam quum ad eum multi concurrerent, unicuique tum postulata præbebat, tum spem ingentem addebat. In ea expeditione haud intellexisse Pompeius videtur, quod Cæsar cum ciuium Romanorum armis hostes profligaret, ciues hostili victor gazæ capiebat.*

ARGVMENTVM LIB. II. DE BELLO GALICO.

Primo Belgarum coniurationem aduersus Po. Romanum, item coniurationis causas describit. Deinde quibus modis omnes partim vltro se dederunt in deditonem acceperit: partim vero belli iure victos populi Romani imper. o subegerit.

IN C. IULII CÆSARIS COMMENTARIORVM de Bello Gallico Librum II. IO. RHELLICANI Annotationes.

XI. *Nonnullis etiam quod in Gallia à potentioribus.* [Huius rei exempla superius lib. 1. de Orgetorige, ac Diunnonige regni

affectatoribus habemus, & infra lib. 6. copiosius potentiorum in Galliis mores describit: quippe quo pacto impotentiores à potentioribus, ac tenuiores à ditioribus opprimerentur.

XII. *Dat negotium Senonibus reliquisque Gallis.* [Sequana nanque fluius, & Cemmeni montes ex parte Senones à Leucis, Tricassios à Mediomatricibus, Parisios à Rhemis, Cenomannos à Suesfionibus determinant, ut est videre in tertia Europæ tabula apud Ptolemæum. Porro *Senones* nunc Gallice *Sen* vocantur.

XIII. *Rhemi qui proximi &c.* [Hi nunc vulgo apud Gallos *Rains* appellantur, quos Volaterranus lib. 3. Geogr. *Rhemensis* vocat, & apud eos S. Remigii ampullam esse refert: ex qua Gallorum reges inungi solent, ac deinceps diademate iam inde à Clodouo primo rege.

XIV. *Germanosque, qui ripas Rheni incolunt &c.* [Rhenanus lib. 1. Germ. hunc locum sic exponit: *Ex veteri Germania Nemetes, & Vangiones Rhenum transcendere fixis ad ripam sedibus. De his intelligit Cæsar, quum apud hunc lib. 2. Com. Rhemi narrant Germanos, qui ripas Rheni incolunt, sese cum Belgis coniunxisse.*

XV. *Ut ne Suesfones quidem fratres &c.* [Quos Cæsar *Suesfones* hic, Ptolemæus *Vesfones* nuncupat: eo quod in tertia Europæ tabula supra Rhemos Aquilonē & occasum versus ponit. Gallice iam *Soissons* vocantur.

XVI. *Plurimam inter eos Bellouacos.* [Bellouacos Volaterranus in præcitato lib. *Belluacenses*, & Iucundus *Beauuois* nunc Gallicè vocari asserit: *Nervios, Ternacenses, & Gallicè Tournay*. Idem *Nervii* à Ptolemæo vocari videntur, quantum ex tertia Europæ tabula conicere licet.

XVII. *Quindecim millia Atrebatēs.* [Hos, inquit Volaterranus, *Vedastus* eius urbis *Præsul sanctissimus maxime exornat*. Ptolemæus *Atrebatios* vocare videtur. Sabellicus Enneade 6. lib. 5. sua tempestate magnam Picardiæ partem ab eis inhabitari dicit: in eorumque ciuitate Atrebatē pretiosa confici aulgea. Galli *Atrebatēs* iam *Arras* nominant.

XVIII. *Ambianos,* [quos Volaterranus nunc *Ambianenses*, & Sabellicus ciuitatem eidem Picardiæ limitibus contineri affirmat.

XIX. *Morinos.* [Galli (inquit idem Sabellicus) nunc horum metropolim *Terruanam* vocant.

XX. *Meriacios.* [mendum in Wolffianis, & Aldinis exemplaribus est: ex duabus enim dictionibus *Menapios, & Bellocasses*, vnā corruptam typographus fecit: Porro *Menapii* secundum Volaterranum *Iulienses* nunc putantur. Et si Iucundo credimus, *Gheler*, ac *Cleues* Gallicè vocantur. *Bellocasses* autem, seu *Bellocassii* (inquit Volaterranus) à Ptolemæo ponuntur, ubi nunc *Flandria*. Idem Sabellicus nunc *Castletenses*; & Iucundo ii sunt, quos Galli *Bayeur* appellant.

XXI. *Caleos.* [Strabo lib. 4. *Caleros* (sic etiam hoc loci Beroaldus legit, & infra Hirtius lib. 8. de bello Gallico; idemque Gallicè a Iucundo *Cales*

appellantur) vocat eosque non longe à Sequanæ... Hos Marlianus Nortmanniæ diæceseos esse ait, & nomen suum retinere.

136 Verocasses.] Alia exemplaria Velocasses legunt, eosque idem Marlianus Castletenses interpretatur: quos Sabellicus Bellocassum nomine signari putat. Verum quando Beroaldina editio, Orosii, & Sabellici lectio supra post Menapios, Bellocasses ponunt, & hoc loco siue Verocassum, siue Velocassum penitus non meminerint: eiusdem populi nomina esse puto, ac librariorum incuria transpositas esse cum literas; tum vocem ipsam. Magis autem Beroaldini codicis seriem approbo: propterea quod & in Aldinis, & Wolfianis Menacassios mēdose pro Menapios hinc factum videtur, quod statim sequitur Bellocasses, seu Velocasses.

137 Veromanduos.] hos, inquit Lucundus, & Marlianus, Galli sua lingua nunc Vermandois appellant.

138 Catuacos.] quos Marlianus Doacos, Sabellicus autem Sidoacos nunc vocari iudicat.

139 Condrufos.] hos nomen suum retinere, & ad Leodiensem diæcesim pertinere Marlianus censet, & Hubertus Leodius confirmat.

140 Eburones,] quos Volaterranus nimirum iudicet Alodienses, quum alii omnes Leodienses iudicent, & Gallice Liege nominari dicitur. De his, ac sequentibus populis, longe certissima legito in Huberti Eburonis doctissimi commentariis, hac de re ex professo scriptis.

141 Cerasos, Pamanos, qui uno nomine Germani appellantur.] Aliæ editiones Corcesos legunt, at Eutropius nobiscum Cerasos. Solum Marlianus Cheruscos legere videtur. Nam in vocum rariorū clincho Cheruscos & Pamanos inter Belgas numerat, & Leodiensis diæceseos esse coniicit. Cuius lectio, & interpretatio si vera est, Cherusci Bacenis sylvæ apud Germanos accolæ sedibus suis relicti, in Belgiam concesserunt. Huc facere videtur quod Cæsar ipse hic addit, prænominatos populos omnes sub generali Germanorum vocabulo contineri. Et paulo superius Rhemorum legati Iulio dicunt plerosque Belgas à Germanis ortos &c. Vnde (vt supra li. 1. admonuimus) non mirum est, si multæ dialecti nostratis reliquæ, in Semiromana quorundam lingua reperiantur.

142 Flumen Axonam,] quod teste Lucundo, & Marliano vulgo nunc la Dijnne vocatur.

143 Atq; ibi castra posuit &c.] Quam prudenter C. Cæsar castra metatus sit, ex præceptis Vegetii li. 3. cap. 8. petere, ac resciscere potes.

144 Namine Bibrax,] id Lucundus Gallice sic interpretatur Brayen la conte de Rethe!. Hubertus autem Leodius illi in nomine vulgari consentiens, addit, id oppidum quatuor milliibus Gallicis à Suelionibus distare; & comitatus titulo decorari.

145 Funditores Baleares,] id est, ex Balearibus insulis oriundos, in quibus expeditissimi fundito-

res erant: vnde & nomen Græce fortite sunt & βάλειν, id est, mittendo, vel iaciendo.

146 Et ad extremas fossas castella constituit.] VII. supple. tumultuaria. Sic nanque monet Vegetius li. 3. cap. 9. Quod si non reperitur antiqua munitione opportunis locis circumdata: maioribus fossis, tumultuaria castella firmantur. Nam à castris diminutiui vocabulo sunt nuncupata castella.

147 A Titurio] scilicet Sabino, quem ponti præsidio in altera Axonæ fluvii ripa reliquerat.

148 Per eorum corpora reliquos audacissime transire conantes &c.] Plutarchus non nihil ab hac Cæsaris sententia dissentit. Hic enim Belgas per suorum corpora in flumine strata transire conantes à Romanis repullos esse dicit: ille vero Romanis transitum esse factum per Belgarum cadauera. Sic enim scribit: Belgas maxima parte turpiter dimicantes fugis, ceciditq; ita vt paludes, & profunda quedam flumina per casorum stragem Romanis transitum præbuerint.

149 Insidias veritus.] Circumspecti Imperatoris officio Cæsar functus est, solent enim hostes aliquid magis quam metu retrocedere: id quod (teste Tacito li. 1. historiarum) Germanico Cæsari perquam familiare fuit.

150 Nouiodunum] quod, Lucundo, & Marliano XII. expositoribus, Noion, Gallice iam dicitur.

151 Castris munitis vineas agere &c.] Vegetius li. 4. cap. 15. Vineas, inquit, dixerunt veteres, quas nunc militari, barbaricorumq; vsu Causias vocant. E lignis leuioribus machina colligatur lata pedibus octo & alta pedibus septem: longa pedibus XVI. Huius telum munitione duplici, tabulatis, cratibusq; contextitur. Latera quoq; vimine sepuntur, ne saxorum, telorumq; impetu penetrentur. Extrinsecus autem, ne immisso concremetur incendio, crudis, ac recentibus coriis, vel centonibus operitur. Ista, quum plures facta fuerint, iunguntur in ordinem: sub quibus obsidentes tusi ad subruenda penetant murorum fundamenta.

152 Aggere iacto, turribusq; constitutis &c.] Idem Vegetius in eodem loco, Agger, inquit, ex terra, lignisq; extollitur contra murum, de quo tela iactantur. Hæc ille. Porro quando de turribus constitutis loquitur, nimirum innuit, ambulatorias turres super aggerem excitatum positas esse.

153 Eorum fines Neruii attingebant.] Tabula enim fluvii (si Ptolemæo credimus) Bellouacos à Neruiis orientem versus disiungit. Porro in hac Neruiorum descriptione obseruabis, quantam animi magnitudinem frugalitas pariat, & e contra quantam molliem, ignauiam, & malorum agmē luxus secum trahat. Posteaquam enim Hannibalis exercitus vno Campano madere, ac scortis indulgere cepit: de bellica eius virtute actum est. Idem Romanis, & Helueticis nostris recentioribus accidit: dum illi quidem Asiaticum, hi vero Italicum, & Gallicum in patriam inuexere luxum.

154 Sabini flumen,] quod Lucundo, & Marliano VIII. testibus, Gallorum vulgus nunc Sambre vocat.

155 Mulie-

155 Mulieres, quæ per atatem ad pugnam.] Infra in hoc eodem lib. ait maiores natu una cum pueris, mulieribusque in astuaria, ac paludes collectos esse.

XVII 156 Teneris arboribus incisis.] Eodem fere modo & Mardi exercitum Alexandri prohibebant. Sic enim Q. Curtius lib. 6. de illis memoriæ prodidit: Arbores densa sunt ex industria constitæ, quarum teneros adhuc ramos manu flectunt, quos intortos rursus inserunt terra. Inde velut ex alia radice latiores videntur trunci, hos qua natura fert, adulescere non sinunt: quippe alium alii quasi nexu conserunt, qui ubi multa fronde vestiti sunt, operiunt terram. Ita q; occultus nexus ramorum velut laquei perpetua saepe itinera claudit &c.

XX 157 Vexillum præponendum, quod erat in signe, quum ad arma &c.] Plutarchus in Pompeii vita refert tunicam rubram coram contubernio positam apud Romanos pugnandi signum fuisse. Quia vero & Heliogabalus in oratione ad meretricem ait, Rubrum vexillum apud Romanos pugna signum præponi fuisse solitum: fieri potest vt secundum Plutarchi mentem tunica rubra vexilli vice in pertica penderit.

158 Signum tuba dandum.] id est, classicum canendum. Cæterum quam varia signorum sint genera, vide Vegetium lib. 3. cap. 5.

159 Signum dandum] supple. tessera; quæ (Vegetio lib. 2. cap. 7. teste) præceptum ducis est: quod ad aliquod opus, vel ad bellum mouetur exercitus.

XXI 160 Decurrit.] Obserua præteritum illud compositum contra præceptiones Grammaticorum primam verbi syllabam geminare. Obseruabis & hanc locutionem Telum adiacere, pro, coniacere.

161 Vt non modo ad insignia accommodanda.] Hinc coniicimus alia aliorum, qui ordines ducebant insignia fuisse. Et sane ex Dionis Cassii Traiano Nerua patet, Tribunum militum in signe parazonium fuisse. Sic enim de Licinio Sura, in Tribunum militum creato scribit: Quinetiam quum tribunatum militum ei traderet, parazonium, quo pro dignitate accingendus erat, nudum ei porrexit. At talem, inquit, enssem accipe, quem pro me ita demum strinxeris, si iuste imperauiero: quod si perperam quid per me fieri cognoueris, eo in perniciem meam utaris velim. Ita & Socrates lib. 7. hist. eccl. quam Tripartitam vocant, cap. 1. de Iouiniano & id est, Tribuno militum refert: quod magis elegerit baltheum suum amittere, quam impiis Iuliani Imperatoris sui præceptis in sacrificando idolis, parere.

XXIV 162 Leuisq; armatura pedites &c.] Leuis armatura (vt Vegetius cap. 14. lib. 3. ait) ex scutatis expeditissimis, & sagittariis iunioribus constabat: item de his, qui acriter verius, vel martio barbaribus (quos plumbatas vocant) dimicabant. Sunt autem scutati (eodem Vegetio defensore lib. 2. cap. 16.) qui plumbatis, vel gladiis, & missilibus accincti erant.

163 Qui ab decumana porta.] Ea (vt idem Ve-

getius lib. 1. cap. 23. testatur) post pratoriam portam sita erat: per quam delinquentes milites ad pœnam educebantur.

164 Fuga sese mandabant.] Attende nostrorum copiam in Cæsare. Paulo enim ante, conicere se in fugam, & petere fugam, nunc fuga se mandare dicit.

165 In his primipilo.] Liuius lib. 8. ab vrbe condita refert, primum centurionem sua tempestate primipilum vocatum. Qui hinc haud dubie (vt ego quidem sentio) nomen sumpsit, quod antiquitus signum pilo, hoc est, haste insigeretur: id quod vel ex isto Ouidii disticho libro tertio Pastoris clarescit:

Pertica suspensus portabat longa maniplos, Inde manipularis nomina miles habet.

Quod vero primipili officium fuerit, eundem Vegetium lib. 2. cap. 8. consule.

166 Et manipulos laxare.] Idem Vegetius lib. 2. ca. 13. Contubernium, inquit, manipulus vocabatur ab eo, quod coniunctis manibus dimicabant. Plutarchus vero aliam huius vocis etymologiam in Romulo hinc ostendit verbis: Εκαρτείας ἐκείνης ἀλλήρ ἀφ' ἑαυτῶν, ἕρτα, ἡ ἄλλης ἀγκυλίδω καὶ τῶ ἀεκακέρδι, ἢ αὐτῶν, ἀνιπλά τὸ εὐκατενοὶ καλοῦσι. ἀπ' ἐκείνης ἡ ἴδ' ἐν πῖς ἕρτα ὁμοῖα τῆ τὸς μαυιλῶριος ὀμοῖα. Id est, Singulas centurias vir ducebat, grammis, ac herbarum fasciculum (quem Latini manipulum vocant) conto impositum sustinens. Vnde & nunc in exercitu hos manipulares vocant.

167 Huius aduentu spe illata militibus.] His consentanea Plutarchus & Suetonius in Iulio, & Valerius Maximus libro tertio, capite secundo scribunt.

168 Ex sexcentis ad treis senatores.] Plutarchus duntaxat quadringentos patricii ordinis fuisse Neruii ante calamitatem commemorat: in reliquis cum Cæsaris numero consentit. Florus autem lib. Epitomes 104. in vtroque numero à Cæsare dissentit: Ex sexaginta enim hominum millibus non quingentos, sed trecentos. & non ex sexcentis senatoribus, sed ex xcvi duntaxat treis superfuisset scribit.

169 Vt in miseros, ac supplices &c.] Ad huc modum Cic. li. 1. Off. docet, post partam victoriam iis parcendum esse, qui non crudeles in bello, nec immanes fuerunt. Quæ sane virtus Cæsari (vt in Præfatione quoque attigimus) propria, ac peculiaris fuit.

170 Aduatici,] de quibus supra scilicet in hoc eodem lib. Porro iidem nunc Gallice Bofleduc, & Bofleducenses, admonitoribus Lucundo, & Marliano, dicuntur. Quorum hunc in Annotationum suarum indice legito, de quo nam Aduaticorum oppidum verisimile sit Cæsarem hic loqui. Hubertus autem Leodius, haud longe isthinc oriundus, Gallicæ Brabantia populos fuisse autumat: qui inter Louanium, & Aldenburg habitant.

171 Sectionem eius oppidi vniuersam &c.] Ascotinus Pédianus in lib. 3. Cic. de Prætura vrbana, scribit: sectorem esse asmatorem, redemptoremque

bonorum damnati, atq; proscripti: qui spem sectans...

XXXIV 172 Veneros, Vnellos. Veneti Vnes, Vnelli Percherons...

XXXV 173 Illyricumq; properabat. De Illyrico quæ nunc Sclauonia appellatur...

174 Carnutes &c.] nunc Chartres, Andes, Angiers; & Turones...

175 Propinqua his locis erant. nempe Sueffonibus, Atrebatibus, Bellouacis, Neruiis, & Aduaticis...

176 Dies xv supplicatio decretæ est. Plutarchus eadem his confirmat verbis: Hæc ubi senatui renūciata sunt...

ARGUMENTVM LIB. III. DE BELLO GALICO.

QVinq; bella hoc libro describit. Primum terrestre, quod Galba Legatus eius aduersum Veragros, & Sedunos gessit...

IN C. IVLII CÆSARIS COMMENTARIORVM De Bello Gallico Librum III. IO. RHELLICANI Annotationes.



177 Antuates, Veragros, Sedunosque misti. Plinius li. 3. ca. 20, & Strabo lib. 4. pro Antuates, Nantuates, & Nantuates legunt...

178 Qui à finibus Allobrogum, & lacu Lemano &c.] Situs istorum populorum in noua Gallia apud Ptolemæum, & Tschudi Proconsulis tabula depictus est...

179 In uico Veragrorum, qui appellatur Octodorus. Volaterranus, & Marlianus hunc vicum iam S. Mauritii ab accolis vocari dicunt...

180 Et ea loca finitima prouincia adiun. Quam propinqui Veragrorum fines Romanorum prouincia sunt, nouam Gallia apud Ptolemæum, & Proconsulis nostri tabulam Helueticam conspicio.

181 In flumine Ligeri, quod influit. Hoc flumen Gallice nunc Loire vocatur, oriturque ex Cennensis montibus, & Galliam Lugdunensem ab Aquitania disiungit...

182 Ac longe aliam esse navigationem in incluso mari, atq; in vastissimo. Mare mediterraneum ideo interclusum vocare videtur...

cluso mari, atq; in vastissimo. Mare mediterraneum ideo interclusum vocare videtur, quod multis insulis intercludatur...

183 Socios sibi ad id bellum Ossifinos, Lexob. Ossifini, Lexobii, Nannetes, Ambiliates, & Diablintres, maritimi Celticae Galliae populi sunt...

184 Qua contra eas regiones posita est. Quo pacto eregione prædictorum populorum Britannia posita sit, primam & tertiam Europæ picturam visitando cognosces.

185 Erant hæc difficultates belli gerendi. Quod scilicet Veneti omnium gentium quæ Oceanum accolebant, potentissimi erant...

186 Ne ex his nationibus auxilia in Gallia mittant. Per Galliam & hic Celticam quæ & Lugdunensis dicitur, intellige. Nam tametsi & Aquitania Gallia pars sit...

187 Quas ex Pictonibus, & Santonis. Ptolemæus hos in tertia Europæ tabula inter Aquitanos maritimos ponit. Volaterranus lib. 3. Geographia in Aquitania descriptione Pictones nunc Pictauienses nominari dicit...

188 Ut posita in extremis lingulis. Lingula interpretante Sexto Pompeio inter alia significata, promontorii quoq; genus non excellens, sed molliter in planum deuexi significat.

189 Quum ex alto se æstus incitauisset. Plinius lib. 2. cap. 101. omnia maria se in plenilunio purgata...

re scribit: & quædam stato tempore. Quæ autem marina exestuationis causa sit, idem in eodem lib. ca. 99. hæc ostendit verbis: Pluribus modis exestuatio fit: verum causa potissima in Sole, Lunaq;...

190 Facta ex robor. &c.] Robur glandifera arbor est, quæ (Plinio lib. 16. cap. 25. testante) sinuosa toto ambitu folia habet. Tantæ item duricie est (velut idem eodem lib. cap. 41. testatur) ut terebrari, nisi madefacta nequeat...

191 Falces præacuta inserta &c.] Vegetius lib. 4. cap. 14. & ultimo: Falx, inquit, dicitur acutissimum ferrum, curuatum ad similitudinem falcis, quod contris longioribus indutum, collatoribus funes (quibus antemna suspenditur) repente præcidit: collapsisq; velis Liburnam pigriorem, ac inutilem reddit.

192 Non ab simili forma muralium falciū. Quæ forma sit muralium falcium, ex eodem Vegetii lib. cap. 14. intelligi potest, ubi sic ait: De materia & tabularis testudo contexitur: quæ ne exuratur incendio, coriis; vel ciliciis, centonibusq; vestitur. Hæc intrinsecus accipit trabem, quæ adunco præfigitur ferro: quod falx vocatur, ab eo quod incuruata est, ut de muro extrahat lapides.

193 Tanta subito malacia. Græca vox est γαλαξία, molliciem & languorem significans. Quæ voce & Germani vtuntur pro lepra. Significat &, Suida teste, γαλαξία, quæ vox alias segnitiam & torporem denotat. Apud Thucydidem autem lib. 2. in funebri Periclis oratione, sicuti & hic, pro quiete in bonam accipitur partem. Cæterum nemini mirum videri debet, quod Cæsar Græca vsus est voce, quum & Virgilius in loco vsus sit, & prisca Latini (teste Macrobio lib. 6. Satur. cap. 4.) Παισάμ, μαχάραμ, ακορίαν, malacem, & alia multa dixerint.

194 Reliquos sub corona vendidit. Quid sub corona vendere significet, Gellius lib. 7. ca. 4. ad hunc modum ex Sabino Iuriconsulto edidit: Antiquitus mancipia iure belli capta, coronis induta veniebant; & idcirco dicebatur sub coronis venire. Nantque ut ea corona signum erat captiuorum uinculum, ita pileus impositus demonstrabat eiusmodi seruus uenundari, quorum nomine venditor emptorinihil præstaret. Subiungit & alteram eius appellationis:

causam eodem capite: sed tamē priorem ex Cato-
nis lib. de re militari, magis appositam esse putat.
xvii 195 *Legatio dimicandū non existimabat.*] Quan-
ta diligentia res militaris apud Romanos priscos
cultā sit, cum hic locus, tum is, qui est apud Liuiū
lib. 8. ab vrbe condita docet. Ibi nanque legitur Fa-
bium Papyriū dictatoris magistrum equitum pene
secuti percussū, quod contra eius edictum cum
Samnitibus (quanquam feliciter) pugnauiſſet. I-
dem nos & Manlii illius imperiosi exemplum
monet: de quo idem Liuius, & Valerius Maxi-
mus.

xix 196 *Nam ut ad bella suscipienda Gallorum ala-
cer.*] Eadem refert Liuius lib. 10. ab vrbe cond. Gal-
lorum videlicet corpora laboris, astusq; inoleatissi-
ma esse: ac prima eorum praelia plus quam virorum,
postrema minus quam seminarum esse. Eadem quo-
que ferme lib. 4. belli Macedonici sub finem de iis-
dem narrat. Labor, inquit, & astus emollida, & flui-
da corpora Gallorum, ac minime patientia suis, pu-
gna decedere coegerunt. Haec tenus ille. Ceterum si
quis veterum armorum Gallicorum formam sci-
re cupit, Polybius eam lib. 2. ita describit: *Galli, in-
quit, gladiis prelongis, sed obrutis, ac non nisi ad uni-
cam plagam inferendam utilis, & e diuerso breui-
bus, ac exilibus scutis utuntur.* Huc vsque ille:
Quod ideo coronidis vice potissimum addere vi-
sum est, quod recentiores Heluetii (quos *Confoeder-
atos* vocamus) itidem longis vtantur gladiis: vt
vero non dissimile sit, Gallicorum Heluetiorum
hunc morem ad Germanicos defluxisse. Alii nan-
que Germani breuioribus, & latioribus ensibus vt-
tuntur: vt à nostris facile dinoscantur. Qui sane
mos hodie non tantum Heluetiis, verum etiam a-
liis priscorum vallorum successoribus frequen-
tissimus est.

xx 197 *Quae sunt civitates Galliae prouincia finit.*]
Finitima scilicet *Aquitania*. Cæmneni nanque
montes Aquitanicam Galliam à Narbonensi dis-
iungunt: quemadmodum ex tertia Europæ tabu-
la apud Ptolemæum patet.

xxi 198 *Crassus ex itinere oppidum Sontiatum &c.*]
Ex itinere, id est, obiter. Porro Sabellicus oppidum
hoc (quod tamen non nominat) caput gentis Son-
tariatum esse scribit.

199 *Alis cuniculis ad aggerem &c.*] Quis pri-
mus cuniculorum agendorum rationem inuene-
rit, Vegetius lib. 4. cap. 20. hisce verbis describit:
*Quum Rhodiorum, inquit, ciuitas oppugnaretur ab
hostibus, & turris ambulatoria super murorum alti-
tudinem, ac turrium omnium pararetur: mechanici
ingenio inuentum est tale remedium. Per noctem sub
fundamento muri cuniculum fodit, & illum, ad quē
die postero turris fuerat promouenda, nullo hostium
sentiente, egesta terra cauauit intrinsecus, & quum
rotis suis moles impulsa fuisset, tanto pondere solo ce-
dente subsedit: ut nec iungi muris, aut moueri ulterius
posuerit. ita ciuitas liberata est, deiecta que ma-
china.*

xxiii 200 *In fines Vocontiorum, & Tarusatorum.*] Mē-

dam in dictione *Vocontiorum* esse tres euidentes
coniecturæ coarguunt. Quum enim *Vocontii* Nar-
bonensis interioris Galliae populi sint, & longissi-
mè à *Tarusatoribus* Aquitanis distet: vero simile nō
est, à *Crasso* exercitū tam longe distractū. Deinde
non tantum *Beroaldus*, verum etiam *Sabellicus*
pro *Vocontiorum*, *Vocaturn* legit. Denique ipse Cæ-
sar infra in hoc eodem libro *Tarusatoribus* *Vocates*
coniungit. Porro *Volaterranus* pro *Tarusatoribus*,
Tarusatoribus, *Lucundus*, & *Marlianus* *Tarusatoribus* le-
gunt, atque nunc *Tursas* vocari opinantur.

201 *Quae sunt citerioris Hispaniae finitima.*] Py-
renæi nanque montes Aquitaniam à citeriori Hi-
spania determinant: vt ex tertia Europæ tabula
clareſcit, & supra lib. 1. non nihil attigimus.

202 *Cum Q. Sertorio.*] De quo consulē *Plutar-
chi* vitas, & *Appianum* lib. 1. de bellis ciuilibus.

203 *Cantabrisq; venissent.*] *Cantabri* populi
sunt Hispaniæ *Tarracoenſis*, id quod ex 2. li. *Me-
læ*, & ex secunda Europæ tabula apud *Ptolemæ-
um* discimus.

204 *Tarbelli.*] Hi, *Volaterrano* lib. 3. *Geogra-
phiæ* attestante, nunc *Tarienses* vocantur, & ad *A-
ruri* fluminis ostia habitant.

205 *Bigerriones.*] Iam *Bigerrenſes*, vbi castrum
Bigerriam in *Vasconia* esse dicunt.

206 *Flussates.*] *Volaterranus* *Flussates* legit, ad-
dens sua adhuc tempeſtate *Comires* isthac fuisse,
qui de *Flusso* vocarentur.

207 *Garites.*] Quos idem nūc *Lectoriensis* vo-
cari existimat.

208 *Ausci.*] Nunc *Auscitani*, vnde & tractui e-
ius regionis nomen inditum.

209 *Pauca vltima nationes.*] supple, ad *Pyrena-
os montes* *vergentes*; vt est *Lugdunensis* colonia,
Rhuteni, & *Segadunum*.

210 *Quod hyems suberat.*] *Cæsar* inferius lib. 5.
affirmat, nullum fere tempus hyemis interceſſiſſe,
quin aliqui ex victis Gallis rebellionem adorna-
rent; nimirum ob hanc causam, quod ipsi homines
septentrionales frigidibus magis fueri essent, quā
Romani meridionales: ideoque ad bellum hyber-
no tempore gerendum accommodatior, vt *Cæ-
sar* ipse meminit infra libro quarto de bello Gal-
lico.

211 *Morini, Menapiiq;.*] Quintum bellum istius
libri, & vltimū describit. Porro quia supra & hos,
& sequentes populos enarrauimus; nihil sub finem
istius libri annotandum puto amplius, nisi vnicam
istam locutionem non vbiq; obuiam, videlicet *fa-
cere bellum*, pro, *inferre*.

ARGVMENTVM LIB. IV.
DE BELLO GALlico.

Qua fuerit causa vsipetibus, ac Tenctēris trans-
eundi Rhenum, & cur cum eis bellum gesserit,
principio recenset. Deinde, quibus de causis ipse Rhe-
num ponte factō traiecerit, & cum *Sicambriſ* belli-
geratus

geratus sit. Tertio, quid ipsum mouerit, vt *Britanni-
am* adiret, atque cum eiusdem incolis & nauali &
terrestri pugna decertaret. Vbi & insula situm, ac in-
sularum mores describit. Postremo *Morinorum* de-
fectionem, ac victoriam de eisdem partem subnectit.

IN C. IVLII CÆSA-
RIS COMMENTARIORVM
de Bello Gallico Librum IV.

IO. RHELLICANI
Annotationes.



212 *V*SIPETES Germani, & item
Tenchtheri &c.] Authores in his
duobus populis nominandis
nirē variant. Quos enim Cæ-
sar hic *Vsipetes*, & *Tenchtheros*,
Appianus *Sypetes*, & *Tancheros*
appellat. *Beroaldus*, & *Sabelli-
cus* pro *Tenchtheris*, *Tenchtheros* legunt. *Tacitus*
Vspios in secunda inflectit declinatione. In Latina
Plutarchi translatione etiam recens multis mendis
purgata, sensus (meo iudicio) nondum est reddi-
tus, vbi sic legitur, *Duo maximi populi Germanorū*
(quos & *Tenchtheras* appellant.) *Græcum* enim *Al-
di*, & *Baſilienſe* exemplar sic habet: *ἄς τὰς ἡγελοῦ-
τὰς ἑτέρας, τὰς ἰ τενθεδαί.* Vbi mea sentētia pro *ἄς*
ἰπας, *ὀδῶπας* vna dictione, & tenui spiritu legendū
esset. Sic enim rectius *Plutarchi* verba cū hoc *Cæ-
saris* (quem ille haud dubie secutus est) loco qua-
drabunt, si veritas ad hunc modū: *Duo populi Ger-
manorum Rhenum transgressi sunt, alteros Vspes,*
alteros Tenteridas vocant. Porro *Tacitus* de situ, &
moribus Germanorum *Vspios*, ac *Tēcteros* *Cat-
tis* (quos nunc *Hessos* vocant) vicinos esse affirmat.
Cuius sententiæ *Rhenanus*, *Pycheimerus*, ac *Lu-
cundus* subscribunt. Ille nanque lib. 1. *Rerum Ger-
manicarum* ait, *Francos* ad *Rhenum* in *Tenctē-
ros*, iuxta *Chamauos*, veteres illas *Sicamborum*
sedes, vsque ad *Mœnum* amnem, & *Salam* cōces-
sisse, etiam *Cattorum* locis occupatis. Hi vero, *Tē-
ge* o: sic enim *Pycheimerus* legit) & *Vsipetes* in-
ter *Rhenum*, & montes, vbi hodie pars *Hassia*: cū
Rheno coniungitur, dicta *der Hochrug*, ditiones
comitum de *Nauslau*, *Rösigstein* &c. *Francō-
fordiam* vsque occupasse scribuat.

213 *Sueuorum gens est longe maxima &c.*] *Julia-
næ* sententiæ cum *Cornelio Tacitus*, tum *Paulus*
Orosius accedit. Ille nanque in libro de situ, ac
moribus Germanorum ait, *Sueuorum* non vnam
esse gentem, vt *Cattorum*, *Tenctērorum*que: sed
maiores Germaniæ partem ab eis inhabitari pro-
pris nationibus, ac nominibus discretis. Hic vero
lib. 1. quinquaginta quatuor eorum gentes fuisse
scribit. Vnde non mirum est centum pagis illos
quosque habitasse, vt *Cæsar* hic paulo post me-
minit.

214 *Laurentur in fluminibus.*] Infra lib. 6. omni-

bus Germanis in more fuisse scribit, promiscue in
fluminibus perluui. Et *Pomponius Mela* lib. 3. *Geo-
graphiæ* eisdem magno natandi studio etiam sa-
uissima hyeme detentos esse perhibet.

215 *Quam latissime à suis finibus vacare agros.*] *Idem*
Mela eadem de Germanis omnibus in com-
mune asserit, dicens, eos bella cum finitimis gere-
re, & causas eorum ex libidine accerere: neq; im-
perandi, prolatandique quæ possident. *Nam*, in-
quit, *ne illa quidem emixe colunt, sed vt circa ipsos*
qua iacent, vastata sint.

216 *Succedunt Vbi.*] Qui nunc *Agrippinenses*
seu *Colonienses*, olim vocabantur: antequam reli-
ctis Germaniæ Rheni ripa, in Gallicam transmi-
grarunt. De qua re plura legito apud *Strabonem*, &
Pliniam lib. 1. *Rerum Germanicarum*.

217 *Atq; audivionibus.*] *ταῖς ἀνωαῖς*, *Græcæ*, *He-
brææ*, & *Germanica* loquendi forma *Cæsar* hic v-
sus est, declarans, quid per rumores intelligat.

218 *Qua spe aduerti Germani.*] supple, *Vsipetes*,
& *Tenchtheri*.

219 *In fines Eburorum, & Condruſonum.*] De
Eburonibus supra lib. 2. diximus. De *Condruſoni-
bus* vero nihil apud quemquam inuenio præterquā
Marlianus, qui eos nomen retinere, ac diocesis
Leodiensis esse dicit: ducatur *Lucemburgensi*, co-
mitatui *Namurcensi*, ac *Mosæ* fluuiio finitimos.
Secundum quam descriptionem prorsus idē po-
puli sunt, quos infra lib. 6. in xi inflexione *Condru-
ſos* vocat. Non rarum autem est *Cæsari* nominis
inflexionem (præsertim in barbaris) variare: vt &
in voce *Teutonur*, & *Tenno* fecit. Porro de *Condru-
ſis* planiorem vicēto inferius explanationem in li-
iam citato.

220 *Ad Ambiuaritos trans Mosam.*] *Ambiuar-
iti* nunc *Brabantini* à *Lucundo*, & *Marliano* esse
putantur.

221 *Quae appellatur Vacalos.*] Alia exemplaria
Vualis legunt, & ita propemodum apud *Corneliū*
Tacitum legitur. Sic enim lib. 2. *historiarum* hanc
Rheni partem describit: *Rhenus, a vico continuis
hauis* (ita nanque legendum existimo) *modicas in-
sulas circumueniens, apud principium agri Batani,
velut in duos amnes diuisū, seruatq; nomen, & vio-
lentiam cursus qua Germaniam præteruehitur, do-
nec Oceano miscetur: ad Gallicam ripam latior, &
placidiior adfluens, verso cognomento *Vahalen* accolit
dicunt: mox in quoque vocabulum mutat, *Mosæ* flu-
mine, eiusque immenso ore eundem in Oceanum ef-
funditur. Hæc ille. Vnde coniectura allequor i-
stam *Rheni* partem ideo à Germanis *Vahalen*, siue
Vualis vocitatum: quod *Vuali* hoc est, *Galli* vl-
teriorum, & latiorum partem incolerent. Siqui-
dem in nostrate lingua *Gallos*, *Hispanos*, & *Italos*
etiamnum *Vualos* nuncupamus. Quod sane
τακηνεοι etiam ad superiorem nostram sen-
tentiam roborandam fecit: nimirum quod
Gallica lingua vt nunc, ita & olim *Iulii*
Cæsaris tempeſtate à Germanica diuersa fue-
rit penitus.*

222. *Insulam efficit Batavorum.* Idem Cornelius Tacitus lib. 2. historiae Augustae originem, & situm & fortitudinem Batavorum hinc commemorat verbis: *Bataui donec trans Rhenum agebant, pars Cantorū seditione domestica pulsi, extrema Gallicae ora vacua cultoribus, simulq; insulam inter vada sitam occupare: quam mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis tergum, ac latera circumluit. Nec opibus Romanis societate validiorum attriti, viros tantum, armaq; imperio ministrant, diu Germanicis bellis exerciti: mox per Britanniam gloria transmissis illuc cohortibus, quas veteri instituto nobilissimi popularium regebant.* Haec Cornelius. Ceterum Batavi nunc Hollandi vocantur.

ex p. 1. b. u.

223. *Rhenus autē oritur ex Lepontis, qui Alpeis.* Tschudus proconsul noster, duos diuersos Rheni fontes commemorat, priorem, & posteriorem, quorum riuus in vnum confluat supra Curiam Rhetorum spacio milliarii Germanici. Et huius quidē tractu Aetnatis, Rhinwaldensis, Schanseris, Tuisis, & Ratzuns habitare: in illius vero Tauetscheros, Abbatiam Diserntis, Trans, Ilantz, Grub, Flymsl, & Vallem Lugnitiam sitos esse. Idem de Lepontis ita scriptum reliquit: *Lepontii tenent summam Alpium iuga cum adiacentibus vallibus, siti inter Heluetios, Sedunos, Salassos, Insubres, & Rhetos, citra, & ultra Alpium montes.* Porro quia non tantū Cæsar hic Rhenum per Nantuatiū, Sequanorum, ac Mediomatricum fines labi dicit, verum etiam Strabo lib. 4. eadem asserit: magnus scrupulus restat, qui nam fieri queat, vt Rhenus per tam longe (si Ptolemæo credimus) distitos fines fiat. Eum itaque Beatus Rhenanus ad hunc modum li. 1. Rerum Germ. sustulit: *Sequanorum ditio olim vsq; ad Rhenum pertingebat, vt & Mediomatricum, ac Treuironum.* Hinc Iulius Cæsar scribit *Rhenum fluere per fines Sequanorum, Basiliensem diocesim, & Suingam intelligens.* Et lib. 3. Porro nihil dubitationis habeo Mediomatricorum ditionem olim Rhenum attigisse, vt intelligamus Nemetum fortassis, aut etiam Vangionum fines partim illis fuisse subiectos, nimirum quum validiores essent res Gallorum, & priusquam Germania prima, & secunda ad ripam Rheni in Gallia constituerentur, id quod post Iulium Cæsarem factum est.

224. *Tribucorum.* Eosdem hic populos inuenire videtur, quos supra Triboces appellauit.

225. *In p. aureis desinit parteis.* Plinius lib. 4. cap. 17. hinc Cæsaris loco ita subseribit, eumque illustrat: *In Rheno autem ipso prope centum M. passuum in longitudinem nobilissima Batavorum insula, & Cannanofatum, & alia Phryforum, Canchorū, Frisibonem, Sturiorum, Morfatiorum, qua feruntur inter Helinum, ac Fleuum. Ita appellantur ostia, in quibus effusus Rhenus ab Septentrione in lacus, ab occidente in amnem Mosam se spargit, medio inter hac o-*

re modicum nomini suo custodiens alueum. Vide tertiam, & quartam Europæ tabulam apud Ptolemæum.

226. *Atq; is dies induciis erat ab iis petitus.* Gellius lib. 2. cap. 25. hanc vocem ita explicat: *Inducias sic dictas arbitramur, quasi tu dicas, inde uti iā. Pactum induciarum eiusmodi est, vt in diem certū non pugnetur, nihilq; incommodi detur: sed ex eo die postea uti iam omnia belli iure agantur, & reliqua.* Nā qui volet, totum caput legat.

227. *Simul vt dicebatur.* Græca dicendi forma est, *simul, simul*, pro *cum, tum*, vel *tum, tum*.

228. *Et cum ad confluentem Mosæ, ac Rheni.* Hunc locum vulgus nostrate etiam nunc corrupto vocabulo *Gebulentæ*, quasi dicas *Confluens*, vocat.

229. *In fines Sicambrorum receperat.* Volaterranus lib. 5. Geographiæ, & Sabellicus *Sicambros, Gelrhenses* nunc vocari existimant: quum tamen (vt supra lib. 3. annotauimus) Iucundus, & Alciatus *Menapios* hoc nomine appellent. Quorum sententia mihi magis arridet, eo quod Gelrhia in Gallica Rheni ripa posita sit, & Cæsar *Sicambros* in Germanica ponat. Cui Strabo assentiens, ait: *Post Menapios, qui utranque Rheni ripam incolunt, Sicambri Germani consistunt.* Cæterum hoc fortassis Volaterranum, & Sabellicum mouit, vt *Sicambros, Gelrhenses* interpretarentur, quod Cornelius Tacitus lib. 12. historiarum asserit, eos à Romanis excisos, ac in Gallias translatos esse. Item quod Suetonius in Augusto refert, Sicambros se dedentes in Galliam traductos. Vnde & fieri potuit, vt quidā inter Menapios confederint, & nunc vna voce *Gelrhenses* vocentur. At quum Cæsar hoc loci scribat, Rheno transmissio, se in fines Sicambrorum profectum, & Strabo, ac Ptolemæus in quarta Europæ tabula eos adhuc Germaniæ magnæ populum asserant: Iucundus (vt mihi quidem videtur) rectius eos intelligit, qui nunc principi de *Nauso* parent. Quamquam non sim nefcius Hermannū vere nobilem illum Comitum Neuenarium sentire, Francos antiquitus Sicambros esse dictos. Omnium autem rectissime (vt *ὁ πρῶτος*) sentire videtur Io. Pollus Bilueldanus poeta lepidissimus, qui eos duci Gelrhienfi Vilelmo subditos ad hunc canit modum:

En tibi bellaces gaudent parere Sicambri,
Te observant Batavi, Menapiiq; simul.
Denique ne quem vsquam sua defraudem laude,
Hubertus ille Leodius, illorum *ἑννοπος* Germanicum, originem, ac loci situm ita describit: *Sicambri Menapiorum regionem occupant, & Germanos indigites fuisse nomine ipso deprehenditur, Germanice enim Sygenberger appellabantur.* Vnde & Sycambri in vetustis codicibus scriptum reperitur. *Habitauerunt ad alteram Rheni ripam, paululum infra Vibios, & ad Ruram fluium: qui apud Dusborgum Rheno miscetur &c.* Nam qui volet totum illius locum legere potest.

230. *Itaq; si summa difficultas faciendi pont.* Hoc quod Cæsar de se hic prædicat, Suetonius, & Plutar-

XII
XIII
XV
XVI
XVII
XVIII
XX

Plutarchus confirmant. Ille quidem ad hunc modum: *Germanos qui trans Rhenum incolunt, prius Romanorum potē fabricato aggressus, maximis affectu cladibus.* Hic vero sic: *Cæsar occasione nactus, quum alioquin gloria cupiditate duceretur, quod primus omnium Rhenum exercitū traiecisset, pontem instruxit &c.*

231. *Tigna bina sesquipedalia.* [supple, in latitudinem.] Nam dimensionem longitudinis mox inuit, dicens: *Dimensa ad fluminis altitudinem.* hoc est, tantā longitudinis, quantum fluminis altitudo postulabat.

232. *Non publica modo directā.* [Modo, id est, more publicæ, ad quem modum & Liuius sæpe loquitur, vt, modo latrocinii, id est, in modum.] Nam Cæsar hoc significare vult, pontem hunc non ad eum modum directē structū fuisse, quo alii, velut pons subicius; vnde Horatius Cocles Hetrucorum manum propulsauit, testante eodem Liuiolib. 2. ab vrbe condita.

233. *Contra vim, atq; impetum fluminis.* Eandem rationem & Plutarchus hinc verbis asserit: *Quum trunci, ac ligna flumio delata ingentis icibus operi infingerent, ad eos excipiendos, vimq; fluminis refrenandam, Cæsar in superiori parte maximas coniungatas trabes prefixit.*

234. *Diebus decē, quibus materia coepta erat &c.* Plutarchus iis, quæ modò citauimus, hoc subiungit, & hæc Cæsaris verba ita corroborat: *Incredibile spacium præbuit, intra decimū diem ponte perfectō.*

235. *In Britanniam proficisci.* Hęc insula à Ptolemæo, ac reliquis veteribus *Albion* vocatur. Vnde vero Anglia à recentioribus sit appellata: partim ex Rhenano partim ex Volaterrano discere possumus. Ille ergo sic lib. 1. Rerum Germanicarū scribit: *Britanni tot iam annis à piratis vexati, quū nulla superesset spes vilius à Romanis auxilii, iamq; hostes insula partem occupassent: cogitant de Saxonibus conuocandis, quorum præsidio occupatores istos Atacottos, Pictos, & Scotos exturbare possent.* Aduehitur igitur cum innumera multitudine per legatos accitus Vortigernus Anglorum (hoc nationi nomen erat) regulus. Iamq; victoriam aduersus hostes sperabant, nec infeliciter res procedebat, quum à defensoribus, amœna insula & diuinitis amore captis, consilium occultum iniret de inuadendo illius imperio. prætulerunt itaque stipendia non soluta, sicq; nato tumultu, facillime summum verum potuerunt. Hęc ille. Hic vero lib. 3. Geographiæ ab illo non nihil variat, sic scribens: *Constantinus Constantii regis filius se primum Deo, cœnobioq; dicens, mox regnum repetens à Vortigerno Gersonum rege (qui regnum arripuit) de medio tollit.* Hoc tempore Engisio duce Saxones ronas quarentes sedes in Britanniam applicuere: qui quamquam minime Christiani à Vortigerno in regni partem excepti sunt, auxiliumque ei contra Pictos, & Scotos suere. *Didonis insuper vsi dicuntur astutia, vt agrum mercati, quantum pellicis bubula operiret, hac in tenues posita diuisi a partibus, urbem cinxerunt*

in circumstantibus quibusdam linguis à pellicis nomine Thoncastell (sic enim legendum puto, non Tangrastel) nominauerunt. Itaque mihi Guilielmus Petersonius Anglus *australis*, & taxeorum arcuum causa Tiguri hærens mihi retulit Anno M D C C X I X, mensē Octobri. Eodem vero auctore Thoncastel Anglice tantum valet, ac si Latine dicas, *corrigia castelli.* Hactenus ille. Cæterum siue illi ex Beda, siue alio quopiam historicorum hæc mutati sint, certe multum diuersa ab his super eadem re Witichindus gestorum Saxoniorum lib. 1. scribit, qui & ipse Saxo fuit. Sic namq; Britanniam à Saxonibus occupatam inibi narrat: *Britannia à Vespasiano principe iam olim inter provincias redacta, & sub clientela Rom. multo tempore viliter degens, à vicinis nationibus impugnatur: eo quod auxilio Romanorum desituta videretur. Populus namque Romanus Martiali imperatore à militibus interfecto externis bellis grauiter fatigatus, non sufficiebat solita auxilia administrare amicis: extructo tamen ingenti opere ad munimen regionis, inter confinia a mari vsq; ad mare, vbi impetus hostium videbatur fore, relinquebant regionem Romani. Sed hosti acriori, & ad bellandum prompto, vbi gens mollis, & pigra belli resistit: nulla difficultas in destruendo opere fuit. Igitur fama prodente de rebus Saxonibus prospere gestis, supplicem mittunt legationem ad eorum postulanda auxilia, & procedentes legati, Optimi, inquirunt, Saxones, miseri Bracti crebris hostium incursionibus fatigati, & admodum contriti, auditis victoris à vobis magnifice patris, miserunt nos ad vos supplicantes, vt ab eis vestra auxilia non subtrahatis. Terram latam, & spaciosam, & omnium rerum copia refertam, vestra mandant ditioni parere. Sub Romanorum hæctenus clientela, ac tutela liberaliter viximus: post Romanos vobis melioris ignoramus: ideo sub vestra virtutis alas fugere querimus: vestra virtute, vestris armis hostibus tantum superiores inueniamur, & quicquid impositis seruitiū, libenter sustinemus. Patres ad hac pauca respondent, Certos amicos Bractis Saxones scitis, & eorum necessitatibus, atque commodis æque semper assuturos. Legati lati redierunt in patriam, exoptato nuncio socios latiores reddentes. Deinde promissus in Britanniam mittitur exercitus, & gratanter ab amicis susceptus, in breui liberat regionem à latronibus, restituens patriam incolis. Neque enim in id agendo multum laboris fuit: quippe qui iam olim audita fama Saxonum percussi terrebantur, dummodo presentia eorum procul pelluntur. Erant enim hæc gentes Bractis aduersæ, Scoti, Pehiti: aduersus quos militantes Saxones accipiebant à Bractis omnia ad usum necessaria. Manserunt itaque in illa regione aliquanto tempore, vicaria Bractorum bene vsi amicitia. Vt autem viderunt principes exercitus terram latam, ac fertilem, & incolarum manus ad bellandum pigras; se vero ac maximam partem Saxonum sine certis sedibus, mittunt ad reuocandum maiorem exercitum, & pace cum Scotis, & Pehitis firmata, in commune contra Bractos consurgunt, eosq; regio-*

ne propellant, sua ditioni regionem distribuunt. Et quia illa insula in angulo quodam muris sita est, Anglo Saxones usq; hodie vocantur.

XXI 236 Ad hoc cognoscenda priusquam periculum.] Suctonius. Tranquillus hanc Cæsaris providentiam (vt supra quoque in præfatione diximus) hisce verbis comprobat: In obviendis expeditionibus dubium cautior ne, an audentior. Exercitum neque per insidiosa itinera duxit unquam, nisi per speculatus locorum situs: neq; in Britanniam transiit, nisi ante per se portus, & navigationem, & accessum ad insulam explorasset.

237 Quod male erat brevissimus in Italiam traiecit.] Infra a principio lib. 5. hunc portum Irium vocat. De quo lege plura apud Ptolemæum lib. 2. cap. 9. tabula Europæ tertia, Strabonem lib. 4. & Volaterranum lib. 3. Geographia:

XXII 238 Qui se de superioris ventis consilio.] De isto Motinorum consilio vide supra in fine ipso lib. 3.

XXIV 239 Inusitato genere tormentorum.] Quæ species sint tormentorum ex 22. cap. lib. 4. apud Vegetium patet. Vbi inter alia tormentorum genera, Balisiam primo enuenerat: eamq; funibus, chordisq; ita tendi, vt quanto maiora brachiola haberet, hoc est, quanto maior esset, tanto spicula longius mitteret. Deinde Onagram, quo lapides dirigebantur. Postremo Scorpiones (quas nunc manubalistas, inquit, vocat) ideo sic dictos, quod paruis, subtilibusq; spiculis mortem inferant. Hæc, atq; alia nimirum tormentorum genera Britannis, hominibus feris, ac barbaris, longeque a Romanorum consuetudine alienis, inusitata videbantur: non secus atq; Gallis ambulatorie turres, vt superius sæpe in urbium oppugnatione exploratum est.

XXVI 240 Scaphas longarum navium, item speculatoria navigia.] Scaphæ nauiculæ sunt, quæ maiores naueis consequuntur. Speculatoria autem navigia eadem sunt, quæ alio nomine Exploratoria vocantur: quod (vt inquit, Vegetius lib. 4. cap. 37.) ne candore prodantur, colore Veneto tinguntur, & funes caraciam (qua inungi solent naues) insciuntur. Nauta quoq; vel milites Venetam vestem induunt, vt non solum per noctem, sed etiam per diem facilius lateant explorantes. Verumenimvero ne quid dissimulem, Vegetius idem, paulo ante verba modo citata, scapham, & exploratoriam pro eadem nauis usurpat: quum tamen Cæsar hoc loco diuersas esse haud obscure innuat.

XXVII 241 Quæ in stationibus erant.] Stationes cū diurnæ, tum nocturnæ militum excubiæ dicuntur. Germanice, die Schiltwacht.

XXVIII 242 Alienū esse rēpus.] Circūspecti, fidi, ac prudentis Imperatoris Cæsar hic nobis exemplum præbet. Ex illius nāq; officio est, omnia prius experiri quā armis decertare, ac exercitū suū in discrimen vocare. Id quod & Tranquillus de Iulio in hæc testatur verba: Quo sapius, inquit, visisset, hoc minus experiendos casus opinans: nihilq; se tantum victoria acquisiturum, quantum auferre calamitas posset.

243 Quod propinquum die æquinoctii.] Quoniam supra dixit, exigua æstatis parte reliqua, nihilominus se in Britanniam nauigare constituisse, necessum est, vt hic æquinoctium Autumnale intelligamus: quod secundum veteres Mathematicos viii Kalendas Octobris fit; secundum recentiores vero xvii Kalend. Octobris, quando Sol Libram ingreditur. Nam alterum æquinoctium, quod Vernale vocatur, iuxta præcorum sententiā, octauo Kalendas Aprilis: iuxta neotericorum autem computationem, xvii Kalendas Aprileis contingit, quando videlicet Sol Arietis signum intrat.

244 Quo perisugio superiori anno.] Tum enim (vt ex fine superioris libri manifestum est) se, suaque omnia in continetis syluas, & paludes contulerant: quod se inferiores in pugna cum Cæsare indipiscenda viderent.

ARGUMENTVM LIB. V DE BELLO GALLICO.

PRINCIPIO, qua forma naueis Oceano idoneæ fieri iusserit. Deinde Treuirorum defectionem Indutiomaro authore factā describit. Tertio, quibus modis in Britanniam redierit: ubi & insula situm, ambitum, Britannorum mores, ac instituta, magis Geographiæ, exactiusq; quam in superiori libro, explicat: deniq; quo pacto eosdem debellauerit. Quarto, Eburonum defectionem, Ambiorige, & Catuualco ducibus: & quibus insidiis Q. Titurius Sabinus, & L. Arunculeius Cotta, legati ab eisdem oppressi sint. Quinto, Nerviorum rebellionem prædicti Ambiorigis ductu factam. Sexto, qua ratione Galliam ferme totam rebellantem in officio retinuerit. Septimo & ultimo, quibus modis Labienus Indutiomarum castra Romana oppugnare conatum oppresserit.

IN C. IULII CÆSARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIBRUM V IO. RHELLICANI Annotationes.



245 VAM quibus in nostro mari &c.] Pomponius Mela lib. 1. ait, totam terram Oceano circumdari. Ea autem parte, qua Europam ab Africa mare disiungit, & Asiam contingit, nostrum dici. Cur autem idem mare mediterraneum, & interclusum etiam vocetur, supra libro 3. diximus. Quod si quis plura de hoc mari cognoscere cupit: doctissimos Vadiani nostri commentarios in præcitato Mela loco consulat.

246 Quod a Pirusis finitimam partem prouincie.] Quas gentes Cæsar hic Pirusas, Ptolemæus in quin-

in quinta Europæ tabula Pirusas vocat: & in extrema Dalmatiæ parte, versus Macedoniam eandem ponere videtur. Strabo autem lib. 7. Pirusas, casq; in inferiori Pannonia locat. Vide sextam Europæ tabulam.

247 In fines Treuirorum.] Hos Ptolemæus in tertia Europæ tabula Triberos appellat.

XXI 248 In syluam Arduennam abditis.] Strabo lib. 4. de Arduenna sylua hæc prodidit: Arduenna, inquit, sylua est procerarum arborum permagna quidē, verum haud magnitudine tanta, quantam rerum scriptores tradidere, stadiis millibus quaternis. Hactenus ille. Porro Galli eam nunc in vernacula sua foreste Dardena vocat, & Germani syluam Leodiensem, den Leuticher wald: propterea quod ad Eburones, hoc est, Leodienses pertingat, vt supra quoq; Cæsar lib. 1. loquitur.

249 Quæ in Meldis facta erant.] Idem Strabo lib. eodem Lexouios, & Meldos Oceano vicinos esse perhibet, atq; in Gallia Lugdunensi eos ponit. Ptolemæus autem, Plinius, & Volaterranus, in eadem quidem Galliarum parte, sed in alio tractu, nempe iuxta Heduos, & Lugdunum metropolim prope Galliam Narbonensem. Quod sita habet, duo populi sunt, qui hoc nomine gaudent: & Cæsar de Oceani accolis hic loquitur. Nam si tertiam Ptolemæi tabulam Europæam quis contempletur: facile coniciet naues non ad Cemmenos montes fabrefactas, quibus milites Cæsareani in Britanniam transportarentur. Naues enim propter loci distantiam a mari non sine amplissimis impensis in Oceanum deduci potuissent. Verum enimvero hanc controuersiam Beroaldi lectio nobis pulchre componit. Nam pro in Meldis, legit in Belgis. Id quod huc optime quadrat. Si quidem quum Belgæ vna parte Oceanum versus septentriones attingant: verisimile est naues istas inibi factas, quibus Cæsar per Oceanum in Britanniam traiecturus erat.

XXI 250 Religionibus impediri &c.] scilicet aliquibus; vt omnibus, & auguriis parum felicibus.

251 Fidem reliquis interponere, insurandum poscere.] supple, cepit, vt exponit Priscianus: vel vt alii interpretantur interponere, interponebat; poscere, posebat: vt sit infinitiuis pro indicatiuo positus, κατ' ἐναρξην.

XXII 252 Quod Corus ventus navigationem impediabat.] Sine aspiratione Corus scribit debet, qui idem & Caurus dicitur. De quo Aulus Gellius lib. 2. c. 22. ita scriptum reliquit: Tres sunt venti orientales, Aquilo, Vulturinus, Eurus, quorum melius Eurus est. His oppositi & contrarii sunt alii tres occidentui, Caurus, quem solent Græci ἀπέναντον vocare: is aduersus Aquilonem flat. Item alter Favonius, qui Græce vocatur Ζέφυρος: is aduersus Eurus flat. Tertius Africus, qui Græce vocatur Διός, is aduersus Vulturinum flat.

253 Qui magnam partem omnis temporis in his locis flare consuevit.] Ex præcitatis Gellii verbis, & ex tertia Europæ tabula apud Ptolemæum ra-

tio huius flatus liquido constare potest. Nam quæ Britania (teste Plinio) partim versus occasum vergat, partim versus Septentrionē: necessū est, Caurum vêtum maxime indidem aduersus Aquilonē spirare, quippe cōtrariis inter se existētibus illis duobus ventis.

254 Cum annotinis.] hoc est, quæ annonā vehent, vt sit denominatiuum, sicut a sero, serotinus.

255 Eo minus veritus nauibus.] Obseruata Latine dici, Vereor tibi: sicut Timeo tibi.

256 Testudine facta.] Vnde & in quem vsum testudo cōtexa sit olim, supra lib. 3. per occasionē diximus, vbi muralium fascium ex Vegetio mentionem fecimus.

257 Nasctur ibi plumbum album.] Plini⁹ lib. 34. c. 17. tradit candidum plumbū multum ariditatis habere: nigrum vero esse totum humidū. illudq; eam ob causam nulli rei sine mixtura vtile. neque argentū ex eo plumbari, eo quod argentum prius liquecat. Confirmantq;, inquit, si minus albo nigri quam satis est, miscatur, erodit ab eo argentum.

258 Insula natura triquetra.] id est, triangula est, vt Strabonis interpretis lib. 4. vertit.

259 Cuius vnus latus est contra Galliam, &c.] Quoniam ea, quæ Volaterranus lib. 3. Geographiæ scribit, non parū ad hunc locū illustrandū faciunt: age eius verba huc transcribamus. Sic ergo ait: Insulam totam sicuti olim in tria promontoria, seu tres angulos, in totidem deinde regna diuiserunt: vbi Cæritium, & Londinum, Angliterram appellat, qua loca maritima versus Galliam, & humaniora cōtinet, ex Anglis Saxorū appellata, quia eā partē occupauerūt. Deinde ad latus occidentale Scotia regnū, vbi insula ingens Caledonia, & mare Caledoniū illi vicinū Ptolemæo, ceterisq; Geographis ponitur. Hactenus ille, Cæterum Ptolemæus tab. Europæ r. quod Cæsar hic Cantium, Nutantium vocare videtur.

260 Dimidio minor, vt existima ur, Britan.] Plin. lib. 4. c. 16. ait Iberniæ eandem latitudinē esse, quæ Britannia, sed longitudine ducentorum millium passuum minorem.

261 In hoc medio cursu est insula.] supple, inter Britanniam, & Iberniam.

262 Complures præterea minores.] Ptolemæus in prædicta tabula supra Monam, Limnum, & Adron ponit: & xxx Orchades Britaniæ, & sex alias insulas partim Iberniæ, partim Britaniæ obiectas.

263 Dies continuos triginta sub bruma.] Sub bruma, i. sub Solstitiū brumale. Quod tametsi Cæsar nō compererit, ideoq; nec eidē vero simile videtur: tamen ratio vsus, ac rerū experientia verū esse docet. Quanto .a. quis magis Septentrionē versus proficiscatur, tātō in hyeme noctes lōgiores: & e cōtra in estate dies lōgiores sūt. Hinc fit vt dies æstiu⁹ Craconiæ, & nox hyberna circiter horā solidā nostrates superēt. Vnde etiā (quod multo plus est) fiet, vt apud Thylensē, ac Bilappios (quos ἐρωτοιοι vs Græce vocaueris, eo quod adeo latas, & plixas habeāt auriculas, vt super vnā cubent, & altera se tegant) extremos Septentrionis populos sub æstiuo solstitio

tio continui dies, & sub hyberno continuæ noctes sint. Cuius rei Plinius lib. 2. cap. 77. in hæc verba testimonium perhibet: *Solstitialibus diebus, accedente Sole propius verticem mundi, angusto lucis ambitu, subiecta terra, continuos dies haberi senis mensibus, noctesq; diuerso ad Brumam remoto. Quod fieri in insula Thyle Pythias Massiliensis scripsit, sex dierum nauigatione in Septentrionem à Britannia distante. Quidam in Mona, qua distat à Camalduno Britannia oppido circiter ducentis millibus, affirmant.* Perhibet & Ioannes de sacro Busto in sphæra sua materiali, rationem eiusdem rei in hæc aduens verba: *Illis quorum Zenith est inter circulum Arcticum, & polum mundi Arcticum contingit: quod horizon illorum intersecat Zodiacum in duobus punctis aque distantibus a principio Cancri. Et in reuolutione firmamenti contingit, quod illa portio Zodiaci intercepta semper relinquatur supra horizontem. Vnde patet, quod quam diu Sol est in illa portione intercepta, erit vnus dies continuus sine nocte. Ergo si illa portio fuerit ad quantitatem signi vnus, erit ibi dies continuus vnus mensis, sine nocte. Ad quantitatem vero duorum signorum erit duorum mensium, &c.* Quot autem nationes in insula Thyle habitent, & quo pacto se sub vtrumque solstitium gerant, Procopius lib. 2. luculenter ostendit: ideoque eius rei descriptionem iuxta Christophori Porfenæ translationem huc auctarii vice transcribere visum est. *Nationes, inquit, tredecim in insulam inhabitant, affluentissima quadam mortalium multitudine, regesque singulis nationibus præsumt. Et apud has vniuersas mirandum quid fieri contingit. Siquidem circa extremum æstatis tempus, dum in autumnum hæc se circumagat, ad quadragesimum plurimum diem, haudquaquam Sol in occidentum vergit: sed per omne id tempus supra terram existit, ac visitur. Dein minore quam mensium sex intervallo circa hyemisque postrema, eadem in insula, per dies Sol xxxix nubiæ comparat, sed perpetua hæc offunditur nocte. Vnde & per id tempus negotiorum omnium remissio tenet qui in ea regione sunt homines, quandoquidem nullo pacto versari inter se hi mutuo queant. Mihi vero hanc insulam aduenandi, & si nimirum properanti, oblata nunquam occasio est, ut miranda ista conspicerem. Ab his tamen quærendo, ac sciscitando, qui inde se ad nos contulerunt, num ea in insula statim temporibus sic oriretur (ut traditur) Sol, & occideret, certiore esse eius rei comperi fama, ex eorum præsertim relatu, qui Solem ea in insula identidem affirmarent per dies hos xxxix nec occidere qui: sed eius regionis hominibus in orientem alibi comparere, & nonnullis in locis ad occidentem, in horizontemque rursus hunc redeuntem, eundem se in locum recipere, ubi & die superiore orientem conspexerant, & hunc in modum noctem vnã hos computare iam pertransisse: rursusque quum noctium tempus aduenerit, ut Luna, ita & siderum cursibus aliorum animaduersis, dierum hos spatia contemplari. Denique dierum quinque & triginta magna huius & perpetua noctis transactio iam tempore, in mō-*

tium cacumina ex eorum consuetudine nonnullos emittere speculatum, ut sicunde forte ex aliqua specula Solem conspexerint, hominibus statim inferiora renentibus loca renuncient, post quintum diem ut his Sol omnino illuceat fore. Tunc vniuersos, ut fausta sibi re nunciata, panegyricis laudibus celebrare, & hæc ipsa in tenebris agere, &c. Ex quibus omnibus apparet, non vanum esse (teste Iulio) quod quidam de his prodiderunt infulis, dies continuos xxx sub bruma esse noctem.

264 *Ceris ex aqua mensuris.* Clepsydras nimirum intelligit; quibus & Græci, & Romani in horarum spatium dimetiendis perinde utebantur, ut nos iam arenariis horologiis. Breuioribus noctes, supple æstatis. Quum enim exercitum iam ante ex hybernis Gallicanis eduxisset, quam in Britanniam solueret, dubio protulisset hæc noctis dimensio in ætate est facta.

265 *Ita omnis insula in circuitu est vicies, &c.* Plinius in ante citato loco ex Pythias, & Isidori sententia docet Britanniam circuitu patere xxxix mille passus, & lxxv mille. Agrippæ autē sententia longitudinem dcc mille passuum esse credit: latitudinem ccc milium.

266 *Britanni se glasto inficiunt.* Plinius idem lib. 22. c. 1. *Glastum, inquit, simile plantagini in Gallia vocatur: quo Britannorum coniuges, nurusque toto corpore oblitæ quibusdam in sacris: in se incedunt, & Ethiopum colorem imitantur.* Hæc ille. Cæterum quia Herodianus sub finem lib. 3: quædam de Britannorum veterum moribus scribit, quæ ad hunc locum illustrandum facere videntur, idcirco ea secundum Politiani interpretationem huc adscribenda duxi: *Negs, ait, vestis usum cognorunt: sed ventrem, atq; ceruicem ferro incingunt, ornamentū id esse, ac diuitiarum argumentum existimantes, perinde ut aurum ceteri barbari. Quin ipsa notant corpora picturæ varia, & omniferiam formis animalium: quocirca ne induuntur quidem, videlicet picturam corporis ne adoperiant. Sunt autem belliosissima gens, atq; acutissima cadis, tantum scito angusto, lanceaq; contenti. Præterea gladio nudis corporibus dependente: lorica, ac galea penitus ignorant usum, &c.* Vnde apparet etiam Seuefi Imperatoris, & Herodiani temporibus eundem pingendi corpora morem apud Britannos fuisse; qui Iulii Cæsaris ætate fuit.

267 *Equites hostium, effedarii, &c.* Per digressionem hæctenus sitū, ac mores Britannorū descripsit: nunc ad institutam historiam & bellum cum Britannicis equitibus gestum redit. Supra enim de hostibus ita narrat, *illi equitatu, atq; effedis ad flumen progressi, &c.*

268 *Ad flumen Thamesim.* Supra .n. dixit Cæsar a maritimis ciuitatibus per hoc flumen Cassiuellauni fines diuidi. Volaterranus veroli. 3. Geographiæ Londinum ad Thamesim fluiuium quem vulgus Anglicanus nunc *Thenis* vocat, (ut multis ingenii dotibus ornatus, inuenis D. Georgius Sophocardius Scotus Tiguri in Abbatisiano collegio agens mihi retulit) sitū esse affirmat: ibiq; regiam sedem esse.

XIV

XV

XVIII

269 Oppi-

XXI 269 *Oppidii autē Britanni vocant, quæ sylvas impeditas vallo &c.* Istiusmodi ferme oppida, & domos etiam apud Germanos fuisse, idem Herodianus lib. 7. in hæc verba testatur: *Sunt vrbes, adificiaq; Germanorum incendiis maxime idonea. Rara enim apud eos structura e lapide, & lateribus coctilibus: densisq; potius syluis, quarum confixis, coagmentatisq; lignis, quadam quasi tabernacula adificant.*

XXIII 270 *Duobus commeatibus.* Id est, duabus transmissionibus, seu profectionibus.

XXIV 271 *Concilioq; Gallorum Samarobrina per.* Ptolemæus lib. 2. cap. 9. vnica litera immutata *Samarobrigam* vocat; Ambianorumque oppidum esse vult. Volaterranus autem lib. 3. Geographiæ *Samarobrinam* Rhemorum urbem statuit. At (cum doctissimi hominis venia dictum volo) hallucinatus videri potest. Etenim nullum Rhemorū oppidum à Geographis hoc nomine recensetur. Ad hæc quum Cæsar antea dixerit, se propter subitos Gallorum motus in Galliam festinasse, non est verosimile, eum ferme in postrema occasum ac meridiē versus parte concilium celebrasse: quum e diuerso Ambiani statim post Motinos (ia quorum portum ex Britannia appulerat) occurrerent, id quod ex tertia Europæ tabula apud Ptolemæum liquido apparet. Diuersum ab his omnibus Hubertus sentiens, ait *Samarobrinam* nunc *Cameracum* dici: propterea quod Galli cam nunc vulgo *Cambray*, Itali vero *Samberei* vocent.

272 *Tertiam in Essuos.* Quū Cæsar supra lib. 2. eos *Suessones* vocet, quos Ptolemæus in modo citata tabula *Vessones*: mihi videtur librariorum incuria pro *Suessones*, vel *Vessones* scriptū esse *Essuos*. Nullus enim Geographorum veterum (quos ego saltem vidi) *Essuorum* Galliæ populorum meminit. Inter recentiores vero Iucundus & Marlianus authores sunt, *Essuos* Armorice ciuitatibus proximis esse: à Belgis remotos plusquam centum millia passuum. Et Gallice *Retelois oultre tornay* vocari afferunt iidem. Hubertus vero vir haud indoctus, in Eburonibus suis ac Tungris putat, *Essuos* eos nunc esse, qui circa oppidum *Et* habitant: quod superioris Germaniæ dialecto *Ess* nominaretur.

273 *Treis in Belgio collocavit.* Id est, in reliqua Belgii parte. Nerui enim, *Suessones*, & *Treuir* etiam ad Belgicam Galliam spectant.

274 *Trans Padum.* Id est, in Transpadana Italia, quæ nona Italia regio à Plinio lib. 3. c. 17. recensetur, *Padus* enim (qui & *Eridanus* à Græcis dictus est) *Togatam* Galliam à Transpadana Italia disiungit: ut ex sexta Europæ tabula apud Ptolemæum apparet.

275 *Qui sub imperio Ambiorigis.* Vterq; enim (ut ex 6. lib. de bel. Gal. infra patet) dimidiæ partis Eburonum rex erat.

276 *In pacatissimam & quietissimam.* Vtpote qui Rhemis fidelissimis Romanorum sociis fratres erant, adeoq; illorum beneficio conseruati, dum Cæsar Nouiodunum expugnauit, quemadmodū

supra libro 2. narrat.

267 *In Galliam morari constituit.* Græca constructio, pro *in Gallia*. Græcinanque in etiam cū accusatiuo construunt, quando nos, vel quoslibet in loco esse, vel futuros esse significamus, ut *sis* Γαλατίας ἐμπεύει, id est, *in Galliam perfererare.*

278 *Erat in Carnutibus.* Id est, inter Carnutes (rursus enim Græca loquendi forma est omnibus etiam Latinis historicis perquam familiaris) Lugdunensis Galliæ populos: quorum oppidum est Genabum. Est autem Carnutum regio (ut Cæsar infra lib. 6. perhibet) totius Galliæ media. Quod sane verum esse ex tertia Europæ tabula constat.

279 *Ad castra oppugnandi venerunt.* supple, *gratia.* Est enim ἡ ἀποκατάστασις. Nam & illi ἐνεκα in eiusmodi locutionibus omittunt, ut τὸ κενώθηαι ἡλθε, id est, *discendi venit*, supple, *caussa.*

280 *Se se pro Cæsaris in se beneficiis.* Hæc Ambiorigis oratio generis suafortis est. Legatis namque Cæsareanis persuadere conatur, se cum Cæsari, tum ipsis bene velle. Vtitur autem primum argumento à gratitudine sua erga Cæsarem pro acceptis beneficiis. Deinde per occupationem diluit id, quod sibi ab aduersariis de castrorum oppugnatione obiici posset: viturque coniecturali argumento & criminis translatione, dum culpam bellici, ac hostilis motus in multitudinem transfert; & quando ait, Non verisimile videri, se tantulis copiis adeo ingentem Rom. exercitum aggredi, ne dicat conterere in animum induxisse. His coniecturis præmissis, dolum, ac mendacium subiungit, commune videlicet Gallorum decretum esse, vno die omnia Romanorum hyberna oppugnare: ad quod efficiendum ingentem Germanorum manum conductam esse.

281 *Coactū ciuitatis.* Sicuti dicimus *permissu, iussu, &c.*

282 *Suaque esse huiusmodi imperia &c.* Ist hæc imperia Alexander ille Curianus *precaria* vocat.

283 *Primorum militum centuriones.* Pro militum Beroaldi & Aldi exemplar *ordinum*, & meo iudicio rectius legunt. *Maiorum* enim, ac *Minorum ordinum centuriones* in antiqua Rom. militia fuisse ex 2. Vegetii lib. cap. 8. discimus, vbi in hæc inquit verba: *Vetus autem consuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis promoueretur centurio primipili: qui non solum aquila præerat, verum etiam quatuor centurias, hoc est, quadringentos milites in prima acie gubernabat. Hic tanquam caput totius legionis merita consequebatur, & commoda.* Qui enim volat, totum caput perlegat.

284 *Suam sententiam in vitæque partem essetutam.* Διλημνα est, sed infirmum: facile nanq; ad hunc modum eueri potest. Imo vero diceret aliquis, Vtraque sententiæ tuæ pars, multum & remeritatis, & periculi habet. Nam temerarium, ne dicam stultum est, hosti credere: nec minus periculi inest, quippe qui insidias struere possit. Deinde, ut maxime tota Gallia cum Rom. conspiceret:

XXV

XXVII

XXIII

XXIX

facius erit Martis aleam in castris experiri, quam ut nos vitro in insidiarum discrimen coniciamus, Quae de re consulto Cic. lib. 2. ad Herennium; vbi de confirmationis ratione agit.

XXXIII 285 Tum demum Titurius.] Quandoquidem Titurius saniori collegae sui consilio parere noluerat, sed temerarium relinquendorum castrorum consilium inierat: par quoque erat, ut primus omnium temeritatis suae poenas lueret. Sic enim & hic Caesar de eo scribit, & Hesiodus de omnibus temerariis consultoribus non tam eleganter quam vere cecinit,

Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῶν βουλευσάτων κακίστη.

Quod carmen nos ad hunc modum Latinum fecim? : Consilium primum domino nocet, unde profectum.

XXXV 286 Eiusdem ordinis.] id est, qui etiam centurio primipili erat.

XXXVII 287 Et primorum ordinum centuriones.] De quibus vide ante allegatum Vegetii locum lib. 2. c. 8.

288 Interim dum de conditionibus, &c.] Vbi nunc haec in Eburonibus gesta sunt, Hubertus ostendit, dicens: Sabinum in ea Leodii via interfecit, quae apud adem S. Crucis est: atque ab eodem Sabinum b in u mutato nuncupatam.

XXXIX 289 In Aduaticos.] id est, Tungros Belgicae Galliae populos, ab Aduaco oppido ita vocatos: ut Beatus Rhenanus lib. 3. Rerum Germanicarum edidit. Idem nunc Lucundo auctore Bosleduc Gallice vocantur. Si autem Volaterrano credimus, Brabantini nunc dicuntur.

XXXIX 290 Itaque confestim missis nunciis, ad Centrones &c.] Hubertus Leodiensis Centrones legit, atque oppidum eiusdem nominis Centron in patria Leodiensi, tribus a Tungris lapidibus, ponit. Quem si etiam de Grudiis, Lenacis, Pleumosis, ac Gordunis consulueris, bonum ac literatum otium non perdes.

XL 291 Muralia pilorum.] Vnde muralia pila dicta sunt, ex 20. cap. lib. 1. Vegetiani clarescit: vbi docet pedestrem exercitum, tum murum vocari solitum, quum pilatae legiones praeter scuta, etiam cataphractis, galeisq; fulgebant.

292 Pinnae loricae.] De his infra lib. 7. habebimus in Alexiae oppugnatione; vbi annotationes Lucundi consule.

XLI 293 Erant in ea legione.] supple, quae in Nervii ductu Ciceronis hibernabat.

294 Qui iam ordinibus appropinquarent.] scilicet centuriones hostibus.

295 Primis.] id est, cum primis ordinibus, hoc est, prima, & secunda cohortibus. Vegetius namque lib. 2. c. 15. refert aciem pedestrem a prima cohorte incipere ordinari in cornu dextro. Et paulo post, nec non, inquit, in prima acie dimicantes principes vocabantur, hoc est, ordinarii, ceteriq; ordinales.

296 Et verutum baetho desigatur.] Verutum (teste Vegetio lib. 2. cap. 15.) spiculum minus est, ferro triangulo, unciarum quinque, basilium trium pedum, & semis: quod olim verriculum, nunc verutum dicitur.

XLIX 297 Iniquo loco dimicare.] Quippe quum hostes valli magne propinquarent, & ita ut eorum

versarentur, qui Romanis transeundus erat, praeterea paucis Caesareis cum multis hostibus pugnandum erat.

298 Traducunt.] scilicet per vallem, ac rivum. LX

299 Obscuris in speciem portis.] supple, quod timorem simulabant.

300 Quod ea non posse.] Ea, adverbialiter hic ponit, sicut haec, isthaec, &c. nisi menda sit. Nam Beroaldi exemplar eas legit, ut referat porta. Vtrocumque autem modo legatur, sensus in idem redit, ea enim supplendum, per portam.

301 Quae Armorica appellatur.] Plinius lib. 4. c. LXIII

17. docet totam Aquitaniam olim Aremoricam vocatam esse. Caesar autem infra lib. 7. eas demum civitates Aremoricis vocat, quae Oceanum attingunt. Quae sane vox Germanis brachium, hoc est, finem maris significat: & per complexam, Armorica civitates, perinde quasi dicas maritima civitates. Et fieri potest, ut vel Aquitani quidam maritimi Germanice locuti, vel hanc vocem a Germanis mutuati sint. Praesertim quum Strabo lib. 4. Aquitanos non modo lingua, sed corporibus quoque permutatos asserat.

302 Senones.] supple, Celticae Galliae populi Cermanis montibus adiacentes: ut ex tertia Europae tabula cognoscimus, & supra lib. 2. paucis annotavimus. Gallice nomen truncatum Sen adhuc retinet.

303 Alteros pro veteri.] scilicet, Helios, qui Romanorum fratres erant, ut Caesar ipse supra lib. 1. disertis indicat verbis.

304 Alteros.] supple, Rhemos, de quibus superius ab initio lib. 2.

305 Arionis bello, & Tencterorum.] De illo sub fine lib. 1. De hoc ab initio lib. 4.

306 Altera ex parte Senones, Carnutesq; &c.] LXVI

Senones quidem, quod Cauarinum regem suum regno eiecissent: Carnutes vero, quod Tasgetium regem suum interemerant.

307 Ad finitimas civitates.] scilicet, Sueffonum, & LXVII

Mediomatricum, ut in Europae tabula praese fert.

308 Hac re cognita omnes Eburonum ac Nerviorum.] Beroaldi lectio Treuironum, & haud dubie rectius habet. Indutiomarum enim (qui modo in flumine perierat) illorum dux fuerat, ut ex vno, atque altero istius libri loco apparet.

ARGUMENTVM LIB. VI DE BELLO GALLICO.

PRIMO, Senonum defectionem Acconis consilio factam, & quomodo iude cum Caesare in gratiam redierint describit. Secundo, bellum cum Treuiris gestum, & quo pacto iude a Labieno victi sint. Tertio, quibus de causis Rhenum deuenit transierit: vbi & Gallorum & Germanorum ritus, mores, ac instituta graphice depingit. Quarto, bellum cum Ambiorige pugna detrectante gestum. Quinto, Sicambrorum transitum, ac irruptiones in Eburonum fines: & quibus modis iude Ciceronis castra (qui impedimentis ad Vatuacam praesidio relictus erat) oppugnarint. Demum, ad Ambiorigis fugam, latrobrasq; describendas redit.

ANNOTATIONES IO. RHELLICANI IN C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM de Bello Gallico Librum VI IO. RHELLICANI Annotationes.



309 VLTIS de causis.] Quarum hanc potissimum sub calcem superioris libri recensuit: quippe quod Gallis doleret, sibi bellicam maiorum gloria ereptam, & quod populi Romani imperia perferre cogerentur.

310 Delectum habere instituit.] supple, in Italia. Siquidem Plutarchus ait, Caesari ex Italia in castrorum supplementum tres legiones venisse.

311 Cn. Pompeio proconsole.] scilicet, Hispania designato. Idem namque Plutarchus in Crassi vita refert, Pompeium, & Crassum consulatu per vim potitos esse, & deinceps sortitione facta, huic Syriam, illi Hispaniam obtigisse.

312 Cum imperio maneret.] id est, magistratu fungeretur, quae locutio historicis frequens est, praesertim Lii. sic enim lib. 3. secundi belli Punici loquitur: T. Attilius Crassus in Siciliam cum imperio, qui classis praefectus, missus est.

313 Sacramentum.] id est, iureiurando.

314 Rogatus esset.] id est, astrinxisset. Et haec locutio historica est. Idem namque Liius lib. 2. belli Macedonici, L. inquit, Cornelius Lentulus Praetor cum quinque legatis profectus est, obvius in agris sacramento rogatus arma capere, ac sequi cogeat.

315 Et amicitia tribuisset.] Praeter affinitatem Caesaris cum Pompeio, etiam amicitiae vinculum habebant. Isti namque tres reip. munera inter se partiebantur, ut testatur Plutarchus in ante citata Crassi vita, & Appianus lib. 2. bellorum civilium: vbi ait a Catone dictum in illos, Quod resumptiarum lenocinio corrumpetur. & ab alio quodam eisdem Tricipitium nominatos, idem auctor est.

316 Duplicatoque earum cohortium numero.] Quoniam supra lib. 5. ait vnam legionem, & quinque cohortes Sabino, & Cottae commissas fuisse, & inibi non multo post per paucos ex his incolumes in Labieni hiberna peruenisse: per duplicatum numerum, ferme tres legiones intelligo.

317 Obsidibusque pecunia cautent.] Cautent, supple, Treuiri. hoc est, securas reddunt alias civitates sibi deuinctas.

318 Obsidibus.] id est, per obsides.

319 De pecunia.] id est, stipendio numerando. Cautum enim (ut habetur in lib. de Verborum significationibus) intelligitur, siue personis, siue rebus cautum sit. Is autem Cautus, hoc est securus (Alciato explanatore testis, cui vel pignore, vel fideiussione consultum est.

320 Cisteriense omnibus Germanis.] scilicet Segnis, & Condruis, de quibus in sequentibus Caesar ipse. Porro qui Germaniae populi praeterea Gallicam Rheni ripam incoluerint, Plinius lib. 4. c. 17. videatur.

321 Proximis quatuor legionibus coactis.] id est, III

quas recens delegerat, ut ab initio istius libri patet.

322 In hiberna.] supple, quae Samarobriva tripartita erant, sicuti Caesar ipse sub fine lib. 5. docet.

323 In Lutetia Parhisorum transfert.] Ptolemaeus Lutetiam a luto, quod lutosa urbs sit, vocat. Quale autem & quantulum oppidulum fuerit tempore Jul. Caesaris, Rhenanus lib. 3. Rer. Germ. doctissime describit: vbi & monet nomina huiusmodi populorum, ut Rauraci, Mediomatres, Treuiri, & Parhisi, nunc pro gente, nunc pro opidis usurpari. Quod autem quidam Parhisus pro Parhisiis scribunt, ac pronunciant: barbarissimum est ex Gallica lingua conflatus. Galli enim haud dubie quum u per y pronunciant, ex duplici i, i & u fecerunt, hoc est, ii.

324 Confines erant hi Senonibus.] Parhisi quidem Senonibus confines sunt: sed tamen Treicassi, & Augustobona interiacent: si picturae Ptolemaicae credimus.

325 Ex huius iracundia, &c.] Nam iratus erat haud dubie Senonum civitati, quod se regem suum regno expulerant. De quo supra lib. 5.

326 Erant Menapii propinqui &c.] De hoc confinio superius lib. 5. scripsimus.

327 Erat inter Labienum, atque hostem.] Fluxer, VII

nimirum Mosella, quod Ptolemaeus (Beato Rhenano lib. 1. Rerum Germanicarum attestante) Obrincum vocat. Quum enim non tantum supra lib. 5. Caesar scribat, Labienum cum quarta legione, in Rhemis, idque in Treuironum confinio, hibernare iussit; verum etiam hic diserte testetur, Labienum cum vna legione in Treuiris hibernasse, & istum cum hostibus concursum inibi factum: hunc fluvium intelligi necessarium est, quando aliud nullum Geographi isthic ponunt.

328 Permanisse in officio demonstravimus.] supple, ab initio lib. 5.

329 Vbi, qui ante obsides dederant.] De hoc superius lib. 4.

330 Quae appellatur Bacenis &c.] Bacenim eandem

syluam cum Hercynia (quam Caesar paulo inferius describit) omnium pene eruditorum consensus approbat. Tamen n. Volaterranus lib. 7. Geographiae ex hoc, & sequenti Caesaris loco putet, diuersam esse: tamen ex eius lectione (nam pro Bacenis, Barcenis legit) colligi potest, eandem gemino, sed idem significanti nomine appellari. Quemadmodum namque Hercynia, siue (ut Eratosthenes habet) Orcynia, in vernacula Germanorum lingua: ita & Barcenis vnica litera immutata dicitur hant, pro hant. Nam sicuti Taurus mons Asiam, Atlas Mauritaniam, & Apenninus Italiam mediam intersecant, & dubio procul varia a variis accolis nomina fortuantur: ita & Hercynium nomen totam Germaniam ad Rhiphaeos usque montes, & palu-

des Mæotidis permeat: sed ab aliis confinibus aliter & Latine, & Germanice vocatur. Latini namq; partim & Græci eandem syluam *Bacenicam, Martianam, Gabretam, Semanam, & Hercyniam* nominant. Germani vero iuxta Friburgum Brisgaudię, eam *Nigram syluam*, a pinoribus haud dubie operantem a Mœni ripa, vbi Francofurdiam, Afciburgiũ, & Maguntiacum vrbeis attingit, *Spißhartz*, hoc est, *Picearia sylua*. In Saxonię faucibus, vbi Comitiss a Mansfelden ditionem pertingit, a pice rursus nomen sortitur, Germanice, vñ *dem Hartz*. A Thuringis adiacentibus *Thuringica*, (de qua Cæsar hic potissimum loqui videtur) & a Bohemis *Bohemica* appellatur *sylua*. Qua de re qui copiosius edoceri cupit, doctissimum carmen Conradi Celtis Protucii, primi apud Germanos poetę, de Hercynii nemoris tractu per Germaniam, & tertium capitulum in vrbeis Nurembergę: descriptione consulat: nos enim hic breuitati, quoad fieri potest, studemus.

331 *Ac longe introrsus pertinere.*] Si quis hunc cum inferiore Cæsarıs loco conferat diligentius, *Bacenicam, & Hercyniam* eandem esse syluam deprehendet. Sicuti namque hic ait, illam *longe introrsus pertinere*, id est, longius pertinere: ita hanc in sequentibus dicit, *ab Heluetiorum finibus ortam, usq; ad Dacos, & Anartes protendi.*

332 *Cherufcos a Suenis.*] Iuxta Pyrcheimeri, & Rhenani sententiam lib. 1. Rerum Germanicarũ, Cherufcorum sedes Misni, Saxones, ac Thuringi nunc tenent. Quod sane haud inepte ad hunc Cæsarıs locum facit. Siquidem Sueni nobis cis Baccam, hoc est, Thuringicam syluam, & Thuringi vltra eã ita habitant, vt natiui muri loco inter vtroque obiecta sit. Qua enim ex Choburgo Grauetaliam itur, Bacenis ad tria Germanorum passuum millia in latitudinem patet.

XI 333 *Quoniam ad hunc locum peruentum est, &c.*] Per longiusculam digressionem, Gallorũ; & Germanorum mores, instituta, ac memorabilia quęque describere incipit.

XIII 334 *Qui in aliquo sunt numero, atq; honore &c.*] Legito Erasmi Prouerbum, *Μεγαλὴν οὐτὴν ἄριστον, οὐτὴν τρίτην, hoc est, Megarenses neque tertii, neq; quarti.*

335 *Genera sunt duo.*] Strabo lib. 4. Geographię tria hominum genera ponit, quę in magno pretio apud Gallos quondam fuerunt, *Bardos*, qui laudationibus, rebusque poeticis vacabant: *Vates*, qui sacrificiis, caularũq; naturalium scrutationi studabant: *Druidas*, qui præter caularum naturalium studia, moralem disciplinam exercebāt, reliquaq; & priuata, & publica munera obibant, quę Cæsar hic quoq; describit.

336 *Multi in disciplinam conueniunt.*] Pomponius Mela huic Cæsarıs loco in hæc verba subscribit: *Docent multa nobilissimos gentis clam, & diu vicentis annis in specu, aut in arboribus saltibus.* Hęc ille. Porro quia Celtis in præcitata Nurembergę descriptione non tantum nominis *Druidarum* ἑτυμολογίαν, verumetiam habitum, & transmigrationem eorum describit, studioſis non ingratum fore putauit, si pauca eius verba huc transcriberem. Genus, inquit, *illud Philosophorum apud Gallos Græcè uocatur, quos ἰσορῆτες, id est, a quercubus nominauerunt: inter quas ut (sicuti & Abrahā, & Gedeonius quercus testis est) oracula antiquitus effundere credebantur; ita illi veluti oraculorum, sortium, fulminumq; (quorum illa arbor obnoxia) interpretes tales consedebant, quales nudius vidimus, dum Ioannes Theophilus, vir summa eruditione, & ingenio nos in patriam suam ad radices Piniferi secum adduceret, hic dum forte in coenobium diuertissemus, lapideas imagines sex, vetustissimò in saxo ad fores templi parieti insertas conspeximus: septem pedum singula, nudis pedibus, capita intectā, Græcico pallio, & cucullato, perulaq; & barba ad inguina usq; promissa, & circa naris fistulas bifurcata, in manibus liber, & baculus Diogenicus, seuera fronte, & tristi supercilio, obstipito capite, figentes lumina terris. Hi quondam apud Gallos (sue interpretanda religionis, sue solitudinis gratia, quo expeditiores inquirendis rerum causis essent) in nemoribus, & saltibus consedere, multitudinemq; vulgi ad se pellexere. Postea autem quam Tiberius Cæsar ipsos propter factiones (quarum duces erant) Gallis excedere iussisset: illi in Germaniã commigrauerunt, & sub Carolo, Arnolphis, & Orthobus Christianam religionem interpretantes, totam Hercyniam in amœnis, ac irriguis vallibus, aptorum, & ceruorum saltibus, sub annosis, & nigris quercubus (a quibus coenobiorum suorum nomina sunt) occupauerunt.*

337 *Sed ab aliis post mortem transire ad alios.*] Id quod nimirum ex Pythagorę placitis hauserunt: is enim *μετεμψύχων* tradebat, de qua lege Ouidium lib. *meta morph. 15.*

338 *Circum se ambactos.*] Sextus Pompeius, xv *Ambactus*, inquit, lingua Gallica apud Ennium *ambactus* dicitur. Vnde colligo Cæsarem hic per istam vocem seruos significare: qui ob varia herorum negotia iam huc, iam illuc circumaguntur.

339 *Alii immani magnitudine simulachra.*] Eãdem rem Strabo in præcitato loco narrat paulo aliter. *Magnam*, inquit, *ex foeno statuas aptantes, eique lignum iniectantes, pecoraque, & varias immittebant beluas atque homines, holocaustum faciebant.*

Qua superauerint animalia.] id est, quę super fuerint cladi. sic sepe & Virgilius, & Linius loquitur.

340 *Ab paruulis labori, ac duritia studet.*] Eadẽ ferme Pom. Mela li. 3. in hæc verba scribit: *Qui Germaniã incolunt, immanes sunt animis, atq; corporibus, & ad insuã feritatem vase vtraq; exercet, bellando ani-*

do animos, corpora ad consuetudines laborum: maximo frigore nulli agunt antequam puberes sint, & longissima apud eos pueritia est. Hactenus Mela. Quod si quis plura de veteribus Germanis legere cupit, Cornelii Taciti libellum de situ, & moribus eorũdem euoluat.

XXIV 341 *Vulgo Tectosages occuparunt.*] Vbi Tectosages Gallię Narbonensis populi habitarint, & quorsum præ hominum multitudine migrauerint, non tantum Cæsar hic, verumetiam Strabo lib. 4. commemorat. *Tectosages*, inquit, *Pyrenais propinqui sunt montibus, paululum etiam Cæmmentum attingunt ex Aquilonis latere, auriferamq; colunt terrã. Potentia vero, & hominum robore quondam valuisse videtur, adeo vt incidente seditione, magnum è suis numerum domo eiecissent: ad eorum vero fortunam communicandas alii aliis ex gentibus conuenere, & quibus hi sunt, qui finitimam Cappadociã & Paphlagonia Phrygiã occupauerunt.* Porro quę loca iuxta Hercyniam syluam Tectosages occupauerunt, Rhenanus lib. 1. Rerum Germ. explicat, dicens, *Tectosages gentem Nicri, hoc est, Necari ripam accoluisse: quo loco adhuc vetusta arx visatur, quę Dackensibus postea ducibus nomen dedit, Germanice Die von Deck.* De quibus legito plura apud eundem Rhenanum in castigationibus libelli De situ, & moribus Germanorum Cornelii Taciti.

XV 342 *Oritur ab Heluetiorum, Nemetum.*] Beatus Rhenanus homo in indicandis, & corrigendis veterum monumentis exquisiti iudicii, hunc locum sic & castigat, & exponit lib. 3. Rerum Germanicarum. Siquidem pro *Nemetum, Veneti, & pro Rauracorum, Tauracorum* legit. Ac per illos quidem *Veneti*, hoc est, Cellensis lacus accolis: per hos vero *Turgasos* intelligit. Ne quis autem miretur Hercyniam syluam, in Thurgæano tractu, & ad Venetum lacum oriri solitam, addit coniecturam suam illum videlicet olim latiorẽ fuisse, & Hercyniam syluam ad hunc vsque lacum Iulii Cæsarıs sæculo pertinuisse. Quod vero nostra ætate eo non pertingat, in causa esse: quod Rom. eam syluam partem exciderint, & a latrociniiis repurgauerint. Porro ne quid dissimulem, Conradus Celtis nescio qua autoritate fretus, Hercynium saltum non ab Heluetiorum finibus, sed ab Arduenna (sic enim isthic pro *Ardernia* legendum) sylua incipere auctor est: quę, quum in Belgio sita sit, & a Rheno Treuiros, (vt Cæsar infra testatur) Neruios, Rhenos, ac Menapios attingat, longissime ab Heluetiis distita est. Quo fit vt Cæsarıs (qui nostram terram peragravit) & Rhenani sententiam magis approbem. Primum quod Eremitana in Heluetiis sylua non tantum a veteribus accolis, verumetiam a superstitionis Germanicę inferioris peregrinatoribus etiamnum *Opaca*, seu *Tenebrosa* vocatur. Vnde colligi potest, Iulii temporibus eam multo maxima, & opacissima fuisse: quippe quę incædua, & inhabitabilis esset, quę nunc & cæditur, & ab elegante vico inhabitatur. Ab eã ergo Pinifera,

& Picearia, & Opaca sylua Hercynium nemus in Heluetiis secundum Iulii sententiã oritur, in qua Menradus insignis Eremita diu, multumque Deo seruens, tandem a latronibus circumuentus, & occisus est. Deinde Rhenani sententiã eã ob causam accedo, quod & Beroaldus pro *Rauracorum, Tauriacorum* legit: a quorum populorum situ *Nemetes*, hoc est, Spirenses, longe, lateque diffusi sunt, *Venetus* autem lacus iisdem conterminus est. Hinc nimirum se Hercyniam nemus Friburgum Brisgæę versus extendit, ac inibi ea de causa, quam supra attingimus, *Nigra sylua* ab hominibus nostris appellatur.

343 *Et Anartium.*] Quos Cæsar hic *Anartes* vocat, eorũdem esse puto, quos Strabo lib. 11. in Asiaticã Scythiã descriptione, *Anartiacas*, & quos Plinius lib. 6. cap. 16. *Anarticos* appellat. Eiusque opinionis occasionẽ cum Volaterranus, tum Vadianus noster in annotationibus suis in 3. Mele librũ, dederunt. Nam quum ille Hercyniam syluam ad Dacos vsque, & Getas; hic vero ad Sarmatas, Riphæos monteis, Mæotim paludem, ipsaq; Asiae confinia pertingere dicat: per *Anartes* Scythas Asiaticos intelligo. Nisi forte *Anartium* *et*, *metastiv. et* *συνυγλω* legendum putes, vt sint Pannoniæ inferioris populi: quos Cornelius Tacitus in libello De situ, & moribus Germanorum *Anarticos* vocat.

344 *Rectaq; fluminis Danubii regione.*] Hoc nimirum innuit Cæsar, quod Volaterranus lib. 7. Geographiã refert: *Hercyniam syluam per mediam Pannoniam a dextra, & per Poloniam a sinistra usq; ad Dacos, & Getas pertinere.* Porro iuxta Rhenani interpretationem, per *låniam Danubii ripam*; barbarica: per *dextram*, Romana terra intelligẽda est.

345 *Neq; quisquam est huius Germaniæ.*] supple, *qua Dacos, Pannonios, & Sarmatas attingit.* Nam si de omnibus Germanis hoc intelligas, Cæsar pugnantia dixisse videbitur, vt pote qui supra dicat se ex Vbiorum exploratoribus didicisse, quod Sueni ad initium syluę Bacenis (quam eandem cũ Hercynia esse superius demonstraui) Romanorũ exercitum expectaturi essent: item quando paulo ante ipse affirmat, initium istius syluę ab Heluetiorum finibus oriri. Quod dubio procul Germani trans Rhenum proximi æque sciuerunt, vt Cæsar. Itaque (vt præmonui) locus iste de vterioribus Germanis Hercyniã accolis, non de ceterioribus intelligendus est: qui indubie illius principium ex Heluetiis, Tauriacis, & Veneti lacus accolis facile perdiscere poterant, idque ex confinio, ac mutuo rerum commercio.

346 *Est bos cerni figura.*] Hic bos Indico boui vnicorni non admodum dissimilis est, quem Plinius lib. 8. cap. 2. describit.

347 *Sunt item quę appellantur Alces.*] Idẽ Plinius lib. eodem, cap. 15. longe aliam Alcis figuram tradit, quam Cæsar. Non enim caprę eam similem facit, sed iumento; excepta aurium, & ceruicis proceritate. Plinii sententiam magis probo, quod

XXVII

olam Cracouit in Musam castris sub Rodolpho Agricola iunior peritissimo duce anno MDXVI circiter quadriennium militans, Alcem ea specie in foro (quem *circum* ista vocant) venalem conspicatus sum, qua Plinius eam depingit. Fieri autē potest, ut Cæsar ex aliorum relatione hæc scripserit, ideoque & falsus sit.

3:8 *Crura sine nodis* &c.] Videto Plinium de Elephantis eadem scribentem.

XXXIII 349 *Qui Vri appellantur.*] Plinius in iam citato loco Vros ad hunc modum describit: *Germania gignit insignia bouum ferarum genera, imbatos, bisontes, excellentiq; & vi, & velocitate Vros: quibus imperitum vulgus bucalorum nomen imponit, quū eos (sic enim legendum puto) gignat Africa vituli portus, ceruicis similitudine.* Porro & istorum bouum ingens copia hyberno tempore ex Hercynia sylua (quæ Poloniam, ut dictum est, penetrat) Cracouiam adfertur: atque simul cum alia ferina in foro, perinde ut apud nos cicurum aliarum animantium carnes in macello, venundatur. Cæterū si Macrobio lib. 6. Saturn. cap. 4. credimus, *Vri Gallica vox est, qua feri boves notantur.*

350 *Ab labris argento circumcludunt.*] id est, eā cornuum partem argento inducunt, quæ labris bibentium admouetur.

XXXIX 351 *Cæsar postquam per Vrbios exploratores &c.*] A prælonga (ut monuimus) egressione ad instituta historiam nunc regreditur.

352 *Per Arduennam syluam, que est totius Gallia &c.*] Strabo lib. 4. Arduennam ita describit: *Sylua est procerarum arborum, permagna quidem, verū haud magnitudine tanta, quantam rerum scriptores tradiderunt, studiis millibus quaternis: eam vero Arduennam vocant. At contra bellorum impetus, spinosos ramorum inuicem textentes, irruptiones occludunt &c.* Qui sane Strabonis locus non nihil lucis sequentibus Cæsareanis verbis addit, ubi ait, magnam copiarum partem Ambiorigis se in Arduennam syluam abdidisse.

XXX 353 *Vt sunt se: domicilia Gallorum, qui vitandi astus causa &c.*] Hac de re videto supra Cæsarem lib. 5. ubi Britannorum, Gallorum, & Germanorū veterum, eandem propemodum ædificandi rationem ostendimus.

XXXI 354 *Taxo se exanimavit.*] Quo pacto id fieri potuerit ex Plinii verbis lib. 16. cap. 11. sub ipsum finem manifestum sit. Inibi enim asserit Taxo ma-
xi noxiura esse fructum: lethale bæcis in Hispania præcipue venenum inesse: vasa etiam viatoria ex ea vis in Gallia facta, mortifera esse. Adhæc in Arcadia eandem tam præsentis esse veneni, ut si qui sub ea dormiant, cibumue capiant, moriantur.

XXXII 355 *Segni &c.*] Sunt (inquit Hubertus) *Segni, qui oppidum, quod Signacum in Condruis vocant, inhabitant: exiguum quidem hodie, sed miram profecto vetustatem referens. Condruis (eodem teste) Gallice nunc Condrotz: quorū metropolis Homm appellatur.*

356 *Id castelli nomen est &c.*] Hubertus Leodius refert, huius nominis castellum etiamnum extare, atque non plusquam dimidio Germanorum milliario ab vrbe Leodio distare; in medijs quoque Eburonum finibus, in maxima situm planitie. Idē asserit, se vetusti, & manu scripti exemplaris beneficio deprehendisse, pro *Varuca*, & *Varuca* legendum.

357 *Ad flumen Ascaldem, quod influit in Mosam &c.*] Idem Hubertus mendam in hoc Cæsaris loco esse putat, & pro *Ascaldem*, *Sabim* legendum: eo quod hic, non ille in Arduennæ syluæ finibus labatur, & iuxta Namurram in Mosam se exoneret.

358 *Ad finitimas ciuitates &c.*] ut Romandorū, Neruiorum, & Menapiorum.

359 *Ad impedimenta, legionemq; &c.*] supple, *qua ad Vatuacum castellum impedimentis præsidio erat.*

360 *Sicambri, qui sunt proximi Rheno &c.*] Quia ille idem Hubertus *ad rōnem* hunc locum illustrauit, in studiosorum gratiam non grauabor illius illustrationem huc adscribere. *Sicambri*, inquit, *qui vltra Rhenum è regione Vbiorum, aut pasulo infra habitabant. Et paulo post, quando Cæsar ait: Vbi pons erat imperfectus, hoc est, duobus milliariibus Germanicis infra Coloniam Agrippinam.*

361 *Quibus iam liber.*] mendum est, pro licet, ut & Beroaldi exemplar habet.

362 *Nonem oppositis legionibus.*] scilicet, præter suam. Supra nanque Cæsar dicit, T. Labienum cū legionibus tribus ad Oceanum missum. C. Trebonium cum pari numero in eam Eburonum partem, quæ Aduaticis adiacet: ipsum denique Cæsarem cum tribus legionibus ad Ascaldem fluium concessisse.

363 *Erant ager in præsidio.*] Hinc, & ex superiori loco vides Grammaticorum differentiam inter *agerum*, & *agrotum* non esse firmam.

364 *Cuius mentionem superioribus præliis fecimus.*] scilicet lib. 2. sub finem.

365 *Relinquit animus Sextium.*] id est, exanimatur.

366 *Alii cuncto facto.*] Vegetius lib. 3. cap. 19. *Cunctum* ait peditum multitudinem vocari, quæ iuncta cum acie primum angustior, deinde latior procedit, & aduersariorū ordines rumpit: quia pluribus in vnum locum tela mittuntur. *Quam rem*, inquit, *militres vocant Caput porcinum.* Cuius rei typum conspice apud Ælianum in libello de instruendis aciebus.

367 *Et de Accone.*] De hoc lege initium istius libri.

368 *More maiorum.*] scilicet *Romanorum.* Quo autem modo in seditiones præfisci Romani animaduertent, infra lib. 8. de bello Gallico patet. Ibi nanque Cæsar scribit, Cutruatum seditionis Carnutanæ authorem ita ab ipso neci datum, ut corpus verberibus exanimatum securi feriretur.

ARGVMENTVM LIB. VII DE BELLO GALLICO.

P Rincipio totius Gallia Transalpina defectionem, eiusq; causam describit. Deinde, quibus modis cū Vercingetorige Gallorum rege tumultuarie creato bellum gesserit: utpote qua oppida partim se ei vltro dediderint, partim vero summa vi, & industria expugnata sint. E quorum postremorum numero Genabum est, Auaricum, & Alexia: quorum & oppugnationem, & expugnationem graphice & si is coloribus depingit. Tandem, Vercingetorige profugato, Gallorū deditionem, Heduarum, & Aruernorum: prærogatiuam commemorat.

IN C. IVLII CÆSARIS COMMENTARIORVM de Bello Gallico Librum VII IO. RHELLICANI Annotationes.

369 **V** T omnes Italia iuniores coniuarent.] Appianus lib. 2. bello- rum ciuiliū refert, post Clodii mortem, ingentem seruorum, & agricolarum manum à Milone conductam esse: eamq; (Populo Romano, & M. Cæcilio pecunia prius corrupto) in urbem irrupisse. Plura istius historiae Asconius Pædianus, & Cicero in oratione pro Milone attingunt.

370 *Ea res in Galliam Transalpinam &c.*] Occasio defectionis, & conspirationis Gallicæ.

III 371 *Genabin dato signo concurrunt.*] Ptolemæus voce non nihil deflexa *Genabum* nominat, Iucundus vero & Cæsar infra *Genabum*; & *Aurelianum* nunc vocari, Gallice *Orleans*, author est ille.

372 *Spatium est millium passuum circiter centum LX. &c.*] Carnutes ab Aruernis longissime distare tertia Europæ tabula ostendit: & vtriusque gentis positus, & recens nomenclatura superius indicata est.

IV 373 *Ex oppido Gergobia.*] quod Cæsar infra *Gergouiam* vocat, & nunc testibus Iucundo, & Sabellico, *Clarus mans* appellatur, & in Aruernis situm est.

374 *Reliquosq; omnes, qui Oceanum attingunt.*] Ut sunt Bituriges, Santones, & Tarbeli, velut ex modo citata Ptolemæi tabula liquet.

VI 375 *Virtute Cn. Pompeii.*] Idem Appianus in paulo ante allegato loco asserit, in maximo videlicet tumultu ob Clodii eadem facto, Pompeium consulem absque collega ita creatū esse, ut Dictatoris officio fungeretur. Quæ gnauiter vero tumultum sedauit, Cæcero pro Milone demonstrat.

376 *Ad Nitiobriges, & Gabalos.*] Ptolemæus in Europæ tabula *Nitiobriges*, & *Talabos* vocat: eosq; in Aquitania ponit. Strabo autē in 4. & Plin. lib. 4. cap. 19. in appellandis his populis cum Cæsare sentiunt: quorū prior *Rbutenos*, & *Gabales* Narbonensi terræ proximos, posterior autem *Gabales* Aquitanis attribuit.

377 *Narbonem versus &c.*] Vnde tota prouincia nomen sortita est, Pomponio Mela lib. 2. in hæc verba testante: *Sed antestiat omnis Atacinarum, Decumanorumq; colonia: vnde olim iis terris auxilium fuit, nunc & nomen & decus est Martius Narbo.* Deducta est autē hæc colonia Porto, Martioq; Coss. authore Velleio Patreulo, in posteriori volumine ad M. Viniciū Coss.

378 *Prouincialibus Volcis, Artonicis, Tolosāibus.*] *Prouincialibus* tanquam genus præmittit, ac deinde populorum species, qui in Narbonēsi Gallia siti sunt, subnectit. Porto *Volci* (ut Iucundus declinat) seu *Volca* (ut apud Ptolemæum legitur, Gallice nunc *Auigo*, & *Artonici*, *Armignac* vocantur; & *Tolosāes*, à *Tolosa* colonia dicuntur: quos Plinius *Tolosanos* nominat.

379 *In Heluios.*] Strabo lib. 4. *Eluos* vocat, eosq; inter Garuranam, & Ligerim flumines sitos esse tradit, & à Rhodano initium capere. Idem Gallice nunc *Albin* appellantur.

380 *Gebenna, qui Aruernos ab Heluetiis discludit.*] In Sabellico (ubi hanc historiam recitat) *ab Heluetiis*, sed mendose legitur. Heluetii nanq; longius ab Aruernis distant. Ideoque vero non dissimile est librariorum incuria hunc errorem commissum esse.

381 *Viernam.*] supple, *Allobrogum*. Altera enim & celeberrima quidem vrbs Austriæ hæc quoque nomine gaudet.

382 *Gergobiam Boiorum oppidum.*] Gemine ergo Gergobiz sunt, vna Aruernorum, de qua paulo superius; & altera Boiorum. Cæterum de Boiis in Heduarum finibus collocatis vide supra lib. 1.

383 *Duabus Agendici legionibus.*] *Agendicum* Celticæ Galliz oppidū est, inter Senones, & Turuuios positum, & iuxta Marlianā, & Iucundi sententiam nunc Gallice *A prouins* vocatur.

384 *Ad oppidum Senonum Vellaunodunū*] quod Agendico, ac Genabo Lugdunensis Galliz oppidis vicinum est; & si Iucundo assentiamur, *Villa noua* iam in Lotharinga vocatur.

385 *Ab oppugnatione desistit.*] suppleto, *Gergobia Boiorum*. Superius enim Cæsar scribit, Vercingetorigē rursus exercitum suum in Bituriges duxisse: atque inibi Gergobiz Boiorum oppugnationem incepisse.

386 *Nouodunum.*] quod Gallice nunc *Noion*, voce non nihil corrupta (ut supra lib. 1. annotatum est) appellatur. Alterum, inquit Volaterranus, *huius nominis oppidum est proximum Parisiis, in Prouincia Rheimensi, & tertium Heduarum.*

387 *Auaricum.*] Quod vulgo nunc *Viaron* vocatur, teste Marliano.

XIV 388 *Quod anni tempore subleuentur.*] supple, *hyberno.* Hæc enim hyemali tempore gesta esse, duo superiores loci arguunt. In quorum vno ait Cæsar, se Gebennam montem, licet altissima niue obrutum, superasse. Altero, vbi de belli gerendi difficultate agit, dicens: *Si reliquam hyemis vno in loco legiones contineret.* Hinc adde, quod Cæsar alibi dicit, nullam ferme hyemem præterisse, quin Galli ad defectionem spectauerint: propterea quod Romanis sub cælo clementiori natis, hoc anni tempus ad bellandum inhabile, Gallis vero frigoribus alluetis aptissimum esset.

389 *A Boia.*] hoc est, à regione Boiorum, quorum oppidum Gergobiam Vercingetorix oppugnauerat.

390 *Harum ipsis rerum copiam suppetere.*] *Ipsis,* supple, *Gallis cum Vercingetorige militantibus.* *Suppetere copiam harum rerum;* scilicet vicorum, ædificiorum, pabulationis & commeatuum.

391 *Hæc si grauiora, aut acerba videantur &c.*] *Occupatio est,* quasi dicat: Scio vobis grauiora videri quæ consulo: at interim cogitate multo grauiora, adde etiam inhonestiora esse, quæ vobis pacienda erunt, si mecum consilium neglexeritis.

XVII 392 *Quorum alteri.*] supple, *Hedui, alteri,* scilicet *Boii.* Non enim ita multo post Cæsar ipse Heduorum indiligentiam, & Boiorum facultates tenucis in causa fuisse dicit, quo minus commeatu iuuaretur.

XX 393 *A me prouisum est.*] supple, *per vicorum, ac oppidorum incendia.*

XXII 394 *Quantum has cotidianus agger expresserat.*] id est, quam altæ fieri poterant, sitæ videlicet in aggere, qui cotidie actus erat.

395 *Commissis suarum turrium malis.*] Quomodo dixerit Cæsar Auarici mœnia ab oppidanis turribus vndique contabulata, & superius duas turris ambulatorias à se cõtra illos excitatas scribat: dubio procul nihil aliud hic significare vult, quam quod Auaricenses Romanorum turris ad muri altitudinem ductas, suis turribus ita adeo adæquauerint, vt malos, id est, trabes instar mali, muro committerent, hoc est, infererent. Etenim eiusmodi turres (Vegetio auctore) non nisi ex tabulis, & trabibus fiebant.

XXIII 396 *Trabes directæ, perpetuæ.*] id est, continuæ.

397 *Ea reuinciuntur extrorsus.*] supple, *aliis trabibus, seu commissuris per transversum positis.*

398 *Quæ rectis lineis.*] supple, *per amussim ductis.*

399 *Ab ariete materia.*] id est, lignum, sicuti robur est, defendit.

400 *Quæ.*] supple, *materia, plerumque introrsus reuincta.*

401 *Perpetuis*] id est, continuis trabibus.

402 *Tum ad utilitatem, & defensionem urbium.*] Vegetius lib. 4. cap. 3. Cæsaris sententiam hoc modo confirmat. *Murus,* inquit, *vt non possit elidi, hæc ratione perficitur. Intervallo vicentium pedum interpositis, due intrinsecus parietes fabricantur. Deinde*

vecibusq; densatur: ita vt à muro primus paries parum inferior, secundus longe minor ducatur: vt de plano ciuitatis ad similitudinem graduum quasi cliuo, mollisq; ad propugnacula ascendi possit. Quæ nec murus ullis potest arietibus rumpi, quem terra confirmat, & quouis casu destructis lapidibus, ea, quæ inter parietes densata fuerit, ad muri vicem ingruentibus moles obsistit.

403 *Pedes quadragenos*] hoc est, vt singulæ materiæ singulis trabibus quadragenos pedes longis reuinctæ essent. *Aries autem* (Vegetio lib. 4. cap. 13. teste) testudinis caput ferro munitum dicitur, eo quod durissimam frontem habeat, quæ muros subruat: vel quod more arietum retrocedit, vt cum impetu vehementius feriat. Hæc ille. Porro Ammianus Marcellinus lib. 23. eum hoc modo describit: *Hinc ad arietem venimus. Eligitur abies, vel ornus excelsa, cuius summus duro ferro concluditur, & prolixo, arietis efficiens prominulam speciem; qua forma hoc machinamento vocabulum indidit: & suspensa vtrinq; transversis asseribus, & ferratis quasi ex lance vinculis trabes alternis continentur: eamq; quantum mensura ratio patitur, altitudo retro repellens rursus ad obuia quæq; rumpenda protudit istibus validissimis, instar adurgentis, & cedentis armati. Quæ crebritate velut reciproci fluminis impetu adificiis scissis in rimas concidunt structura laxata murorum. Hoc genere operis si fuerit exerto vigore discussum, nudatis vallo defensoribus, solutis obsidiis ciuitates munitissima recluduntur.* Hactenus Ammianus. Porro quantum ex vtriusque auctoris descriptione intelligimus, machina illa bellica non dissimilis ei fuit, quæ apud maiores nostros ante bombardas inuentas, à felis similitudine *Cattus* vocabatur. Vtroque enim instrumento mœnia concuti solebãt, ac dirui. Quo autem alio contrario instrumeto aries repelli poterit; idem Ammianus post citata modo verba indicat, qui vult, eum legat.

404 *Reliquasq; res, quibus ignis excitari &c.*] vt *XXIV* sunt tæda & stupa.

405 *Quod densos pluteos turrium videbãt.*] *Vegetius* lib. 4. cap. 15. *Pluteos ad apsidis similitudinem e vimine contexi scribit: & cilicis, vel coriis protegi, ternisq; rotulis, quarum vna in medio, duæ in capitibus apponantur: & in quacumque partem volueris, more carpentorum admoneri. Quos, inquit, obsidentes applicant muris, eorumq; munitione protecti, sagittis, siue fundis, vel missilibus defensores omnes de propugnaculis oppidi excurbant: vt scalis ascendendi facilius prestetur occasio.*

406 *Et palus.*] Paulo superius Cæsar ipse Auarici situm describens, ait illud ferme ex omnibus partibus flumine, & palude circumdatum esse.

407 *Perstare in sententiam viderunt.*] Rursus Græca dicendi forma vsus est, pro, *in sententia.*

408 *Singuli magistratus.*] Supra lib. primo huc *XXXII* magistratum ab Heduis *Vergobretum* vocatum esse scribit.

409 *Secundum flumen Elauer.*] Ptolemæus in *XXXIV* tertia Europæ tabula hoc flumen *Canetellum* vocat

care videtur: id quod vel hinc conicere licet, partim quod nullus Geographorum (quantum ego scio) *Elaueris* meminit: partim quod *Aruerni* (quorum oppidum Gergouia in monte situm est) inter Ligerim, & Canetellum fluuios siti sunt. Vide *Iucundum*, & *Marlianum.*

XXXVI 410 *Quintis castris.*] id est, Castris quinquies metatis, ad quem modum T. Lilius sæpenuero loquitur, & cum ipse, tum alii historici eundem à Græcis mutuati sunt. Ita enim *Lucianus* in *Veris* inquit narrationibus: *ἡντιμῶς εἰς τὸ Ἄνω δὲ ἄνω ἔστην, hoc est, tertii, id est, tribus diebus in Oceanum delati sumus.*

XXXVII 411 *Hortaturq; eos &c.*] Suaforia est, in qua primum loco honestatis vtatur, dum ait: libertati, ac imperio eos natos esse, ideoque turpissimum eis fore, si se non ex Romanorum seruitute in libertatem vindicent. Deinde per occupationem diluit, quod ab aduersario obiici poterat: videlicet eum Cæsari malam gratiam pro beneficio in ipsum collato reddere. Fatetur itaque se beneficio affectum, sed in iusta causa: ideoque se pluris facere communem totius patriæ libertatem, quam priuatum vel beneficium, vel amicitiam Cæsaris.

XXXIX 412 *Continuo magnum numerum frumenti.*] Paulo superius Cæsar ait, equitatum omnem, & peditum millia decem ab Heduis petita; quæ in præsidis rei frumentariæ disponerentur. Vnde colligo idem frumentum à *Litaici* exercitu direptum esse.

XXXIX 413 *Epedorix summo loco natus adolescens.*] Occasionem detecti doli per *Litaicum* nexi describit.

414 *In equitum numero conuenerant.*] supple, *qui Cæsari ab Heduis auxilio erant missi.*

415 *Nominatim ab eo.*] suppleto, *Cæsare euocati,* haud dubie eam ob causam (vt ipse Cæsar sub. ungit) quod parum bene inter ipsos conueniret: & quod speraret ipsius consuetudine atque impulsu fieri posse, vt in concordiam redirent.

XL 416 *Ad contrahenda castra.*] id est, vt angustiora faceret. *Germanice, das er das läger yn, vognen machte.*

XLI 417 *Quæ maxime illi hominum generi innata.*] *Illi hominum generi,* id est, Gallis omnibus. Supra enim lib. 4. hæc Gallicæ consuetudinis esse dicit, vt leuibus ru moribus, & auditionibus permoti, de summis sæpe rebus consilia ineant, quorum eos è vestigio ponitere necessum sit.

418 *Ex oppido Cautiliono.*] scilicet *Heduarum,* quod à *Ptolemæo Cabullium*, & Gallicæ nunc *Chillon* vocatur, & ad ripas *Araris* positum est. Qui fluuius negotiatoribus ad negociandum aptissimus erat.

XLI 419 *Omnem exercitum contraheret.*] Supra enim dixit, se in duas partes exercitum diuisisse, ita vt *Labiæno* quatuor legiones in *Senones*, *Parisios* que ducendas dederit: ipse autem sex in *Aruernos* ad *Gergouiam* oppugnandam duxerit.

XLI 420 *Vno colle ab Ærom occupato.*] Paulo superius

Cæsar inquit, è regione oppidi collem sub ipsis radicibus montis egregie munitum, deiecto aduersariorum præsidio, à se occupatum esse. Timebant ergo Galli, ne alterum adhuc residuum collem occuparet, eosque dein totos circumuallaret.

421 *Mulionesq; cum cassidibus.*] *Elegans strate-* *XIV* *gema est.*

422 *Alio ascensu.*] supple, *quam Romani, ac reliqui Cæsaris milites ascendebant.*

423 *Legionis 3. decima, quæ cum erat concio raris, signa (scilicet, militaria) cõstitere.*] Tria hic obseruanda sunt. Primum, quod signum indispensandæ pugnæ per tubæ cantum dari solitum sit, quod *Classicum canere* vocant: & e contra dum milites à pugnano reuocabantur, *Receptui* dicebatur *cani,* vt scilicet se in sua reciperent. Deinde ideo nimirum decimæ legionis signa, audito tubæ sono, primum omnium constituisse; quod Cæsar illam (vt supra lib. 1. ait) *Prætoris cohortis loco* habuit, eamque ob causam vero non dissimile est, ab eohaud procul semper abfuisse. Postremo quum ait, *se cum eadem legionis concionatum;* aut ita capendum est, quod propter viciniam verba ad milites fecerit, eosq; à pugnæ flagrantia reuocauerit: aut quod *Concionari* hoc loco tubæ militum concioni signum dare, ac receptui canere significet. Quorum posterius vt magis probem, aduersatiua particula *At,* quæ mox sequitur, facit. Si enim reliquarum legionum milites tubæ sonum propter loci distantiam exaudire non poterant, ideoque nec consistebant, decimæ nimirum legionis cohortes (ob spaciipropinquitatem) contestim tubæ cantum exaudiuerunt, eoque moti, tanquam concio ad ipsos per imperatorem habita esset, à pugna destiterunt.

424 *Munitionis causa conuenerant.*] *Omneis-* *XLVIII* *nim* (vt Cæsar paulo superius inquit) ad hunc locum muniendum à *Vercingetorige* euocati erant.

425 *Suos obrestari.*] scilicet, *vt se strenue gererent, ne in hostium potestatem venirent.* Hæc nanq; subaudienda esse, præcedentia arguunt, cum inquit: *quæ paulo ante Romanis de muro manus tendebant.* quasi dicat, matresfamilias quæ antea nostris supplicauerant: iam vice versa suos ad forriter se gerendum cohortantur; & vt magis moueant, communites liberos in conspectum proferunt.

426 *Et sub infimo colle.*] id est, infima collis parte. De eodem nanque colle loquitur, quem hosteis conferti occupauerant, & ex superiore loco pugnantabant.

427 *Postero die Cæsar concione aduocata.*] Oratio est *LIX* obiurgatoria, in qua tamen obiurgationis acerbissimam ita temperat laudis admixtione, vt eos ab ipso ne tantillum quidem alienet.

428 *Ad Auaricum sensisset.*] Illic enim ob collis editi, & paludis difficultatem, suos cum hostibus iniquo loco decertare noluit, eo quod ipsorum saluti consuleret. Quod vero hostium exercitum *se me ducere,* & equitatum fuisse ait; hinc fit; quod supra dixit, *Vercingetorigem* cum equitibus, & aliquid expeditis peditibus, Romanis pabulato-

46 ribus insidias tetendisse tunc temporis.
 429 *Tantopere licentiam, arrogantiaq; reprehendit.*] Militem suo Imperatori parere, non praere oportere, ex hoc loco discimus: & e contra quantum prudentiae ab Imperatore requiratur, ne quid temere statuat.
 LXIII 430 *Eadem de profectione cogitans, qua ante miserat.*] Quum enim Hedui subdole cum Caesare agerent, ac denuo de rebellionem cogitarent, ipse (vt paulo superius scribitur) maiorem Galliae motum expectans, ne ab omnibus ciuitatibus circumfisteretur, consilia inibat, quemadmodum Gergouia discederet &c. Eadem ergo nunc consilia exequi studet, quae iam pridem animo conceperat.
 LXIV 431 *Quamq; in amplitudinem deduxisset.*] Quam ampla Heduorum ditio, & quot clientes haberint, inferius ex Iulii descriptione patet: vbi ait se Heduis, atque eorum clientibus Segusianis, Ambruaris, Auleris, Brannonicibus, & Brannoniis militum millia triginta quinque imperasse. Quorum nimirum magnam partem Caesaris beneficio nacti erant. Ante namque illius in Galliam aduentum ab Aruernis, & Ariouisto oppressi, plerisque omnem clientele amiserant.
 LXV 432 *Litanicum Bibracte &c.*] De hoc oppido supra lib. primo scripsimus.
 433 *Obsides ciuitatum ad magistratum Bibracte deducendos.*] Supra ab initio lib. 6. refert centum obsides Senonibus imperatos, & Heduis custodiendos esse datos.
 LXVI 434 *Et oppositus mons Gebenna.*] Caesar ipse paulo superius ait, Aruernos hoc monte ab Heluis discudi. Plinius vero lib. 3. naturalis historiae ca. 4. refert, Narbonensem Romanorum provinciam ab reliqua Gallia vltiore versus Aquilonem, Iura, ac Gebenna montibus discerni. Porro quem montem Caesar hic, ac Plinius in iam allegato loco Gebennam, Ptolemaeus quantum ex terra Europa tabula conuincit licet Gemmenorum montem vocat. In qua sententia & Hermolaum Barbarum hominem eruditionis rarum, post aliquot annos quam haec primitus annotata sunt, ex Vadiani nostri super Meliam commentariis fuisse deprehendi.
 435 *Quod adiungi Labieno, atq; his legionibus &c.*] Supra in hoc eodem lib. scribit, se quatuor legiones in Parisios, ac Senones Labieno ducendas tradidisse.
 LXVII 436 *Fluminis Sequanae*] quod Gallice (Iucundo auctore) Seina vocatur. Porro de Lutetia in superioribus annotauimus.
 437 *Camulogeno Aulercos.*] Quos Caesar Aulercos, Ptolemaeus Aulercos, Lugdunensis Galliae populos vocat: & Gallice Roan appellantur. Melodunum quod iam saepe dicto auctore Gallis recentioribus Francicis illis, Mellon vocatur.
 LXIX 438 *A presidio, atq; impedimentis.*] supple, quae Agendici posita erant, vt Caesar in hoc lib. superius commemorat.
 439 *Maximum flumen.*] scilicet Sequana. Paulo namq; ante scribit, duas insulas in eo esse, in quarum

vna quidem Parisiorum Lutetia, in altera vero Melodunum sit positum.
 440 *Metio sedum versus missa.*] Beroaldi exemplar Iosedi legit, cui Marlianus (nisi quod literam c addens, Ioscedum legit) assentiens, oppidum fluminis Sequanae ripas attingere, Melodunoq; ac Lutetiae Celtarum oppidis conterminum esse dicit.
 441 *Treniri quod aberant longius.*] Supra lib. 4. ait, Rhenum per Treuirorum fines labi, ideoque nunc dicit eos longius a reliquis Gallis diffitos fuisse, adeoque a Germanis pressos: eo quod Rhenus tantummodo Gallos a Germanis determinaret.
 442 *Qui sunt finitimi ei prouinciae.*] scilicet Heduo- LXIV
 443 *Quorum mentes nondum a superiore bello.*] supple, quod cum Romanis gesserant. Id quod Caesar ipse statim ab initio lib. 1. de bello Gallico tradit.
 444 *Ciuitati autem imperium totius prouinciae.*] scilicet Narbonensis, cui Allobroges finitimi erant, eo quod cis Rhodanum Romanis habitabant.
 445 *Cum finitimis praelio congressi.*] Finitimi, vt LXV
 446 *Quod minus idoneis equis utebantur.*] Caesar supra lib. 4. testatur, Germanos praua, ac deformia iumenta olim habuisse: haec tamen cotidiano exercitio, summi vt essent laboris efficere solitos.
 447 *Galliaq; excedere.*] scilicet, reliqua, vt A- LXVI
 448 *Si pedites suis auxilium ferant.*] διλημμο est. Vtrocunq; enim res cadat, hosteis magno afficiendo incommodo, certum se habere dicit.
 449 *Si pedites suis.*] supple, equitibus. Frequentibus namq; cum Romano exercitu praeliis didicerat Vercingetorix, Caesarem Germanis vt equitibus: inter quos pedites leuis armaturae pugnabat.
 450 *Fugientesq; usq; ad flumen &c.*] Ararim LXVII
 451 *Alexiam, quod est oppidum Mandubiorum.*] Volaterranus lib. 3. Geographiae Alexiam in Heduo- rum finibus sitam esse docet, eamq; ad exiguum vicum redactam, qui nunc Alsetum vocatur. Eadem vrbis iuxta sententiam Iucundi a Gallis nunc Lausois dicitur, & in Burgundionibus posita est. Qui autem, & quales sint Mandubii populi, ingenue fateor me ignorare: eo quod nullus veterum Geographorum (quantum ego scio) eorum meminerit. Nisi forte iidem sint Mandubii, quos Strabo lib. 4. Mandibulos appellat, eosq; Aracernis finitimos esse affirmat.
 452 *Nostrum opus.*] supple, circumvallationis LXIX
 453 *Summa labra.*] id est, summae ripae, idq; iuxta Graecorum idiotismum; qui etiam τὸ ἄνω, ἢ ἄνω vsurpant.

LXXII 454 *Pedibus cccc rediit.*] i. retrodixit. Priscianus enim vt praepositionem ἄνω δὲ πρὸς τὴν quasi retro dictam putat.
 455 *Quarum interiorum.*] scilicet, versus primam fossam.
 456 *Grandibus ceruis.*] hoc est, stipitibus ceruinorum instar cornuum ramos habentibus. Agrestes Tigurini tales stipites voce non dissimili serien vocitare solent. De quorum & aliarum munitionum formis eruditissimas Iucundi picturas, ac commentationes videto. Is namque multum lucis vrbium oppugnationibus (quas Caesar describit) attulit.
 LXIII 457 *Materiae.*] hoc est, lignari, & materiam ad munitiones faciendas caedere. Siquidem materia proprie ea vocantur ligna, quae structuris seruiunt.
 458 *Delibratis.*] id est, decorticatis cacuminibus.
 459 *Acutissimis vallibus se induebant.*] id est, sudibus, vel tribulis ligneis per ordinem digestis se laedebant. hoc namque Valli (teste Vegetio lib. 3. cap. 8.) significant.
 460 *In quincuncem dispositis.*] Quid sit faeminis, hoc est, faeminis crassitudine stipites in quincuncem disponere Budaeus lib. 1. de Asse, & paribus eius, huiusce tribus authoribus explicat. Primum Fabio Quintiliano, qui in 8. sic scribit: Nullus ne frugiferis adhibendus decor? Quis negat? Nam et in ordinem, certa q; intervalla redigam eas arbores. Quid illo quincuncem speciosius? qui in quamcumq; partem spectaueris, rectus est. Deinceps Cicerone in lib. de Senectute, vbi in haec verba inquit: Cum autem miraretur Lyfander et proceritatem arborum, et directos in quincuncem ordines, et humum subactam, atque puram, et suauitatem odorum, qui afflarentur a floribus, tum eum dixisse mirari se non modo diligentiam, sed etiam solertiam eius. Postremum Demosthene in Oratione, quae περὶ Νικιστραίων inscribitur, in qua sic ait: τὸ πᾶν ἀναδεδραχθὲς ἐστὶν ἄνευ φου- ποτηρίας ἐλαίου ἀειφύων καὶ τεκνῶσας, id est, arboribus vitis excidit, et oliueta in versus quoquoersum digesta confregit. Xenophon ipse (inquit Budaeus, hoc velut auctarii vice subnectens) ex quo Cicero transtulit, ita scripsit: ἐπεὶ ἡ ἐπιτομή ἐστιν ἡ ἀναδραχθὴ, ὡς καὶ ἀπὸ τῶν δένδρων εἶναι διὰ τὸ πρὸς ποταμῶν, ὅ- ποῦ ἡ ἐπιτομή ἐστὶν ἀναδραχθὴ, ὡς καὶ ἀπὸ τῶν καλῶν εἶναι. id est, Cum autem locum consitum miraretur Lyfander, quod decora essent arbores, et stipitum consistarum aequabilis series, ita in versus directos configurata videretur, vt ad angulos rectos pulchre exacta essent omnia. Ex quibus verbis cum Ciceronis collatis conuicere statim possumus, quid sit quincuncialis ordo: etiam si nondum intellegimus, cur ita appellatus sit. Fortasse autem sic antiqui quincuncem appellauerunt exactam plantarum metationem, vt describem exactam spatii distributionem. Hactenus Budaei verba recensimus, ex quibus colligi potest, quid sit, stipitum faeminis crassitudine in quincuncem disponere: nimirum ita, vt quoquoersus eos alpicias, ordines, & angu-

los rectos intuearis.
 461 *Ab infimo solo.*] Exeplar Aldinum, & Wolfianum hic perquam corruptum est, post vocem enim pedes omittit, treis: & pro occultabatur (vt Be- roaldinus, & Gryphianus codex recte habet) exculcabantur legit.
 462 *Quos stimulos nominabant.*] Hirtius infra lib. 5. bellorum ciuiliu eisdem stimulos filios ca- cos, nostrates vero vulgo Suosysen appellant.
 463 *Contraexteriorem hostem.*] scilicet, qui in oppido non erat. LXVII
 464 *Ambruaris.*] qui Brabantiae partem tenent. LXVII
 465 *Brannonicibus.*] qui a Gallis nunc Lauall de Moriana.
 466 *Et Brannoniis.*] qui ab iisdem de Blano (v- nica litera immutata) dicuntur. Quod si autem Marliani lectionem (qui pro Brannoniis, Blaonniis legit) sequimur: suum nomen etiamnum reti- nent.
 467 *Heleutis.*] Hi quatuor populi in Aquitania siti sunt, quorum Cadurci, Caors: & Velanti, San Flor Gallice nominantur. De sequentibus populis in superioribus magna ex parte diximus. Curiosolites, secundum Volaterranum Consopitrenses, iuxta Marliani autem, & Iucundi sententiam Gallice Cornouaille iam vocitantur.
 468 *Rhedones.*] Renes.
 469 *Cadetes.*] Gallice Hypercorentin en Berte- gne. Qui populi omnes Lugdunensi Galliae vendi- cantur, & Oceanum attingunt.
 470 *Ita vt antea demonstrauimus.*] supple lib. LXVIII
 4. sub finem, vbi ait, se Cornium regem Atrebatibus victis dedisse: & eius opera plurimum esse visum.
 471 *At ii, qui Alexia obsidebantur.*] Hactenus LXVIII
 Gallicanum delectum, & copias descripsit: nunc ad Alexiae obsidionem redit.
 472 *Nihil inquit de eorum sententia.*] Oratio i- sta Critognati, generis est fufiferii. In qua primu aduersariorum sententias validis rationibus dilu- it. Deinde suam subiungit, nempe sibi consultum videri, vt omnia citius, & parantur, & designent, quam aut se hostibus dedant, aut per eruptionem & se, & totam Galliam in discrimen coniciant. Tametsi enim suum consilium de deuorandis homi- nibus, qui bello inutiles sunt, prima fronte satis crudele sit: tamen id toti Galliae & honestu, & frugiferum fore, si assentiantur. Ne autem tam im- mane consilium exemplo carere putent, id quoq; a maioribus suis captum esse probat: quod per lo- cum a minore ad maius, & per collationem parti- um inter sese amplificat.
 473 *Respecte finitimam Galliam.*] supple, Nar- bonensem.
 474 *Securibus subiecta.*] i. Romano imperio, vt si- gnificat μετὰ τὸν ἑαυτοῦ, pro re signata ponatur. Fenestella namque tradit, duodecim lictores cum virgarum:

fascibus securim Consuli prætulisse. Vnde sæpe apud Liuium legitur, *fascēs erant apud Fabium*, id est, Fabius consulem agebat.

LXXX 475 *Cedentes.*] supple, *Gallos ad castra vsq; insecti sunt.*

LXXXI 476 *Harpagonum numero effecto.*] Vegetius lib. 2. cap. 25. ait, Legionem inter alia ferramenta, etiã *ferreos harpagones* (quos *lupos* vocant) habere.

477 *Etandis liberalibus.*] id est, quæ libræ pondus æquabant.

478 *Glandibus.*] id est, plumbo in glandis modum fabricato, vt interpretatur Pompeius.

LXXXII 479 *Aut in scrobes delapsi transfodiebatur.*] supple, *à teretibus stipitibus scæminis crassitudine.*

XVC 480 *Musculos &c.*] Teste Vegetio lib. 4. cap. 16. *minores machina* vocantur; quibus protecti bellatores, si lutum obfuerit, aut ciuitatis fossatum, apportatis lapidibus, lignis, ac terra, non solum complent, sed etiam solidant: vt turres ambulatoria sine impedimento iungantur ad murum. Vocantur autem à *marinis beluis muscoli*. Nam quemadmodum illi, quum minores sint, tamen balenis auxilium, adminiculumq; iugiter exhibent: ita istæ machina breuioribus deputata turribus magnis, illarum aduentui parant viam, itineraq; præmuniunt.

481 *Exiguum loci*] Beroaldi exemplar *iniquum* legit. Vtramcunq; autem lectionem sequaris, perparum refert.

XVC 482 *Ea, qua occultauerant in terris.*] vt stipites, & taleæ.

LXXXVI 483 *Interiores.*] scilicet Galli, qui in oppido *Alexia* agebant, & eruptionem frustra iam fecerant.

XC 484 *Cabillon.*] Idem oppidum est, quod supra *Cauillonum* appellatur.

485 *Matiscona.*] Hęc vrbs voce non nihil truncata *Macon* iam vocatur.

ARGUMENTVM LIB. VIII.
DERELICTORVM A. HIRTII
de Bello Gallico.

Pincipio, nouam Gallorum defectionem, ac bellum cum Biturigibus gestum describit. Secundo, Carnutes fugatos. Tertio, Bellouacorum, ac reliquarum ciuitatum deditionem. Quarto, quibus modis Cæsar exercitum suum in varias Gallia partes diuiserit. Quinto, Caninii bellum cum Dumnao Andium duce gestum. Sexto, eiusdem bellum cum Drapete Senone, & Lucerio Cadurco gestum: ubi & Vxelloduni oppugnationem graphice depingit. Septimo, in quas Gallicarum regiones Cæsar exercitum in hyberna dimiserit. Octauo, & ultimo, eiusdem profectioem in Italiam, & qua ciuili belli inter Pompeium & Cæsarem semina extiterint, docet.

IN AVLI HIRTII DE
RELICTORVM DE BEL-
lo Gallico Librum VIII

IO. RHELLICANI
Annotationes.



486 **A**VLI HIRTII *Derelictorum.*] Hirtii istius mentionem facit Cic. lib. 7. Epistolarum ad Atticum, in prima epistola sub finē. Et ex eiusdem lib. epistola (quæ incipit, *Dionysium flagrantem*) cum Hirtium, tum Balbum (cui hic liber dedicatus est) Cæsaris studiosissimū fuisse apparet. Cæterum Hirtius in tota ista præfatiōcula nihil aliud agit, quam vt primum ostendat, quos libros post Cæsarem scripserit. Secundo arrogantiã, ac temeritatis crimen deprecatur: & obiter Cæsarem laudat, cum ob scribendi facilitatē, tum elegantia, simulque rationem reddit, cur Cæsar ipse suarum rerum Commentarios scripserit.

487 *Superioribus, atq; insequentibus eius scriptis.*] supple, septem libris de bello Gallico, tribus de bello ciuili.

488 *Imperfecta.*] scilicet *Cæsaris scripta*. Nam Alexandrinum bellum non ad finem vsq; descripserat.

489 *Cuius finem nullum videmus.*] Bene dicit, Nam finita dissensione inter Cæsarem, & Pompeium, noua inter Octauium, Antonium, Lepidum, Cassium, & Brutum orta est; de qua Appianus lib. 3. bellorum ciuiliū, Suetonius in Augusto, Plutarchus in Antonio, & Bruto.

490 *Tamen aliter audimus ea.*] Recte. Nam si vsquam illud Plauti locum habet, in historia fideliter scribēda vel maximum tenere oportebat, Vt vnus oculatus historiographus pluris fieret, quam auriti decem. Quum enim non nisi certa scribenda sint, nemo certe commodius ea perscripserit, quam *ad rē m*, siue fidem, siue perspicuitatem in narrando consideres.

491 *Pridie Calendas Ianuarias.*] id est, vltimo Decembris.

492 *In finibus Biturigum &c.*] Ad finem lib. 7. Cæsar ipse testatur, T. Sextium cum legione vna in Biturgas esse missum.

493 *Quæ proxima fuerat &c.*] Eam nimirum intelligit, quam C. Caninio Rebo in Ruthenos ducendam dederat. Siquidem hi populi à Biturigibus non longe absunt.

494 *Defectusq; fuit necesse &c.*] Beroaldus *deiectis* legit. sed vtrunque fortassis perperam. Nam quum *deiector* haud dubie prioris participii thema sit, secundum Priscianī sententiam, pro *deiectis* legendum foret. Quæ lectio cum sequentibus

ANNOTATIONES IO. RHELLICANI

zibus probe quadrat: statim nanq; sequitur, Bituriges operi rustico præ belli securitate intentos fuisse. Deinde conicio Beroaldum pro *deiectis*, *deiectis* potius legisse: propterea quod & hæc lectio magis ad sequentia facit. Cum enim Cæsar Bituriges deimproviso rura colenteis adortus sit: nimirum eos palanteis, ac disiectos aggressus est. Nisi forte quispiam *defectus* à *deficior*, id est, relinquo (teste eodem Prisciano) deriuari putet. Quod verbi apud Aldum, & qui eum secuti sunt, paulo inferius ponitur. vbi tamen Beroaldus *deficeret*, non *deficeretur*, legit. Atque ita participium *defectus* (teste Laur. Valla) actiuiam haberet significationem; vt sit sensus: *Defectusq;*, hoc est, *us qui defecerant in via*. Sic nanque & Martialis, & Fabius vsurpauere, quorum ille ita canit:

*Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cygnus fumeris ipse sui.*

Hic vero ad hunc scribit modum lib. 6. Oratoriarum institutionum: *Defectaq; labore senectus, magna pars moris, nihil mihi reliquit, nisi diligentiam.*

XIII 495 *Ducenos sestertios.*] id est, singulis ducentos. Porro *Sestertius* iuxta Budæi traditionem æreus nummus erat, ex eo sic dictus, quod duos asses, & semissem valeret, hoc est, duas libras æris grauis, & selibram, quorum quatuor vno denario Romano valebant. *Sestertia* autem numero plurali, & genere neutro dicuntur, quod singula duas libras, & selibram argenti valeret, hoc est, ducentos, & L denarios, siue mille sestertios, quod idem est.

496 *Centurionibus duo millia numm.*] id est, L aureos coronatos. Siquidem Budæus idem lib. 2. de Aste mille nummum, xxv aureis æstimat.

497 *Superiore Commentario demonstratum est, &c.*] Sub ipsum nanq; finem superioris Commentarii Cæsar ait, Q. Ciceronem, & P. Sulpitium in Heduis ad Ararium reitruentariæ causâ collocatos esse.

V 498 *Nuper enim deuicti.*] scilicet in bello cum Vercingetorige gesto.

VI 499 *Tempore anni difficilimo.*] hyberno videlicet.

500 *Quantumq; in ratione esset.*] hoc est, quantum ratione prouideri posset.

501 *Qui Rhemis erant attributi &c.*] hoc est, sanguinis propinquitate eos attingebant. De quo vide supra lib. 2. Rhemorum orationem ad Cæsarem habitam.

502 *Rursus undecimam &c.*] Quod dicit *rursus*, respicit ad hoc, quod supra dixerat, undecimam legionem duodecimæ adiunctam esse, dum Cæsar in Biturigum fines incursionem faceret.

VIII 503 *Depoposissent &c.*] Obserua Grammaticorum regulam de non geminandis compositis ab Hirtio non esse seruatum.

IX 504 *Atq; ita cum trib. legionibus, magnis itineribus ad se veniret.*] Probe colligit. Ad finem nanq; superioris libri septimi Cæsar scribit, T. Sextium cum vna legione in Bituriges missum esse. In hoc autem

ipse Hirtius refert, Trebonium cum duab. legionibus Genabi in hybernis collocatum.

505 *Subsidiari.*] i. subsidio esse consueuerant. XII

506 *Neque ad sanitatem reliquorum deditione se perductos.*] Cæsar supra lib. 2. Bellouacorum fortitudinem, ac præstantiam: & lib. 7. eorundem arrogantiam describit. XXII

507 *In diuersissimam partem Gallia.*] hoc est, in Aquitaniam, quæ Belgio (in quo Cæsar cum Bellouacis bellum gesserat) ob hoc diuersa est: quod hoc versus Orientem, ac Septentrionem, illa autem Occasum versus, ac meridiem spectat. Quod vero Aquitaniam innuat, cum inferiora, tum superiora indicant. Statim nanq; subiungitur, Caninium his regionibus præfectum fuisse: & supra in fine septimi libri Caninius in Ruthenos Aquitanix populos hybernatum missus esse scribitur. XXIII

508 *Tergestinis.*] Strabo lib. 7. *Tergestam* Carnicorum pagum esse scribit, Pompeius autem *Mela Tergestum* oppidum in intimo Adriæ sinu positum, ac Illyricum finire tradit. Plinius vero lib. 3. cap. 18. *Tergestinum sinum*, & *Tergesten* coloniam XXXIIII pass. ab Aquileia distare asserit. Vnde mirū ni horum *Tergestinarum* appellatio originem habet, quos Hirtius hic barbarorum incursionibus infestatos commemorat. Maxime vero à *Tergeste* colonia, quia maxime antecessit, Labienum ad colonias ciuium Romanorum tuendas missum esse.

509 *Ad deuastandos, depopulandosq; fines Ambiorigis.*] scilicet *dimidia partis Eburonum*, vt supra lib. 5. & 6. Cæsar perscribit.

510 *Ad oppidum Lemouicū &c.*] De *Lemouicis*, siue, vt Cæsar supra lib. 7. declinat, *Lemouicibus*, Volaterranus hæc tradit, quod Aquitanis accenseantur, etiam si trans Ligerim à Geographis ponatur. De oppido autem *Lemouico* (cuius hic meminit Hirtius) nusquam quidquam legi. Quamquam Beroaldi exemplar non *Lemouicum*, sed *Lemonem* vocat: ad quem modum & Sabellicus legit.

511 *Et Romanum, & externum sustinere hostē.*] XXXVII

Beroaldi exemplar aliter, & nisi totus fallar, melius ad hunc modum legit: *Et Romanum exercitum sustinere hostem*. Nam Hirtius duobus nominibus Dumnacum ab Lemouici, seu Lemonis oppidi oppugnatione destitisse ait. vno quod Fabius cū exercitatis militibus aduentauerat: altero quod sibi ab oppidanis periculum imminere cernebat, si cū Fabio congrederetur. Et sane prudenter Dumnacum colligebat. Quum enim antea Caninii castra sola expugnare nequiuisset: quoniam pacto deinceps recentibus Fabii copiis cum illius coniunctis, & tam bene *exercitis* (ita enim participium ab *exerceor* Hirtius formauit) restitisset? Magnam vero in *rimo* Hirtii eiusdem verba habent. Siquidem per se arduum erat opus, *Romanum*, hoc est, tam celebrem, & *exercitum*, id est, tot bellis exercitum sustinere hostem.

512 *Reliquam esse vnā astatem sua prouincia.*] XXXIII scilicet in Gallis administranda. Quum enim Cæsar iam quatuor annis, & dimidio Gallia præ-

fuisse, vnica ei adhuc æstas supererat. Siquidem (vni eius vita, & Eutropii argumento de Gallicis bellis patet) imperium ei in quinquennium prorogatum erat.

XLII 513 Se tradiderunt.] Cæsar dixisset dederunt, aut in deditionem venerunt.

XLIV 514 Labienus interim in Treuiris.] Supra Hirtius ait, Cæsarem exercitum suum in varias Galliarum parteis, idque propter hostes hinc inde dispersos, dimisisse: atque inter alios legatos, Labienum cum duabus legionibus in Treuiris esse missum.

XLV 515 Sed per P. Crassum.] De quo supra sub fine lib. 2. ubi ait Cæsar, Crassum in Venetos, Vnellos, Ofisinos &c. missum, atque rem isthuc feliciter gefisse.

XLIX 516 Ipse hybernis peractis.] Quod contra consuetudinem ait Cæsarem in Italiam festinasse, hinc fit, quod in superioribus libris sæpe quidem legimus cum peractis hybernis in Italiam concessisse: nusquam vero maximis itineribus, vt hic. Porro per Italiam hoc loco citeriorem Galliam, que & Togata vocabatur, intelligit. Non. n. multo post in sequentibus subiungit: Cum omnibus regionibus Gallia Togata Cæsar percucurrisset.

517 Et potentiam pascorum.] scilicet Pompeii, Catonis, Marcelli, Scipionis, ac Lentuli, sicuti infra ex bello civili patet.

518 Augurem prius factum.] De Augurum numero, & præstantia consule Fenestellam, & Liuium lib. 10. ab Vrbe condita statim ab exordio.

519 Necestudine legationis &c.] Hunc Galbam Cæsaris legatum fuisse, ipsius verba supra lib. 3. testantur, dum ait, Sergium Galbam à se in Veragros, ac Sedunos missum esse.

LII 520 Ad exercitum Nemetocennam rediit.] Nemetocennam, supple, urbem in Belgia sitam, in qua exercitum in hyberna collocauerat: vt Hirtius ipse paulo superius testatur.

521 Atque exercitum lustrauit &c.] Lustrauit, hoc est, expiauit. Germanice & Gallice, munsteren seu monstran, id est, monstrare, & ostentare. Quæ autem lustrandi consuetudo fuerit, ex lib. 10. IV de aduersus Liuiam, discere possumus: ubi Macedonici exercitus lustratio in hæc verba describitur: Prior hostia pars dextra, posterior ad lætam via ponitur, inter hæc diuisam hostium copia armata traducuntur. Mos denique erat, lustrationis sacro peracto, decurrere exercitum, & diuisas bifariam acies concurrere ad simulacrum pugna.

522 Ad consulatus petitionem.] scilicet Casareaum. Paulo enim ante dixit, Cæsarem honorem suum municipiis, & coloniis in sequentem annum commendasse.

523 Ibi quamquam crebro audiebat &c.] Quandoquidem & Hirtius hoc loco, & Cæsar ipse ab initio lib. 1. de civilibus bellis, eorundem feminarium, & causas breuius, adeoque obscurius ponit: eadem paulo altius, & copiosius repetendæ videntur. Quia autem nemo luculentius eas descripsit quam Lucanus, illius carmina vna cum a-

liis huc facientibus adscribere non piget. Is ergo fato potissimaam attribuens causam, ita libro 1. canit:

Fert animus causas tantarum expromere rerum, Immensumq; aperitur opus, quid in arma furètem Impulerit populum: quid pacem excusserit orbi. Inuida fatorum series, summisq; negatum Stare diu; nimioq; graueis sub pondere lapsus: Nec se Roma ferens &c. Et paulo post: In se magna ruunt, lætis hunc numina rebus Crescendi posuere modum, nec gentibus ullis Commodat in populum terra, pelagiq; potentem Inuidiam fortuna suam, tu causa malorum Facta trib. Dominis communis Roma, nec unquam In urbem missi feralia fœdera regni.

Porro quibus Dominis Roma cesserit, ex Plutarcho Pompeio liquet. Ait enim Crassum, Pompeium, ac Cæsarem imperium Romanum ita inter se diuisisse, vt Cæsari Galliarum præconfulatus in quinquennium prorogaretur: Crasso Syria, & expeditio in Parthos: Pompeio Africa, & vtraque Hispania obueniret. Cur autem triplex illud regnum non durauerit, Lucanus hanc subiungit causam:

Nulla fides regni sociis, omnisq; potestas Impatiens consortis erit.

Quod vero societas illa non protinus disrupta est, Crassus (quæcû Pompeius, tum Cæsar verebatur, testibus Lucano, Plutarcho, Suetonio, & Appiano) in causa fuit. Nam posteaquam is à Parthis interceptus, & Iulia Cæsaris filia & Pompeii vxor mortua fuit, omne disensionis obstaculum sublatum est. Porro æmulationis inter Cæsarem, & Pompeium causa hæc à Lucano perhibetur:

Tu noua ne veteres obscurent acta triumphos, Et victis cedat piratica laurea Gallis, Magne times: te iam series, ususq; laborum Erigit, impatiensq; loci fortuna secundæ Nec quenquam ferre potest Casarue priorem, Pompeiusue parem.

Hæc priuatæ simultatis causa inter Cæsarem, & Pompeium fuit. At nec populum a civilis belli seminario immune fuisse, idem Lucanus paulo post testatur, sic canens:

Ha ducibus causa suberant, sed publica belli Semina, qua populos semper mersere potentes. Namq; vt opes nimias mundo fortuna subacta Intulit, & rebus mores cessere secundis, Pradaque & hostilibus luxum suasere rapina: Non auro, testibus modus, mensasq; priores Aspernata fames: cultus gestare decoros Vix nuriibus, rapuere mares, fecunda virorum Paupertas fugitur: totiq; accersitur orbe, Quo gens quaq; perit, tum longos iungere fines: Agrorum, & quondam duro sulcata Camilli Vomere, & antiquas Curiorum passa ligones, Longa sub ignotis extendere rura colonis. Non erat is populus, quem pax tranquilla iuuaret, Quæ sua libertas immotis pasceret agris.

In d.

Inde ira faciles, & quid suassisset egestas, Vile nefas, magnamq; decus, ferroq; petendum, Plus patria potuisse sua, mensuramq; iuris Vis erat, hinc leges, & plebiscita comata, Et cum consulibus turbantes iura tribuni. Hinc rapti fasces pretio, sectorq; fauoris Ipse sui populus: letalisq; ambitus urbi Annua venali referens certamina campo. Hinc usura vorax, auidumq; in tempore scænis, Et concussa fides, & multis utile bellum.

524 C. Curio tribunus plebis &c.] Plutarchus in Pompeii vita refert, hunc Curionem magno ære alieno liberatum esse a Cæsare: ideoq; eius parteis secutum. Cui & Lucanus lib. 1. Pharsaliæ subscibit, ita canens:

Audax venali comitatur Curio lingua. Hunc eundem Velleius Paterculus graphice in hæc describit verba: Bello civili, & tot quæ deinde per continuos xx annos consecuta sunt, malis non alius maiorem, flagrantiorumq; quam C. Curio tribunus plebis subiecit facem, vir nobilis, eloquens, audax, sua, alienaq; fortuna, & pudicitia prodigus, homo ingeniosissime nequam, & faciendus malo publico. Huius animo voluptatibus, vel libidinibus neq; opes ulla, neq; cupiditates sufficere possent. Hic primo pro Pompeii partibus, mox simulatione contra Pompeium, & Cæsarem, sed animo pro Cæsare restitit. Id gratiæ, an accepto centies HS fecerit, vt accepimus, in medio relinquemus.

525 Et quoniam Pompeii dominatio, atq; arma, &c.] Pompeius armato præsidio circumuallatus, Milonis causam, & de ambitu accusatorum cognoscebat: vt Plutarchus in Pompeio, & Cicero in oratione pro Milone testatur. Vnde & Lucanus in iam citato Pharsaliæ libro ad hunc canit modum:

Pompeiana reum clausurunt signa Milonem.

526 Sed etiam per se discessionem facere coepit, &c.] hoc est, Curio Tribunus plebis suo, non Consulibus (cuius intererat) ductu, senatum totum pedibus in sententiam, quam quilibet vellet, discedere iussit. Quod vero hæc Hirtii mens sit, quamlibet obscure historiam hoc loci contextat; Plutarchus in Pompeio eandem rem describens, sic comprobatur: Ἰδὸς τοῦ τε Μαρκελλίου τοῦ ὑπάρχοντος ἐστὶν ὁπλιτικῶν καὶ ἑκείνου, καὶ τῆς ἐπιπέδου πολέμου κελύουσι, εἰ μὴ κατεβήσεται τὰ ὄπλα, Κουελίων δὲ καὶ ἰσχυροῦ μετὰ Ἀντωνίου καὶ Πείτων, ἐξελθόντων τὴν ἀρχὴν τῶν ἐκείνου, καὶ μεταστῆναι τοὺς Καίσαρα μέγιστοι τὰ ὄπλα κατεβήσεται κελύουσι, Παμψηίων ἢ Ἀρχίου καὶ μεταστῆναι πολέμου. αὐτὸς ἢ μεταστῆναι κελύουσαν, ὅσοις ἀμφοτέρους ἀέσκει τὰ ὄπλα κατεβήσεται, & μηδέτερον ἀρχεῖν Πομπηίου ἢ αὐτοῦ καὶ δὲ μόνον, Κουελίων ἢ πάντες οἱ λοιποὶ παύσονται. Hoc est, Ad hæc quæcumq; Marcellus consul latronem appellaret Cæsarem, & nisi ab armis discederet, hostem decerni iuberet: Curio tamen vna cum Antonio, ac Pisonem senatum redarguere sustinuit. Discessionem namque eos facere iussit, qui solum Cæsarem arma deponere vellet, Pompeium vero cum imperio esse:

& discessionem fecerunt plures. Rursus vero is discessionem facere iussit, quibus vtrunq; ab armis discedere placeret, & neutrum cum imperio esse: Pompeio quidem duo tantum, & viginti, Curioni autem reliqui omnes accesserunt. Hactenus ille. Vnde Hirtii verba alioquin perquam obscura, nunc clariora facta esse arbitror. Quando autem hic in textu subiungit, quod ne fieret, Coss. amicique Pompeii iusserunt; supple, discessionem fieri: ab illo dissentit. Ex Plutarcho namque elicitur, Curionis iussu discessionem esse factam: ex Hirtio autem, quod Curio quidem per se illam facere tentauerit, sed tandem Consul iussu factam. Cæterum (vt hoc auctarii vice subnectam) ex Fenestella patet, Romanis diuersum a nostrate morem in Senatusconsulto per discessionem faciendum fuisse. Apud illos namque, inquit, discessio fiebat, si consentiretur: apud Tigurinos autem, & Bernates, si res ardua, & ambigua fuerit. Quæ de re & Au. Gellius lib. 4. noctium Atticarum cap. 18. non nihil scribit.

527 Ad bellum Parthicum.] supple, quod occisam Crasso restaurari Pompeianis simulabatur. Id quod præter Hirtium in fine huius libri, Plutarchus in hæc confirmat verba: Misit Pompeius pro legionibus, quas Casari commodauerat, eas repetens, rebus Parthicis simulatis.

528 Quam in Gallia citeriore habuerat &c.] De hac re legito supra lib. 6. de bello Gallico statim ab initio, & infra ab exordio libri primi de bello civili.

529 In Italiam mittit.] id est, in Togatam Galliam. Modo enim dixit xv legionem ex Gallia citerioris præsidio ductam, & nunc xiii in eius locum missam esse narrat, quæ præsidia tueretur, ex quibus xv deducebatur. Vnde & superior locus in hoc eodem libro recte expositus esse censitur.

TOTIVS BELLII CIVILIS A CÆSARE GESTI ARGUMENTUM, seu Introductio per Eutropium, quæ superiori Gallico bello ita annectitur:

HINC iam bellum civile successit execrandum, & lachrymabile, quo præter calamitates, quæ prelio acciderunt, etiam Romani nominis fortuna mutata est. Casar enim rediens à Gallia viator, cepit poscere alium consulatum: atque cum sine dubitate aliqua ei deferretur, contraditum est à Marcello Coss. à Bibulo, à Pompeio, à Catone, iussusque vt dimissis exercitibus ad urbem rediret, & ex Marcelli consulis auctoritate ad legiones, quæ apud Luceriam erant, Pompeius cum imperio missus est, propter quam iniuriam Casar ab Arimino, ubi milites congregatos habebat, aduersum patriam cum exercitu venit. Coss. cum Pompeio, Senatusque omnis, atque vniuersa nobili-

tas ex urbe fugit, & in Graciam transiit, apud Epeirum, Macedonia, Achaia, Pompeio duce, Senatus contra Casarem bellum parauit. Caesar vacua Urbem ingressus, Dictatorem se fecit: inde Hispanias petiit, ibi Pompeii exercitus validissimos, & fortissimos, cum tribus ducibus L. Afranio, M. Petreio, M. Varrone superauit. Inde egressus, in Graciam transiit, aduersum Pompeium dimicauit. Primum apud Dyrrhachium primo pralio victus est, & fugatus, euasit tamen, quia nocte interueniente Pompeius sequi noluit: dixitque Caesar, nec Pompeium scire vincere, & illa tantum die se posse superare. Deinde in Thessalia apud Pharsaliam, productis utrinque ingentibus copiis dimicauerunt. Pompeii acies habuit quadraginta millia peditum, equites in sinistro cornu septem millia, in dextero D. Praterea totius Orientis auxilia, totamque nobilitatem, innumeros senatores, consularis: & qui magnorum iam bellorum victores fuissent. Caesar in acie sua habuit peditum non integra triginta millia, equites mille. Nunquam uahuc Romana copia in unum neque maiores, neque melioribus ducibus conueniant: totum terrarum orbem facile subiectura, si contra barbaros duceretur. Pugnatum tamen est ingenti contentione. Cumque diu utrinque dubia sorte cederentur, atque ex alia parte Pompeius inter hortandum diceret, Parcite ciuibus, nec tamen faceret: ex alia vero Caesar hoc facere urgeret, dicens, Milites faciem feri, tandem omnis Pompeii exercitus fugit, castra eius direpta sunt. Ipse fugatus Alexandriam petiuit, ut à rege Aegypti, cui tutor à senatu datus fuerat, propter iuuenilem eius aetatem, acciperet auxilia: qui fortunam magis quam amicitiam secutus, occidit Pompeium, caput eius, & anulum Casari misit: quo conspecto Caesar etiam lacrimas fuisse dicitur, tanti uiri intuens caput, & generi quondam sui. Mox Caesar Alexandriam venit, ipsi quoque Ptolemaeus infidias parauit. Caesar uero insistentium hostium pressus, scapham ascendit, qua mox pondere subsequenterum: aggrauata, ac mersa, per CC passus ad nauem una manu eleuata, qua chartas tenebat, natantulo peruenit. Mox nauali certamine pulsus, magna facilitate classem regiam aut depressit, aut cepit. Alexandrinis petentibus reddidit regem, moritum ut amicitiam magis Romanam, quam arma experiri studeret: qui tamen illico ut liber fuit, bellum intulit, sed continuo cum toto exercitu suo & ipse deletus est. Nam viginti millia hominum in eo bello cesa referuntur: viginti millia cum septuaginta iurgis nauibus dedita: quingenti ex victoribus cecidisse dicuntur. Rex ipse adolescens scapha exceptus ut fugeret, multis insipientibus mersus, necatusque est. Corpus eius ad litus deuolutum, iudicio lorica aurea cognitum est. Caesar Alexandria potitus, regnum Cleopatrae dedit Ptolemaei sorori, cum qua consuetudinem stupri habuerat: qua postea regio comitatu Urbem ingressa est. Rediens inde Caesar, Pharnacem aduersus magni filium, qui Pompeio in auxilium apud Thessaliam fuerat, rebellantem in Ponto, & multas populi Romani prouincias occupantem uicit

acie: postea ad mortem coegit. Inde Romam regressus, tertio se Consulem fecit cum Aemilio Lepido, qui ei magister equitum dictatori ante annum fuerat. Inde in Africam profectus est, ubi infimam nobilitatem cum Iuba Mauritania rege bellum reparauerat: apud Thapsum Caesar pugnavit cum illis, & uicit. Duces autem Romani erant P. Cornelius Scipio, ex genere antiquissimo Scipionis Africani, hic etiam socer Magni Pompeii fuerat, M. Petreius Varro, M. Portius Cato, L. Cornelius Faustus, Sylla dictatoris filius. Contra hos commissio pralio, post multas dimicationes victor fuit Caesar. Cato, Scipio, Petreius, Iuba ipsi se occiderunt. Faustus Sylla quondam dictatoris filius, Pompeii gener, a Casare interfectus est. Post annum Caesar Romam IV triumphis ingressus est, quarto se consulem fecit, & statim ad Hispanias est profectus: ubi Pompeii filii Cn. & Sextus ingens bellum parauerant. Multa praelia fuerunt, vltimum apud Mundam ciuitatem: in quo adeo Caesar bene victus est, ut fugientibus suis, se uoluerit occidere, ne post tantam militaris rei gloriam, in potestatem adolescentium natus annos quinquaginta sex ueniret: denique reparatis suis, uicit, & Sexti Pompeii filius maior occisus est, minor fugit.

ARGUMENTUM LIB. I. DE BELLO CIVILI, PER IO. RHELLICANUM.

PRINCIPIO belli intestini occasionem succincte tradit, quae nos ex Luciano supra suscipimus allegauimus. Deinde, quam utrinque multis conditionibus de pace facienda nihil esset profectum, Casarem hinc in multas oppida in deditorem accepisse. Tertio, quomodo Pompeiani Urbem relicta se Dyrrhachium contulissent, & Pompeius ipse Brundisium metu Casaris fugisset, Casarem adisse Romam: ibique parum aequos senatores nactum, redisse in Galliam, inibi Massiliensium fraude motum, Massiliam urbem eorum per C. Trebonium legatum oppugnasse. Quarto bellum in Hispania cum Petreio, & Afranio primum per C. Fabium legatum suum, deinde & suo ipsius ductu gestum.

IN C. IULII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO CIVILI LIBRUM I IO. RHELLICANI Annotationes.



LITERIS à Fabio C. Casaris Consulibus redditis &c.] Plutarchus in Casare ait hanc in Casareanis literis summam fuisse: Omnis ceteris omnibus, hoc tantum

peto,

Peto, ut Cisalpina Gallia, Illyricumque cum duabus legionibus, usque ad secundi consularis petitionem mihi concedatur. Suetonius autem in Iulio eandem ita describit: Sed cum omnia obstinatus agi uideret, & designatos etiam consules e parte diuersa, Senatum literis deprecatus est, ne sibi beneficium populi Romani adimeretur, aut ut ceteri quoque imperatores ab exercitu discederent, confusus (ut putant) facilius se simul ad qua libuisset veteranos conuocaturum, quam Pompeium nouos milites. Cum aduersariis autem pepigit, ut dimissis octo legionibus, Transalpinaeque Gallia, duae sibi legiones, & Cisalpina prouincia, vel etiam una legio cum Illyrico concederetur, quoad consul feret.

532 Summa Tribunorum plebis contentione.] supple, Curionis, & Antonii. Cum enim, inquit Plutarchus in Casare, Curio rerum suarum pro Casare satageret, postea super iisdem rebus litera deferuntur a Casare: quas Tribunus plebis Antonius ad populum extulit, & apud consules recitauit. Et in Pompeio huic Casaris sententiae adhuc clarius accedit, dicens: Antonius Casaris epistolam inuito senatu apud plebem recitauit, affectus populari gratia accommodatos continentem.

533 Hac Scipionis oratio, quod senatus in urbe habebatur.] Quandoquidem Scipio (ut idem Plutarchus scribit) Pompeii focer fuit, uero simile est, praedictam sententiam magis ex affinitatis affectu, quam aequitatis, & reip. amore profectam. Deinde eam ob causam senatum in urbe habitum dicit, ut innuat Pompeium quidem senatui non interfuisse: sed Scipionis uocem perinde acceptam, ac si ex ipsius Pompeii ore emissa esset. Quod uero Pompeius in senatu tunc temporis non fuerit, Plutarchus in eius uita liquido demonstrat, dicens, exercituum ducibus urbem ingredi non fuisse licitum.

534 Ut M. Calidius.] scilicet leniorem sententiam dixerat, ut Pompeius in suis prouinciis proficisceretur, uidelicet in Africam, & Hispaniam, ut supra ex Plutarchi Pompeio adnotauimus.

535 Intercedit M. Antonius &c.] Intercedere hoc loco impedire significat, ne quod senatus decreuerat, ratum esset. Etenim Fenestella docet, tantam olim Tribunus plebis auctoritatem fuisse, ut quicquid senatus statuisset, ita demum firmum haberetur, si Tribuni plebis approbassent.

536 A Pompeio euocatur.] supple, ex urbe. Nam ei ut exercitus duci urbem ingredi licuit paulo superius annotauimus, non licebat.

537 Et dolor repulsa.] supple, quam passus est in consulatu petendo. Ceterum quod Caesar perhibet Catoni repulsa doluisse inuidia motus haud dubie hoc de eo prodidit. Nam Plutarchus in uita Vtiensis refert, Catonem consulatus repulsa adeo aequo tulisse animo, ut quum amicis, familiaribusque suis ea rubori esset, tristitiam, atque calamitatem per multos dies afferret: ipse ignominiam ita negligenter tulerit, ut postero die uictus in campum descenderet, & post prandium rursus (ut sole-

bat) sine calceis, & tunica in forum ueniens, una cum familiaribus deambulet. Unde iam constat uerum esse, quod Afinius Pollio (teste Tranquillo) existimauit, nempe parum diligenter, parumque integra ueritate Commentarios hos à Casare copiosos esse: quippe quae pleraque & quae per alios erant gesta, temere crediderit, & quae per se, uel consulto, uel etiam memoria lapsus ediderit: putantque ideo rescripturum, ac correcturum fuisse.

538 Se alterum fore Syllam.] supple, qui nobilium partem tutatus, ad monarchiam fastigium peruenit. De quo Appianus lib. I. bellorum ciuilium, & Plutarchus in eiusdem uita.

539 Ipse Pompeius, ab inimicis Casaris incitatus, quod neminem dignitatem secum exaquare uolebat, &c.] Casarem haec non ex affectu, sed uere, ac sincero animo scripsisse, praeter ea quae supra ex Luciano de Pompeii moribus adduximus, Velleii quoque testimonium accedit, qui in posteriori volumine ad M. Vinicium illos ita depingit: Pompeius, inquit, ut primum remp. adgressus est, non quenquam animo parem tulit. Et in quibus rebus primus esse debebat, solus esse cupiebat. Neque eo uero quisquam aut alia omnia minus, aut gloriam magis concupiuit.

540 Neque Tribunus plebis.] uidelicet M. Antonio & Q. Cassio, ut paulo ante Casar ipse commemorat. Appianus Curionem illis tertium adiungit.

541 Quod L. Sylla reliquerat.] Appianus quidem lib. I. bellorum ciuilium ait, Tribunitiam potestatem à Sylla adeo perfractam, ac debilitatam, ut fere ad nihilum redacta sit, quam ex lege prohiberet, qui Tribunatum gessisset, uletius potestatem habere posse: extremi autem illius iuris intercessionem (de qua Casar hic) non commemorat.

542 Quod illi turbulentissimi superioribus temp. Tribuni plebis.] ut Gracchus uterque, Saturninus, & Spurius Melius: de quibus Plutarchus in Graccho rum uita, Appianus in iam citato loco; denique M. Tullius Cic. in Oratione pro Milone.

543 Erat Rauenna.] Quod oppidum in Gallia Togata situm est.

544 Expectabatque suis lenissimis, id est, non arduis, sed paruis, ac tenuibus, postulat is responsa.] Vbi annotabis lenis uocabulum metaphorice sumptum, non semper in deteriorem sumi partem. Porro quoniam illa lenia postulata Casaris fuerint, supra in hoc libro ex Plutarcho, & Tranquillo allegauimus. Annotandum est & hoc, quod otium hic simpliciter negotio bellico opponitur, quod inter Pompeium, & Casarem agebatur, & pro quiete accipitur. Neque enim (ut opinor) aut otium otiosum, aut literarum inuinitur: sed totius reip. tranquillitas, quae pacis tempore uiget.

545 Quae per Scipionem ostenderat.] supple, quando senatus in urbe habebatur, cui non licebat Pompeio secundum legem interesse. Unde & superior locus ex Plutarcho allegatus illustrari, & confirmari potest.

546 Alieno esse animo in Casarem militis.] Huc uanissimum rumorem Pompeius ex Appio didice-

rat, qui legiones Cæsari concessas (vt inquit Plutar-
archus) è Gallia reduxerat. Is enim maxime res
Gallicas Cæsaris extenuauit, & in Cæsarem male
dicacem exercuit linguam: ipsumq; Pompeium
dicebat, suarum virium, nominisq; ignarum esse,
qui aliis armis in Cæsarem muniretur, quem iif-
dem Cæsaris copiis perditurus esset, cum primum
inspiceretur: tantum esse odium aiebat, quod mil-
ites in Cæsarem seruabant; tantumq; esse desi-
derium, quod aduersus Pompeium tenerent.

547 *Paludatiq;*] id est, paludamento, hoc est, im-
peratoria veste induti.

548 *Cæsar apud milites concionatur, &c.*] Cæsar
Commentariorum legi inferuiens, summa dunta-
xat orationis suæ capita perstrinxit. Lucanus autē
illam lib. 1. Pharsaliæ, Rhetoricis colorib. expref-
sit, vbi eiusmodi exordium ponit:

*Bellorum ô socii, qui mille pericula Martis
Mecum, ait, experti, decimo iam vincitis anno.*

549 *Syllam nudata omnibus rebus &c.*] De hoc
paulo antelocum ex Appiano allegauimus.

550 *Factum in permissis legibus.*] nempe, a-
grariis.

551 *In vi tribunitia.*] id est, quum tribuni per
vim aliquid à Senatu extorquere vellent. Eius rei
exemplum habes apud Liuium lib. 6. ab vrbe con-
dita sub finem de Licinio, & L. Sextio, qui leges om-
necis aduersus opes patriciorum, & pro com-
modis plebis, vnam de ære alieno, vt deducto eo
de capite, quod vsuris pernumeratū esset, id quod
superesset, triennio æquis portionibus persolue-
retur: alteram de modo agrorum, ne quis plus
quingenta iugera agri possideret &c.

552 *In secessione populi.*] supple. ex vrbe in sacrū
montem, qui trans Anienem fluum tria millia pas-
sum ab ea distabat. Cæterum talem secessionem
bis factam esse apud Liuium legitur: primum Vol-
cis denictis, quum M. Valerius Dictator pro victo-
re populo Romano ad senatum referret, vt nexi
soluerentur, neque id a patribus impetrari posset.
Secundo, quum plebs Appii decemviri stupro
cum Verginii filia commisso mota, cogebat omnes
Decemviros vt se magistratu abdicarent.

553 *Templis, locisq; editioribus occupatis.*] Sic
Tiberius Gracchus Capitolium occupauit, ibique
non procul à templi foribus per tumultum occi-
sus est: vt testatur Appianus lib. 1. bellorum ciui-
lium.

554 *Saturnini.*] supple. qui a Mario oppressus est.

555 *Græchorum.*] quorum Tiberius à P. Scipi-
one Nasica, Caius à L. Opimio interemptus est.

556 *Illo tempore.*] scilicet suo, quo tamen decre-
tum erat, vt magistratus operam darent, ne quid res-
publ. detrimentum caperet.

557 *Reliquæ nondum conueniant &c.*] Plutar-
chus in Pompeii vita refert Cæsarem non maiore
manu secum in Togata habuisse Gallia, quam
recentiorum equitum, & quinque millium peditū:
alias enim copias trans Alpes relictas.

558 *Ariminum.*] Italia oppidum, quod quum

teste Strabone Vmbrosum colonia primum esset,
tandem Romanos inquilinos accepit. Quod sane
oppidum, teste Lucano, Cæsar superato Rubicone
ante primū inuasit. sic enim lib. 1. Pharsaliæ scri-
bit: *Vicinumq; minax inuadit Ariminū, & ignes &c.*

559 *Erat iniqua conditio.*] Plutarchus huic Cæ-
saris loco consentanea in eiusdem vita scribit. *Ve-
rum enim uero, inquit, Cæsaris postulatio clarissimam
præfererebat aequitatem. Se enim arma deposituram
pollicebatur, idem faciente Pompeio: utrunq; priuatiū
boni quippiam a ciuib. consequuturū. At indignum
esse, vt detrahis sibi copias, Pompeio vires confirmen-
tur: quumq; alterum tyrannidis insimulent, alterum
tyrannum instruam.*

560 *Peracto consulatu.*] De proconsulatu nimi-
rum suo loquitur. Nam quum modo per Pompeii
conditiones in Gallicam prouinciam redire iube-
retur, si pacem fieri inter ipsos vellent, nullum Ro-
mæ consulatum gerere tunc temporis potuit. Huc
accedit, quod ipse quoq; Cæsar paulo ante scribit,
semestre tempus gerendi adhuc proconsulatus in
Gallia per suos inimicos sibi præreptum esse.

561 *Arretium mittit.*] Strabo lib. 5. hoc oppidū
Ariciam vocare videtur; aitq; id in Appia via situm
esse, stadiis centum & 11 à Roma distans. Sequen-
tia nanq; oppida à Cæsare occupata, mox à Stra-
bone subiunguntur.

562 *Delectumq; tota Piceno.*] supple. agro. Quæ XII:
quinta Italia regio est, testante Plinio lib. 3. cap. 13.
cuius incolæ eodem Plinio, & Strabone teste, *Pi-
centes*, à Pico ductore appellati sunt.

563 *Decuriones Auximi &c.*] Decuriones hic nō XII:
pro iis accipiendi qui turmis præfunt: sed pro iis,
qui Senatu, & consiliis reip. municipalis intere-
rant. Nam & hi Decuriones teste Laur. Valla dice-
bantur. Et (vt Pomponius Iureconsultus ait) ideo
sic vocabantur, quod initio quum colonia deduce-
rentur, decima eorum pars consilii publici gratia con-
scribere solita fuit.

564 *Pro: inus aperto sanctiore arario.*] Plutarch^o XIII:
de Publicola inquit: Vbi opus erat ad bellum pec-
unias pro facultatibus conferre, quum neq; ipse
id munus obire vellent, & ab eo obeundo amicos
dehortaretur, nec omnino publicas pecunias in
priuatam domū inferri æquum duceret; ararium
Saturni eodem constituit, quæ hodie etiā manet. Ad
quod *κατὰ σκευασµὸν* Cæsar hic alludere videtur,
dicens, Lentulum quidem Pompeii iussu ad ape-
riendum sanctum arariū accessisse: at vbi sanctius
ararium apertum audiuisset, hoc est, nunciatū ef-
set, Cæsarem aduertare, ex vrbe astutū profugisse.

565 *Falso nū. ciabatur &c.*] Idem testatur Plu-
tarchus in Pompeii vita.

566 *Cum his duabus Asculum &c.*] Duabus, XII:
supple. legionibus, duodecima, & tredecima. Paulo
nanq; superius in hoc eodem lib. Cæsar scribit, se
initio tumultus tredecimam euocasse, reliquas ve-
ro nondum conuenisse. Cæterum *Asculum*, teste
Plinio lib. 3. cap. 13. nobilissima Piceni agri colonia
est. Quod autem Cæsar apposuit *Piceni Asculum*

vocat.

vocat, ad differentiam alterius Asculi fecisse vide-
tur.

567 *Camerino fugientem &c.*] Volaterranus
lib. 6. Geographiæ tradit, *Camerinum* situ loci mu-
nitissimum oppidum esse in Apennini iugo situm,
& à Varranorum gente diu possessum.

568 *Corfinium.*] scilicet oppidum *Pelignorum*;
Volaterrano eodem teste.

569 *Ex Alba.*] supple. colonia ad *Fucinum la-
cum* sita, testante Plinio lib. 3. cap. 12.

570 *Et finitimis regionibus collegerat.*] supple,
Vestinis, Marrucinis, & Ferentanis, de quibus Vo-
laterranus lib. 6. Geographiæ.

XVI 571 *Ex oppido pontem fluminis interrumpebat.*]
In quem finem hæc à Domitio facta sint, Lucanus
lib. 2. hisce versibus ostendit:

*— hoc limite bellum
Hæreat, hac hostis lentus terat otia ripa:
Præcipitem cōhibete ducem, victoria nobis
Hic primum sans Cæsar erit.*

XVII 572 *Et pro rata parte.*] id est, vt rata esset, vel
imprimis Centurionum, & euocatorum pars. Porro
Euocati non iusti milites, sed promulites erant.

XVIII 573 *Quod oppidum a Corfinio &c.*] *Sulmo* Peli-
gnorum oppidum est, vnde Ouidius poeta cum
ingeniosus, tum elegans ortum traxit. Sic nanque
ipse de se lib. 4. Tristium, Elegia IX canit:

*Sulmo mihi patria est, gelidis oberrimus undis,
Millia qui nonius distat ab vrbe decem.*

574 *Cæsar tribus primis diebus &c.*] Redit ad
Corfinii obsidionem describendam.

575 *A rege Norico.*] scilicet *Voccione*. Sic enim
Cæsar supra sub ipsum finem lib. 1. de Gallico bel-
lo Noricum regem vocat vxoris Ariouisti fratrem.
Vnde mea cōiectura est, eum hic de eodem loqui.
Porro quæ, & quam lata olim fuerit Norica regio,
supra a nobis annotata est.

XIX 576 *Quum vultus Domitii cum oratione non
consentiret &c.*] Historici in hæc historia descri-
benda mire variant. Appianus enim Alexandrin^o
seu lectis hisce Cæsareis Commentariis, seu ru-
more cognitis, cum hoc Cæsaris loco in hæc ver-
ba sentit: *Cæsar interea L. Domitium imperii eius
successorem à senatu destinatum, ceterosq; qui cum
illo venerant, ad quatuor millium numerum Corfi-
niū obsedit. Quæ ex causa moti illi, qui urbem incol-
lebant, Domitium fugam præparantem ad portas vr-
bis consequuntur, eumq; ad Cæsarem adducunt.* Hæc
ille. Plutarch^o autem, & Lucan^o fugæ Domitianæ
nō meminerunt: nec interim ipsi quoq; inter se cō-
sentiant. Ille nanq; Domitium adeo desperandum,
pusillanimum, & variū in ista obsidione descri-
bit, vt quum desperatis rebus a suo medico seruo
quidem venenum poposcisset, datum illico tanquā
moriturus hauserit. Paulo post vt mirabilem Cæ-
saris humanitatem, qua erga captos vtebatur, au-
diuerit, se ipsum lugere, & consilii celeritatem im-
probare cœpisse. Eum vero consolante medico,
quoniam non mortiferam, sed somniferam po-
tionem haussisset, alacriter ad Cæsarem contendit.

se. Cuius vbi dexteram amplexatus, denuo se cō-
tulit ad Pompeium &c. Hic vero virum fortem,
constantem, & mortis pro patria obeundæ cupi-
dum ita Domitium describit:

*Ecce nefas belli referatis agmina portis
Captiuum traxere ducem, ciuisq; superbi
Cessit ante pedes, vultu tamen alta minaci
Nobilitas recta ferrum ceruice poposcit.
Scit Cæsar poenamq; peti, veniamq; timeri,
Vive licet nolis, & nostro munere, dixit,
Certe diem, victis iam spes bona partibus este
Exemplumq; mei: vel si libet arma retenta,
Et nihil hæc venia, si viceris ipse, pacificor.*

577 *HS LX quod aurum adduxerat Domitius.*] XXI:
id est, mille & quingentos aureos, teste Budæo
τῆς ἑαυτῶ ἐπιτομῆς de Asse, & partibus eius. Porro
quæ differentia sit inter *sestertios*, & *sestertia*, supe-
rius ex eodem Budæo annotauimus.

578 *Ab Duumuiro &c.*] Feneftella *Duumuiro*;
sacrorum causa creatos esse tradit, & tandem quū
ea dignitas etiam ad plebem translata esset, ex
Duumuiro Decemuiros esse factos. Pōponius au-
tem Latus refert, Tullum Hostilium regem Duū-
uiris potestatem iudicandi fecisse de capite M. O-
ratii.

579 *Atq; inde Brundisium.*] supple. *Calabria* XXI:
oppidum. Messapiorum lingua sic dictum, quod for-
mam ceruini capitis præferat, vt Volaterranus,
& Vadianus noster ex Plinio referunt. Appian^o ve-
ro lib. 5. bellorū ciuiliū Brundisii sitū describens,
ait id insulæ in modum telluri additum, stagnoq;
Lunæ in formam circumclusum esse: ita vt præciso
colle, & muro communito, neutiquā ex continē-
te adiri possit. De quo, & sequentibus oppidis con-
sule sextam Ptolemæi tabulam.

580 *Consules Dyrrhachium profectos &c.*] Pom XXI:
ponius Mela lib. 2. *Dyrrhachium* secundam Istriæ
urbē ponit, eamq; prius *Epidamnium* vocatā dicit:
sed propter malū omen à Romanis nomen postea
immutatū esse. Idem testatur Plinius lib. 3. c. 23. De
situ autē & origine eiusdē, ac nominis immutatio-
ne quum Thucydides, & Appianus clarius quiddā
tradiderint: eorum verba huc apponere visum est.
Ille ergo lib. 1. ita scribit: *Epidamnus est vrbs ad dex-
teram sita nauigantib. Ionium suum versus. Hanc
habitatum venerunt Corcyrenses coloni à Phalio Co-
rintio ducti: qui erat ab Hercule oriundus, Era-
toclida filius ex metropoli secundam veterem legem
accessit. Nonnulli etiam Corinthii, & alii præterea
Doricæ nationis ex colonis fuerunt &c.* Hic vero ad
hunc modum: *Pompeius Dyrrhachium vno profici-
scitur, quod nonnulli Epidamnium esse putant, huius-
modi nominis opinione ducti. Rex quippe Epidamnus
urbem supra mare cōdidit, qua ab ipso nomen assump-
sisse creditur. Huius ex filia nepos Dyrrhachus ex
Neptuno genitus (vt quidam perhibent) portū vrbi
adiexit, qui Dyrrhachii appellatur. Deinde quū fra-
tres aduersus illum bellū generēt, Hercules ex Erythia
vedit pro telluris parte in eos depugnauit. Quā obrem*

Dyrrhachii Herculem veluti telluris eorum ex parte incolam fuisse autumant; Dyrrhachum non utique insipientes, verum ad Herculem tanquam ad Deum per prius inclinantes. Ferunt quoque ea in pugna Ionium Dyrrhachii filium ab Hercule per errorem interfectum fuisse, Hercule corpus tumulantem in mare proiecisse, ut cognomen illi imponeret, &c.

581 Extremis Italia partibus, regionibusque Græcia, &c.] Videto quintam, & sextam Europæ tabulam: & hic rursus observa Græcam loquendi formam, εἰς δὴ αὐτῶν ἐξείν, in potestatem, pro in pote state habere.

582 Veritusq.] supple, Cæsar, ne ille, scilicet Pompeius, Italiam dimittendam non existimaret; exitus, administrationesq. Brundisini portus impedire instituit. Plinius lib. 3. cap. 11. hunc portum totius Italiæ nobilissimum esse scribit. Lucanus autem & oppidum, & portum hinc versibus graphicè describit:

Vrbs est Dictæis olim possessa colonis,
Quos profugos Creta vexere per aquora puppes
Cecropia victum mentiris Thebesa velis.
Hanc latus angustum iam se cogentis in arcum
Hesperia, tenuem producit in aquora linguam:
Adriacas flexis claudit qua cornibus undas.
Nec tamen hoc arcibus immixtum faucibus aquor
Portus erat: si non violentos in insula Coros
Exciperet saxis, lapsasq. resunderet undas.
Hinc, illic montes scopulo rupis aperto
Opposuit natura mari, flatuq. remouit:
Vt tremulo starent contentæ fume carina.

XXVI 583 Magium, quem ad Pompeium &c.] Is (vt paulo ante Cæsar comeminit) Præfectus fabricum Cn. Pompeii erat.

XXVII 584 Vicos, plateasq. in adificat.] Appositivè subiungit, quo pacto vicos, plateasque in adificaverit Pompeius, dum ait: Fossas transversas vias perducit &c. id quod Cæsar paulo post vallum cacum, fossasq. appellat. Porro quia Cæsar hic aliquid discriminis inter vicum, plateamq. innuere videtur, earum vocum differentiam scire oportet: nempe quod teste Laur. Valla, vrbs in Vicos quasi membra minora diuisa sit apud antiquos: vt Roma olim in Suburram, Carinas, & Esquilias. Platea vero (si vocis ἔτυμον spectes) δὴ τῆς πλατύτης, hoc est, latitudine dicta est; & latiore in oppido viam significat, in qua convenire populus solet.

XXVIII 585 Deprehensasq. excipiunt &c.] Lucanus sub finem paulo ante citati libri Brundisiorum perfidiam, & primum Cæsareanorum, ac Pompeianorum conflictum circa has duas naueis factum, hinc versibus describit:

Ergo hostes portis, quas omnes soluerat urbis
Cum fato conuersa fides, murisq. recepti
Præcipiti cursu flexi per cornua portus
Ora petunt, pelagusq. dolent contingere classeis.
Heu pudor, exigua est fugiens victoria Magnus.
Angustus puppes mittebat in aquora limes
Arctior Euboica, qua Chalcida verberat, unda.
Hic hæserat gemine, classisq. paratas

Excepere manus, tractoq. in littora bello:

Hic primum rubuit civili sanguine Nereus.

586 Propter anni tempus.] supple, hybernium. Siquidem Hirtius supra in fine octavi libri ait, Cæsarem antequam in Italiam concederet, aliquot legiones in Belgio, & Heduis per hyberna distribuisse: & ab initio lib. 1. de bello civili asserit, gravissimum Senatusconsultum Lentuli ductu adversus Cæsarem vii Idus Ianuarii esse factum, dum ipse Rauennæ ageret.

587 Duas Hispanias.] supple, citeriorem, ac vltiorem.

588 Quartam altera.] supple, citerior, vt ipse Cæsar infra lib. 2. testatur, maximis Pompeii beneficiis deuincta erat.

589 Caralitani simul ad se Valerium mitti au- XXX
dierunt &c.] Simul, id est, postquam Caralitani ab oppido insula Sardinia ita dicti populi. Strabo enim lib. 5. digniores huius insula vrbeis Caralis, & Sulchos esse commemorat.

590 Coactio Senatu iniuriis inimicorum commemo- XXXII
rat &c.] Idem ferme scopus huius orationis est, qui superioris: quam ad milites habuit. Æquitatem namq. suam, ac inimicorum iniquitatem senatui exponit; Ac tandem tertio postulat, vt Senatus legatos ad Pompeium de pace faciendâ mittat. Quis vero obstiterit, quo minus pax ista fieret, Velleius de Curione Tribunopl. loquens ita scribit: Ad vltimum saluberrimas, & coalescentis conditiones pacis, quas & Cæsar instissimè aueris postulabat, & Pompeius æquo recipiebat, discussit, ac rumpit: vnice cauente Cicerone concordia publica.

591 Et pristina consuetudine dicendi &c.] Ad hunc locum intelligendum, operæpretium erit huc adscribere, quæ Plutarchus de Catonis Uticensis eloquētia, ac genere dicendi in eius vita memoriæ prodidit. Is itaq. primo causam in hæc verba reddidit, cur eloquentiæ studuerit. Ea, inquit, de causa eloquentia operam dedit, vt philosophia præceptis aliquid roboris, neruorumq. in agendo, consultantoque adiungeret. Non tamen cum ceteris iuuenibus exercebatur, nec audiri à quoquam volebat. Qua de re quum quidam eum reprehenderet, diceretq. Improbant homines hanc tuam taciturnitatem Cato: Vt libet, inquit, dummodo vitam non improbent. & addidit, Ego vero tunc demum hanc taciturnitatem meam abrumptam, quum talia dicere valebo, qua non sint digna taciturnitate. Deinde quales dicendi genus secutus sit, paucos post versus idem edidit. Sermo, inquit, eius nihil iuuenile, neq. compositum habebat: sed erat rectus, plenus, & durus. Nam gratia quadam, & attentio inerat breuitati sententiarum: mosq. eius orationi admixtus, voluptatē, & risum quendam honestum audientibus afferbat. Vox autem multa, & abundans, tonum habebat infractum, inexhaustumq. per vniuersam sepe diem incessanter locutus, sine lassitudine desinebat. Hæc ille. Vnde Cæsaris verba ita facile intelligi possunt, quando ait, Catonem sua dicendi mora dies extraxisse, id est, prolongasse negotium diutius.

592 Ipse

592 Ipse consule Pompeio &c.] Suetonius Traquillus in Julio refert, accidisse quum Pompeius legem de iure magistratuum ferret, vt in eo capite, quo à petitione honorum absentis summonebat, ne Cæsarem quidem exciperet, per obliuionem; ac mox legem in as incisam, & in ararium conditam, corrigeret errorem. Hactenus ille. Vnde hoc Cæsaris dilemma planum fieri poterit.

593 In circumscribitur illis Tribuni plebis.] id est, circumscribendis, supple, quum Senatus consulto intercedere pro suo iure non sinerentur; vt supra initio istius libri cernere licet.

594 Et expetita colloquis.] supple, duo; quorum vnum Pompeio per L. Cæsarem, ac Roscium: alterum per Cn. Magium, oblarum est.

595 Pompeius enim discedens ab vrbe.] Sic Plutarchus in Pompeii vita, Cæsaris verba confirmat: Cum statuisset Pompeius huiusce turbationis certior fieri, omnes iubens patres se sequi, præmonito quod qui remansisset, vir Cæsaris existimaretur: urbem circiter diluculum liquit.

XXXIII 596 Sic triduum disputationibus, excusationibusq. extrahitur &c.] Cæsar vnam duntaxat causam subiungit, quare Senatus nullam legationem ad Pompeium super compositione miserit: quippe quod Pompeius ab vrbe discedens, dixisset, se hostium loco habiturum quotquot Romæ mansissent. Plutarchus vero alteram adhuc subiungit, nempe quod existimarent, Cæsarem aliud in petiore clausum, aliud in ore promptum habere: hoc est, verbis duntaxat pacem postulare, re autem vera nihil minus velle.

597 Subicitur etiam L. Metellus &c.] Cæsar partim Commentariorum legi seruiens, partim suam ignominiam, ac dedecus vitans; hic paulo breuior, & obliuorior est quam alibi. Siquidem Plutarchus, Lucanus, & Appianus impium illius factum hoc loco describunt. Quorum primus in Cæsaris vita ad hunc scribit modum: Ei postmodum pecunias arario demere conanti impedimento affuit Metellus Tribunus plebis: cui leges quasdam proferenti, Non idem armorum, ac legum tempus est, inquit; quod si has ipse res æquo animo ferre non potes, in presentia quidem procul abscede. Nec enim huiusmodi loquendi fiducia bellum indiget. At cum peractis sedentibus arma deposuerimus; tunc rediens plebis patronum ego. Hæc tibi meo decedens iure loquor. Atque hæc Metello locutus, ad ararii se portas contulit. Apparentibus nusquam clauibus, fabros accersit: quibus portas effringere iussis, Metellus iterum quibusdam lanæutibus incitatus, obstare cœpit. Cui, si molestus esse pergeret, recem comminatus Cæsar, Isind, inquit, nonne scis adulescentule longe longe mihi distitissus esse dicere, quam facere? Hæc ille. Vnde iam liquet, vtrum Metellus compositionis negotium impediuerit, vt Cæsar hinc ait: an Cæsarem nefarias manus sacræ pecuniæ inferentem aliquantisper prohibuerit.

XXXIV 598 Albices barbaros homines, qui in eorum fide &c.] Strabo in lib. 4. de horum populorum situ

cum Cæsare sentit: sed in eorum nomenclatura non nihil variat. Sic enim ait: Post Salyes tenent Albenses, & Vocuntii montana in septentrionem vergentia. Porro cum Albici, tum Massilienses prouinciæ quondam Romanorum populi sunt; vt tabula Europæ tertia indicat. De Massilia vrbe infra li. 2. bellorū ciuiliū non nihil admonebimus.

599 Quibus iniuriis motus Cæsar &c.] Lucanus lib. 3. Pharsaliæ, harum iniuriarum prorsus non meminit: imo post æquam Massiliensium orationem, Cæsaris potius in illos iniuriam ad hunc describit modum:

Sic Graia iuuentus
Fimierat, quum turbato iam prodita vultu
Ira ducis, tandem testata est voce dolorem.
Quamuis Hesperium mundi properemus ad axē,
Massiliam delere vacat, & cætera.

Quod autem Cæsar iniuriis se affectum dicit, huc respicit, quod Massilienses Pompeii partes secuti sunt: quum neutrarum esse debuissent. Atqui hoc modo non Cæsari, sed sibi metipsis nocuerunt. Id quod & Velleius Paterculus in hæc indicat verba: Festinationem itineris Cæsariani aliquandiu morata est Massilia, fide melior, quam consilio prudentior, intempestiue principalium armorū arbitria captas, quibus hi se debet interponere, qui non parentem coercere possunt.

600 Arelate.] supple, oppido Narbonensis Gallia maritimo; quod Paulus Orosius Arelatum vocat lib. 7. cap. 34.

601 C. Trebonium Legatum ad oppugnationem Mass.] Oppugnationis Massiliensis descriptione paulisper omissa, bellum in Hispania gestum ideo prius describit: quod Massiliæ oppugnatio, & id bellum eodem tempore gestum sit. Post septem demum pagellas ad Massiliæ obsidionem describendam redit.

602 Quorum vnus tribus legionibus Hispaniam XXXIII
citeriorem.] Ad hunc locum intelligendum, Hispaniæ diuisionem tenere oportet; quam Plin. lib. 3. cap. in hunc diuidit modum. Ad Lacobrutinum promontorium vltior Hispania est, qua & Beticæ dicitur. Mox à sine Virgitano citerior, eademque Tarraconensis ad Pyrenæa iuga. Vltior in duas longitudine prouincias diuiditur. Siquidem Beticæ latere protenditur Lusitania, amne Ana discretæ. Ortus hic in Laminitano agro citerioris Hispaniæ, & modo se in stagna fundens, modo in angustias resorbens, aut in totum cuniculis recondens, & sapius nasci gaudens, in Atlanticum Oceanum effunditur. Hæc ille. De quibus omnibus picturam secundæ tabulæ Europicæ apud Ptolemaum in consilium adhibe.

603 Alter à saltu Castulonensi.] supple, ab oppido Castulonensi sic dicto; de quo idem Plinius lib. 8. cap. eodem.

604 Per Vectones.] scilicet citerioris Hispaniæ populos.

605 Celtiberis.] eiusdem Hispaniæ populis sic vocatis, quod ex Celtis oriund, in Iberia, id est;

Hispania confederint. Ita nanque Lucanus lib. 4. canit:

profugis a gente vetusta
Gallorum Celta miscentes nomen Iberi.

606 Ad Ilerdam.] ceterioris Hispania oppidū. De cuius situ Lucanus idem ab initio prædicti libri hisce versibus scribit.

Colle tumet modico, leniq; excrevit in altum
Pingue solum tumulo: super hunc fundata vetusta
Surgit Ilerda manu placidis prælibit in undis
Hesperios inter Sicoris non ultimos amneis:
Saxetas ingenti quem pons amplectitur arcus
Hybernas passurus aquas.

XXIX 607 Præterea scutata, & cetrata.] Vegetius (vt supra etiam meminimus li. 2. cap. 15. refert, Scutatos olim plumbatis, gladiis, & missilibus accinctos fuisse, sicuti nunc prope omnes milites videntur &c. Cetrati autem à cetra dicuntur, quod breue scutum, teste Nonio Marcello, est. Sic enim Vergilius lib. 8. Aeneidos inquit, Laus cetra tegit.

XLII 608 Et sub castris Afranii constitit &c.] Lucanus in præcitato loco virtusque exercitus castra in hæc verba describit, quæ superioribus versibus annectuntur:

at proxima rupes
Signa tenet Magni, nec Caesar colle minore
Castra leuat, medius dirimit tentoria gurges.

609 Per Afranium stare &c.] Idem Lucanus non ita multo post causam reddit, quam ob rem primo die, quo Cæsar in suorum castra venit, pugna non sit commissa, sic inquit:

Prima dies belli cessavit Marte cruento,
Spectandasq; ducum vires, numero saq; signa
Exposuit: piguit sceleris, pudor arma furentum
Continuit, patriaque, & ruptis legibus unum
Donauere diem.

610 Castra facere constituit.] hæc r. o. s. tu à Cæfare munita esse idem Lucanus docet, ita superioribus accinens:

prono tum Caesar Olympo
In noctem subita circumdedit agrina fossa,
Dum prima præstant acies, hostemq; fefellit,
Et prope confertis obduxit castra manipulis.

XLIII 611 Quas in superioribus castris reliquerat &c.] Supra dixit Cæsar se biduo in C. Fabii castra venisse, & postea intermissis circiter quadringentis passibus, noua castra in radicibus montis fixisse: ideoque hic per superiora castra haud dubie Fabiana intelligit.

612 Planities circiter passuum trecentorum &c.] Lucanus in prædicto libro hanc planitiem ita describit:

Explicat hinc tellus campos effusa patenteis
Vix oculo prædente modum.

613 Vnius legionis antesignanos &c.] Ex Modesto de vocibus rei militaris apparet, Antesignanos eos esse, quos Liuius Antepilanos vocat. Sic nanque ille scribit: Ante signa, & circa signa, necnon etiam in prima acie dimicantes,

principes vocabantur, hoc est, ordinarii, ceterique principales. Hæc erat grauis armatura, quæ habebat cassides cataphractas, ocreas in cruribus, scuta, gladios maiores, quos spatibus vocant, & alios minores, quos semispatibus nominant, plumbatas quinas positas in scutis, quas primo impetu iaciunt &c. Hic vero lib. 8. ab vrbe condita ad hunc modum: Postremo in plurcis ordines acies distribuatur. Ordo enim sexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unū habebat. Prima acies hastati erant, manipuli quindecim, distantes inter se modicum spatium. Manipulus leuis vicenos milites, aliam turbam scutorum habebat. Leues autem, qui hastam tantum, gessaque gererent, vocabantur. Hæc prima frons in acie florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde ætas toridem manipulorum, quibus Principibus est nomen. Hos sequebantur Scutati omnes insignibus maxime armis. Hoc triginta manipulorum agmen Antepilanos appellabant, quia sub signis iam alii quindecim ordines locabantur: ex quibus ordo unusquisque treis partes habebat &c. Porro supra in lib. 1. de bello Gallico ostendimus primo, hoc est, hastæ, signa militaria affixa: hinc enim primarius centurio primi pili ductor, ac primipilus vocabatur, eodem Liuius auctore.

614 Ex primo hastato &c.] Primus hastatus (vt Vegetius lib. 2. cap. 8. docet) duas centurias, id est, ducentos milites ducebat in acie secunda, quem nunc Ducenarium vocant. Porro Hastati in genere ii (teste Aliano de instruendis aciebus) dicuntur, qui manus conferunt & cominus hasta decerant.

615 Tanta enim tempestas cooritur.] Lucanus XLVIII in lib. iam sæpe citato hanc tempestatem ex hybernis niuibus verno tempore ortam esse dicit: atque eius occasionem & causam efficientem ad hunc attingit modum:

Fata deit variis incertus motibus aer
Pigro bruma gelu, siccatq; Aquilonibus harena,
Aethere constricto pluuia in nube tenebat.
Vrebant montana nives, camposq; iacentes
Non duratura conspecto sole pruina:
Atq; omnis propior mergenti sidera caelo
Aruerat tellus hyberno dura sereno.
Sed postquam vernus calidum Titana recepit,
Sidera respiciens dilapsa porritor Helles,
Atque iterum aquatis ad iusta pondera libra
Temporibus vicere dies &c.

616 Tum autem ex omnibus montibus &c.] Idem paulo post hæc Cæsar's verba confirmat, dum inquit:

Iamq; Pyrenæa, quos nunquam soluere Titan
Eualuit fluxere nives: fractosq; madescunt
Saxa gelu, tum qua solitis è fontibus exit
Non habet vnda vias, tam largas alueus omnis
Aripis exceptit aquas, & cætera.

617 Vt supra demonstratum est &c.] Supra quidem Sicoris fluuii meminit, at Cingæ & castrorum

frorum inter duo flumina sitorum non item. Lucanus autem (vt iam ante allegauimus) castra Cæsareana, & Pompeiana Sicore tantum discretæ fuisse perhibet. Cinga vero planitiem (de qua paulo ante, coecere idem testatur, sic modulans:

at proxima rupes
Signa tenet Magni, nec Cæsar colle minore
Castra leuat, medius dirimit tentoria gurges.
Explicat hinc tellus campos effusa patenteis,
Vix oculo prædente modum, camposq; coeret
Cinga rapax, veritus fluctus & litora cursu
Oceani pepulisse suo: nam gurgite misto
Qui præstat terris, aufert tibi nomen Iberus.

III 618 Armona creuit.] id est, pretium armonæ auctum est.

619 Quæ feres.] nempe armonæ caritas, in grauescere consuevit inopia, id est, per inopiam, non solum præsentis, sed etiam futuri temporis timore.

620 Iamque ad denarios quinquaginta in singulos & ceter.] Ex Budæi obseruatione constat Trachmam apud Græcos, & Denarium apud Romanos eiusdem fuisse ponderis, & valoris: & octo denarios vno aureo Rhenensium valuisse, ex eiusdem computatione obseruatum est. Quæ ratio si admittitur, singuli modii annonæ plus minus sex nostris aureis Rhenensibus in castris Cæsarianis veniant. Porro ne quid dissimulem, Beroaldi exemplar à reliquis discrepat. Pro quinquaginta enim quadraginta legit, & denariorum non meminit.

621 Talem nuncium, & ceter.] Hic manifestum exemplum habemus, nuncium in masculino genere cum pro eo, qui nunciat, tum pro eo, quod nunciatur apud oratores, & historicos poni: sicut Festus Pompeius, & post eum Laur. Valla docet. Nihil enim Mancinellus in Lima sua Seruio docto alioquin Grammatico patrocinans efficit; dum multa exempla contra Vallam ex poetis citat. Poetis nanque metrica liberior dicendi campus est, quam oratoribus, & historiographis.

622 Vt naueis faciant, cuius generis eum superioribus annis vsus Britannia docuerat.] Supra libro quinto de bello Gallico ait, Britannicas naueis paulo humiliores fuisse, quam quibus in nostro mari utebantur: idque propter celeritatem onerandi, subductionisque.

623 Carinae primæ, ac statumina ex leui materia fiebant &c.] Exemplaria Florentina, quæ à Beroaldo correctæ esse dicuntur sic legunt, ac distinguunt hunc textum: Carinae primæ stramine, & leui materia fiebant, sed nimirum corruptissime. Quo enim pacto verisimile esset, nauum carinas ex stramine contextas, quum Cæsar ipse subiungat, reli-

quum nauium corpus viminibus compactum, coriis inductum esse? Nullo modo. Stramine nanque carina solida fieri non potuisset. Itaque Aldini, Gryphiani, & Wolfiani exemplaris lectio hæc saltem in parte melior esse videtur: vt sit sensus, Carinae primæ, ac statumina, id est, stipationes earundem, ex leui materia, id est, ligno leui, fiebant. Cur autem sic & legam & interpreter, Volaterranus lib. philologias 27. occasionem præbuit. Is nanque ex Vitruuii sententia dicit, Statumen vocari quicquid strato adijciatur: vnde statuminare, stipare, & infercire. Huc etiam facit, quod Lucanus in præcitato libro naueis non ex stramine, sed ex salignis viminibus contextas, & corio inductas esse, hisce versibus docet:

Vtq; habuit ripas Sicoris, camposq; reliquit,
Primum cara salix, madefacto vimine paruum
Texitur in puppim: cascos induta iuuenco,
Vectoris patiens tumidum super emicat amnem.
Sic Venetus stagnante Pado, fusoq; Britannus
Nauigat Oceano: sic cum tenet omnia Nilus
Conferitur bibula demphitis cymba Papyro.

Denique ab hac nauium forma non multum & Babylonicæ nauiculæ abtundunt; quas Herodotus in Clio in hæc verba describit: Nauigia illorum, quæ per flumen commeant, Babylonom, omnia sunt orbiculata, atque coriacea; quæ pecuarii Armenii, qui supra Assyrios incolunt, ex casis salicibus faciunt, instruntque pellibus, nudo illorum extrinsecus posita in modum soli: neque puppe discreta, neque omnia Nilus nata, sed in speciem clypei magis orbiculata. Tale nauigium stramentis stipatum, fluuii defekendum permittunt &c. Cæterum ne quid dissimulem, si cui Florentina lectio magis proba videtur, hunc sensum habere poterit: vt intelligamus carinas ex leui materia, hoc est, vel salicibus, vel arundinibus, contextas & stramine inferias, perinde, vt apud Agathium de Gothico & aliis peregrinis bellis libro quinto legimus, arundineas ab Hunnis Chersonesum obsidentibus naues factas, & paleis earundem commissuras obstructas esse. Sed (vt antea scripsi) altera & lectio, & expositio mihi magis aridet.

624 Dum hæc ad Ilerdam geruntur &c.] LXV Nunc demum ad Massiliæ obsidionem, & oppugnationem redit; quam ante aliquot paginas describere inceperat.

625 Hæc ad insulam, quæ est contra Massiliam.] Nimirum vnã ex Stoechadibus insulam intelligit, quarum, teste Strabone libro quarto, tres iustæ, & duæ perexiguæ quantitatis sunt. Iuxta Plinii vero sententiam lib. tertio tres duntaxat sunt, quæ à vicinis Massiliensibus propter situs ordinem sic appellatæ, quas & lin-

gulis vocabulis nominabant. Prote, Mese, & Hypæa. Hæ nanque (si pictura Ptolemaica non fallit) Massilia magis opposita sunt, quam Metina, & Blafcon: quarum Plinius inibi in Gallica ora descriptione meminit. Nam in tertia Europæ tabula Blafcon longius à Massilia, & à latere sita est.

LXVIII 626 Remos transcurrentes detergere. id est, distringere, reprimere, distinere.

LXIX 627 Hoc primum Cæsari ad Ilerdam nuntiatur &c. Commodam occasionem nactus Cæsar, ad res in Hispania gestas redit. Cum enim sibi lætum nuncium de nauali victoria Ilerdam perlatum esse monuisset: commode deinceps ad res Hispanicis regredi potuit.

LX 628 Interim Oscenses, & Calaguritani &c. Hi, & sequentes populi omnes in citeriore Hispania siti sunt: de quibus videto Plinium lib. 3. cap. 3. & secundam Europæ tabulam apud Ptolemaum.

LXIV 629 Equitatus nostri pralio nouissimos illorum. supple, Afranianorum, & Petreianorum.

630 Ac nonnunquam sustinere extremum agmè &c. Ordo constructionis sic habet: Ac extremum agmen, supple, hostium cernebatur, nonnunquam sustinere; scilicet Cæsareanorum impetum, ac impressionem.

631 Ac interrumpi. supple, cernebatur agmen hostium.

632 Magnaque numero iumentorum in flumine. Non dissimili modo exercitum antea per Ligerim traiecit. Nam quum militum brachia (inquit li. 7. de bello Gallico) tantummodo, atq; humeri ad sustinenda arma liberi ab aqua esse possent: equitatum disposuerat, qui vim fluminis refringeret.

LXVI 633 Signum dari. id est, clasticum cani.

634 Et vasa militari more conclamari. id est, vt impedimentis collectis, expeditioni se accingerent.

LXIX 635 Visendi causa lati &c. Alii legunt loci, & nimirum emendatius. Mirabantur enim Afraniani milites, quibus modis Cæsareani per valles & loca præcipitia, & prærupta, & confragosa proficiscerentur. Huiusmodi nanque itineris Cæsar ipse modo commemorat.

636 Atque ad Ilerdam reuerti. Et hic Cæsar non secundum Grammaticorum nostrorum præceptiones loquitur. Præpositionem nanque Græca dicendi forma nomini minoris loci proprii addit. Quemadmodum nanque Græci dicunt, πρὸς τὴν ορεάνην τὴν Πύρρον, id est, proficiscor ad Romam, sic Cæsar hoc loci ait, ad Ilerdam reuerti.

LXXII 637 Cur etiam secundo pralio aliquos amitteret. Prudentis simul & fidi imperatoris officium pendet, & si talis se casus offert, mutare.

LXXIII 638 Cohortium alariarum &c. De alariis cohortibus supra lib. 1. de bello Gallico ex Vegetio locum adduximus. Item de Prætoris cohorte.

LXXIV 639 Quorum discessu liberam nacti milites colloquiorum facultatem. Lucanus lib. 4. Pharfallæ inuicem hoc Cæsareanorum, & Afranianorum colloquium, & familiaritatem hisce versibus

describit:

Postquam spatio languentia nullo
Mutua conspicius habuerunt lumina vultus,
Et fratres, natosq; suos videre, patresq;
Deprehensum est ciuile nefas, tenuere parumper
Ora metu, tantum nutu, motosq; saluant
Ense suos, mox vt stimulis maioribus ardens
Rupit amor leges, audent transcendere vallum
Miles, in amplexus effusus tendere palmas
Hospitis ille ciet nomen, vocat ille propinquum,
Admonet hunc studiis consors puerilibus atas,
Nec Romanus erat, qui non agnouerat hostem.

& paulò post: Prò numine fata sinistro
Exigua requie tantas argentia clades!
Pax erat, & miles castris permixtus utrisq;
Errabat, duvo concordas cespere mensas
Instituunt, & permixto libamina Baccho.
Gramine luxere foci, iunctosq; cubili
Extrahit insonnis bellorum sabula noctes.

640 Armat familiam &c. Lucanus in iam citato libro famulas dextras vocat, ita canens:

famulas scelcrata ad pralia dextras
Excitat, atq; hosteis turba stipatus inermis
Præcipitat castris, iunctosq; amplexibus ense
Separat, & multo disturbat sanguine pacem.

641 Beneficiarii suis &c. Beneficarii (Vegetio lib. 2. cap. 7. testante) ideo sic appellati sunt, quod tribunorum beneficio promouerentur.

642 Quos deprehendit, interficit. Lucanus & hoc graphice describit, dicens:

inter mensasq; thorosq;
Qua modo complexu fouerunt, pectora cadunt.

643 Vana religio iusiurandi &c. Geminus mendu hic est. Pro vana enim, noua scribendum ipse sensus verborum admonet. Cum enim antea sacramento militari essent rogati, nouum illud iuramentum accessit. Atque ad hunc modum Beroaldinum exemplar habet. Deinde pro iusiurandi, legendum est iurisiurandi.

644 Ex propositis consiliis duobus &c. Paulo superius Cæsar commemorat Afranium, & Petreium re frumentaria, & flumine Ibero interclusos consultauisse: aut Ilerdam reuerti, aut Tarraconem proficisci. Prius ergo consilium & sententia tandem vicit.

645 Quin extremi. supple, Afraniani, ac Petreiani. cum equitibus supple, Cæsariis.

646 Genus erat hoc pugna, expeditæ cohortes. Cæsareana. nouissimum agmè; supple legionum, cum quibus Cæsar subsequēbatur.

647 Equites vero supple, Cæsareani.

648 Tum inquirebant scilicet Afraniani, id quod ex sequentibus haud obscure colligi potest. statim enim subiungitur, magnoque impetu equitatum repellerent: id quod de Cæsari intelligi nequit. Non enim ita multo post sequitur, Afranium equitarum in mediam aciem rece, tam esse.

649 Superioribus perterritos praliis &c. Duobus nanque prius Afraniani praliis erant pressi, vno,

ANNOTATIONES IO. RHELLICANI.

vno, quum iam primum Ilerdam reliquissent: altero, quando Cæsariani reflexo itinere, Afranianos ad Iberum contendenteis anteuertent, vt in superioribus videre licet.

LXXXI 650 Idem de causis &c. Quarum supra circiter quatuor aut quinque recenset, primum, quod aduersarios re frumentaria interclusisset: secundo, minime committendum ratus, vt etiam secundo prælio aliquos ex suis amitteret: tertio, non vulneribus afficiendos milites optime de ipso meritis: quarto, fortunam non tentandam putans: postremo, ciuium misericordia tactus, quos interficiendos videbat, quibus saluis, atque incolumibus rem obtinere malebat.

651 Omnia sarcinaria iumenta. Hæc alio nomine clitellata, seu clitellaria vocantur, vulgo Somross.

LXXXII 652 Si transire possent. Rursus si, pro an, Græco more vsurpauit.

LXXXV 653 Neg, summissos duces &c. De his vide hunc librum pene ab initio.

654 Vt idem, supple, Pompeius, ad portas urbanis præsideat rebus, & duas bellicosissimas prouincias. Plutarchus (vt supra allegauimus) scribit Pompeium ante vrbs portas senatum coegisse: item vtramque Hispaniam, & Africam prouincias per amicos, legatos suos administrasse.

655 Sed per paucos probati, & electi &c. Supra in hoc lib. Cæsar ait, ex Senatuscõsulto prouincias priuatis hominibus decretas. Itaq; magistratuum iura commutata esse haud abs re dixit: quippe quædã antea non nisi Prætores, & Consules in prouinciis mitterentur.

656 In se atatis excusationem nihil valere. Per elegantem figuram, quæ ἐπαυροποιεῖ vocatur, eadem particulas, in se, ab initio trium membrorum repetit. Porro sensus istorum nostrorum perquam obscurus est, nisi aliorum locorum claritate illustretur. Quum ergo Plutarchus in Cæsaris vita, hanc eius in literis ad Senatum postulationem fuisse scribat, vt Cisalpina duntaxat Gallia, Illyricumque sibi cum duabus legionibus, vsq; ad secundi petitionem consulatus concederetur; & Cæsar ipse ab initio huius libri dicat, erepto semestri imperio in Galliis gerendo adhuc, in vrbem se retrahi, quum iam L. Domitio Gallia decreta esset: nimirum hoc significare vult, diuturnum illud, & nouennale tempus, quo Gallis magno sudore præfuerat, minime respici, quum tamen hactenus in more Romanis fuerit, vt non nisi superioribus bellis probati Duces veterani ad exercitus obtinendos euocarentur.

LXXXVI 657 Id vero militibus fuit pergratum &c. Cur militibus hæc oratio plausibilis, & grata fuerit, sequentia declarant, quod ait, eos & voce, & manibus significare cepisse, vt confestim, quemadmodum Cæsar permisisset, dimitterentur, ac sacramento militari soluerentur. Id quod & Afranium in sua apud Cæsarem oratione postulasse Lucanus ita inquit:

Hoc petimus, victos ne tecum vincere cogas.
658 Statim reliqui ad Varum flumen. quod Strabone li. 4. authore, inter Antipolim, & Nicæam medium est: & secundum Plinii sententiam li. 3. Narbonensem prouinciam ab Italia determinat.

659 Cum stipendium ab legionibus pene seditione facta flagitarentur. Rufus Græce magis quam Latine dixit Cæsar, flagitarentur stipendium Petreius, & Afranius, id est, stipendium ab eis flagitarentur. Sic nanq; Græci dicunt, αὐτοῦμαι σὶ οὐδ' ἀνίων; hoc est, flagitor te stipendium.

660 Parte circiter tertia exercitus eo biduo dimissus. Eam proculdubio militum partem intelligit, quæ domicilium, & possessiones in Hispania habebat, de qua ipse modo dixit.

ARGUMENTVM LIB. II DE BELLO CIVILI.

TRIA in hoc libro prosequitur. Primo Massiliæ expugnationem. Tum ad res in Hispania gestas redit. Postremo bellum in Africa gestum describit.

IN C. IULII CÆSARIS COMMENTARIORVM de Bello Ciuili Librum II IO. RHELLICANI Annotationes.

661 TREBONIVS legatus &c. Redit ad Massiliæ oppugnationem, cui (vt supra ferme in libri primi meditullio legere est) in Hispaniam proficiscens, C. Trebonium legatum præfecerat.

662 Massilia enim, quæ ex tribus oppidi partibus Massiliæ situm graphice describit, quem tamen neque veteris, neque nouæ tabulæ Ptolemaicæ typus refert. Quam ob rem ad ronsuæ rectius de eo iudicauerint, quam qui alienis oculis cernunt.

663 Quibus comparatis rebus, aggerem in altitudinem pedum octoginta extruit. Quibus rebus; supple, viminibus, & materia comparatis, scilicet ex proximo luco, vt Lucanus fufius tractat: qui & aggerem miræ altitudinis, & duas turres ambulatorias in illa excitatas ita multò clarius lib. 3. describit, quam Cæsar hic.

steltatis axibus agger
Erigitur, geminasq; aquantæis moenia turres
Accipit, & nullo fixerunt robore terram:
Sed per iter longum causa respere latenti.

664 *Tantaque multitudo tormentorum.*] Vnde isthæc tormentorum copia Massiliensibus suppetiuerit, ex ipsius Cæsaris verbis in libro superiori discimus, vbi ait, eos armorum officinas in vrbe sua instituisse, quando bellum, & obsidionem sibi imminere sentiebant.

665 *Asseres enim pedum duodecim &c.*] Causam nunc reddere videtur, cur Massiliensium tormentorum vim nullæ Romanorum vineæ contextæ ex viminibus sustinere potuerint. Nam, inquit, asseres duodecim cuspidibus præfixos Massilienses ex balistis mittebant; ac per quatuor Cæsareanarum cratium ordines in terra defigebant. Id quod Lucanus hisce versibus clare testatur:

*Sed maior Graio Romana in corpora ferro
Vis inerat, neq; enim solis excussa lacertis
Lancea, sed tenso balista turbine rapta
Haud unum cœpit a latius transire, quiescit:
Sed pandens perq; arma viam, perq; ossa relicta
Morte fugit, superest telo post univerna cursus.*

666 *Itaq; pedibus lignis coniunctis inter se, porticus in tegebantur.*] Porticus, supple, vinearum Cæsaris, atq; hæc, scilicet parte, agger inter manus, id est, militum cohortes sub vinearum porticibus proferebatur. Ostendit autem Cæsar hoc loci quibus modis Romani Massiliensium tormentorum vim repulerint, & aggerem suum perfecissent.

667 *Antecedebat testudo pedum sexaginta &c.*] Et hæc machina aduersus tormentorum hostilium incurfus facta erat. Neque vero hic de tali testudine Cæsar loqui videtur, qualem supra lib. 3. belli Gallici ex Vegetio adduximus; sed qualem Ammianus Marcellinus lib. 26. describit, quando ait, *Alissonem quendam Tribunum, coniunctis tribus nauigiis, testudinem hac specie struxisse, ut densis cohærentes super capitibus scutis, primi milites transire in starent armati: alii post hos semet curuantes humiliter, tertii summissè gradatim inclinatis, ita ut nouissimis suffraginibus insidentes, formam ædificii fornicati monstrarent. Quod machina genus contra murales pugnas ideo figuratur hac specie, ut missilium iactus, atque saxorum, per decursus cadentes labiles, instar imbrum euanescant &c.* Nam causa finalis huiusmodi testudinis eadem à Cæsare subditur, quam & Marcellinus habet. Ait enim loci aquandi causa aggeri præpositam, & ex fortissimis lignis factam, rebusque omnibus iis inuolutam (sic enim pro euolutam legendum censo) quibus ignis iactus, & lapides defendi, hoc est, cohiberi, possent. Vbi nullam falcis mentionem in vtroque scriptore fieri audis, quæ trahi præfigatur intrinsecus ad extrahendum lapides è muro hostili, vt Vegetius meminit. In hoc autem vniuersæ testudinis ratio eadem est, quod vtraque, hoc est, Vegetiana, & Cæsareana, ne incendio consumeretur, coriis, ciliciis, aut centonibus vestiebatur. Porro de variis testudinum

generibus consule Vitruuium lib. 10. de Architec-tura.

668 *Imprudenter, atq; inopinante Curione &c.*] III Supra lib. 1. bellorum ciuiliu Cæsaris ait, à Catone Siciliam prouinciã relictam esse, quum se Pompeii auxilio destitutum videret: atque exinde insulam à Curione occupatam.

669 *Atque inde propter repentinum terrorem principum.*] supple, Messanensium.

670 *Vt rursus cum Bruti classe &c.*] Supra in li. 1. bellorum ciuiliu Cæsareana classis Brutus præfectus esse commemoratur: & Massilienses in pugna inferiores, nouem amississe nauis.

671 *Quæ facta fuerant Arelate.*] In superiore libro commemorat Cæsar nauis longas duodecim ipsius iussu apud Arelatenfis esse factas. Ist-hic autem (nisi exemplaria fallunt) in tertia declinatione inflexisse videtur, iuxta Plinii, & Pomponii Melæ lectionem. Quamquam & illi in prima declinasse videri queant, more Græcorum nominum, *Arelate, es.* de quo & supra lib. 1. bellorum ciuiliu quædam annotata sunt.

672 *Qui dexteram partem operis administrabant &c.*] Ab initio istius libri narrat Cæsar, Trebonium duabus ex partibus aggerem, vineas, ac turres ad Massiliam agere cœpisse, vnamque partem finitimam portui, naualibusque fuisse: alteram vero, quæ est aditus ex Gallia, atque Hispania ad id mare, quod adigit ad ostium Rhodani.

673 *Turrim ex latere &c.*] De hac & sequentibus machinationibus, consulo Iucundi picturam Aldinis, Gryphianis, & Wolfianis exemplaribus præfixam.

674 *Patebat hæc quoque versus pedes triginta.*] hoc est, in longitudinem, ac latitudinem, ac profunditatem.

675 *Prehensionibus ex contignatione prima suspendere &c.*] Cæsar hoc loco per prehensionem videtur fabricam innuere, quæ operi faciundo appendi solet, vt ædificium altius duci queat: id quod Germani ab apparando, seu instruendo e in grûst vocant, quasi dicas *apparatio*, seu *instruitorum*.

676 *Musculum pedum LX.*] Supra lib. 7. de bello Gallico ex Vegetii sententia docuimus, quid *musculus*, & vnde dicatur.

677 *Has inter se capreolis molli fastigio coniungunt &c.*] Quandoquidem Festus Pompeius vitium circinnos intortos ideo capreolos vocari a-tumat, quod ad locum capiendum tendant: Cæsar procul dubio de lignis eo modo intortis loquitur, quibus columnaellæ molli fastigio coniungebantur. Super quibus machinationibus, hoc est, *prehensionibus*, & *capreolis*, Vitruuius videatur.

678 *Phalangis subiectis.*] Iulius Pollux de rerum vocabulis inquit, τὰ τῶν πῶ. ἑύλα, ἢ ὑπο-βλήθει-

βλήθειον ἐφίληγται αἱ νῆες, Φάλαγγες, ἢ Φαλόγγαι, id est, nauium ligna quibus subiectis naues attrahuntur, Phalanges, & Phalanga vocantur. Vnde conicio rotunda illa ligna significari per phalanges, quibus onera volutantur: vulgo Welles, oder Walholz. Infra autem lib. 3. Cæsar de simili re loquens, Latina voce *scutulas* vocat. Virgilius vero libro secundo Aeneidos *lapsus* vocare videtur. Sic enim ibidem de Durateo e quo in urbem à Troianis inducto camit:

*Accingunt omnes operi, pedibusque rotarum
Subiiciunt lapsus &c.*

Vocabantur vero haud dubie *lapsus*, quod onera volutata super illis laberentur.

679 *Cum insulis sese foras uniuersi proripiunt.*] Attende supplicantium ritus quis olim fuerit apud Massilienses. Hinc enim apparet eos non ex barbaris, sed Græcis originem traxisse: vt multi historici hoc testantur. Teste nanque Polybio libro tertio, Galli, & alia barbaræ nationes non caduceum, neque insulas, sed corollas ex floribus confertas, pro amicitia, & supplicationis signo prætendebant.

680 *Vt ab hominibus doctis &c.*] Cicero in oratione pro L. Flacco de Massiliensium eruditione hæc scriptis mandauit: *Neque vero te Massilia prætereo, quæ L. Flaccum militem, & quatuorrem cognouisti: cuius ego ciuitatis disciplinam, atque grauitatem non solum Græcia, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendâ iure dicam. Quæ tam procul à Græcorum oranium regionibus, disciplinis, linguisque diuisa, quum in vltimis gentibus, barbaria fluctibus alluatur: sic optimatum consilio gubernatur, vt omnis eius instituta laudare facilius possint, quàm emulaxi &c.*

681 *Quibus rebus commoti legati.*] supple, Cæsaris, vt C. Trebonius, & D. Brutus.

682 *Alii ex castris sese incitant.*] id est, proripiunt.

683 *M. Varro in vltiore Hispania.*] A Gallicis, ad Hispanas res describendas redit. Quando enim in superiore libro narrauerat, Afranium, Petreium, & Varronem Pompeii legatos prouinciã Hispanicam ita inter se comparasse, vt Petreius ex Lusitania per Veetones cum omnibus copiis ad Afranium proficisceretur, Varro autem cum his, quas habebat, legionibus, omnem Hispaniam vltiorem tueretur: nunc quo pacto idem Varro se cum erga Pompeium, tum Cæsarem gesserit, explicat, quippe quod pro plerorumque hominum more ad feliciorum parietem se inclinauerit.

684 *Qui fiduciarum operam obtineret &c.*] Quæ admodum. (inquit Budæus in annotationibus prioribus in Pandectas) *fiduciaria possessio pro depositoria*, seu (vt nunc vocant) *recedentia* apud Iureconsultos accipitur: ita & Varro apud Cæsarem ait, se quippe legatum, fiduciarum op-

eram obtinere, quia redeunte imperatore, aut consule, cedere eum oporteret. Ad huncmodum & Nabarzanes apud Curtium lib. 5. ad Darium loquitur: *Auspicium*, inquit, & imperium alii trade interim, qui tam diu rex appelletur, donec Asia decedat hostis. Victor deinde regnum tibi reddat &c. Et non multo post: *Compositis rebus, in stolo regi tibi fiducia*, id est, per fiduciam, restituet imperium.

685 *Gaditanis vt facerent &c.*] Gaditani à Gadibus Hispaniæ vel insula, vel oppido (vt Pomponius Mela docet) denominantur.

686 *In Hispani.*] scilicet oppido (vbi rursus vides præpositionem nomini loci minoris Græca consuetudine additam) *Hispania vltioris*. Et enim Plinius libro tertio cap. 1. illud inter quatuor iuridicos Hispaniæ vltioris conuentus refert, dicens: *Quatuor iuridici conuentus sunt, Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus, & Hispalensis.*

687 *Ex sano Hercules &c.*] Idem Mela in iam citato loco refert, Gades insulam duobus promontoriis eminere: in quorum altero oppidum sit eiusdem nominis; in altero autem Hercules Aegyptii templum.

688 *Argenti pondo &c.*] Budæus lib. 1. de Ase, & partibus eius, *libram, assem*, & *pondo* idem significare tradit: & in epitoma *libram, minam*, seu *pondo* centenis drachimis valere. Supra autem de sestertiis diximus, ac ex eiusdem Budæi ratione collegimus, *drachmam* apud Græcos, & *numum* apud Romanos eiusdem fuisse valoris, eorumque octo Rhemenfi aureo æquiuale-re.

689 *Corduba.*] supple, in Hispania vltioris oppido, quod Seneca philosopho, oratore & poeta, Lucanoque poeta facundissimo, alumnis suis olim imprimis gaudebat.

690 *Simul ipse Corduba conuentus per se portas.*] En fructum immanitatis, & auaritiæ Varroniae, quæ omnibus, qui cum imperio, merito ea uenda sunt.

691 *Tanta, ac tam secunda in Cæsarem voluntas prouinciæ reperiebatur.*] ἐπιφάνεια est.

692 *Sese in Italiam venturum promississet &c.*] Librarii erratum in Aldinis, Gryphianis, & Wolfianis codicibus est, sicuti & paulo superius, *seseq; Hispali recepit*, pro *Hispalim*. Nam hic pro *in Italiam*, legendum est *Italicam*; quod Hispaniæ vltioris oppidum est: vnde Silius ille Italicus egregius poeta ortum trahit.

693 *Massilienses omnibus defessi malis &c.*] Ab Hispanis rebus ad Gallicas reuertitur.

694 *Ex iis unum ipsius.*] supple *Domitii*. modo enim ait, *L. Domitium tribus comparatis nauibus, duas familiaribus suis attribuisse, vnam vero, hoc est, tertiam, ab ipso conscensam.*

695 *Curio in Africam profectus est.*] de quo v-

de in superiore libro.

696 Hic locus abest à Clupeis.] supple, minoris Africa oppido, vt Mela lib. I. testatur. Porro quum Græci, Α κλυπεῖς, id est, clypeus vocetur, haud dubie & à Latinis Clupea, quasi Clypea, locus dictus est, quod clypei formam haberet. Vide Strabonem lib. 6.

697 Ad pradonum bello &c.] Aut à scribendū; aut ex legendum, sicut prædicta duo, & Beroaldinum habet exemplar.

698 Adrumetum.] supple, eiusdem Africa minoris urbem, de cuius egregia munitione infra ab exordio ferme lib. 5. habetur.

699 Veritusq;.] scilicet L. Cæsar, ne multitudo nauium suarum ipsum hostibus conspicuum faceret, ac proderet. modo enim dixerat Cæsar, cum decem longis nauibus ad Clupeam, Curionis aduentum prætolatum esse,

700 Id oppidum C. Considius Longus.] videlicet qui Pompeianas sequebatur partes, vt infra ex initio lib. 5. Hirtiani clarum fit.

701 Hanc remulco abstraxit &c.] Remulco, inquit Pompeius Festus, est cū nauis magna scapha remis trahitur. Et Nonius Marcellus ait, remulcare dictum esse, quæsi molli, ac leni tractu ad progressum mulcere. Sicenna lib. 2. historiarum, Si qua celeriter solui poterat in altum, remulcare trahit.

XXIV 702 Castra Corneliiana.] Lucanus lib. 4. Pharfaliæ hæc loca primum Antei gigantis regna vocitata esse perhibet: & vulgatam eius rei fabulam narrat. Cur autem deinde Corneliiana castra dicta sint, idem paulo post his carminibus ratione reddit, dicens:

Sed maiora dedit cognomina collibus istis,
Poenum qui Latius reuocauit ab arcibus hostem,
Scipio: nam sedes Libyca tellure potito
Hæc fuit, en veteris cernis vestigia valli,
Romana hos primum tenuit victoria campos.

XXV 703 Curio castra Varri conspiciet &c.] Hic nimium Actius Varrus fuit, qui antea Auximi in præsidio constitutus, vrbe capta profugerat, sicuti Cæsar supra ab exordio, & medullio lib. 1. de bello ciuili memorie prodidit.

XXVI 704 Imperator appellatur &c.] Imperator is apud veteres Romanos (teste Appiano) dicebatur, cuius ductu decem millia hostium essent cæsa: quæ nunc vulgo summū Capitaneū vocat, qui alios multos sub sua potestate habet duces. Quod vero Cæsares postea hoc nomine vocabantur, hanc factum est ob causam, quod Regis nomen populo Romano inuisum, illud autem plausibilis esset: quippe quandam libertatis speciem præferens, quum res ipsa Imperatoris maiestas nil nisi mera dominatio esset.

XXIX 705 Plures authores.] id est, causæ, ita vt ad re referatur, non ad personam: id quod sequentia haud obscure indicant, quando ait, Ciuile bellum &c. Porro autem à λόγος ὁδός αὐτῶν ὁδός &c. Quocirca orationis defectus ita supplendus est:

706 Ciuile bellum.] supple, in quo nihil san-

ctum, piuum, nec quicquam turpe ducitur.

707 Genus hominum.] hoc est, milites.

708 Quod liceret libere facere, & sequi, quod uolent.] Recte quidem. Nam & poeta sic de isthoc hominum genere canit:

Nulla fines, pietasq; uiris, qui castra sequuntur:
Venalesq; manus, ibi fas, ubi maxima merces.

709 Legiones hæc, quæ paulo ante apud aduersarios fuerant.] supple, etiam timoris, ac trepidationis authores erant in Curionis exercitu. Modo enim dixerat Cæsar, Curionem eas recepisse legiones, quas superioribus temporibus ex Corfinio ipse acceperat: adeo vt paucis centurionibus mutatis, iidem ordines, manipuli que constarent.

710 Nam etiam Cæsaris beneficium mutauerat consuetudo.] Paræthesis hic in Gryphianis, Aldinis, & Wolfianis codicibus non in loco posita videtur. Est nanque continens αἰτιολογία, in qua causam reddit, cur nam legiones, quæ apud hostes fuerat, terroris causa fuerint. Quia, inquit, consuetudo, supple, colloqui cum Quintilio Varro habiti, Cæsaris beneficium mutauerat: id est, beneficiæ ad Corfinium acceptæ immemores reddiderat. Quum enim ipsos necare potuisset, incolumes in suam accepit militiam.

711 Quæ offerrentur &c.] Alii libri, qua legunt, & mea quidem sententia melius, vt sit sensus: qua scilicet consuetudine colloqui, incipia etiam diuersis partibus, scilicet militum, conuicta offerrentur. Id quod sequentia declarant, quando ait: Neque enim ex Marsis Pelignisque ueniebant; supple, omnes istarum legionum milites, sed alii aliunde. Vt qui superiori nocte in contuberniis, commilitisque, scilicet fuissent. Atque hæc mea coniectura, in ram deprauato, ac mutilo, hiatusque pleno loco est: quam eatenus seruabo, quatenus in emendati exemplar incidere, aut commodiorem ab alio interpretationem didicero.

712 Nonnulli grauiores sermones militum uulgo durius accipiebant.] hoc est, rem à Quintilio Varro narratam, & inter milites spatium asperiorum esse quam pro re putabant: videlicet nisi eius sollicitationi auscultassent. Estque hic nouæ sententiæ initium, non coherentis cum superiori. Mox enim sequitur altera epanodi pars: Nonnulla etiam ab iis &c.

713 Concilio conuocato.] supple, primorum xxx ordinum.

714 Quod huiusmodi militum consiliis otium maxime contrarium esse arbitrarentur.] Iuxta illud Curionis apud Lucanum libro quarto sub finem:

— variam semper dant otia mentem.

715 Porro erant &c.] Altera sententia in concilio dicta.

716 Curio utrumq; consilium improbens, quantum alteri sententia.] hoc est, posteriori.

717 Tantum alteri.] hoc est, priori, quæ castra Varri oppugnanda censebat.

718 Hos] supple, posterioris sententiæ autho-

authores, illos, scilicet prioris. Atq; hæc confutatio- nis Curianæ propositio est.

719 Quæ enim, inquit, fiducia &c.] Confirmatio prioris sententiæ in propositione. Quum enim quidam decernerent, Varri castra primo quoque tempore oppugnanda, per argumentum a difficili sumptum probat, non facile factu quod suaderet. Deinde quando Martis aleam potius subeundam dixerant, quam expectandum, vt à suis circumuenirentur: hoc eos non cogitasse ait, quod si inferiores, & accepto detrimento ab oppugnatione discesserint (id quod fieri posset) militum animos alioquin ad defectionem spectantes, magis propensos fore ad deficientium ad hosteis; propterea quod felicitas rerum gestarum imperatoribus militum beneuolentiam, & è contra res aduersæ odia conflat.

720 Castrorum autem mutatio &c.] Alterius sententiæ refutationem aggreditur, cur videlicet, si in castra Corneliiana retro cederent, nil nisi turpissimam fugam, ac exercitus alienationem reportaturi essent. Neque enim, ait, militum animi hoc temporis spatio interfecto (vt vos conicitis) sanarentur, sed magis fauciarentur. Nam si boni, & prudentes sunt viri, ægre laturi essent, sinistram de ipsis suspicionem aut timoris aut defectionis concipi: atque ita bene antea de nobis sentientes, & animati, male sentirent, & animum ad pugnam antea promptum desperderent. Sin vero aperte improbi, ac imprudentes sunt, fatius est, eos ignorare, se timere: ne his timor licentiam maiorem, illis vero pusillanimitas, & exasperatus animus studia diminuat pugnandi, ac in officio perseverandi.

721 Quod si iam inquit explorata habemus &c.] Per concessionem rhetoricam inquit, Esto, verum sit, quod de exercitus alienatione dicitur, (quod tamen ego aut prorsus vanum, aut rumore minus esse conhidio) annon prudentium, ac circumspetorum ducum interest, perinde exercitus incommoda dissimulare, occultare, ac tegere, ac corporis vulnera dissimulantur, occultantur, ac teguntur? Deinde amplificationem a temporis circumstantia tractam subiungit, quod frustra noctu fugam adornandam existiment. Quum enim militum animi pudore, ac metu in officio contineantur, nox utriusque rei obest: pudorem nanque omnem malis hominibus excutit, & timidus timorem auget.

722 Quare neque tanti sum animi &c.] Epilogus est, in quo potissima duo argumenta repetit, & quid faciendum sit, indicat.

XXXII 723 Dimisso concilio, concionem aduocat militū &c.] Hinc patet Curionem primum cum militibus primorum ordinum, hoc est, tribunis militū, centurionibus, & signiferis tantum consultauisse: deinde vero negotium ad totam militum concionem retulisse. Cæterum oratio ista generis suaviorii est. Dissuadet enim illis, ac dehortatur, ne à Cæsare, atq; ipso eius proptore, ad hosteis deficient. Ac in exordio quidem fauorem à militi-

bus captat, dum pristinum eorum fortitudinem deprædicat. Deinde iugulum causæ petens, turpitudinem quidem defectionis illis ob oculos ponit, sed ita tamen vt beneuolentiæ melle orationis amaritudinem condat, dum ait, Quid grauius inimici de vobis statuere possent, quam vt eos, p- datis, qui suam in bello ciuili felicitatem vobis acceptum ferunt? Ita nanque beneuolentiam supra captam renouat. Postremo aduersariorum argumenta diluit, ac tandem opera, & diligentia sua se eis non defuturum pollicetur.

724 An vero in Hispania res gestas Cæsaris, &c.] Per collationem victi, & victoris suadet, hunc potius, quam illum sequendum esse.

725 Duos pulsos exercitus.] supple, Afranii, & Petreii, qui primum seiuncti, postea coniunctim fusi, & capti sunt.

726 Duas receptas prouincias.] supple, citeriorem, ac ulteriorem Hispaniam.

727 An qui incolumes, &c.] Argumentum à maiore ad minus.

728 Vos autem incerta victoria.] Argumentum est ex absurdo, & stulto tractum.

729 Desertos enim se &c.] Refellit Quintilii Varri argumenta per occupationem. Siquidem particula, Enim, hoc loci non rationalis, sed vel expletiuæ, vel aduersatiuæ videtur.

730 Relinquitur noua religio, &c.] εἰρηνευκῶς hæc intelligenda sunt.

731 Capitis diminutione, &c.] Caput (annotatore Cælio) apud Iureconsultos statum significat, & capite diminuti, qui cum sui iuris fuissent, ceperunt alieno iuri subiecti esse. Vnde iam facile colligitur, L. Domitio nullam amplius potestatem fuisse, milites sacramento sibi obstrictos tenere: quippe quando ipse in hostium potestatem venisset, pristinumq; suum statum, ac dignitatem amisisset. Quocirca sequebatur, milites sacramento illo solutos, nulla amplius religione Domitiana teneri.

732 Prædicaturus non sum.] Præteritio schema; rhetoricum est. Ait enim sua erga milites beneficia præteriturum, quum tamen postea recenseat.

733 Hæc vos fortuna.] Epilogus est, in quo ea præcipue argumenta repetit, quæ maxime ad dehortandum milites à concepta defectione valebant.

734 Erat vallis inter duas acies &c.] τῶν ὄψεσιν XXXI V φία est.

735 Vt supra demonstratum est.] supple, ante duas pagellas.

736 Hanc uterq; se.] Et hic si pro an positum est.

737 Et duas Marrucinarum cohortes &c.] Volaterranus lib. 6. Geographiæ ex Strabonis sententiâ, ultra Picenum, Vestinos, Marrucinos, Marfos, Ferentanos, Pelignos, & Samnites Italiæ populos omnem regionem montanam incolere dicit.

738 Sublato ad eius conatum scuto.] id est, quum xxx V Fabii conatum vidisset Varrus, humerum apertum scuto protexit.

739 *Porta castrorum occupantur.*] scilicet ab Aetianis.

740 *Sed quum loci natura &c.*] Paulo superius in hoc eodem libro Cæsar ait, Varri castra muro, oppidoque Vtica coniuncta fuisse ad portam, quæ Bellica vocabatur, & admodum munita loci natura erat: vna ex parte ipso oppido Vtica, altera teatro, quod erat, ante oppidum, substructionibus eius operis maximis, aditu ad castra difficili, & angusto.

XXXVI 741 *Erat in oppido multitudo insolens belli &c.*] Causas ostendit, cur Vticenses plerique omnes ad dedicationem spectauerint. primum ob belli insolentiam, & diuturnam pacem. Deinde, quod Vticenses propter Cæsaris beneficia illi amicissimi essent. Postremo, quia ex variis hominum generibus multitudo constabat facile ex superioribus præliis infelicibus terrebantur. Porro & hic Gryphiana, Aldina, & Wolfiana exemplaria corrupta sunt. Nam pro *conuentus* substituendum est, *erant*. Et deinde pro *qui*, legendum est, *quum etiam ex variis generibus constaret*, supple, *multitudo*. Nisi forte synthesim esse placet, si illa exemplaria sequamur, & *constarent* legamus.

XXXVII 742 *Quibus omnibus rebus sublati &c.*] Lucanus sub finem l. 4. hisce modis. Curionis insolentiam, & studium ad pugnandum cū Iuba describit.

quæ blanda futuris

Deceptura malis belli fortuna recepit.

Nam pepulit Varum campo, nudataq; fœda

Terga fuga, donec vetuerunt castra, cecidit &c.

743 *Relictis munitioib.*] scilicet castrorum suorum ad Vticam.

XXXIX 744 *Et controuersus Lepittanorum.*] id est, incolarum Lepitis oppidi in minore Africa, vt testatur Mela lib. 1.

745 *Saburam eius prefectum &c.*] Lucanus in iam citato loco Saburam istum secundum à rege fuisse sic canit.

Mittitur exigua qui pralia prima lacestat.

Eliciatq; manu, Numidus à rege secundus:

Vt sibi commissi simulator Sabura belli.

746 *Multum ad hanc rem probandam adiuuat adul.*] Adulescentia nanque feruentior, & magis temeraria est, quam ætas virilis. Eadem de Curionis magnanimitate. Lucanus refert, Cæsareanæ sententiæ ita subscribens:

Digna damus iuuenis merita præconia vitæ;

Haud alium tanta ciuem tulit indole Roma:

Aut cui plus leges deberent recta sequenti.

747 *Et sex millium passuum intervallo &c.*] Lucanus insidiarum locum ita describit:

Ipse cana regni vires in valle retentat.

XXXIX 748 *Proximaq; respiciens signa.*] id est, vexilla suorum.

XLI 749 *XVI millium spatio &c.*] Tantum enim spatium inter Corneliana castra, & Bagradam fluiuium (vbi Sabura castra erant) fuit:

XLII 750 *At Curio nunquam amisso exercitu &c.*] Eadem Lucanus de Curionis exitu, & fortitudine narrat, sic capens:

*Non tulit afflictis animam producere rebus,
Aut sperare fugam, ceciditq; in strage suorum;
Impiger ad letum, & fortis virtute coacta.*

ARGUMENTVM LIB. III. DE BELLO CIVILI per Io. Rhellicanum.

PRIMO loco ingentia Pompeii auxilia describit. Secundo, pacem rursus Pompeio per L. Vibullium Rufum ablatam, & tamen ab eodem paruisactam. Tertio, castris utrinque ad Dyrrhachium positis, ac leuibus commissis præliis, maxima rerum necessariarum penuria utrumq; exercitum laborasse. Quarto, pugna in Pharsalico campo facta describitur: ex qua Pompeius inferior discedens, ac in Ægyptum fugiens, illic per insidias accusatus est. Postremo, belli Alexandrini velut i seminarium quoddam proponitur.

IN C. IULII CÆSARIS COMMENTARIORVM de Bello Ciuili Librum III IO. RHELICANI Annotationes.

751 **D**ICTATORE habente Comitia Cæsare.] In superiore libro de bello ciuili Cæsar ipse testatur, se quam Massiliæ verfabatur audisse, quod à M. Lepido prætoris Dictator esset dictus.

752 *Is enim erat annus, quo per leges.*] Earum legum vna Annaria vocabatur, teste Pomponio Læto, qua annorum modus finiebatur, quibus magistratus capiendi potestas esset. Quæ autem leges annorum consularatus propriæ fuerint, me nōdum apud. authores legisse ingerue fateor.

753 *Hoc & ad timorem nouarum tabularum tollendum.*] Tabula noua hinc dictæ sunt, quod quum (inquit Cælius antiquarum lectionum libro 7.) pecunia credita obertatis condonantur, noua mox cooriuntur tabule, quibus nomina contineantur noua. Id quod & Cicero his verbis alibi declarat: *Tabula noua quid habent argumenti, nisi vt emas mea pecunia fundam, eum tu habeas, ego non habeam pecuniam?*

754 *Qui se illi in otio &c.*] Beroaldinum exemplar odio ciuili belli habet, quarum vtraque lectio ferri potest. Si enim legas *in otio*, sensus est: qui se illi obtulerant rebus adhuc illius tranquillis, & saluis. Sin autem *odio*, sensus erit: ita se Cæsari obtulisse, vt bellum ei uide, quod oderant, tandem in alterutram eadente victoria partem finiretur.

755 *Proinde.*] Beroaldus *perinde*, & pro *suffectisset potestatem*, rectius legit *fecisset*.

756 *Hic:*

756 *Hic rebus, & feriis Latinis &c.*] Quales fuerint, & vnde dictæ sint *Feria Latina* ex Macrobbii loco lib. 1. Saturnaliorum cap. 16. patet. *Præliantes*, inquit, omnes quibus fas est res repetere, nec hostem laceffere. Nam cum Latia, hoc est, Latinarum solennia concipitur, item diebus Saturnaliorum, sed & cum mundus patet, nefas est prælium sumere. Quare nec Latinarum tempore, quo publica quondam industria inter Romanū populum, Latinosq; firmata sunt, iacchoari bellum decebat &c.

757 *Cycladibusq; insulis.*] supple, *maris nostri*, quæ (vt Plinius lib. 4. cap. 11. testatur) à promontorio Gerefo circa Delum in orbem sitæ sunt: vnde & nomen *Ἰνσουλῶν* traxere. Quæ autem illarum nomina sint, & quem habeant situm, Plinius, & decimam Europæ tabulam apud Ptolemæum consule.

758 *Corcyra.*] Penultima longa, vt est apud Lucanum videre non in vno loco. Ea autem insula vicina est mari Adriatico, testante Mela libro 2.

759 *Ponto, Bithynia.*] supple, *regionibus Asia minoris.*

760 *Quas traduxerat.*] supple, *in Graciam.*

761 *Deiotarus adduxerat &c.*] Deiotarus, Armeniæ rex fuit, de quo multa in oratione Cicero nis pro eodem, & infra lib. 4. t. c. li Alexandriani.

662 *Quos vbi.*] *Ibi* scribendum est, (vt Aldus, & Gryphus habet) tamen Beroaldinum exemplar, *sibi* legat.

763 *Ex Gallogracia.*] Quæ eadem & Galatia a Plinio lib. 5. cap. vltimo dicitur. Agros autè Phrygiæ ea regio magna ex parte complectitur, eodem Plinio teste. De qua videto primam Asiæ tabulam in Ptolemæo.

764 *Hippotoxota.*] id est, equites arcubus vten tes & iaculis.

765 *Hinc Bardamos, Bessos.*] De Bardanis nihil adhuc inueni apud Geographos. De Bessis autem Strabo lib. 7. *Æmi accolæ*, inquit, & qui vsq; in pontum vergunt Coralli & Bessi. Ex quo loco apparet eos Thraciæ populos esse. Siquidem Æmus altissimus mons est, qui mediam Thraciam interfecat.

766 *Cyrenis.*] Vel oppido, vel populis Africa, vnde & *Cyrenaica* regio dicitur.

767 *Ad eum locum, qui appellatur Pharsalia, &c.*] Quandoquidem pugna tandem maxima inter Cæsarem, & Pompeium in hoc loco facta est, operæpretium erit nosse, in qua Græciæ parte situs fuerit. Plinius itaq; lib. 4. cap. 8. *Pharsalicos campos* simul cum libera ciuitate in Thessalia ponit. Cæterum Paulus Orosius lib. 6. cap. 15. locum istum in quo pugnatum est, non *Pharsaliam*, sed *Palaopharsalum* vocat, hoc est, si Græcicum *Ἐρμιόπολιν* spectes, antiquum *Pharsalum*.

768 *Erat Orici Lucretius &c.*] Mela lib. 2. Geographiæ, *Oricum* primam Istriacarum urbium esse dicit.

769 *Quibus iussu D. Lælii præerat.*] Lælius nanque Asiaticis nauibus à Pompeio præfectus erat,

vti Cæsar ipse modo commemorat.

770 *Offenderunt.*] hoc est, impegerunt absolute nanque hic positum est.

771 *A Salonis.*] supple, *oppido Istriae regionis*: quod tamen Pomponius Mela singulariter, non pluraliter flexit.

772 *In Cæsaris complexum veniret.*] In congressum militem, & vt planius quod sentio dicam, si contineret cum Cæsare congressi.

773 *Liburnarum.*] supple, *navium velocissimarum*, quæ a Liburnis populis primum inuenta sunt.

774 *Concitatæ Dalmatis.*] scilicet *Pannoniae populi*. Etenim Plinius lib. 3. cap. 25. eam Pannoniæ partem, quæ mare Adriaticum spectat, *Dalmatiam* vocat.

775 *Et præfœctis omnium mulierum criminibus &c.*] Quum dicit tormenta ex mulierum capillis esse facta, synecdochice nimirum loquitur: quippe vt totum pro parte accipiens, innuat, neruos balistarum, seu scorpionum inde factos esse.

776 *Quinis castris.*] id est, quinque: Distributiuum enim nomen pro cardinali positum est, historico & Poetico more.

777 *Iamque hyems appropinquabat &c.*] Necessum est hanc Salonarum oppugnationem ante Cæsaris in Pharsaliam traiectionem contigisse. Quum enim non tantum Cæsar supra dicat, se ipsi Ianuarii Nonis a Brundusino littore soluisse: verum etiam Lucanus lib. 5. Pharsaliæ asserat eundem à Brundusio nauigationem instituisse, quum æquora prius lenta, alto iam torpore ligata, & vnda pigrius immotis paludibus hæssissent: nullo sane pacto hyems appetebat, sed rigidissima iam erat, si post vtrumq; Cæsaris commeatum in Graciam isthac cum Octauius gesta sunt. Id quod & paulo superius ex hoc eodem libro apparet, vbi ait, Bibulū grauisima hyeme in nauibus suis excubasse, vt vltimum Cæsaris commeatum exciperet, nauis que eius incenderet. Quo fit, vt per hyemem hic non tempus hybernum, sed tempestatem intelligam: ob quam obortam Octauius præter alias calamitates acceptas à Salonarum oppugnatione destiterit.

778 *In Candauia &c.*] Plinius lib. 3. cap. 23. *montes Candauia* in Macedonia ponit. Et Volaterranus lib. 8. Geographiæ ei subscribit. Vnde apparet *Candauiam* Macedoniae regionem esse perpetuis montibus cinctam.

779 *Partinorum.*] scilicet *populorum Macedoniae*; de quibus Plinius in proxime allegato loco.

780 *Calenus legionibus, equitibusque Brundusii &c.*] De hoc Cæsaris mandato lege ante duas pagellas.

781 *Erat res in magna difficultate.*] res, scilicet *Bibulina classis*.

782 *Cum M. Acilio, & Statio Murco legatis &c.*] Paulo superius Cæsar ait, L. Torquatim & fe, & Oricum ei dedidisse, ideoque verisimile est, illos

legatos in oppidi praesidio relictos. Quod autem de istius oppidi muris hic loquatur, & praecedentia (quae modo allegavi) & sequentia testimonio sunt. Mox enim sequitur, Caesarem reuersum esse Oricum, atque inibi Libonem, & Bibulum ad colloquium ab eodem euocatos.

XVI 783. *Vltiores ciuitates.*] scilicet *Gracia*, statim enim sequitur: *Erat autem ad Butrotum oppositum Corcyra* &c. quod affirmante Pomponio Mela lib. 2. Epiri oppidum est. De quo, & reliquis praedictis, & dicendis in hoc libro §. decimam. Europae tabulam conspicio.

784. *Ex adilitate, & pratura, &c.*] Quod ad adilitatem Caesaris cum Bibulo gestam adinet, Suetonius Tranquillus similitudinem inter eos sic constat esse in Julio narrat: *Aedilis prater comitiu, ac forum, basilicasq; etiam Capitolium ornavit, portibus ad tempus extructis: in quibus abundante rerum copia, pars apparatus exponeretur. Venationes autem ludosq; cum collega, & separatim edidit. Quo factum est, ut communium quoque impensarum solus gratiam caperet, nec dissimularet collega eius M. Bibulus, euenisse sibi, quod Polluci. Ut enim geminis fratribus ades in foro constituta, tantu Caestoris vocaretur: ita suam, Caesarisque munificentiam, vnius Caesaris dici. Quod vero ad praetoram, Tranquillus quidem consulatus cum Bibulo gesti, non praeturam meminit; in quo quia cuncta ex arbitrio suo gerebat, hi versus in illos lusi sunt:*

*Non Bibulo quicquam nuper, sed Caesare factu est:
Nam Bibulo fieri Consule nil memini.*

XVII 785. *Ipsi reciperent.* id est, pollicerentur. 786. *Ipsa ut aqua terraq; &c.*] *Aqua*, scilicet dulci. Supra enim asserit Bibulanus praehuius aquae inopia, caelestem rorem ex pellibus expressisse.

787. *Illud.*] supple, *marinas, id,* suppleendum, *terrestribus custodias.*

788. *Illi neq; legatos Caesaris recipere.*] id est, recipiebant, hoc est, *accipiebant;* quo verbo ipse Caesar paulo ante vititur.

789. *Periculum praestare.*] *Praestabant*, hoc est, si Caesaris legati inter Pompeianos periclitarentur, non spondebant, se Caesari super ea re satisfacturos. *Praestare* nanque hic forensis verbum est.

790. *Vnum.*] id est, solummodo. *instare,* instabant, καὶ ἐπέκειν μοδι.

XVIII 791. *Grauiore morbo ex frigore, ac labore implicatus.*] Paulo superius Caesar scribit, Bibulum ipsum grauissima hyeme in nauibus ad Orici portum excubasse: neque illum labore, aut munus quantumuis abiectum detrectasse. Ex isto igitur frigore, & labore insueto morbum contraxerat.

792. *Vibullius sedato tumultu &c.*] Quis fuerit tumultus ille ex superioribus liquet, vbi Caesar inquit, Vibullium prius de Caesaris aduentu, & praesentia in Graeca terra, Pompeium certiores fecisse, quam illius mandata referret. Quo nuntio Pompeius adeo consternatus sit, vt maioribus itineribus, quam solitus esset, Apolloniam contenderit.

793. *Fugitiuis ab saltu Pyrenaeo &c.*] Afranianos, & Petreianos haud dubie inuuit, quos supra lib. 1. bellorum ciuilium legimus Ilerda lecta Octogesimam petiisse: autem Pyrenaeos montis hinc iade errasse, ac bis tandem cum Caesareanis collocutos.

794. *Isdem temporibus Roma M. Coelius, &c.*] Intermissa aliquantisper re bellica, ad vrbanas describendas venit. Quum enim ab exordio huius libri monuisset, fidem in tota Italia adeo angustam fuisse, vt neq; creditae pecuniae soluerentur, ideoq; se constituisse; vt arbitri darentur, per quos reru, & possessionum aestimationes fierent: nunc quem exitum ea res sortita sit, prosequitur. Quod autem dicit, *Coelium Rufum Praetorem causa debitoru suscepta*, supple, *ad defendendum, initio magistratus, tribunal suum iuxta C. Trebonii Pratoris urbanis sellam posuisse*, geminum sensum habere potest; vel quod Rufus peregrinus fuerit Praetor, & tribunal suum iuxta curulem Trebonii sellam ponendo, se ei aequare voluerit: vel quod haec, ac litibus dirimendis uterque esset iudex ex aequo. De quibus legitur plura apud Feneftellam, & Pomponium Latum de Praetorum dignitate, & officio.

795. *His temporibus.*] videlicet *tumultuosis.* 796. *Atque ipsis.*] supple, *debitoribus, ad quorum commodum pertinebat, durior inuentus est Coelius &c.* Miram ergo duritiam, & immanitatem in hoc homine fuisse oportet. Nemo enim facile remittit, quod ad priuatum commodum suu pertinet: & quisque suae, quam alienae causae, vehementior, & acrior patronus est.

797. *Ne frustra ingressus turpem causam videretur.*] id est, ne frustra debitorum patronum ageret aduersus creditores, ne videlicet illi his satisfacere compellerentur. Quod sane perquam turpe patrociniu erat. Obseruanda est autem loquendi forma, *Ingressi alicuius causam*, id est, suscipere ad defendendum. quod Germani dicunt, *an eines Sach stahn.*

798. *Seruilium consul.*] supple, *quem Caesar secum consulem creatum esse à libri huius capite asserit.*

799. *Et concionari conantem de rostris deduxit, &c.*] Liuius lib. 8. ab vrbe condita, quid Rostra, & vnde dicta sint, hisce verbis exponit: *Domitius Latinus, naues Antiatium partim in naualia Roma subducta, partim incensa: rostrisq; earum suggestum in foro extructum adornari placuit, Rostraque id templum appellatum.*

800. *Atq; eo in Italiam euocato.*] scilicet ex *Masilia, vbi propter homicidium commissum exulabat.*

801. *Atq; eum in Turinum.*] supple, *agrui Turio Italia oppido adiacentem, praemisit.*

802. *Visaq; prodicione.*] *Proditio* legendum est, & textus iuxta Beroaldi distinctionem ita distinguendus: *Et familia Neapoli visa, atq; proditio oppidi appareret, &c.*

803. *Quod conuentus.*] supple, *Capuanus, arma ceperat.*

XXII 804. *Quibusdam solutis ergastulis &c.*] *Ergastulum, & ergastulus* (teste Nonio Marcello) vt genere, ita & intellectibus differunt. Nam neutro carceris locus est. Masculino autem custos poenalis loci quem Graeci δεσμοφύλακα vocant. Lucilius lib. 15. Non ergastulus vnus, & alius iudicem apposuit, vt nemo sententiam libere, quasi ergastulus possit dicere. Haec ille. Si quis vero nominis ετομοσ requirit, Sypon-tini Commentarios linguae Latinae consulat.

XXIII 805. *Pervenit Turios.*] vel populos, vel oppidu: quod tamen Pomponius Mela lib. 2. *Turium* singulariter declinat.

806. *Libo profectus ab Orico &c.*] A domesticis rebus ad bellicas redit. Quu nanque non ita multo ante meminisset colloqui inter Libonem, & sese; item mortis Bibulinae ad Oricum: iam quo pacto inde, & quorsum profectus sit, enarrat.

807. *Insulamq; qua contra Brundusinum portu est &c.*] Plinius lib. 3. cap. 26. tradit, paucas insulas in Calabro littore ante Brundusium sitas, quarum obiectu portus efficiatur. De quo vide Prolemæum lib. 3. cap. 1. & tabula Europae vi.

808. *Quam ornatum.*] supple, *locorum, ac portus custodia clauso;* supple, *praesidio Caesareanis,* de quibus in superioribus.

809. *Et adeo loci opportunitate profecit.*] Quod scilicet insulam e regione Brundusii sitam occupauerat, & Caesareanos egressu prohibebat.

XXIV 810. *Per causam exercendorum remigum.*] id est, vt remiges exerceat.

811. *Ad fauces portus.*] id est, angustias seu artos ingressus: similitudine a re animata ad inanimatam sumpta.

812. *Signo dato in hosteis incitauerunt.*] Beroaldi exemplar legit, *se incitauerunt.*

XXV 813. *Hyems praecipitauerat.*] suppleto, *se,* aut praecipitata iam erat, ita vt actiuum verbum καὶ ἐπιπύου pro passiuo positum sit, vt in illo Virgiliano: *Nox praecipitat caelo. Nam ea,* (inquit Seruius) *verba inuicem ponuntur, qua passiuu, & actiuu esse possunt: vt auerto, & auertor, praecipito, & praecipitor. Sic & Liuius lib. 7. decad. 3. Creditum, inquit, vulgo est, in puteum apertu ex equo praecipitasse. Et rursus lib. 9. decadis 4. Et pars maxima inermes per inuia, & rupes deruptas praecipitantes fugerunt. Significare autem vult, hyemem in exitu iam fuisse. Etenim quando Caesar supra ait, se quinto Ianuarii die Brundusio soluisse, & hic multos iam mensis transiisse affirmat: dubio procul hyems ia in praecipitabat, hoc est, ad finem inclinabat.*

814. *Quibus necessario committendum existimabat.*] *Quibus,* suppleendum, *uentis committendum,* supple ex superiori, *naues.* Neque vero est quod quenquam substantiu cum adiectiuo disconuenientia moueat. Nam *committendum* hic no participium, sed verbum infinitiu gerundiuum est: quod neq; in numeros, neq; in personas, neq; in genera, neque in tempora (auctore Gellio) distrahitur, sed omnia isthæc, vna, eademq; declinatione complectitur.

815. *Quantoq; eius.*] scilicet temporis, cuius occasionem Caesaream neglexerant. tanto erant accriores ad custodias qui classibus praerant; suppleendum, *Pompeiani.* Statim enim sequitur: *Et crebris Pompeii literis castigabantur &c.* Et paulo superius scriptum est, insulam, quae contra Brundusium portum est, a Libone occupatam esse in hoc, vt Caesareanos egressu prohiberet.

816. *Lenioribus ventis.*] suppleto, *spirare desinentibus.* Modo enim ait, saepe ventos flauisse, quibus necessario naues committendae fuissent a Caesareanis.

817. *Eiicere naues.*] id est, appellere. Quamquam Beroaldinus codex *elicere* habet.

818. *Hac a custodibus classium.*] videlicet *Pompeianarum.*

819. *Nacti Austrum.*] supple, *uentum secundum ius, qui ex Italia in Graciam nauigant.* Mox nanq; sequitur, *Austrum* aliquandiu remissus flantem tandem rursus increbuisse, Caesareanisq; praesidio fuisse.

820. *Nacti portum, qui appellatur Nymphaeum &c.* Plinius lib. 3. cap. 22. *Nymphaeum* promontorium vocat.

821. *Vltra Lyssum.*] suppleto, *Liburnica regionis oppidum.*

822. *Qui portus ab Africo tegebatur.*] *Africus* ventus est lateralis, qui ab occasu hybetno contra Vulturum spirat.

823. *Qui modo sibi timuerant.*] Vt Caesareani.

824. *Turissimus portus*] scil. *Nymphaeum, recipiebant.*

825. *Qui nostris nauibus periculum intulerant.*] supple, *Pompeiani.*

826. *Nam praeteruictus.*] Menda rursus in Wolfianis exemplaribus est. Nam *praeteruictus* legendum, vt referatur ad *nauis.*

827. *His temporibus Scipio detrimentis quibusdam &c.*] Supra sub initium libri primi de bello ciuili Caesar ait, Scipioni Syriam obueuisse. Nunc ergo describere incipit, quo pacto se in prouincia sua gesserit: & cur tandem Pompeianis copiis se adiunxerit.

828. *Circa montem Amanum.*] supple, *Phoenices regionis,* teste Pomponio Mela lib. 1.

829. *Deductis Pergamum.*] nobilissimam Asiae urbem, de qua Strabo lib. 13.

830. *Columnaria, & ostiaria.*] supple, *tributa de columnis, & ostiis factis, vel faciendis.* Vt autem sic interpreter, non tantum rei circumstantia, sed etiam Andreas Alciatus celebris ille iureconsultus facit: qui in lib. Vlpiani 7. lege 139. de Verborum significatione ita scribit: *Quum populo Romano in Mutina obsidione belligeranti pecunia deesset, scribit Dion, senatorii ordinis uiris indictum, ut 14 obolos soluerent, in singulas quasq; tegulas adificiorum, qua Roma incolerent: idem a triumuiris compulsos ciues nit. ut adificiorum, qua Roma habebant, pensiones penderent: quod minus colonariu appellari a M. Cicerone ad Atticum epist. lib. 13. & C. Caesare bellorum ciuiliu commentario 3. ipse arbitror. Cuius vocis*

etiam in authenticis mentio habetur, tametsi & columarium legi possit.

831. *Honestas praescriptione.*] id est, praetextu.

832. *Vestigal pro mutua.*] scilicet imperabatur, ut in sorte fecerant insequentis armis; id est, quanta pecuniae summa vestigal in sequentem annum redemerant. Porro Livius lib. 6. ab urbe condita sortem eadem propemodum dicendi forma, qua Germani Hauptgut, caput vocat, sic inquit: Deducto de capite quod usuris pernumeratum erat.

XXXIV 833. *Caesar Antonii exercitu coniuncto &c.*] Requit ad sua gesta. Antequam enim Scipionis avaritiam, & crudelitatem describere coepit, ait se altero die post nuntium acceptum, ad Antonium pervenisse: nunc igitur quid coniunctis copiis actum sit, continuat.

XXXVI 834. *Regis Cotti.*] scilicet Thracia, quem Volaterranus lib. 3. Geographiae a partibus Pompeii fecisse putat.

835. *Qui circum Thessaliam esse consueverat.*] Recte. Supra enim asserit, L. Cassium Longinum cum legione tyronum, quae appellabatur vigesima septima, atque equitibus ducentis in Thessaliam esse missum.

836. *Admonteis, qui Thessaliam cingunt &c.*] Plinius lib. 4. cap. 8. asserit triginta quatuor monteis in Thessalia esse, quorum hi nobilissimi sunt, Cerceti, Olympus, Pierus, Ossa: cuius ex aduerso Pindus, & Othrys Lapitharum sedes ad occasum vergentes, ad ortum autem Pelios. Omnes, inquit, thetrali modo inflexi, caueris ante eos septuaginta quinque urbibus.

837. *Ambratiam versus.*] supple, Epiri oppidum, de quo Plinius eodem lib. c. 1. & Pomponius Mela lib. 2. Est autem haec vox per e vel t attenuatum, non asperatum scribendum, ut Florentina, & Wolfiana editio habet.

XXXVII 838. *Scipio in castris staturus &c.*] De huiusmodi castris Vegetius lib. 3. cap. 8. in haec scribit verba: Statua castra astate, vel hyeme, hoste vicino, maiori labore, ac cura firmantur. Nam singulae centuriae, diuisidentibus campiductoribus (sic namque isthic legendum arbitror) & principibus, accipiunt pedaturas: & scutis, ac sarcinis suis in orbem circa propria signa depositis, cincti gladio, fossam aperunt latam aut novam, aut undecim, aut tredecim pedibus, vel si maior aduersariorum vis metuitur, pedibus septemdecim (imparem enim numerum obseruari moris est) tum sepibus ductis, vel interpositis stipitibus, ramisque arborum (ne facile terra dilabatur) agger erigitur. &c. Vnde colligo ea plane castra Vegetio innui, quae vulgus nostrate cin Schauff vocat; & statua castra facere, sich nuschanghen.

XXXIX 839. *Deductis ora maritima praesidiis Caesar, ut supra demonstratum, &c.*] Ante duas namque pagellas refert, Caesarem Antonii exercitu coniuncto, legionem ab Orico deduxisse: quam tuendae orae maritimae causa posuerat.

XL 840. *In quibus ad libram fecerat turres &c.*] In quibus, supple, nauibus fecerat turres ad libram,

id est, ad stateram, & perpendiculari & aequilibrium: ne videlicet in alteram partem magis propendentes corruerent.

841. *Molem tenuit naturalem &c.*] i. tumulum.

842. *Contra oppidum.*] supple, Oricum.

843. *Quatuor biremes subiectis scutulis &c.*] Scutula praeterquam quod rotundum, & concauum vasculi genus significat; hastam quoque teretem denotat, qua linea tunduntur. Ex cuius nimirum similitudine hoc loco teretia ligna nauibus subiecta, ut vectibus pelli queant, dicuntur. Quae Caesar supra lib. 2. bellorum ciuiliu Graeca voce Phalangas: & Germani ea a deuoluendo Wessen vocant, volutare enim Walen illis dicitur.

844. *Ex utraque parte.*] suppleto, oppidi Orici.

845. *D. Laelium ab Asiatica classe, &c.*] Supra a capite istius libri dictum est, D. Laelium Asiaticis nauibus a Pompeio praefectum.

846. *Qui commentus Biblide, atque Mantinea &c.*] Biblis Phoeniciae oppidum est, quod Mela lib. 2. Byblon vocare videtur. Mantinea vero Peloponesi oppidum, de quo Strabo lib. 8.

847. *Caesar postquam Pompeium ad Asparagum esse cognouit.*] Superius ante tres pagellas Caesar inquit, Pompeium ad Asparagum Dyrhachianorum contendisse, vbi audiuerat Antonii, & Caesaris exercitum coniunctum esse. Nunc vero quibus modis ipse eodem peruenerit, & castra iuxta eum metatus sit, declarat: donec tandem Dyrhachium peruentum est, vbi rursus vtriusque imperatoris castra, obsidiones, & praelia graphice depingit.

848. *Castellis enim xxiv effectis, &c.*] Tale Turca castrorum formam fuisse perhibent, qui obsidionem Viennae Austriacae viderunt.

849. *Manufata.*] id est, segetes ligonibus, non aratro cultae. Sic Vergilius lib. 3. Georgicorum. Sed frumenta manu carpes lata

850. *Aut ex subcoactis &c.*] Calepinus declinat Subcoacta, a, & molliorem pellem interpretatur; quae ideo sic vocetur, quod alii pellibus subiuncta sit.

851. *Erant noua, & inuistata belli ratio, &c.*] XLV Duas ob causas nouam bellandi rationem fuisse dicit, vnam, quoniam plerumque pauciores a pluribus obsidentur; at Caesar hic militum numero inferior Pompeiam superiorem circumvallauit: altera quia & in hoc obsidione fuit ut hostes frumento, ac omni com meatu arecantur; at contra hic fiebat. Obsessis namque omnium rerum necessariorum copia suppetebat: & obsidentes a maxima frumenti penuria laborabant.

852. *Recordabantur enim se eadem superiore anno in Hispania perpeffos, &c.*] Quum enim castra sua inter Sicorim & Cingam Caesar posuisset, adeo angusta re frumentaria utebatur, ut annonae ad denarios quinquaginta in singulos medios pertenerit: quum e contra Afraniani omnium rerum copia haberent, sicuti supra lib. 1. bellorum ciuiliu habetur.

853. *Meminerant ad Alexiam, &c.*] In istius namque oppidi obsidione grauissima, eodem tempore & materiali, & fragmentari Romani necesse habebat. Quae res satis arguit maximam annonae angustiam illos perpeffos.

854. *Multo etiam maiorem ad Auaricum, &c.*] Illic namque complures dies frumento caruerunt; & tandem extrema inedia laborauerunt. De quibus consulto septimum librum de bello Gallico.

XLIX 855. *Quod appellatur Chara.*] Carus legendum existimamus, de quo Dioscorides lib. 3. cap. 59. sic ait: Caron exiguum, notumque omnibus semen est, calescit, urinam cit, stomacho accommodatum, & in cibo gratum est: concoctiones adiuuat, utiliter antidotis, & oxyporis miscetur, aniso proportione respondet. Radix elixa pastinaca modo ad edendum est. Plinius vero lib. 19. cap. 8. nec Charam, nec Caron appellare videtur, vbi sic ait: Nec non olus quoque syluestre est trium foliorum, Diui Iulii carminibus, praecipue iocis militaribus celebratum. Alternis quippe versibus exprobrauere Lapsana se vixisse apud Dyrhachium praemiorum parimoniam cauillantem. Haetenus vterque radicem a Caesare militibus commestam innuit: sed ille magis apposite, quam hic. Nam Plinius, more Plutarchi, Lucani, & Appiani, genus tantum herbae, seu radicis attingit: propterea quod λαζανη (Hesychio interprete) τὸ ἀγ. ἐν λαζανῶν ἐδομεῖν, hoc est, inter syluestria olera editur; quod quidam napium interpretantur, & Plinius ipse in eodem lib. cap. 5. napi quoddam genus esse dicit syluestre, cuius folia eruca similia sint. Dioscorides vero speciem herbae non dissimili nomine quam Caesar appellans, magis ad Caesaris locum intelligendum facere apparet. Quando autem idem author refert, cari radicem elixam pastinacae in modum edi, sciendum est, maximum pastinacae (Germanice Pasteneier, vel Sirgisi) prouentu in Beroensium hortis esse: & ouis fixas, non elixas, in magnis non tantum indigenarum, sed etiam aduenarum praecipue Gallicorum delitiis esse.

856. *Quod admixtum lacte multum inopiam leuat, id similitudinem panis efficebat, &c.*] Plutarchus Caesaris sententiae ita ad stipulatur ut videri queat magnam huius historiae partem ex illius Commentariis transcripsisse. Appianus vero non ex radice, & lacte, sed ex pabulo panes esse pistos ait: nec a praetercurrentibus Caesaris militibus eos panes in Pompeii exercitum iactos esse, quum hi illis famem exprobrarent; sed a transfugis huiusmodi panes ad Pompeium delatos, ut latitiam inde caperet: neque tamen illum ut prudentissimum imperatorem exhilaratum, sed sibi cum belluis bellum esse, dixisse.

857. *Crebroque voces militum, &c.*] Plutarchus corticis arborum non meminit, sed a militibus Caesareanis ad Pompeianos dictum, se quoad huiusmodi radices terra produceret, obsidionem Pompeii non derelicturos.

858. *Equos eorum.*] supple, Pompeianorum. 859. *Cum angustis locis &c.*] Supra ait, ex castello

Caesareano in castellum perducta munitione Pompeium interclusum, eidemque maiorem exercitum fuisse quam Caesari. Ex tanta ergo hominum & brutorum animantium multitudine in angustiis locis versante ingens pestis orta est. Huc accedebat & aquae dulcis inopia, eo quod Caesar omnes fluituos, ac riuos, qui ad mare (penes quod Pompeii castra erant) pertingebant, vel auerterat, vel obstruxerat.

860. *Alia enim sunt legari partes.*] id est, aliud est locum tenentis officium, atque, id est, quam imperatoris.

861. *Nam plura castella Pompeius pariter distinenda.*] id est, coercendi, manus, hoc est, exercitus causa. Atque hoc est quod superius scribitur, quam plurimos colles a Pompeio occupatos, ut quam latissimas regiones teneret, Caesarisque copias quam maxime distineret.

862. *Ita vno die sex praelia factis, tribus ad Dyrhachium, tribus ad munitiones.*] Ex superioribus constat, vtriusque imperatoris castra prope Dyrhachium posita fuisse, munitiones vero longius prorogatas. Quam ob rem hic ait, quaedam praelia ad Dyrhachium, quaedam ad munitiones esse facta.

863. *Et se in antiquas munitiones recepit.*] nimirum ad editum locum qui Petra appellabatur, vbi castra primum communiuerat.

864. *Amphilochis.*] supple, Acarnania populis, de quibus Strabo lib. 7. Plinius tamen lib. 4. cap. 1. Amphilochicum urbem in Acarnania ponit.

865. *Vt demonstrauimus.*] scilicet in hoc eodem libro, vbi ante septem pagellas ita incipit: Caesar Antonii exercitu coniuncto, deducta Orico legione &c.

866. *Isthmum praemunire instituit.*] Isthmus, Graece ἰσθμὸς, terra inter duo maria arcata dicitur. quippe inter Aegaeum, & Ionium. Nam hic de Peloponesi Isthmo loquitur, de quo Plin. eod. li. c. 4.

867. *Delphos.*] Locrensiu oppidum, ut idem Plinius inibi cap. 3. asserit.

868. *Thebas.*] Eorundem Locrensiu urbem, quas Plinius ibidem Chorsicas olim appellatas esse meminit, iuxtaque Heliconem montem fitas esse.

869. *Orchomenum.*] supple, Arcadia urbem, de qua Pomponius Mela lib. 2. & Ptolemeus de istis omnibus lib. 3. ca. 15. tabula Europae x.

870. *Non oblitus pristini instituti Caesar.*] scilicet aduersariis pacem offerre.

871. *Authores eius rei.*] supple, nuntii perferendi de pace faciendae.

872. *Scipionem ea autoritate esse &c.*] Scipio ob generis sui amplitudinem, & quod Pompeii locer erat, eum magna ex parte compellere nolentem, ac errantem corrigere poterat. Estque hoc argumentum suaviorum a facili ductum, quemadmodum & hoc, quod statim sequitur.

873. *Praesse autem suo nomine exercitui, &c.*] Quoniam Scipio (ut supra ex hoc libro didicimus) detrimentis quibusdam ad montem Amanum acceptis, sese Imperatorem appellauit.

7.2 rat, non Pōpeii, sed suo nomine exercitui præerat: ideoque sequebatur, eum maximam componendi belli facultatem habere.

874. *Quod si fecisset, quietem Italia &c.*] Quis & quantus fructus ex litium compositione secururus esset, ostendit.

LXIX 875. *Vt supra demonstrauimus.*] scilicet in eodē isto libro. Castra namq; Pompeii in edito loco sita fuisse, aditumq; nauibus mediocrem habuisse primum narrat: deinde ait Pompeium xxv castellis effectis, xv passuum millia circuitu amplexum, intra quod spacium pabulari solitus sit. Hos ergo aditus à se, nunc obstructos esse Cæsar inquit.

876. *Erant apud Cæsarem ex equitum numero &c.*] Quo pacto Pompeius occasionem rei bene gerendæ inuenierit, dum eruptionem pararet, exponit.

877. *His dormi.*] supple. in *Allobrogibus.*

878. *Ad omnes attulit.*] id est, apud omnes.

879. *Sed in illud tempus reseruari.*] pro illud, Beroaldina & Aldina editio, aliud, rectius legit.

880. *Vulgo vero.*] id est, communiter, supple. *transibant. conscripti milites,* scilicet a Pompeio.

881. *Tegument a galeis ex viminibus facere, &c.*] In quem usum Pompeius hoc fieri iusserit, paulo inferius declaratur: nempe vt lapidum ictu vimineis tegumentis galeis impositis tuti essent.

882. *Et vallus contra hostem &c.*] Vallus (teste Vegetio lib. 3. cap. 8.) *sudes, aut tribuli lignei sunt per ordinem digesti.*

883. *Qui has duas munitiones.*] scilicet *valli duplicis, contingeret.*

884. *Fossaq; agere.*] scilicet quem Pompeius antea in scaphis & actuariis naues imponere iusserat. Vnde iam liquet in quem usum antea illum comportare mandauerit.

885. *Et legionarii interioris munitionis.*] supple. *Pompeiana.* Quum enim Cæsar eum ex castello in castellum perducta munitione inclusisset, quam plurimas, & latissimas regiones castellis, & prædiis muniebat. Vnde relinquitur, & interiores, & exteriores munitiones Pompeio fuisse.

886. *Ab utraq; parte.*] supple. *cum eorum Pompeianorum, qui nauibus circumuecti erant, tum qui ex interioribus munitionibus pugnabant.*

887. *Multum autem ab ictu lapidum (quod unum erat nostris telum) viminea tegumenta.*] supple. *Pompeianorum. defendebant, scilicet eosdem ab ictu lapidum.*

888. *Vitium munitionis, quod supra demonstratum est.*] nempe quod vallus transuersus contra mare, qui reliquos duos contingeret, nondum absolutus esset.

LXIII 889. *Præter principem priorem.*] scilicet *cohortis,* qui (teste Vegetio lib. 2. cap. 8.) centuriam, & semis, hoc est, centum quinquaginta homines gubernabat: & ad quem prope omnia, quæ in legione ordinanda sunt, pertinebant.

LXIV 890. *Castrosum.*] supple. *Pompeianorum, hic situs erat, &c.*

891. *Eo signo legionis illato.*] scilicet a Pompeianis in vetera castra, vt non ita multo ante scribit.

892. *Speculatores Cæsari renunciauerunt.*] supple. *plendum, cohortes quasdam instar legionis sibi post syluam visas.*

893. *Is locus.*] scilicet *vbi cohortes Pompeiana a speculatoribus Cæsareanis visa sunt.*

894. *Erat obiectus portis eritius &c.*] Eritium hic nec pro animante bruto, nec pro hominis proprio nomine accipiendum puto; sed pro instrumento ligneo multis aculeis instructo, quod etiam nostro tempore vrbium portis, & castellorū mœniis opponi videmus, vt irruentium, & ascendentium impetum retardet, ac remoretur. Quam interpretationem vero consentaneam esse, sequentia coarguunt, vbi ait, *exciso, eritio &c.*

895. *Munitionem, quam pertingere a castris ad flumen supra demonstrauimus &c.*] Ab angulo enim sinistro, castrorum munitionem ad flumen perduxerat Pompeius circiter passus cccc.

896. *Quod eam munitionem esse arbitrantur.*] id est, eo quod arbitrantur eam; intellige, portam, esse munitionem, id est, cespitibus munitam & obstitatam. de quali porta supra lib. 5. de bello Gallico sub finem scribit. Porro *κατ' αὐτῶν* munitam portam, munitionem vocat; sicut Pamphilus Terentianus ait, *Vbi illic scelus est, qui me perdidit.*

897. *Ne in angustias inciderent decem pedum munitionis.*] id est, in munitionem decem tantummodo pedes latam.

898. *Ad eo vt cum Cæsar signa fugientium manu prehenderet &c.*] His partim consentanea, partim plura addens Plutarchus, in hæc scribit verba: *Signa etiam corripienti Cæsari reiserunt signiferi. Duo etiam & triginta in hostium potestatem venerunt. Et ipse Cæsar ne interficeretur parum absuit. Nam cum proceram statura, & robustissimo corpore virum per se fugientem iniecta manu consistere, & in hostem conuerti iussisset, ille terrore grauissimo perturbatus, eum gladio vulnerare molitus est. Ictum autem Cæsaris scutifer occupabat, eius abscindēs humerum &c.*

899. *Celeritate insequentium.*] supple. *Pompeianorum.* paulo enim ante Pompeii equites angustis, portisq; a Cæsareanis militibus occupatis, ad insequendum tardatos esse dicit.

900. *Duobus præliis &c.*] Vno videlicet ad munitiones Pompeianorum castrorum: altero in eiusdem castris.

901. *Et notos equites Felginatem; &c.*] Exeplar Beroaldi supra modum hic à Wolfiano & Aldino variat. Multo enim plures de Cæsaris exercitu desideratos esse commemorat illud, quam hæc. Quoniam vero iuxta Plutarchi sententiã in Pompeio circiter duo hominum millia ex Cæsareanis occisa sunt, Beroaldi castigationem magis quam Wolffii, & Aldi editionem hæc in parte sequendam arbitror. *Duobus, inquit, his unius diei præliis, Cæsaris desiderati sunt milites dccc & lx, & notii equites Romani cccc, & Triticannus.*

ricanus Gallus senatoris filius, & à Placentia centum, & à Puteolis centum, & à Capua decem sacra- ti viri, & decem tribuni militum, & centuriones triginta duo, & cætera. Cæterum in ista lectione per *sacros viros,* Capuanos nimirum deuotos, & ita morti addictos innuit Cæsar, vt impune occidi, & violari possent. Sic enim ex Liuii *sacros* verbum Buda us interpretatur in annotationibus suis posterioribus in Iuris Pandectis.

902. *Quo maior perfugis fides haberetur.*] nã & ipse Labienus perfuga erat, quippe in Gallicis bellis Cæsarem secutus, & postea ciuilib. ingruentibus ad Pompeium deficiens. Obseruabis autē miram hominis istius fœuitiam, & iuris gentium in occidendis captiuis violationem.

LXXII 903. *His rebus tantum fiducia &c.*] Pompeianorum insolentiam in rebus secundis describit, & quam stultum sit laudes ante solidam victoriam canere.

904. *Obiecta religionis.*] supple. *neglecta.*

LXXIII 905. *Cæsar à superioribus consiliis depulsus,*] videlicet vt Pompeianum equitatum ad Dyrrhachium contineret, & pabulatione prohiberet, quem admodum in superioribus ipse consilium suum exponit.

906. *Locum securum ad dimicandum dedisse.*] supple. *quum Pompeianis insidias strueret.* Peruenerat enim Cæsar eo priusquam Pompeius sentire possent, & Pompeianos ex vallo deturbauit.

907. *Vti ad Gergoniam accidisset &c.*] Ab exemplo ante actæ rei eos adhortatur ad animum recipiendum. Sicuti nanque supra lib. 7. de bello Gallico, de improviso rei bene gerendæ occasione sibi oblatam scribit, ne Gergouia obidionem ob Heduoꝝ defectionem, & alia infortunia omittet: ita & hac in parte aliquid boni sperandum esse monet. Porro & hic in Aldi, ac Wolfii editione erratum est, quod sententiam mire obscurat. Nam pro *is, iis,* & pro *offerret, offerrent,* habent: nisi forte à legendum, præsertim quando verbum plurale *offerrent,* sequatur. Aut nisi quis ita intelligere malit, vt Cæsar suos adhortetur, ne se iis scilicet Pompeianis vltro in pugna offerre detrectarent, qui antedimicare timuissent. Aut hac enim Pompeiani pugnam detrectauerant.

908. *Nonnullos signiferos ignominia notauit.*] Hæc ignominia nota hinc signiferis quibusdam iniusta est, quod (vt supra cum ex Cæsare, cum Plutarcho didicimus) signa ex metu dimiserant. Vbi notandum boni, ac circumspecti imperatoris non tantum esse, vt bene meritos honoribus, ac præmio afficiat (sicuti paulo superius Scæuam) verum etiam vt male meritos ignominia notet, ac puniat. Sic nanque fit, vt ignaui excitentur, & boni alacriores reddantur ad pugnam in posterum committendam.

909. *Exercitui quidem omni tantus incescit ex incommodo dolor &c.*] Appianus hoc amplius addit, quod solito plus contra semetipfos incanderent, ita vt inopinata mutatione conuersi, mo-

re patrio decimam ipsorum partem à Cæsare mulctari peterent.

910. *Cum superioris etiam ordinis nonnulli.*] Vt pote centuriones, & tribuni militum.

911. *Conclamari iussit.*] id est, vt conclamaretur, supple. *vasa,* militari more. Quid autem hoc sit, supra lib. 1. bellorum ciuiliū enarrauimus.

912. *Veteribus suis in castris contra Asparagum &c.*] Supra in hoc libro Cæsar refert se castra statua ad Apsum flumen habuisse, & Pompeiū quoque: sed huic inde digressum omnibus copiis ad Asparagum Dyrrhachianorum peruenisse, atque ibi idoneo loco castra posuisse, posteaquam audierat Cæsarem Antonio coniunctum esse. Vnde iam facile colligitur vetera Cæsaris castra contra Pompeiū sita fuisse.

913. *Propinquitate superiorum castrorum.*] supple. *ad Dyrrhachium fixorum.*

914. *Cæsari ad saucios deponendos, socios confirmandos.*] Causas aliquot reddit, propter quas Apolloniam cum exercitu festinauerit.

915. *Timensq; Domitio.*] scilicet Caluino: quem cum legionibus duabus vndecima, & duodecima, & equitibus quingentis in Macedoniam proficisci iusserat.

916. *Vterq; eorum celeritati studebat, vt suis esset auxilio.*] Cæsar videlicet Domitio, & Pompeius Scipioni.

917. *Sed Cæsarem Apollonia directo itinere auerterat.*] supple. *quod minus rectè à castris Dyrrhachianis in Macedoniam contenderet: de qua re decimam Europæ picturam apud Ptolemæum cōsulito. Cur autem per istas ambages in Macedoniam Cæsar profectus sit, ipse paulo ante nonnullas causas reddidit.*

918. *Per Candauiam.*] id est, monte Candauie regionis, de quibus antea Plinium allegauimus.

919. *Heracleam Senticam.*] scilicet qua ad Strymonem fluium sita est. Nam altera ad Erigonis fluentia in eadem Macedonia est. De quibus legit Volaterranum lib. 8. Geographiæ in Macedonia descriptione.

920. *Hæc.*] supple. *inflata Pompeii scripta.*

921. *Vt pluribus dimissis itineribus.*] Vide num rectius dimissi legatur. Statim namq; sequitur, *iter consicere possent,* supple. *dimissi.*

922. *Larissam.*] supple. *Thessalia urbem;* vnde Achilles oriundus fuit, & *Larissans* à Virgilio vocatur.

923. *Iamque inter se palam de præmiis.*] Plutarchus in Pompeio addit, Pompeianos quosdam adeo nihil de summa rerum potiendâ post prælium Dyrrhachianum dubitasse: vt seruos alii, amicosque Romam destinarent ad domos iuxta forū conducendas, veluti confestim magistratus inuiri. Voluntarios etiam multos Lesbium ad Corneliam nauigasse dicit, nuntiaturos bellum finem habere.

924. *Iam de sacerdotio Cæsaris.*] Sallustius in xxxix

Catilinario refert, Iulium Cæsarem, & Q. Catulum Pontificatus competitores fuisse, sed hunc ab illo superatum suffragiis. De Pontificum autem officio videto Fenestellam.

925 Scipio affinitate Pompeii confidere, &c.] Plutarchus in Pompeio narrat, Corneliam Metelli Scipionis filiam a Pompeio in uxorem esse ductam. Vnde colligitur Scipionem Pompeii socium fuisse.

926 Et L. Domitius in concilio dixit, &c.] Etiam iste locus misere corruptus est in Basilienfi, Lugdunensi, & Venetiano libro. sic nanq; secundum Florentinam editionem rectius legitur: placere sibi, bello confecto, ternas tabellas dari ad iudicandum de iis, qui ordinis essent senatorii, belloq; una cum ipsis non interfuisent, &c. Quod autem duas istas particulas de, & non, in aliis codicibus desideratas, ex Beroaldi lectione addendas cenfeo, Plutarchi locus in Pompeio me commonefacit: vbi scribitur, omnes patres conscriptos ipsum sequi iussos, dum Roma discederet, qui vero illic remansisset, eum pro hoste habendam. Id quod cum presenti lectione imprimis facit. Cæterum quid sibi tres tabellæ velint (quarum L. Domitius meminit) ex prioribus Budæi in Pandectas annotationibus liquet, vbi asserit huac veteribus Romanis morem in iudiciis fuisse: vt iudices sententiam suam in tabellis scribentes in vnam mitterent, ita vt alter alterius, & omnes omnium sententiam ignorarent. Idem in posterioribus annotationibus, eundem morem adhuc planius explanat in hæc verba: Olim etiam duæ tabellæ dabantur à prætoribus iudicibus, in quibus sententiam suam scriberent: aut enim rem plane absoluerit, aut plane damnare oportebat. Deinde locum Suetonii in Augusto adducit (qui sane multum ad hunc Cæsaris intelligendum valet) sic inquit: Cum de falso testamento ageretur, omnesq; senatores lege Cornelia tenerentur, non tantum duas tabulas damnatoriam, & absolutoriam simul cognoscantibus dedit: sed tertiam quoque qua ignosceretur eis, quos fraude ad signandum, aut errore inductos constitisset.

927 Refrumentaria preparata.] supple, à Cæsare. Non enim multo ante dixit, se idoneum segetis locum natum in agris, quæ prope iam maturæ erant.

928 Confirmatisq; militibus.] scilicet ex detrimento, quod ex duobus præliis ad Dyrhachium acceperat, vt mox sequitur. Tamen si nanque plerorumque animi non multo post acceptum in duobus præliis Dyrhachinis damnum ad pugnandum promptissimi essent: tamen Cæsar (vt in superioribus ipse declarat) militibus perturbatis non satis confidebat, spaciumque interponendum vt se refocillarent, existimabat.

929 Superius tamen institutum in equitibus, quod demonstrauimus.] scilicet ante tres pagellas, vbi ait, Cæsarem Pompeiano equitatu ipsius agmen carpenti suos equites ita opposuisse, vt expeditos antesignanos cæce admisceret. Quod sane insti-

tutum Cæsar à Germanis ab ipso deuictis mutuum esse videtur. Supra enim sub calcem li. i. & à capite l. 4. de bello Gal. hunc pugnandi more tanquã proprium Germanis ad scribit.

930 Pompeius quia castra in colle habebat.] Ap-
pianus Alexandrinus lib. 2. bellorum Ciuiliu refert Pompeium non longe à Pharsalo Thessaliæ loco iuxta Cæsarem castra locasse ita, vt non ultra triginta stadia inter se vterque abesset.

931 Tabernaculisq; detentis.] id est, amoris, vt sit compositum à de, & tendo, & opponatur tendendi verbo. Quamquam Beroaldus incensis legit, & fortassis emendatius.

932 Sicut semper depoposcimus.] Nec hoc loco regula Grammaticorum saluari potest, quando docent compositorum verborum præterita non geminari.

933 Suorum omnium hortatu, prælio decertare statuerat.] Plutarchus in Pompeii vita recenset, eum non nisi suorum diceret, & improbis instigationibus motum, vt omnia optima sua bellandi ratione, pugnam indifferenter, ac extremam belli aleam experiretur. Quum enim (inquit) videret Cæsarem exercitissimis militibus præditum, & summa annonæ penuria laborare, se vero in exercitatu exercitu, laborum insueti, & summa rerum copia abundare: multo satius esse decernebat, hostem cunctando vincere, quam incertam Martis aleam in conferendis manibus experiri.

934 Simul denunciant.] supple, equitibus reliquorum, vt pote peditum. Siquidem Pompeius (vt Cæsar modo retulit) suis pollicitus erat, strenua, & gnaua equitum opera futurum esse, vt reliqua exercitus pars sine puluere, ac vulnere victoria potiretur.

935 Multos autumnus pestilentia in Italia consumpsit, &c.] Hæc Labieni dicta vera esse Cæsar ipse supra ab exordio li. huius in hæc verba comprobatur: At q; ea copia ipsa hoc infrequentiores imponuntur, quod multi Gallis tot bellis defecerant, longumque iter ex Hispania magnum numerum diminuerat, & grauis autumnus in Apulia, circumq; Brundisium ex saluberrimis Gallia, & Hispania regionibus omnem exercitum valetudine tentauerat.

936 Multi sunt relicti in continente.] Hoc nimirum factum est, quum Cæsar à Brundisio in Græciam traiecit, & deinde quosdam tardius subsecutos in itinere Italico transportandos curauit. Illic nanque multos ab eo defecisse, & in continenti remansisse, hinc vero simile videtur, quod (vt Plutarchus in Cæsaris vita author est) etiam ii, qui secundo ipsius comætu transportati sunt, Cæsare diris inter nauigandum deuouerunt.

937 Cæsar superius institutum seruans &c.] Cæsar ipse supra li. i. de bello Gallico se legioni decimæ multum indulsisse, & propter singularem eius virtutem, ac fidem ea maxime consummum esse demonstrat.

938 Ipse contra Pompeium consistit.] supple, in cornu sinistro. Modo enim dixit, Pompeium apud suos

suos in sinistro cornu constitisse.

939 Vexillo signum daturum &c.] De hoc signo supra lib. 2. de bello Gallico diximus. Porro vexillum diminutiui est à velum, teste Prisciano Grammatico nobilissimo.

940 Tuba signum dat.] id est, classicum canit iubet, hoc est, ad arma, & ad pugnandum vocat.

941 Primum pilum duxerat.] id est, cetero primi pili fuerat, aquilamq; gestauerat. De quo in superioribus ex Vegetio locum allegauimus.

942 Signa vndiq; concinerent.] scilicet semiuocalia, quæ per tubam, cornu, aut buccinam dantur. De quibus antea Vegetium li. 3. cap. 5. citauimus.

943 Dato signo.] scilicet concurrendi per vexillum, sicuti antea constituerat.

944 Eodem tempore equites à sinistro cornu &c.] Non ita multo ante Cæsar causam reddidit, cur Pompeius equites, sagittarios, ac funditores in sinistro cornu statuerit: nimirum quod riuus impeditis ripis dextrum cornu muniret.

945 A latere aperto.] Hoc est, quod Pompeius suis ante pugnam prædixerat.

946 Quum instituerat.] scilicet in hoc, vt Pompeiano equitatu opponeret.

947 Infestisq; signis.] Laur. Vallæ lib. elegantiarum 4. cap. 293. hanc esse differentiam inter vocem infensus, & infestus esse tradit: vt illa vehementer iratum, & odium gerentem, hæc vero vehementer molestum, atq; in aduersum hostem vadentem virum significet. Indeq; infestare, incuribus crebris molestia afficere, & signa infesta, quæ in aduersum tendunt, hoc est, vexilla in hostem tendentia vt molestiam inferant, dici.

948 Sine præsidio.] supple equitum, interfecti sunt. Quorum cædem Lucanus lib. 7. in hæc verba depingit.

Vt primum sonipes transfixus pectora ferro,
In caput effusi calcauit membra regentis:
Omnis eques cessit campis, glomerat aque pubes
In sua conuersis præceps ruit agmina frenis:
Perdidit inde modum cades, ac nulla secuta est
Pugna: sed hinc iugulis, hinc ferro bella geruntur.
Nec valet hæc acies tantum prosternere, quantum
Inde perire potest.

949 Cohortes.] supplendum Cæsaream ex quarta acie, quæ ex reliquis tribus collecta erat.

950 Cui maxime confidebat.] Vt pote qui ante pugnam in ita iactasset, equitatus sui opera futurum esse, vt Cæsaris exercitus pelleretur antea quàm illum telum à Cæsareanis in hostes mitti posset. Cum vero dicit, atq; eam partem, etiam Ciliciensem, atq; Hispanicam legionem in itinere videtur: Siquidem Pompeius (vt Cæsar paulo superius meminit) has tanquam firmas sinas in dextro collocauerat cornu.

951 Ad prætoriam portam posuerat.] Vegetius lib. 1. cap. 23. huius portæ situm in hæc verba describit: Porta, quæ appellatur Prætoriam, aut orientem spectare debet, aut illum locum, qui ad hostis respicit:

aut si iter agitur, illam partem debet attendere, ad quam est profecturus exercitus.

952 In castris Pompeii videre licuit trichina strata, magnum argenti pondus expositum &c. Maximæ luxuriam, factum, superbiam, insolentiam, & oscitantiam in Pompeianis castris viguisse demonstrat. Talis omnino facies castrorum Dornachensium fuit apud aduersarios nostros, dum à nato Christo numeraretur annus mccccxci, in cuius exitu ego natus sum: Quemadmodum n. Pompeiani magna securitate non nisi de honoribus, & voluptatibus suis cogitabant, & de hostibus vincendis nulla cogitatio erat: sic & nostri aduersarii crepidati in tentorio obambulabant, & se argenteis, & aureis crateribus, ac pateris prolucebant, donec nostri complureis eorum in castris suis oppreserunt. Porro (vt ad institutum redeamus) per argenti pondus, argenteorum vasorum vim (quæ materiam intelligit, vt materia pro materiato sumatur) Id quod ex Plutarchi descriptione, quæ sic habet, facile liquet: Castris direptis, hostium ignorantiam, leuitatemque admirare fuit. Omne enim contubernium myrto coronabatur, omne stratum floribus plenum, mensa vasis graues, crateres vino vndiq; spumantes: apparatus, ornatuque litantium, ac festa ducentiam magis is erat, quam virorum ad certamen se præparantium. Hæc ille. Vnde aut tantam luxuriæ materiã acceperint Pompeiani, Lucanus in paulo ante citato libro & multis, & elegantibus verbis profequitur. Quos, qui volet, legat.

953 Detrahis insignibus imperatoris.] vt paludamento, de quo idem Plutarchus in Cæsaris vita.

954 Querens tantum se opinionem sefellisse, vt à quo genere hominum victoriam expectasset.] nempe ab equitibus, qui (vt supra scribit Cæsar) Pompeio confirmauerant, se Cæsaris exercitum dissipaturos, antequam acies vtrinque inter se concurrerent. At hi tandem pollicitis suis parum stantes, fugæ initium fecerunt: cohortibus Cæsareanis ex quarta acie fortiter rem gerentibus.

955 Montem opere circummunire.] Sic enim pro circumuenire Beroaldina recognitio legendum monet: Quia vero supra dixerat, eos, qui in vallo Pompeiano constitierant, ducibus centurionibus, & tribunis vsos in altissimos montes fugisse, qui ad castra Pompeiana pertingebant: ideo nunc ostendit, quo pacto eos Cæsar illinc deiecerit, & sibi victoriam è manibus labi non suerit. Quod si Pompeius antea post duo prælia ad Dyrhachium commissa fecisset, ipso Cæsare hoste pronuntiante victor illo de euasisset.

956 Et parua apud eos de lenitate sua &c.] Salustius in Catilinario bello; Catonis ingenium cum Cæsaris conferens; ait, hunc mansuetudine, & misericordia clarum esse factum.

957 D. Lalius.] scilicet quem ab exordio istius libri vna cum C. Triario Asiaticis nauibus à Pompeio præfectum esse scribit.

- 968 *Cassius cum classe Syrorum.*]supple, quibus à Pompeio profectus erat.
- 969 *Vibona.*]scilicet Italia oppido; quod (Mela lib. 2. testante) olim Hippo dicebatur.
- 960 *Ad Messanam.*]supple, Sicilia urbem.
- 961 *Amphipoli.*]supple, in Macedonia oppido, vt author est Pli. li. 4. cap. 10.
- 962 *Ipsa.*]supple, Pompeius ad ancoram vna nocte constitit. id est, in nauī ad ancoram ligata.
- 963 *Et Mytilenas paucis diebus venit.*] scilicet in Lesbī insulā clarissimam urbē, vt testatur Mela li. 2. & Plin. li. 5. ca. 31. Porro Lucan. lib. 8. hanc causam Pompeio fuisse dicit, vt Mytilenas adiret: quod ante Pharfalicum praelium, Corneliā uxorem suam illic deposuisset, vt à bellorum tumultibus tuta esset. Idemque Lucanus testatur, Mytilenas maximis precibus à Pompeio contempsisse, vt vel vnā noctem apud ipsos maneret; insuperque omnes facultates, & vires suas ei obtulisset: ita vt vel soli Mytilenae Pompeium victum non deseruerint.
- 964 *Antiochensium.*]Aut populorum Antiochenae in Syria regionis, vel oppidi eiusdem regionis, auctore Plinio lib. 5. cap. 51.
- 965 *Qui superiori anno consul fuerat.*] De quo vide caput istius libri.
- 966 *Rhodi.*] scilicet quae Lyciae insula est, scribente Mela lib. 2.
- 967 *Deposito aduēda Syria consilio &c.*] Lucanus in antecitato libro asserit, Pompeium constituisse se orientales hominibus (vt Parthis, & Medis) credere, & isthinc noua auxilia contra Caesarem comparare: sed Lentuli consulis sententia in concilio victum, iter ad Ptolemaum Aegypti regem instituisse. Tantum ille. Caeterum per pecuniam societatis nimirum eam intelligit Caesars, quam Syri ex societatis iure de publico pendebat. Nam statim sequitur etiam à priuatis quibusdam pecuniam esse sumptam à Pompeio.
- 968 *Pelusium peruenit.*]scilicet oppidum; quod (teste Pomponio Mela) ipsas Arabiae oras fecat.
- 969 *Quos ex riuu, supple, Pompeii exercitu, acceptos Gabinus Alexandriam traduxerat &c.*] Appianus lib. 5. de ciuilibus Ro. bellis ait, Pompeio Syriam Romanis vendicante, & Scaurum praetorem in ea statuente, à senatu post Scaurum, Gabinium praetorem institutum esse, illumque Alexandrinis bellum intulisse.
- 970 *Quod bello pradosum apud eum ordinem duxerat.*]Per prados piratas intelligit, à quibus mare Pompeius prius repurgauerat, quam Mithridatem Ponti regem debellauit. De quo lege Plutarchum, & Appianum. Quod vero ait Septimium duxisse ordinem sub Pompeio duce: ex eodem Plutarcho discimus, tribunum militum illius fuisse.
- 971 *Ibi ab Achilla, & Septimio interficitur.*] Quibus modis Pompeius interfectus sit, Plutarchus, Appianus, & Lucanus copiosius describunt.

- 972 *Caesar quum in Asiam venisset &c.*]Nimirum Pompeii insequendi causa Caesars in Asiam concesserat. Sic enim Appianus lib. 2. bellorum Ciuiliū scribit: *Tertia die Orientem versus castra mouit Caesar, fidem Pompeiana persecutus fuge.*
- 973 *Ita duobus temporibus Ephesia pecunia &c.*] Supra enim in hoc eodem libro Scipionem Ephesiae Dianae templum expilare conantem à se prohibitum esse commemorat.
- 974 *Item constabat Elide.*] Prodigia, quae sub Pharfalicæ pugnae tempus edita sunt, enumerat. De quibus legito Lucanum lib. 7. Plutarchum, & Appianum, qui pluribus hanc rem describunt. Porro Elidis oppidum Elidis religionis Graeciae est, auctore Mela lib. 2. & Strabone lib. 8.
- 975 *Ptolemaide.*]Ptolemais, Pergamus, & Tralles, Asiae urbes sunt. Porro Graeca vox *ἀδύρον* secretum, & penetrabile sacrum dicitur, *ἀδύρον* à priuandi particula, & *ἀδύρον*, id est, non ingredior, seu subeo.
- 976 *Propter necessitudines regni &c.*] Ptolemaei nanque pater per Pompeium regno suo pristino restitutus erat.
- 977 *Reliquasque eius loci opportunitates.*] Quippe quod finitima regio, principatu ingenti praedita, felix praeterea, nauibus, frumento, pecuniisque potens esset.
- 978 *Quod fasces anteferrentur.*]supple Caesari, vt pote consuli. Cum P. enim Seruilio consul creatus erat, vt ipse à capite huius libri testatur. Porro (si Fenestellae credimus) duodecim numero lictores consulem antecedeabant: qui cum fasces virgarum securim praeferebant.
- 979 *Ipsa enim necessario Etesias tenebatur &c.*] Cuius Caesar disertis verbis ait, *Etesias ventos ab Alexandria nauigantibus aduersos esse.* Etenim Cicero li. 2. de natura deorum, ventos illos admodum salubres & nauigantibus commodos esse dicit: quippe quorum flatu nimum temperentur calores, & à quibus etiam maritimi cursus celeres ac certi dirigantur. Cui & Strabo lib. 17. assentitur dicens, Etesias Alexandrinis inuente aetate à borealibus partibus, & pelago ita spirare, vt aetatem optime transigere queant. Hactenus illi de Etesiarum effectu. Quo autem anni tempore iidem orientantur, ex Aulo Gellio & Plinio didicerimus. Ille namq; li. 2. ca. 22. ait eos certo anni tempore (Eamque ob causam *οἱ ἑτησίαι δὲ τῆς ἔτους* id est, anno nomen sortiti sunt) quando videlicet canis exoritur, ex alia, atque alia coeli parte spirare. Hic vero lib. 2. ca. 49. illi consentiens, asserit, biduo post canis exortum Aquilones continuis quadraginta diebus perflare, quos Etesias, inquit vocant: mollisque creditur eis Solis vapor geminatus ardore syderis. Et paulo inferius in eodem capite, Etesias, inquit, noctu desinunt flare, & à tertia diei hora oriuntur. In Hispania, & Asia ab oriente est eorum flatus. In Ponto ab Aquilone. Reliquis in partibus à Meridie. Tantum illi. Ex quorum posteriore, & III Africae tabula apud Ptol. nunc facile conici potest, curnam Alexandria nauiganteis, Etesias ventos diuersos habe-

habeant. Quum. n. Alexandria Aegypti metropolis partim versus occasum Solis, partim contra Aquilonem sita sit: siue quis in Hispaniam, & Asiam (quo haud dubie Caesars ipse nauigaturus fuerat, si secundos nactus esset ventos) siue in Pōtum regionem, siue in parteis meridionaleis nauigio aliquis ueretur, Etesias flantibus; cum iisdem luctandū erat.

980 *Vt in arario ponerentur.*] Observabis apud verustos Romanos in more fuisse, publica instrumenta & diplomata in arario vna cū thesauris conseruare: quum apud nos in archiuis, & cameris, hoc est, testudinibus altis conseruentur.

981 *Altere eodem exemplo &c.*] Annotabis & hoc, quod Vallā recte docuerit exemplum etiam pro exemplari (quam copiam vulgus scribarum nunc vocat) apud probatos auctores vsurpari.

982 *Pro communi amico* id est, prout communis amicus cum regis Ptolemaei, tum sororis eius erat. Nam quum pater eorum rex, & amicus à populo Romano vocaretur; & Caesars eiusdem populi consulem ageret: consentaneū est, illum vtriusque communem amicum fuisse.

983 *Subito exercitus regius &c.*] Belli Alexandrini semina describere incipit.

984 *Per quos.*] Alii melius per suos legunt.

985 *Ha constabant ex Gabinianis militibus &c.*] Plutarchus in Antonii vita refert, Ptolemaei precibus Gabinium adductum, vt exercitum; quem in Syria habebat, in Aegyptum traduceret. Cuius rei paulo superius quoque, sed ex Appiano, & paulo aliter meminimus.

986 *Atque licentia venerant &c.*] Strabo lib. 17. tradit Alexandriam duob. maribus allui, vno à septentrione, quod Aegyptium dicitur: altero à meridie, quod Mariae lacus, & Maraotis appellatur. Hinc procul dubio factum est, vt ex omnium rerum copia, luxus, ingluuies, ac totius vitae licentia orta sit, qua & Gabiniani milites ex diutino commercio iam infecti erant. Nec Gabinianis solummodo hoc accidit, quin etiam mercenariis Nechaonis regis Aegyptiaci militibus id multo ante acciderit. Quo fit, vt iidem appositissima translatione, vituli saginati à propheta vocentur.

987 *Ille.*]supple, Achilles.

988 *Hi.*] videlicet Caesareani.

989 *Sed rem obtinuit Caesar, omnesque eas nauis, & reliquas, quae erant in naualibus, incendit &c.*] Paulus Orosius li. 6. ca. 15. refert nauium istarum incendio vrbis partem flammis correptam, quadragintaque librorum millia proximis forte aedibus condita exusta esse.

990 *Pharus est in insula turris &c.*] Strabo hanc turrim in praecitato loco ad hunc describit modum: *Ipsamque insulam promontorium est petra quadam mari circumdata, quae turrim habet multis tabulatis excelsum, & albo lapide mirifice extructam, eodem nomine, quo insula. Eam Sostratus Gnidius regum amicus posuit ob nauigantium salutem &c.* De quo vide Lucianum in ratione com. historia: &

Herodianum ab initio lib. 4. Hic nanque aedificii forma in similitudine graphica Phari cuiuslibet (appellatiuum enim non proprium nomen) describitur.

991 *In mare iactis molibus &c.*] Idem Strabo paulo post praecedentia, has moles describit: *Agger autem est pons quidam à continente in insulam, ad occidentalem eius partem porrectus, duos tantum aditus relinquens in Eunoesti portum, atque ipsos ponte iunctos: quod opus non modo pons erat in insulam, sed etiam aquaductus: quum habitaretur.*

IN AVLI HIRTII AVT OPII LIBRVM IIII DE BELLO ALEXANDRINO Argumentum Ioannis Rhellicani.

PRIMUM Caesaris auxilia describuntur. Dein Alexandrinorum aedificiorum structura, & totius Alexandriae situs. Tertio, praelium nauale, ex quo Alexandrinis tandem inferiores discesserunt. Quarto, pugna cum Phariis facta, ac eorundem fuga. Quinto, Alexandriae legatio, eiusdem, ac regis Ptolemaei fallax oratio. Sexto, regis interitus, Alexandriae, adeoque totius Aegypti deditio. Septimo, Res Asiatica describuntur, quo pacto Pharnaces rex Domitium Caesaris legatum praelio superauerit. Octauo, res Illyrica. Nono, res Hispana; ubi mira Cassii Longini insolentia, & auaritia depingitur. Decimo, quum Caesar Asiae prouincias ab externo hoste tutas reddidisset, quo modo easdem ab intestinis dissensionibus liberauerit. Postremo, res Pontica, ubi & Caesaris victoria de Pharnace describitur.

EIVSDEM IO. RHELLICANI IN EVNDEM librum de Bello Alexandrino Annotationes.

992 *BREGE Nabataeorū Malcho.*] Plinius lib. 6. ca. 8. & Strabo lib. 16. asserunt Nabataeos populos Arabibus vicinos esse.

993 *Ac sine materia.*] id est, ligno, vnde prius in Caesare materiari, pro lignari habuimus.

994 *Tectaque sunt rudere.*]supplendum, nomen. Teste namq; Vitruuio li. 7. de Architectura cap. 1. & Francisco Mario Grapaldo, materia pavimenti, saxa scilicet contusa, siue testae fractae, & glareae cū calce, rudus nouum vocatur. Nam & dirupti pavimenti postea rudus vetus nuncupatur. Plinius: *Complanatae erant veteres rudere via.* Dencuo Vitruuius architectus: *Tunc super stratum duces rudus, hoc est, saxa contusa duabus partibus, & vna calcis temperata constituit.* Vnde rudetum, plenum rudere locum dicimus, & eruderare, rudera absportare.

995 *Quarum alterius rei copiam exigua.*] Ex frequentibus intelligi potest, Cæsarem per alterius restentem copiam, aquam innuere. Paulo. n. inferius inquit, nullum omnino Alexandriae fontē fuisse; & partē fluminis Nili in ea urbis parte extitisse, quam aduersarii obtinebant.

996 *Quodq; utrumque palus large praeberet.*] Hanc paludem modo ipse Hirtius a meridie angustissimam oppidi partē efficere dixit, & nos ad finē superioris li. locum ex Strabone allegauimus, ubi hanc paludē, *Maria lacum*, vel *Maraorim* appellare videtur.

997 *Urbs fertilissima &c.*] Locus iste exigere videtur, ut oppidi istius primordia, situm, & fertilitatem ex bonis indicemus authoribus. Q. ergo Curtius lib. 4. de gestis Alexandri Magni refert, ab illo mari ambitum destinatum quicquid loci est inter paludem, & mare, circiter octoginta stadia. Plinius vero li. 5. cap. 10. illud ad hunc modum describit: *Sed iure laudatur in littore Aegyptii maris Alexandria à Magno Alexandro condita in Africa parte, ab ostio Canopico XII M. pass. iuxta Maraotim lacum. Metatus est eam Dinocrates architectus pluribus modis memorabili ingenio, quindecim milliū passuum latus et inserta, ad effigiem Macedonica chlamydis, orbe gyrate, lacinosam dextra, leuāq; anguloso procursum, iam tum tamen quinta situs parte regi dicata.* Hæc illi de urbis conditore, & situ. Strabo autem lib. 17. eius positum & vbertatem ita describit. *Quum Alexander eo venisset, loci opportunitate perspecta, statuit urbem ad portum collocare. Opulentia, qua postmodum secuta est, signum referunt, quod in fabrica designatione contigit. Nam quum architecti ambitus lineam gypho designarent, & adueniente rege terra defecisset, qui farinam operariis dispersabant, partem illis præbere, qua vias in plures diuiserunt: atq; id (ut mihi videtur) in bonum vniuersi acceptum est. Opportunitas quidem multiplex est. Nam duo maria locum vndiq; alluunt, alterum à Septentrione, quod Aegyptium dicitur, alterum à meridie, quod Maria lacus, & Maraotis appellatur. Hunc Nilus multis fossis tum à superioribus partibus, tum à lateribus adauget: per qua multo plura importantur, quam è mari. Quare portus qui in lacu est, dicitur esse maritimo. Qua hac exportantur ex Alexandria plura sunt, quam qua importantur. Quod qui Alexandria fuit, & dicarchiam exercuit, probe tenet: cum onerarias naues viderit, & venientes, & recedentes, quanto grauiores, ac leuiore vltro, citroque nauigant; ac diuitias, qua ex utraque parte & in mari, & in lacu portum aduehuntur.*

998 *Propter anni tempus.*] supple, *hybernum.* Vero nanq; simile est, plerumq; astatis partē iam tractatā fuisse: quippe quū tādū Pōpeius, & Cæsar inter se in Macedonia, & Thessalia pugnant.

999 *Transmarina auxilia.*] Vt ex Rhodo, Syria, Cichiaque, itē Creta: vnde nimirum audierat Cæsarem auxilia postulare.

1000 *Vt supra demonstratum est.*] scilicet in calce lib. 3. de bellis civilibus.

1001 *Natura.*] scilicet *callida.* Supra enim Hirtius ait, Alexandrinos homines esse ingeniosissimos, & acutissimos.

1002 *A Paratonia.*] scilicet *portu*, de quo Mela lib. 1. in Cyrenaicæ regionis descriptione.

1003 *Ab insula.*] supple *Pharo*, de qua in fine superioris libri. Atque hæcenus Cæsar suos consolatus est: nunc vero quando subiungit, *Fuga vero &c.* aliquot rationibus dissuadet, fugam non esse adornandam. Et primum quidem per argumentum à maiori ad minus, Quod si, inquit, hostium imperus aduersos vix ex munitionibus sustinemus, quo pacto fugientes eorum insultum sustinememus? Deinde à Romanorum difficultate, & Alexandrinorum facilitate argumenta sumit.

1004 *Proinde eius consilii obliuiscerentur &c.*] Epilogus dissuasionis.

1005 *Vt reliquis operibus intermissis.*] supple, *munitionibus eius partis Alexandria, quam Cæsar tenebat.*

1006 *Cumq; ad eum locū accessisset, qui appellatur Cherrhonesus.*] Quatuor insignes Cherrhonesi à Geographis memorantur, *Taurica, Cimbrica, Aurea, & Græca* illa inter mare Adriaticū, & Creticū sita. At de nulla istarū Hirtius hic mentionē facit. Solus Ptolemæus (quantum ego scio) li. 4. ca. 5. tabula Africa III, magnam Cherrhonesium supra Alexandriam, versus occasum ponit: de qua nimirum Hirtius hic loquitur.

1007 *Merito casurum indicabat.*] Quod scilicet longius à reliquis nauibus discesserat.

1008 *Epibatis.*] ἑπιβάτης Græcis non tantum is dicitur, qui in naui vehitur, & remigat, sed etiā pugnat. Vnde & verbum ἑπιβάτης, id est, *aggressor.* Quo fit, ut quum Hirtius ait, *naues omnibus epibatis nudatas*, simul cum remigibus etiam propugnatores innuat.

1009 *Sed scientia classiariorum.*] supple, *Rhodiensium;* quos modo Hirtius tanta nauigandi scientia, ac virtute in pugna fuisse commemorat, ut in nauali illo prælio totum onus sustinere non recusarent.

1010 *Quibus, & superioribus locis.*] id est, à quibus, scilicet *classiaris Casarensis subleuabatur.* scilicet *Alexandriani locis superioribus*, id est, eminentioribus.

1011 *Vt vix adificiis defendi possēt.*] Pro vix, scribendum est *ex.*

1012 *Omnibus ostiis Nili.*] Quorū (testante Plinio lib. 5. ca. 10.) septem sunt.

1013 *Et in portu periclitati remigio.*] id est, remigando periculum facientes.

1014 *In fronte collocant XXI I.*] id est, in dextro, XIII ac sinistro cornu, quorum vtrunq; *frons* μακροφρονῶς appellatur ab Aeliano de struen dis aciebus, ubi sic inquit: *Phalanx seorsum in priuas, summamque partes duas à fronte per totam sui altitudinē secatur: quarum altera cornu dextrum, & Caput vocatur, altera cornu laeuum, & Pes dicitur, &c.*

1015 *Cum malleolis.*] Qualia instrumenta muralia

ralia malleoli sunt, cū ex Vegetio, tum ex Ammiano Marcellino doceri possumus: quorum ille l. 4. cap. 18. sic ait: *Malleoli velut sagitta, & ubi adhaerint (quia ardentē sunt) vniuersa conflagrant.* Hic vero li. 23. in hæc verba: *Malleoli teli genus figuratur hac specie, sagitta est cannea inter spiculum; & arundinem multifido ferro coagmentata, qua in muliebris coli formam, quo vertuntur lintea stamina, concauatur venter subtiliter; & plurifariam patens, atque in aluo ipso ignem cum aliquo suscipit alimento. Et emissā lenius arcu inualido, ignitur, ictu enim rapido reextinguitur, si haerit vsquam, tenaciter cremat, & in quad; conuersa acrior: excitat astus incendiorum, nec remedio villo quam superactō puluere consopitur.*

1016 *Partem esse Alexandria dimidiam Africæ.*] Pomponius Mela li. 1. ait eam in maris Ægyptiaci litore sitam, & Africæ contēminam esse. Vnde colligitur Alexandriam dimidia ex parte ad Asiaticam oram, & altera medietate ad Africam pertinere. Si quidem Asia prima pars Ægyptus est; ut idem Mela tradit. Qua de re in Africa tabulam consulto.

1017 *Detegerentur.*] id est, amouerentur, aut reprimerentur, ut supra li. 1. de bello civili.

1018 *Discessur ab arte est.*] scilicet *regendarum nauium.*

1019 *Nec, mari effugium dabatur vicis.*] videlicet quod plures essent hostes, quam amici.

1020 *Omniaq; victoribus.*] supple, *Casarensis.* erant futura in incerto; scilicet propter Alexandrinorum perfidiam. Etenim Hirtius ipse supra ab initio istius libri testatur, eos esse genus hominum ad prouisionem natum.

1021 *Per paucos.*] scilicet *Casareanos. decertare de summa: supple, rei, ac salute omnium.* Hoc inde fortassis eueniebat; quod viderent cum gloriam, tum victoriæ commodum non ad singulos, sed ad vnum Cæsarem peruenire. Ad hæc quod non pro patria, sed aliena, & externa terra, & regno adipiscendo decertarent. Quum è contra Alexandrinorum quisque pro focus, & aris, liberis, & vxoribus suis pugnet.

1022 *Quibus pro se facultas pugnandi non fuisset.*] nimirum quod remigando armis decertare non possent.

1023 *Maritimis, nauticisq;.*] supple, *Alexandrinis.* Hac enim in re admodum solertes fuisse & loci situs, & Hirtius supra ostendit.

1024 *Vt insulam, molemq;.*] De quibus superius partim ad finem lib. 3. de bello civili, partim in hoc libro quædam annotauimus.

1025 *Et illam.*] suppleto, *insulam.*

1026 *Alteram insula.*] scilicet *Phari partem, qua adhuc ab hostibus tenebatur.* Etenim quando sub calcem superioris libri Cæsar scribit, *Pharum à se occupatam: vero simile est alteram insula partem, eiusdem Cæsaris præsidio munitam fuisse, alteram vero ab hostibus obtentam.* Id quod & in sequentia declarant verba, ubi Pharisitas oppugna-

tos fugam dedisse, atque à portu pullos esse meminit.

1027 *Et scienter angustias loci tenebantur.*] Has nimirum angustias innuit, quas Cæsar in ipso calce superioris libri ita describit, ut angustum iter vocet, quod à superioribus regionibus insule Phari, in longitudinem passuum nongentorum moles in salum iactæ efficiant.

1028 *Ad pontem, qui propior erat Pharo.*] Cæsar quoque in modo allegato loco ait, *Pharum insulam ponte cum oppido, nimirum Alexandria, coniungi.* Itaque Hirtius hic refert Cæsarem in ea portis parte prædium posuisse, quæ Pharo propior erat.

1029 *Iamque eos, qui præsidio eum locum tenebant.*] *Eum locum,* supple, *pontem,* hoc est, partem pontis, quæ Alexandriae magis erat affinis.

1030 *Et cohortium trium instar.*] id est, circiter tres; quæ locutio Latinis (quantum ego iudicare possum) infrequens est.

1031 *Quorum altero opere effecto.*] videlicet pontis fornice lapidibus opplero.

1032 *Altero.*] scilicet ut pons aduersum hostes præuallaretur.

1033 *Ad incendia onerariarum.*] supple *Romanarum.* Paulo enim superius meminit Hirtius magnum numerum minorum nauigiorum, & scapharum cum malleolis, ignibusque ab Alexandrinis contra Romanos instructum esse.

1034 *Simul qui in nauibus longis remanserant.*] supple, *Alexandrini.* Modo enim ait, quosdam ex eis nauibus egressos: & paulo superius scaphis, nauibusque longis quinque, loci angustias scienter ab eisdem defensas esse commemorat.

1035 *Milites nostri cohortium trium, qui in ponte &c.*] Paulo superius inquit Hirtius circiter tres cohortes à Cæsare in terram expositas fuisse: Vnde Hirtium hic de iisdem loqui potest.

1036 *Munitionem in pontem institutam reliquerunt.*] Non ita multo ante Hirtius commemorat, castellum ad pontem, qui Pharo propior erat, à Cæsare munitum, atque imbi præsidium esse positum.

1037 *In operibus hostium.*] Specubus videlicet, à Ganymede Arifnoes nutritio interseptis, atque omnibus urbis partibus exclusis, quæ ab ipso tenebantur: ut aquæ magnam vim ex mari rotis, ac machinationibus exprimere posset.

1038 *Manum comprehendi multum operibus, & ardentibus studiis militū.*] Locus iste in omnibus exemplaribus (quæ mihi videre contigit) corruptissimus est. Sic enim (ut modo verba apposui) *Welfianum, Aldinum & Gryphianum* adiecta stellularum legit. Solutus Beroaldi codex absque villo asterisco ita, sed æque hiantes: *Et erumpentibus Alexandrinis manibus comprehendendi multum operibus, & ardentibus studiis militum & cætera.* Quæ hæc verba Delio natatore opus haberent, non

XII

XI

XII

XIII

XIII

ralia

XIX

XIX

XIX

XX

XXI

Rhelicano in huiusmodi voraginibus, ac vorticibus natandi imperitissimum.

XXIII

1039 Puella fiduciario regno.] Puella; supple- dum, Arsinoes fiduciario regno, quod scilicet certis haud dubie conditionibus à Ganymede aliquan- diu puellæ creditum erat, vt reposcenti restitueret. Qua de re supra quoque non nihil annotauimus lib. 5. de bello Gallico.

XXIV

1040 Quod si quo factò sentirent ea, qua postu- labant.] id est, si verba cum animo consentirent, hoc fructus Cæsaris in se reportaturum sperabat, vt rex dimissus, in fide ipsius permaneret. Sin vero sui similes esse pergeret Alexandrini, dolum quoque eorum sibi magno emolumento futurum confidebat: quippe quod non amplius contra ho- minum colluuiem, ac fecem bellum gesturus es- set, sed aduersus regium exercitum. Atq; ita Hir- tius Cæsarem dilemmate, hoc est, bicipiti argu- mento in consultatione vsu, esse, demonstrat: vt vtroque res, caderet; rectè sibi consuluisse videtur.

1041 Vt ex carceribus in liberum cursum emis- sum.] sumpta est à carceribus, id est, sep- tis, vnde equi ad currendum emittebantur apud Romanos veteres.

XXV

1042 Eludentibusque militibus.] scilicet Ro- manis.

1043 Ad Canopum.] scilicet insulam Aegypti, de qua Pomponius Mela lib. 2. ac Plinius lib. 5. ca. 31. De Pelusio in superiori li. diximus. Delta, de qua Mela in eodem lib. & Ptolemæus in III. Africae tabula.

XXVII

1044 Cui loco cum appropinquare Mithridatem rex sensisset.] Quandoquidem Iosephus hanc hi- storiam fusius describens, ostendit, cuiusnam be- neficio Mithridates Alexandrinos superauerit: e- ius verba hinc transcribere non in commodum est visum. Sic ergo lib. Antiquitatum 14. ca. 16. totum istud negotium de Mithridatis ingressu in Aegy- ptum describit: Post mortem Pompeii, dum Cæsar contra Aegyptum pugnaret, Antipater Iudaorum po- tentissimus, mandatis Hyrcani obediens, dum per Corycum transiret, & minime potuisset per Pelusium viam, conficere, sed in Ascalone moraretur, Antipa- ter ei tria millia armatos Iudeos adduxit, necnon & Arabum nobilissimos auxiliatores ei parauit: & pro- pter eam omnes Syri propensius Cæsaris partem ad- iuuabant. Verum etiam Bicus potentissimus, & Ptolemæus filius eius, Libanum montem habitantes, cum omnibus ciuitatibus eandem pro Cæsare men- tem habebant. Mithridates autem surgens è Syria, quum ad Pelusium peruenisset, & eum non suscep- sent, ciuitatem obsidebat: cuius maxima virtute An- tipater primus partem mari deiecit, & reliquis viam ingredi ciuitatem parauit. & Pelusium quidem ita deuastatur. Antipater aut, & Mithridatem euntes ad Cæsarem, quum Aegyptij Iudæi transire prouinci- am viderent, que Onia dicitur, Antipater eos flexit ad Cæsaris amicitiam, principis sacerdotum literas eis ostendens. Quod quum audissent Memphitidem

habitantes, simili modo Mithridatem ad se inuita- uerunt. Ad quos cum profectus fuisset, & ad locum, qui dicitur Delta, peruenisset, confugit cum hostibus, circa locum, qui dicitur Iudaorum expeditio. Habe- bat aut dextrum cornu Mithridates, laeuum autem Antipater. Sed commisso pralio, inclinatur cornu, quo Mithridates pugnabat: qui periclitatus esset, nisi per ripam fluuii cum suis militibus Antipater currens, deuictis iam aduersariis mortis eum periculo liberaf- set. Nam victores Aegyptios ad fugam conuertens, & persecutus, castra eorum deuastauit: Mithrida- temque fugientem retinuit.

1045 Sed circumuectus eo mari, quod Africa par- teis &c.] Supra enim ex aliorum sententia Hirti- us ait, partem esse Alexandriae dimidiam Af- ricae.

1046 Eminus ex ripis pralium impar inirent.] Cæsareanis erat impar eo, quod ex locis inferiori- bus pugnandum illis erat aduersus regios milites, qui in editiori loco constituti erant. Modo nan- que dixit Hirtius, inter castra, ac Cæsaris iter, ang-ustum flumen intercessisse, quod altissimis ripis impeditum esset.

1047 Brachiaque cum opere castrorum coniu- xerat &c.] Brachia hic μετὰ τοῦ οἴκου, pro curnis munitionibus in brachiorum humanorum simi- litudinem formatis accipi videntur, vt in illo Vir- giliano lib. 3. Æn. gemino demittunt brachia muro

Turriti scopuli. Quod Donatus ita exponit, cautes sunt in formam brachiorum.

1048 Liberum accessum haberi.] scilicet à planitie, quæ ex omni parte regiae munitioni subie- cta erat.

1049 Proximo terrestri itinere.] supple, quo ex Pelusio pedestri itinere contenditur.

1050 In suam partem oppidi.] scilicet quam ante bellum confectum tenuerat.

1051 Vt quos Ptolemæus testamento scripserat.] nempe vt ex duobus filiis maior, & ex duabus filiabus ea, quæ ætate antecedeat, hæres fi- ceret.

1052 Nam maiori ex duobus pueris &c.] Ea- dem Tranquillus in Cæsare in hæc scribit verba, addens consilij Cæsareani rationem. Regnum, in- quit, Aegypti victor Cleopatra, fratrique eius minori permisit, veritus prouinciam facere: ne quandoque violentiorem nacta præsidem, nouarum rerum ma- teria esset.

1053 Dum hac in Aegypto geruntur &c.] Occa- sionem, & causam belli cum Pharnace gesti descri- bit. Porro Pharnaces Mithridatis illius magni fili- us, & rex Ponti regionis Asiaticæ erat: authoribus Suetonio, & Appiano. Fuit autem (teste Paulo O- rosio lib. 6. cap. 5.) mire in patrem impius. Quum enim Mithridates ira percitus duos filios interfe- cisset, Pharnaces exercitum in eum mouit, & ad- eo in patrem obsessum inexorabilem se præbuit, vt pater ex altissimis montibus prospectans, exclau-

mauerit: Quoniam Pharnaces, inquit, me mori iu- bet, vos si estis Dii patrum, precor vt quandoq; & ipse hanc vocem à liberis suis audiat.

1054 Comana conuenerunt.] scilicet Cappadacia oppidum, quod (teste Plinio lib. 7. cap. 3.) Sarus amnis præterfluit.

XXXV

1055 Id enim esse integrum.] id est, oportuisse Pharnacem ex minore Armenia omnino decede- re, si rem integram ad Cæsaris aduentum differ- re voluisset.

XXXVII

1056 Castraq; oppido contulit] id est, è regio- ne oppidi fixit.

1057 Mœnibus oppidi.] supple, Nicopolis.

XL

1058 At Pontica ex altera parte legio.] scilicet qua in sinistro cornu erat posita.

1059 In Asiam recepit.] scilicet proprie dictam, quæ in duas ab Agrippa (teste Plinio lib. 5. cap. 27.) diuisa est partes. Nam alioquin & Cappado- cia (per quam Domitius iter fecit) Asiae genera- liter dicta regio est. Porro Asia proprie sic vocata terminatur à Septentrione Bithynia: ab occasu reliqua Propontidis parte, Helleponto, Aegeo, Cario, Myrtoque pelago. Qua de re librum 5. Ptolemæi, c. 2. tabula Asiae prima, Paulum Oro- sium lib. 1. & D. Ioachimum Vadianum, &c. & i- mperium trium orbis partium, vbi hoc negotium e- rudite, copiose, & luculenter tractatur, consule.

XLII

1060 Hiaderinorum.] supple, Illyridis regionis populorum, ab Iaderna nimirum colonia in conti- nente sita, sic nominatorum, auctore Plinio lib. 3. cap. 21.

1061 Cum diuersissima parte orbis terrarum &c.] Ex Thessalia enim Europæ parte in Asiam, ac inde Alexandriam vsque Cæsar Pompeium fugientem persecutus est: vt supra sub finem libro 3. bellorum ciuilium patet.

1062 Propter Macedoniae propinquitatem &c.] Plinius lib. 4. naturalis historiae, cap. 23. à Lyfso (quod Liburnia oppidum est) Macedonia in- cipere refert. Quin ergo Pompeiani se ex fuga in Macedonia collegissent, facilem, & compendiarium aditum in Illyridem habebant. Quod vt re- ctius intelligas, vide Ptolemæum lib. 3. cap. 13. ta- bula Europæ decima.

XLIII

1063 Vt Salonam se recipiens.] De eadem vrbe, & colonia sermo haberi videtur, quam supra Cæ- sar ab exordio 3. lib. bellorum ciuilium Salonas vocat, & nos isthic ex Mela sententia eam in I- stria (quam Plinius Liburniam vocat) locauimus. Porro quoniam Hirtius paulo ante meminit ma- gnum incommodum à Cæsareanis in Illyrico ac- ceptum, & hic in itinere Salonam versus id factum commemorat: vero non dissimile est, Pyreos, Li- burnos, ac Istros inter Illyrios recensendos esse.

1064 In agmine.] id est, ita vt aciem instruere requireret.

XLIV

1065 Literas ad Achaiam.] Beroaldinus codex, in Achaiam ad Calensum legit, idq; meo iudicio & rectius, & latinus. Nemo nanq; latine vel medio- criter doctus dicit, scribo literas ad Germaniam, vel Ispaniam.

1066 Epidaurum.] supple, Romanorum coloniam in Liburnia sitam. De qua Plinius lib. 3. cap. 22.

XLVI

1067 In angusto mari pralium factum est.] scilicet Illyrico, de quo & Europæ picturam conspicit.

1068 Adnatat ad suum myoparonem.] Budæus in prioribus suis in Pandectas annotationibus pi- raticum, Brigantinum, seu Galionem hoc nauigij genus nunc vocari testatur.

XLVII

1069 Capit ex eo pralio pentiremem unam, &c.] Duæ istæ voces pentiremis, trivemis κατὰ βαρῶν, & λεῖν compositæ videntur ἀπὸ πέντε, τριῶν, & re- mis: quarum priores Græcæ, posterior autè La- tina est. Nam Græcæ πέντε, τριῶν, & λεῖν vocantur. Ideo autem sic dictæ sunt, quod illa quinque re- morum ordinibus, hæc vero tribus impelleretur; id quod Virgilius lib. 5. Æn. hinc versibus planif- simum facit:

Ingentemq; Gyas ingenti mole Chimæram Vrbis opus: triplici pubes quam Dardana versa Impellunt, terno consurgunt ordine remi.

Hæc ille. Fuit autè τὸ τοῦ πλοῦν πολεμικόν, si He- fychio Grammatico credimus. Porro quale nauigij genus sit Dieros, ingenue fateor me ignorare. Nihil enim tale apud grammaticos, ac neq; apud Pollucem (qui tamen nauium plerarumq; species recenset) inueni. Nisi forte Dieros id nauigij ge- nus sit, quod Græci alio nomine διήρα, hoc est, bi- remem vocant: quod videlicet duplici remorum ordine agatur.

1070 Contendit in insulam Issam.] supple, ma- ris Adriatici, de qua Pomponius Mela lib. 2.

1071 Regionum earum.] scilicet qua in insula e- rant; ita vt fortassis oppidum eodem nomine cum insula vocaretur.

XLIX

1072 Et vt largitionis postulat consuetudo &c.] Causam liberalitatis vocat, quod Cassius liberalis videri volebat, quum re vera prodigus, & iniustus largitor esset: quippe qui aliis iniuste auferret, qd aliis ad licentiam, & luxuriam fouendam largire- tur. Quæ res quam pestilens semper in omnibus rebus publicis fuerit, non tantum Longini istius, sed etiam Cæsaris largitas testimonio est. De qua lege plura apud Cic. in officiis.

1073 Quin aut vadimonio teneretur, aut in reos referretur.] Vadimonium (auctore Budæo in prioribus suis in Pandectas annotationibus) sponso est, sistendi se in iudicio. Quid autem sit tenere vadimonio, paulo postidem Budæus ostendere videtur, quum ait: Vadimonio obstricti hodie dici possunt, qui ob crimina in iudicium vocati, à iudicibus (vt sit) impetrauerunt, vt aut sua, aut sponsorum fide dimittantur ea lege, vt in diem certum, aut quandocumque iudici visum fuerit, ad iudicium sistantur, quos elargitos vocant, id est, ἐξεν- γνησθῶν. Hæc ille. Porro non in, sed inter reos le- gendum est, vt Beroaldinus codex habet.

1074 Aut erat interpellatum.] id est, prolonga- tum, productum. Præterquam enim quod inter- pellare, sermonem alicuius abrumperet, etiam du- cere significat, teste Nonio Marcello.

- 1075 *Cum in Basilicam iret.*] *Basilicam* (inquit Coelius lib. antiquarum lectionum 15. cap. 11. principio fuisse locum constat, quo sub testum ad ius dicendum principes convenirent. Cui loco dignitatis gratia additum erat tribunal. Post id quo esset ea quidem laxior, primariis testis non sufficientibus, circumaddidere porricus patulas intrinsecus, hinc atque hinc, primum simplices, mox etiam duplices. Addidere insuper alii secundum tribunal, transversamque alteram ambulationem, quam causidicam nuncupamus: quod illic rhororum turma, causidicis versarentur. Erat porro persimilis templo Basilica, proinde compari ferme modo exornabatur. Haecenus ille. Ad quæ sequentia Hirtii verba plurimum faciunt, quando ait: *Silo libellum, quasi aliquid ab eo postularet ut miles, ei tradit.* Porro Budæus in paulo ante citatis annotationibus refert, libellum à Suetonio schedulam supplicem vocari: qua populares postulata sua principibus exponere solebant.
- 1076 *Erant enim omnes Italiceses.*] hoc est, ex *Italica* Hispaniæ oppido, (de quo ni fallor & supra diximus) oriundi.
- 1077 *Semper enim Berones, compluresque evocatos.*] Sic Aldus, Gryphius, & Wolfius legunt. Beroldus autem *Varrones*, quorum lectio vtraque constare potest. Quum enim Ptolem. lib. 2. Cosmographiæ, cap. 6. tabula Europæ 11. *Berones* Hispaniæ Tarraconensis populos esse dicat, quorum hæc sint civitates, Tritium, Metallum, Olibar, & Varra: prior haud dubie *Berones* in genere: posterior autem *Varrones* speciatim Cassii satellites, corporis custodes, adeoque ei prætoris cohortis loco fuisse indicat.
- 1078 *Aut diuturnitate iam factus provincialis.*] Textus hic male distinctus est, & mutilus. Proinde eum sic distinguendum, & hiatum supplendum autumo (quo in numero erat secunda legio) qui non cum omni provincia consenserat in odio Cassii.
- 1079 *De gradu deiectionis est.*] id est, animum despondit, confertata, ac velut à statu mentis dimota est. *Proverbialem* enim (ut inquit Erasmus) allegoriam sapit hæc locutio.
- 1080 *Accersit omnes, qui sibi pecunias expensas tulerant.*] Idem Budæus in iisdem enarrationibus, quas paulo ante citavi, ait, *Expensas pecunias ferre* idem esse, quod acceptum ferre. Duas enim rationum partes esse, priorcem *accepti*, & posteriorcem *expensi*. Ni malis *expensas* accipi, pro *appensas*, supple, ad libellam.
- 1081 *Ad sacramenti redemptionem vocabat.*] id est, prouocabat eos, qui sacramento militari conscripti erant ad militiam, ut se pecunia redimerent. Nam alioquin ante vigesimum quintum annum absq; periurio, ac noxa, militiam deserere nullus poterat.
- 1082 *Hispaniam.*] supple, *Romanorum coloniam*, de qua superius lib. beliorum ciuilium.
- 1083 *Quam Q. Cassius legatus.*] suppleto, *Q. Cassii Longini prætoris.*
- 1084 *Simul dicebat.*] nimirum *cum L. Titio;*
- quem modo tribunum militum legionis vernacula fuisse demonstravit.
- 1085 *Cum ad oppidum Leptim castra haberet.*] *Betwaldina* lectio non *Leptim*, sed *Leptum* habet. Vnde non friuolis rationibus à rei circumstantia ductis colligi posse autumo, Hirtium hic non de *Leptim* minoris Africæ: sed potius de vterioris Hispaniæ (cuius tamen nomenclatura apud Geographos, quantum ego scio, non extat) oppido verba facere. Quamuis enim Hirtius modo dixerit, exercitum à Longino iustratum, legionesq; & auxilia, quæ in Africam ab eodem ducenda erant, ad traiectum esse missa: nusquam tamen meminit illa in Africam transportata. Imò vero inferius ait, Longinum in Ibero flumine aquis suffocatum. Ad hæc quum sequatur in Hirtio, Longinum noctu cum quinque cohortibus egressum (nimirum Corduba, ut ex præcedentibus colligitur) mane Leptim peruenisse: qui constat tantum iter ab eo vna nocte confectum, si non Hispanica, sed Africana Leptim intelligenda est.
- 1086 *Carbonam contendit.*] Et hic mendam esse puto, etiam si omnia, quæ viderim exemplaria ita habeant. Nam pro *Carbonam*, *Carmonam* legendum existimo, quæ Beticæ Hispaniæ vrbs est: in qua provincia & *Obucula*, & *Corduba* (de quibus mox in textu) à Ptolemæo in secunda Europæ tabula ponuntur.
- 1087 *A uernaculis oppressum ad Obuculam.*] Hirtius superius scribit, vernaculam legionem tanto Cassii odio laborasse, adeoque in eum animo fuisse: ut quum reliquæ legiones, quæ in eum conspirauerant, parafacta conspiratione, ei suppliarent, sola in sententia permaneret, neque villo timore de gradu deiectionis sit. Ideoque vero nõ dissimile est, eos in tanto erga illi odio perseverasse, quemadmodum Hirtius hoc loco narrat.
- 1088 *Provincia.*] supple, *Hispania vterior*, in qua Cordubensis conuentus (quiam à Cassio defecerat) celeberrimus erat, ut supra ex Plinio locum adduximus. Nam ex sequentibus apparet, citiorem Hispaniam in Cæsaris fide permanisse: vbi ait, Lepidum eius provinciæ prætorem ad lites dirimendas inter Marcellum, & Cassium, Cordubam venisse.
- 1089 *Quas M. Varro.*] scilicet *Pompeii legatus*, LVIII obtinuerat.
- 1090 *Certe hoc præ se Torius ferebat.*] id est, ita se gerebat, ut facile agnosci posset, eum magno Cæsaris odio, & Pompeii amore flagrare. Id quod & rei exitus declaravit. Si namque Cæsaris partem sequi voluisset, milites eum potius retinuisset, quam Marcellum prætorem nouum elegissent.
- 1091 *Ac prætextatorum.*] id est, puerorum, qui prætexta adhuc, & bulla utebantur: quod (teste Budæo in prioribus annotationibus in Pandectas) fiebat vsq; ad annu xvii, quo tempore togam virilem sumebant, deposita prætextu puerili. Idem Budæus in superioribus suis annotationibus rationem reddit, vnde prætexta dicta sit: *Toga autem*, inquit, prætexta ideo dicitur, quia toga puerili purpura prætextata erat. Idem eodem loci indicat, nobileis tantum pueros prætexta, & bulla uti solitos: idq; ad omen, & vota conciliandæ virtutis. Hæc ille. Porro si quis plura hæc de re discere cupit, Aul. Gellii lib. 1. cap. 23. & Macrobius lib. 1. Saturnalium, cap. 6. legat: vbi prætextæ, ac bullæ originem copiose enarrant.

LIX 1092 *Citra flumen Betim.*] supple, quod toti adiacenti provincie nomen dedit.

LX 1093 *Se recipientes.*] scilicet per *Betim* fluvium. Statim namq; sequitur, complures in fluvii ripis occisos. 1094 *Propter locorum difficultates.*] scilicet quod Betis alterum ducem ab altero ita se iungeret, ut vterque non sine magno periculo flumen traiceret. idque propter riparum altitudinem, crepidines, & amfractus.

LXI 1095 *Cassius fidei magis quam virtuti legionum confidebat.*] *Fidei*, supplendum, erga *Cæsarem*. Paulo enim superius scribit, Cassium Segouiz ad Siciliense flumen concionem habuisse, & comperisse: non sua, sed Cæsaris absentis causa sibi fidissimos esse milites, nullumque periculum deprecaturus, dum per eos Cæsari provincia restitueretur.

1096 *Vllam contendit.*] scilicet *Hispania vterior*, seu *Betica oppidum*; ut in secunda Europæ tabula apud Claudium Ptolemæum apparet.

LXIII 1097 *Interim Lepidus ex citiore provincia, &c.*] Cassius (ut Hirtius paulo superius commemorat) vbi intellexerat Cordubenses, & exercitum Marcelli ab ipso defecisse, literas ad regem Mauritaniz Bogudem, & ad M. Lepidum proconsulem in Hispaniam citiorem miserat. Nunc ergo quid literis illis Cassius effecerit, idem prosequitur.

1098 *Ad exeundum Cassium inuitat.*] id est, ut ex castris, & munitionibus, quibus tantum non à Marcello clausus erat, colloquiū haud dubie cum ipso & Marcello habendū pdiret. Quod quo facilius Cassio persuaderet, *fidem suam in re omni interposuit Lepidus*, id est, fidem publicam vltro citroq; commendandi Cassio dedit, Germanice, *er hat ihm ein gseit dar/vnd dannen gegeben.*

1099 *Si permaneret.*] supple, *Lepidus in sententia*, id est, si serio lites inter se, & Marcellum dirimptas flagitare.

1100 *Sed prope iam constituta opera cum complanarent.*] supple, *Marcellini milites eas munitiones, quas Cassius disiciendas postulauerat.*

1101 *Si tamen in omnibus fuit Cassius.*] id est, si modo Cassio minime opinanti, & de improviso illa perfidia, & indutiarum violatio à Bogude rege facta est. Mox enim subnectitur, *Nam de eius conscientia dubitabatur*, scilicet *utrum fida an perfida esset*. Nisi accipere mauius conscientiam, pro conspiratione, ut sit sensus: Nam dubitabatur, verum Cassius cum rege colluderet, ac rem ita ex composito inter se gereret, nec ne.

LXIV 1102 *Narbonem sub idem tempus Trebonius consul &c.*] Sic quotquot ego exemplaria vidi, le-

gunt, sed vitiosissime. Neque enim Hirtius hic ad Gallicas res describendas digreditur, id quod secundum vitiatam lectionem lectori videtur. Si quidem *Narbo* colonia Romanorum toti provincie Gallicanæ nomen dedit. At dices, quo modo igitur legendum autumas? Pro *Narbonem*, *Norbam*, quam Ptolemæus libro 2. cap. 5. tabula Europæ secunda cognomento *Cæsaream* vocat: eamque in Lusitania vterioris Hispaniæ provincia ponit. Quod autem sic lego, in causa est circumstantiarum ratio: ex qua colligi potest, Hirtium etiamnum in rebus Hispanicis enarrandis occupatum esse, Cassii videlicet gesta vsque ad finem prosequentem. Mox enim subiungit, Cassium cognito Trebonii adventu Malacam petiisse, ibique aduerso nauigandi tempore, Ibero se commississe fluuiio: atque in eo fluctibus obrutum vitam cum morte commutasse. Porro *Malaca* ignobile Hispaniæ vterioris oppidum est, si Melæ ita scribenti lib. 2. credimus. Si autem Plinio lib. 3. naturalis historiæ cap. 1. *Salduba*, vel *Malacha* oppidum modo dictæ Hispaniæ idem nomen cum fluuiio fœderatorum habet. Sin vero secunda picturæ Europæ apud Ptolemæum, *Salduba* supra *Malacam* ponitur singulari nomine: & *Malaca* maritimum oppidum est, longissime à fluuiio *Besola* distans, nec vllum aliud flumen propinquius habens.

1103 *Ne per eam provinciam.*] supple, *vltiorem Hispaniam.*

1104 *Progressus secunda (ut hyberna tempestate.)*] id est, ut hyberna scilicet tempestas secunda esse potest.

1105 *Iberum flumen.*] Vnde authore Plinio lib. 3. cap. 3. Græci totam Hispaniam, *Iberiam* vocauerunt.

LXV 1106 *Cum in Syriam Cæsar ex Aegypto venisset.*] Quoniam Hirtius supra in hoc libro scripserat, Cæsarem subacta Aegypto, & regibus in ea constitutis, in Syriam terrestri itinere profectum esse, nec quicquam subiunxerat rerum imbi gestarum: ideo nunc quid in Syria per eundem actum sit, prosequitur.

1107 *Quæ dissoluenda disciplina, seueritatisq; essent.*] Priscianus lib. 18. Grammatices ait, Latinos Atticismo in huiusmodi locutionibus vti. *Quem admodum enim*, inquit, *Attici τὸ ἐνεκα ομιτουντ, dicentes, τὸ κατὰ τὸν πρόπαι, id est, dormiendi adsum, scilicet causa: ita Romani frequenter hac prætermissione vtuntur in genitiuo nominum, quæ supinorum terminationes habent, ut populi seruandi laborat, Reip. defendenda periclitatur, deest causa, &c.* Ad hunc ergo modum & Aulus Hirtius hic locutus viderur, dicens: *quæ dissoluenda disciplina essent, scilicet causa.*

1108 *Hæc in Syria, Cilicia, Asia.*] id est, supplendū, *proprie sic dicta*; de qua iam antea satis dixim.

1109 *Tyrannos.*] Quid *Tyrannus* à Rege differat cum ex hac Hefychii definitione cognosci potest, *τύραννος παρὰ νόμον βασιλεύς, ἢ ἀρχὴν ἀπειρήσ, &c.*

απειθαρχος, id est, Tyrannus est iniquus rex, aut princeps immitis, & inhumane: tū ex Nabidis tyranni oratione apud Liuium lib. 4. belli Macedonici, vbi ait se primum à Romanis regem, mox tyrannum vocatum esse. Cæterum Dynastia Græcis à potentia nomen habet, & regnorum Domini, optimates, & magnates vocatur. Qua voce (ni fallor) & Cicero in familiarib. epistolis vtitur aliubi.

1110 Prouincia.] scilicet Asiatica, Supra enim in eodem lib. ait Hirtius, Domitium Caluinum Asiæ, & finitimis regionibus præfectum esse.

LXVI. 1111 Euocat Tarsum.] Hoc oppidum quamuis alia multa eximia habeat, tamen vnum hoc maxime eximium est, quod de diuo Paulo electo Dei instrummento, ac Gentium apostolo primario, alūno suo gloriari potest.

1112 Prouincia.] supplendum Cilicia.

1113 Cupiditate proficiscendi ad bellum.] suppleaum Pharnace in Ponto gerendum, vti paulo inferius cernere licet.

1114 Ne aut regni hereditas Ariaratem sollicitaret.] nimirum quod Ariobarzanes natu maior Cappadociæ regnum iure hæreditario adiret. Supra enim Hirtius narrat, Deiotarum Armeniæ regem ad Domitium scripsisse, eique supplicasse: ne Cappadociam regnum Ariobarzani possideri, vastarique pateretur a Pharnace. Hic ergo nunc ait, Cæsarem ita negotium temperasse, dum regnum Ariobarzani attribueret, vt minorem natu fratrum, regni hæreditas non sollicitaret: & maior regni hæres. alterum minorem potentia regali terrere, & concutere nequiret. Hoc autem ita demum esse confectum, vt Ariobarzanes sub Cæsaris imperio, ac ditione esset.

LXVII. 1115 Deiotarus tetrarches Gallogræcia.] Quæ & Galatia vocatur; de qua Plinius libro naturalis historię 5. cap. vltimo: & Strabo lib. 12. Sicuti & supra lib. 3. de bello ciuili nonnihil meminimus.

LXX. 1116 Representaturus esset.] id est, re ipsa præstaturus hoc, quod polliceretur. Sic enim Hirtius hic vsurpare videtur, vt sint fortassis duæ dictiones non vna. Alioquin me non fugit, represento, rursus præsentio, hoc est, offero, ac in memoriam reuoco significare.

1117 Qui non fuissent in se officiosi.] Ita Aldinū, Wolfianum, Beroaldinum, & Gryphianum exemplar legit, sed meo iudicio mendose. Cum enim Pharnaces officium suum erga Cæsarem commemorasset, quod videlicet Pompeianas partes non esset secutus, & per hoc Cæsari purgatus esse vellet: Cæsar responderet, se purgationem illam non accipere. Neque enim inquit, satis est, si quis in me officiosus, & interim in prouincias, & locios populi Romani iniuriosus sit, vt tu fuisti. Proinde aduerbium negandi, non, expūgendum in textu arbitror. Cæterum schema hoc Inuersio, siue aduersio à Rhetoribus vocatur: de quo Gellius lib. 1. cap. 10. quasi dicat Cæsar: Imo non mihi grati-

ficatus es in ec, quod Pompeio te non adiunxisti, sed tibi metipso. Quod enim illius partes non es secutus, hoc lucrificasti, ne a me vincereris.

1118 Infelicitatem Triarii.] Plutarchus in Luculli vita testatur, Triarium non expectato Luculli exercitu, conferto prælio, ingentem accepisse cladem. Supra nanq; septem Rom. millia occuberunt, centuriones centum & 1, tribuni militum plusquam xxiv, & quod omniū ignominiosissimū erat, Mithridates Ponti rex Romanorum castris potitus est.

1119 Milites ab operibus reuocat.] Supra enim ait, militibus præceptum fuisse, ne quis ab opere cōportandi aggerem è castris in eum locum quem hostibus præripuerat, discederet.

1120 Falcata regia quadriga, &c.] Quæ forma falcatarum quadrigarum fuerit, ex 7. Liuiano libro de bello Macedonico discere possumus: vbi Antiochi quadrigas in hæc describit verba: Armata autem in hunc maxime modum erant, cuspides circa remorem, ab ingo decem cubitos extantes, velut cornua habebant: quibus quicquid obtutum daretur, transfigeretur, & in extremis iugis bina circa eminebant falces. altera aquata iugo, altera inferior ad terram deuersa: illa vt quicquid ab latere obiceretur, abscederet, hæc vt prolapsos, subeuntesq; contingeret. Item ab anteriori rotarū vtrinq; bina eodem modo diuersa deligebantur falces.

1121 Multum adiuuante natura loci.] supple, Cæsareanos. Paulo nanque superius narrat Hirtius editissimum collem oppido Zelæ coniunctum & a Cæsare occupatum esse: & modo ait, Pharnacem in primò congressu vallem aduersus arduum collem ascendisse, ita, vt Cæsar hominis confidentiam, ne dicam temeritatem admiratus sit.

1122 Legionem sextam decedere ad pramiam.] De veterana emerita, beneq; de Cæsare merita loquitur: quippe cuius virtute victoriæ, initium modo natum erat.

1123 In Italiam celerius omnium opinione venit.] Appianus lib. 2. bellorum ciuiliū refert, præter vrbanos motus, grauissimam militum seditionem à Cæsare Romæ sedatam esse: ac deinde expeditionem Africanam factam.

IN AVLE HIRTII AVT OPPII LIB. V. DE BELL. AFRICANO Argumentum Io. Rhellicani.

Q V V M ad finem superioris libri Hirtius Cæsaris aduentum in Italiam descripsisset: nunc ab huius libri initio, quibus modis inde in Africam nauigauerit prosequitur. Deinde quo pacto Scipionem, Sextum Pompeium Magni Pompeii filium, M. Portiū Catonem cognomento Vicensem, Afranium, & Petreium vna cum rege Iuba inibi deuicerit, atq; ex huius regno prouinciam fecerit, commemorat.

EIVS-

ANNOTATIONES IO. RHELICANI. EIVSDEM IO. RHELICANI IN EVNDEM librum de Bello Africano Annotationes.

1124 TENERIBVS iustis confectis.] scilicet ex Italia Siciliam versus. 1125 Ad xiv Kalend. Ianuarii.] id est, xix Decembris.

1126 In Lilybaum.] supplendum Sicilia insula promontoriū; quod (teste Pomponio Mela lib. 2.) Africam spectat: ideoque Cæsar illam petiturus, commodissime ad hoc litus appulit.

1127 Ab incolis eius prouincia.] scilicet Sicilia.

1128 Interim in dies & naues longa adangeri.] id est, adangebantur. & oneraria complures eadem cōcurrere, id est, in Lilybæum concurrebant. Est nanque modi verborum & adangeri.

1129 Et insulam petere Aponianam, qua abest à Lilybaeo.] Quandoquidem nihil apud Geographos de Aponiana insula inuenio, mendum in quatuor prænominatis exemplaribus esse suspicor: & pro Aponianam, Paconiam legendum arbitror. Ratio autem, cur sic legam, est, quod in septima Europæ tabula apud Ptolemaum Paconiam insulam video à regione Sicilia poni versus Africā. Quod autem Hirtius ait, qua abest à Lilybaeo; ideo factū est, ne quis insulam Paconiam promontorio Siculo coniunctam putaret. Quamquā Beroaldina castigatio Florentina (ni fallor) excusa, non abest, sed victiosissime, habet.

1130 Ad vi Kalendarum Ianuarii.] id est, xxvii die Decembris.

1131 In conspectum Africa.] id est, adeo prope Africam, vt eam cernere posset.

1132 Clupeam præteruehitur.] scilicet oppidum minoris Africa, vti supra lib. 2. bellorum ciuiliū annotauimus.

1133 Neapolim.] supple, liberum Africa oppidum, autore Plinio lib. 5. cap. 4. quod (Volaterrano teste) etiam Leptis parua alio nomine dicitur, inter duas Syrtis; vbi hospitales homines Loto-phagi habitant, posita.

1134 Postquam Adrumetum accessit.] Quam Plinius in modo allegato loco liberam Libyphœnices urbem esse tradit.

1135 Oppidum interim.] supple, Adrumetini.

1136 Gubernatoribus, præfectisq;.] supple nauium.

1137 In oppidum.] scilicet Adrumetum; vbi præsidium erat, cui C. Confidius præerat.

1138 Literasq; nondum perlēctas, sicut erant signata &c.] Hinc primum Confidii fides imperatori suo data, & seruata elucescit. Deinde Rom. disciplina militaris obseruanda, qua haud dubie cautum erat: ne quis quid cum hoste, imperato-

ris iniussu aut colloqueretur, aut alio modo ageret.

1139 Neque responsum ullum datur.] scilicet L. Planco. neq; ei. scil. Cæsari, reliqua copia succurrerant. Paulo nanque superius Aulus dicit, Cæsarem Allieno prætori Sicilia in mandatis dedisse, de reliquo exercitu nauibus imponendo: quod nimirum nondum erat factum. Inferius nanque Hirtius ait, Rabirium Posthumium in Siciliam ad secundum comœatum accersendum, à Cæsare missum.

1140 Easque tyronum.] scilicet copias. Ab exordio huius libri ait, Cæsari legionem vnam tyronum fuisse, quum Lilybæum attigisset, & iamiam nauim conscensurus esset.

1141 Iter constitutum ire contendit.] Figurata vt locutio est, qualis illa Pamphili Terentiani:

Hunc scio solum solide mea gaudia gauisurum.

1142 Quæ imperasset fecere.] Facere legendum est.

1143 Ad oppidum Ruspinam.] Ruspina, & Leptis, eiusdem Libyphœnices (de qua modo diximus) libera oppida sunt, testante Plinio in præallegato loco.

1144 In Sardinia.] supple insulam maris nostri.

1145 Ad Cercinam insulam versus.] scilicet Africa; contra minoris Syrtis promontoria sitam, autore Mela lib. 2.

1146 Miserari.] id est, miserabatur.

1147 Regium equitarum.] Iuba videlicet regis Mauritania.

1148 Cum Sulpitio, & Vatino rem gesserant.] id est, militauerant, & sub illorum ducum auspiciis meruerant. De Vatino classis Brundusine præfecto supra lib. 4. bellorum ciuiliū.

1149 Cum ea copia conscendit.] Grammatici docent copiam in singulari numero abundantiam, in pluratiuo autem exercitus manum significare: at hic eam differentiam non seruata esse vides.

1150 Insidiosa nationis.] suppleto Numidica, & Maurica. Non n. multo ante dicit Mauris in amore esse, vt in insidiis cū equis inter conualleis lateant; & subito erūpant, nō vt in campo iusta acie decertēt. De Numidis vero (quos Herodianus à Græcis Masrusios vocari tradit) Procop. l. 4. de bello Vandilico ita scriptū reliquit, vbi de fœderis [religione] cū Rom. Imper. duce iēcti, & violati agit: Mārusii interea quotquot apud Byzacium, & in Numidia habitabant ad defectionem ex nulla penitus causa tendebant: ac statim fœdere soluto arma contra Romaos parare decreuerunt, & hoc quidem ex more patrio faciebant. Illis enim neq; Dei metus est ullus, neq; hominum reuerentia, neq; item iurisurandi aut obsequii vlla cura, etiam si filios, aut fratres ipsorum ducentium exercitum eos esse contingeret: denique cum nullo pacem habent, nisi cum his, quorum metu coercantur. Hæc ille. A quibus non dissentanea Polybius lib. 3. de iisdem scribens, Est hic, inquit, Numidarum mos, vt primo statim congressu dantes terga, passim fugiant: mox vero ubi vi-

sum fuerit, gradum rursus sistant, hostemq; incredibili audacia, ac robore adgrediantur.

XI 1151 *Nauium pars, de qua timebat.*] nimirum de ea nauium parte loquitur, quæ Vticam versus antea nauigare visa erat.

XII 1152 *Atq; ordinati signa se leniter consequi.*] Wolfianum, Aldinum, & Gryphianum exemplar corrupte legunt, *ordinati*: illa tamen corruptius quàm hoc, quod addit *im*. Hinc nanq; conicio Beroaldinam editionem, pro *ordinati in signa*, rectius habere, *ordinati*: vt sit sensus, Cæsar iussit equitarum, & sagittarios accersi, atq; ordinati signa se leniter consequi.

1153 *Milites in campo iubet galeari.*] id est, armari. vt *κατὰ σωμαδεξιῶν* pars pro toto accipiat.

XIV 1154 *Acies interim media.*] scilicet vtriusq; exercitus. Vnde apparet, illud superius, vbi ait, *Duo Pacidii aciem dirigunt*, ita intelligendum, vt media potissimum acie loquatur: præsertim quâ paulo post ibidem sequatur dextri, ac sinistri cornu instructio; & hic Numidas leuis armaturæ inter equites medix aciei procurrisse commemorat.

1155 *Latere.*] scilicet aciei nudato.

XV 1156 *Equites Iuliani.*] id est, Cæsareani.

1157 *Intra cancellos omnes coniecti pugnare cogebantur.*] Syponinus ait, *Cancellos* opus esse subtili materia in transfuersum compacto, ad retis similitudinem factum: quod frequentia foramina habeat. At Hirrius (si quid ego iudicare possum) simpliciter pro septis hic accipere videtur: vt sit metaphora à nocentibus sumpta, qui feris intra septa conclusis obiciuntur, vt cum eis pugnent. vel saltem ab iis, qui etiam intra septa, seu circum singularem certamine inter se congregiuntur.

XVI 1158 *Signa Decumanorum.*] id est, decimæ legionis.

XVII 1159 *Cæsar interim consilio hostium cognito.*] Quod scilicet exercitus ipsius prælonga hostium acie ita circumuentus esset, vt in orbem concluderetur: vt huic malo occurreret, ipse quoque aciem suam in longitudinem porrexit.

1160 *Conuersis cohortibus.*] scilicet ex orbe in longitudinem.

1161 *Vt vna post alteram ante signa tenderet.*] id est, extenderet se, vt sit *αφ' αλλήλων*, simplex verbum pro composito.

1162 *Ita coronam.*] id est, aciem hostium coronam instar condensaram; sicuti dicimus *verba face-re in corona doctissimorum virorum*, i. in cœtu, seu cō-sessu frequenti. Superius enim modo dixerat Hirrius aciem hostium equestrem leuis armaturæ Numidis, & sagittariis ita condensam, & condensam à Labieno, & Pacidio fuisse, vt procul Cæsariani pedestres copias arbitrarentur: præterea dextrum ac sinistrum cornu magnis equitum copiis firmatum.

XVIII 1163 *Cum equitibus Numidis M.C.*] Beroaldina castigatio (si modo typographus Florentinus non errauit in excudendo) c c c duntaxat legit.

1164 *At cohortes suis terrore firmatis.*] Beroald-

di editio pro *at cohortes, Hostes*; & ni totus fallax, rectius legit. Iam n. offendit, quo pacto animus hostibus in fugam versis sit redditus, nimirum M. Petrei & Pisonis aduentu: quorum auxiliis ad eo recreat] sunt, vt nouissimum Cæsaris agmen sese in castra recipiens carpsent.

1165 *Et ita Labienum dixisse pro concione.*] Florentinus codex à Beroaldo emendatus, pro *Labienum, Iubam* legit, sed perperam: id quod sequentia liquido commonstrant.

1166 *Vt etiam cadendo.*] id est, feriendo. *in ipsa victoria*; id est, quamuis contingeret Cæsareanos vincere, tamen fore, vt cedendo inferiores fierent hostibus, quos non omnes cædere, & occidere possent.

1167 *Quippe non illorum.*] Et hic erratum est in Aldino, & Wolfiano codice, pro quibus Beroaldus, & Gryphius rectè habent: *Quippe qui in nullo illorum sibi confideret*. hoc est, Labienus ideo hæc gloriabundus pro concione dicebat, quod in nullo illorum scilicet aduersariorum vllam salutis spem poneret. Cuius consilii Labienici circiter sex rationes Hirrius subiungit.

1168 *Ibidq; postea ex hybridis.*] id est, ex iis, qui partim ex ingenuis, partim ex seruis nati erant: tracta metaphora à semiferis subibus, vt docet Plinius lib. naturalis historie 8. ca. 53.

1169 *Præterea regia auxilia.*] scilicet *Iuba regis Mauritania*. Quæ sane nota inter alias cōplures, quas hoc loco vides, certissima est, priora verba, in concione non Iubæ, sed Labieno tribuenda esse.

1170 *Hippotoxotiasq; compluribus.*] hoc est, equitibus iis, qui arcu iaculantur: composita enim vox apud Græcos est *ἵππο τοξότης*, & *τόξον*. De qua voce & supra lib. 3. de bello civili non nihil annotauimus.

1171 *Pridie nonarum Ianuarii.*] id est, quarto die Ianuarii.

1172 *Epibatarumq;.*] id est, classiariorum, hoc est, militum in nauibus merentium, autore Budeo in priorib. Pandectarum annotationibus. Vnde autem Græce dicantur, supra admonuimus.

1173 *Sagittariisq; ex omnibus nauibus Ithyreis.*] supple *populis Cæle Syriae regionis*, de quib. Plinius lib. 5. cap. 23.

1174 *Frequentabat.*] id est, augebat suas copias.

1175 *Officinas ferrarias instruere.*] Pro *instruere*, supple *Cæsar*. Debebat autem hic nouæ sententiæ initium esse. Reddita enim iam causa, cur exercitum suum Cæsar militibus vndiq; aduocatis auxerit: nunc quo pacto bellica instrumenta, & tormenta parauerit, & de commearu prospexerit, persequitur. Id quod sequentia verba in contextu hæud obscure præferuat.

1176 *Ab audacibus, sceleratiorq; ciuibus.*] Vt pro *te Cinna & Carbone*: de quibus, & aliis rebus gestis, quæ hic recensentur, vide Plutarchum in vita Pompeii, & Appianum lib. 1. bellorum civilium.

1177 *Ad insulas Baleares.*] scil. in Hispania ad *Insulam Tarracensem littora sitas*; auctore, Mela lib. 2.

lib. 2. de quibus videto plura superius lib. 2. de bello Gallico à nobis annotata.

XXIV 1178 *Negq; per anni tempus.*] supple, *hybernum*. Nam non ita multo ante Hirrius ait, Cæsarem ad 3. Nonarum Ianuarii castra mouisse, Leptique sex cohortium præsidio relicto, in Ruspinam oppidum reuersum esse. Et paulo inferius tradit, Cæsarem cum Labieno pridie nonas Ianuarii in campis planissimis, purissimisq; decertasse.

XXV 1179 *P. Sittius interim, & rex Bogud &c.*] Quo nam pacto Sittius in Africam venerit, & Bogudi regi se coniunxerit, Appianus lib. 4. de ciuilibus Rom. bellis ita describit: *Sittius* (sic enim inibi legitur) *Roma accusationem propriam ferre non ausus, arrepta fuga, exercitum in vnum cōparauit. Deinde ex Italia, & Iberia in Libyam enauigauit. Libycis porro regibus ad inuicem contendentibus bello, per partis opem attulit. Quibus autem attulisset, continuo victoria exultantibus, Sittii nomen adeptus est. Nam exercitus eius splendide armis depugnabat. Caio demum Cæsari in Libya persequenti Rom. auxilium impendit, & Soborram Iuba præfectum perillustrem occidit.* Hæc ille. Porro quam Libyæ partem Bogud rex tenuerit, supra ex 4. Hirrii lib. conuicere possumus, vbi ait, Cassium ex Hispania literas ad regem Bogudem in Mauritaniam misisse. Vnde constat eum Maurorum regem fuisse. Verumenimvero quoniam & Iuba Bocchi filius Mauritaniæ rex fuisse scribitur: vero simile est, vtrumque obtinuisse aliquam Mauritanie partem. Cuius sane rei idoneum testem Plinium habeo, qui lib. 5. cap. 2. naturalis historie duplicem Mauritaniam ita describit: *Namq; diu regum nomina obtinere, vt Bogudiana appellaretur extrema, itemq; Bocchi, quæ nunc Cæsariensis.* Quo fit, vt & Bogud conuictis copiis suis cum Sittio, tanto celerius in Iubæ regnum incursionem facere poterit.

XXVI 1180 *Suppetias profectus est.*] scilicet *ferre, ad ferendum*, vel *laturus*. aliqui d enim tale omnino subaudiendum est, quum oratio elliptica sit.

1181 *Æstate inia.*] In Ianuario hæc, quæ hic describuntur, facta esse nihil dubito. Ex præcedentibus enim circiter tres istius rei notas inuenire est: quarum vnam & alteram modo adduximus. Ex sequentibus vero vna quidem, sed omnium certissima hæc est, quod Hirrius tradit, Cæsarem post naues onerarias ad tertium comnearum transferrandum ex Sicilia ordinatas, vt Kalendas Februarii ad Ruspinam oppidum cum exercitu profectum. Vnde conici potest, ea de quibus hic sermo est, in Ianuarii ferme medio facta esse. Prope igitur ætas erat, præsertim in Africa, vbi Cæsar tum agebat: quippe quæ Solis vim maiorem habeat, quam nostra regio. Illa enim inter cancri tropicum, & æquatorem magna ex parte sita est: hæc vero inter tropicum cancri, & circulum Arcticum. & quo plus pars aliqua versus Aquilonem porrigitur, eo tardius ætatem sentit.

1182 *Ad Allienum.*] scilicet *Sicilia prætorum*.
1183 *Et Rabirium Posthumium.*] scilicet quem antea in Siciliam miserat ad secundum comnearum transportandum.

1184 *Hyemis.*] id est, tēpestatis, seu hyberni tēporis, quia (vt modo diximus) Ianuarius nondum exactus erat. Vnde & modo dictus sensus noster de Africana ætate comprobari potest.

1185 *Et elephantum perterritum se ad suos recipere.*] Plinius lib. 8. ca. 8. his consentanea scribit, nempe elephantum minimo suis stridore terreri: vulneratosque & territos retro semper cedere, non sine magna partium suarum pernicie. Quod Scipio vt vir prudens, & solertissimus imperator præsciens, hoc stratagemate eos in hostes conuertere docuit.

1186 *Audere enim.*] scilicet *solent*.

1187 *Cui præerat Salserna.*] Supra-Hirrius tradit, Cæsarem ad tertium Nonarum Ianuarii castra mouisse, & Salsernam cum sex cohortium præsidio Lepti præfuisse. Ergo quando hic additur, *cum cohortibus tribus*, non de Salsernæ præsidio, sed Labieni cohortibus intelligendum est. Ideo que post vocem Salserna commatis distinctio ponenda.

1188 *Ante portum.*] *Portam* scribendum est.

1189 *Et ad decumanam defixo.*] Hæc lectio Aldi, Gryphii, & Wolfii est, secundum quâ Hirrius significare vult, decurionem illum ita percussum esse, vt ad decumanam. i. scutum suum amplissimum defixus sit. Sic nanq; Festus Pomp. de verborum veterum significatione li. 1. inquit, *Albesia scuta dicebantur, quibus Albenses, qui sunt Marsi generis, vsi sunt. Hæc eadem Decumana vocabantur, quod essent amplissima, vt Decumani scuti.* Cæterum Beroaldi castigatio legit, *ad terram defixo*, quorum vtrumque nō mepte hæc quadrat.

1190 *In pratorio sedens.*] id est, in prætoris, hoc est, consulis, & imperatoris tentorio. Qui enim posteris temporibus *consules*, antiquitus *prætores* vocabantur. Vnde & *propratores*, qui procul in prouincia aliqua ius dicebant, eamq; totam administrabant, dicebantur. Qui mos etiam nunc in Heluetiis apud Lucernanos, Vituduranos, Bernates, Solaturrenses, ac Friburgenses in Nuichthonibus durat. Qui enim in Tigurina, Bassiensi, Sangallensi, & Scaphusana rep. *consules*: illi in prædictis Heluetiorum urbibus *prætores* appellantur.

1191 *Et concessam vitam, & ignota peccata.*] Vt post captam Massiliam, prælia ad Ilerdam, & pugnam in campo Pharsalico factam.

1192 *Et extra vallum sili caci mirabilem romodum consui.*] Supra lib. 7. de bello Gallico admonuimus, *talas*, & *stimulos* à Cæsare vocari, quos Hirrius hoc loco *stilos cacos* appellat, eo quod terra ita infert essent, vt præ caecitate, id est, obscuritate, prima fronte vix cerneantur. *Cacum* enim tam de animatis, quam inanimatis dicitur, quod aut non videt, aut quod videri nequit.

1193 *Scorpionum, catapultarum.*] De *scorpionibus* supra diximus. *Catapultarum* autem inuētio à

quibusdam Syris, à quibusdam vero posteriori Dionysio Syracusanorum tyranno accepta fertur. Et si Grammaticis credimus à *depellendo* nomē habent: & Nonio Marcello de sermone proprietate expofitore, *catapulta iacula*, vel *sagitta celeres sunt*. Quæ autē catapultarum effigies fit, consulti Vitruuium lib. 10. de Architectura cap. 19.

1194. *In secundo commentu.*] Qui per Rabirium Posthumium accersendus erat, vt non multo ante ex superioribus (ni fallor) admonuimus.

XXXII: 1195. *Vt ante dixi.*] Modo enim dixerat, Scipionem instructissimam acie, haud ita longe à Cæsaris castris in campo constitisse.

1196. *De terrore suo.*] scilicet quem ipse Cæsareanus incussisset.

1197. *Beneficio C. Marii vsi fuissent.*] Hoc nimirum factum est; quum Marius consul vna cum L. Sylla quaestore suo, Iugurtham Numidarum regem deuicit. De quo vide Plutarchum in Marii vita, & Sallustium in bello Iugurthino.

1198. *Cæsarem, eius affinem audiebant.*] Idem Plutarchus statim ab initio vitæ Cæsareanæ docet, Iuliam Cæsaris amitam vxorem maioris Marii fuisse: ex qua Cæsaris confobrini creati sunt Marii minor.

XXXIII: 1199. *Vt manu.*] id est, militum caterua facta, & inter se conspirante, se suosque defenderent.

1200. *Considius Longus.*] De quo supra ab initio istius libri, missum à Cæsare cum classe demonstrauimus. Superius namque in hoc eodem libro narrat C. Sallustium Crispum prætorem ad Cercinnam insulam versus (quam aduersarii tenebant) cum parte nauium ire iussim, quod ibi magnam numerum frumenti esse audierat.

XXXIV: 1201. *Allienus interim proconsul.*] suppleendum Sicilia. quem supra à capite huius libri prætorem vocat. Vnde colligitur, me paulo ante recte sensisse, quando dixi *propratores* antiquitus eos Romanis dictos, qui posteris temporibus *proconsules* nuncupabantur. Porro quemadmodum Cæsar (vt Hirtius supra testatur) per catacopum Allieno significauerat, vt primo quoque tempore exercitum (qui adhuc in Sicilia ventum prosperum expectabat) in Africam transportandum curaret: ita hic à proconsule eodem factum vides.

XXV: 1202. *Atque sub manum.*] id est, in potestatem Scipionis submittere non intermittit.

1203. *In quo tritici modia milia ccc.*] Sic multoties iam dicta exemplaria omnia legunt, sed haud dubie deprauatissime. Nam primum in voce *modia* manifestus est barbarismus. Deinde vt maxime in pluratio numero *modia* diceretur, ceu alicubi apud Iureconsultos *denaria*; tamen duo substantiua ita constructa sollicitissimè sapiunt. Proinde nihil dubito, quin Hirtius pro *modio*, *modium* scripserit: sicuti & alii historici *numum* pro *numorum* sæpe dicunt.

1204. *P. Silius interim.*] Quem antea coniunctis suis copiis cum rege Bogude, in Iubæ regis ditionem fecisse incurfionem Hirtius meminit.

1205. *Ipse sexto Calendarum Februarii.*] id est, xxxvii xxvii Ianuarii.

1206. *Apparitores.*] Quos Cicero in familiaribus epistolis *statores* vocat: qui alio nomine & *lictores*, & *viatores* Latine appellantur.

1207. *Vigilia tertia iubet omnes legiones ex castris educi.*] scilicet quæ non procul à Lepi libera vrbe secundum littus facta erant: vt scribit Hirtius supra.

1208. *Velut theatri efficit speciem.*] Syponinus refert, theatrum hemicycli formam habuisse, atque ita dispositum, vt à fronte inter duo cornua scena esset. Cuius rei si figuram cognoscere cupis, Vitruuium lib. 5. de Architectura, cap. 6. & 8. vide. Vnde apparet campum istum (de quo hic loquitur Hirtius) femirotundum fuisse: ac iugum inter duas extremitates eius, veluti scenam quandam præ se tulisse.

1209. *Equestris, copiam.*] En rursus Grammaticorum differentiam inter *copias*, & *copiam* non seruata. Nam & hic in singulari numero pro exercitu pedestri, vel turma, *copiam* vniurpauit. Etenim exemplaria variant. Wollfianum enim, Aldinum, ac Gryphianum, *pedestrem*: Beroaldi autem castigatio Florentiæ edita, *equestris* legit.

1210. *Præsidiumque inde deturbarent.*] scilicet Scipionis. Paulo enim superius scribitur, in campo colles excelso paucos fuisse, in quibus singulis quum turres, speculæque antiquæ essent: apud vltimam præsidium, stationemque Scipionis collocatam esse.

1211. *A mane diei.*] *Mane* hoc loci nomen est, sicut & apud poetas sæpe legitur *mane nouum & clarum*: & veluti dicimus *sponte mea*, & *satis pecunia*. Qua de re consulto Priscianum libro decimo quinto.

1212. *Ieiuni sub armis.*] Pro, in armis stetit.

1213. *Sulito nuncio de equestri pralio allato.*] scilicet in quo Scipioniani pessime accepti, fusi, & trucidati erant à Cæsaris equitatu.

1214. *Bellis iure capto.*] vt pote in quos non amplius sære ius gentium, & militare prohibebat. Vnde facile colligitur, centurionem istum ideo noluisse Scipionem imperatoris titulo salutare; quod ius bellicum non seruaret. Supra namque legimus duos Titos captiuos ab eo interemptos.

1215. *Vergiliarum signo confecto.*] id est, completo; hoc est, quum non amplius apparerent Vergiliæ: vt pote hyberno tempore. Plinius namque lib. 18. cap. 29. ait Vergiliarum exortu æstatem: & earundem occasu hyemem incipere. Quales autē stellæ sint Vergiliæ, idem autor lib. 2. c. 42. hisce ostendit verbis: *In cauda rari sunt septē stelle, quas appellauerunt Vergiliæ*. Eadem Higinus lib. 3. astronomiæ poeticæ scribit. Hanc constellationem Germani ob situs similitudinem, *gallinam pullos suos sub alis fouentē* appellat; vulgo apud Helueticos *ein gluggery*. Caterū quia insolitū est hyber-

no gran-

no grandinare, ideo Hirtius inquit, rem Cæsari auditu incredibilem accidisse.

1216. *Oppido perquam pauci sub pellibus acquiescebant.*] *Sub pellibus*, id est, tabernaculis ex pellibus confectis. Mox enim sequitur, alios tenuiores milites tentoriola ex vestibus, & arundinibus constructurisse. Cæterum *oppido* hic aduerbium est, non nomen: ideoque cum graui accentu scribendum.

XLVIII: 1217. *Contra Sittium relicto.*] Qui scilicet ipse regnum simul cum Bogude inualerat, & iam castellum cum loci natura munitum, tum omnium rerum copia abundans cœperat.

1218. *Exercitus Scipionis à terrore Cæsaris.*] Hirtius, & mutila oratio cum in Aldi, Gryphii, tum Wollfii exemplo est: Beroaldi autem editio hiatum, & mutilationem complens, verbum *liberatur*, addit, & *καλον* appingit.

1219. *Erat in castris Scipionis &c.*] Beroaldus Cæsaris legit, & circumstantiarum ratio eam lectionem magis natuam esse comprobat. Qui enim constanter sibi ea quæ sequuntur nullo modo. Nam statim sequitur, despectis regis copiis, omnem terrorem exercitui excussim. Quod si de Scipionis exercitu intelligendum est, non cohæret cum eo, quod statim subiungitur, nempe Scipioni animum ex Iubæ aduentu additum. At nec ista pericopa, quæ incipit, *Quo facto &c.* menda caret. Pro, *illatum*, namque legendum est, *intellectu*: ad quæ modum & Beroaldina lectio habet.

LI: 1220. *Is hac ratione opus instruebat.*] Et hic locus mendosus est. Primum enim superuacaneum esset relatiuum *is*, quum alioquin nondum finita pericopa, antecedens cuius obuium sit. Deinde quod Beroaldina castigatio, pro *is*, hoc legit. Vnde coniectura adducor, vt credam, librariorum incurria pro *his*, aut saltem *id*, esse scriptum. Nam si legas *his*, durius cum præcedentibus conueniret.

LII: 1221. *Itemque equites Curiani.*] Eos nimirum equites innuit, qui sub Curione in Africa meruerant: & tandem imperatore suo interempto, alius Siciliam repetentibus, in Iubæ regnum dimissi erant. De quo vide supra calcem libri secundi de bello ciuili.

LIII: 1222. *Nauibus onerariis.*] suppleto; *sex*. Sic enim Hirtius de hoc tertio commentu transportando superius narrat: *Cæsar postquam legionibus veteranis duabus, equitatu, lenique armaturæ copiis suis ex secundo commentu auxerat: nauis sex onerariis statim iubet Lilybaeum ad reliquum exercitum transportandum proficisci.*

LIV: 1223. *Quo ceteri dissimiliter se gerant.*] hoc est, illorum exemplo edocimeliter se gerant. Habes hic egregium exemplum in Cæsare alioquin natura lenissimo, quando in maleficis animaduertendum sit: nimirum tum, (vt Cicero in Officiis suis docet) quum nulla spes est, fore, vt in melius mutantur: aut si impunes dimitterentur, verendum esset, ne aliis peccandi licentiam auerent.

Quantum enim præpostera illa lenitas, & misericordia omnibus rebus pub. semper obicit, luculentissima C. Memmii tribuni plebis oratio apud Sallustium in bello Iugurthino declarat. Porro Beroaldinum exemplar plures ignominia notatos, & ab exercitu Cæsaris dimissos commemorat. Ante T. namque *Allienum*, *Tusciū Salienum* ponit.

1224. *Triplici bello.*] scilicet vno aduersus P. Sittium; altero aduersus Cæsarem; tertio contra Gétulos, qui ab ipso defecerant.

1225. *Cæsar brachis perfectis.*] Redit ad Cæsaris munitiones describendas. Quum namque supra duo brachia ita ab eo duci, & erigi cœpta esse commemorasset, vt ad angulum dextrū, sinistrumque oppidi Vzitæ conuenirent, nunc quo pacto eadem perfecta sint; narrat. Quid autem *brachii* nomine intelligendum sit, superius libro quarto bellorum ciuiliū coniecturam nostram aperuimus.

1226. *Sub Hyempsalis regia.*] scilicet Numidie; qui Masinissæ ex Micipsa filio nepos fuit, vt scribit Sallustius à principio belli Iugurthini.

1227. *Cum C. Sæferna.*] supple, qui antea Leptino præsidio à Cæsare prefectus fuerat.

1228. *Cum nihilominus eius sermonem nunciis ad se referret.*] id est, quum adeo nihil Scipio suo mandato effecisset, vt *nunciis*, quem ad Aquinium miserat, *eius*, hoc est, Aquinii, sermonem ad se referret, id est, in se reciperet, si quid incommodi inde accipiendum foret: idemque diceret, vt Aquinius *quæ vellet* dicendo *perageret*. Neque enim puto Hirtium tam ineruditum, & male grammaticum fuisse, vt reciprocum pronomen *se*, ad Scipionem retulerit: q. d. *quum nihilominus eius*, id est, Aquinii sermonem ad se, supple, Scipionem, *nunciis referret, diceretque*; vt, id est, quomodo, *reliqua quæ vellet*, scilicet *Aquinius, perageret*, videlicet cum Sæferna.

1229. *Deducunt.*] supple, Scipioniani.

1230. *Supercilium quoddam excelsum.*] id est, collis eminentiam: metaphora ab oculorum supercilii ducta. Quamquam longe diuersa lectio in Beroaldi codice est. Nam sic, & meo quidem iudicio rectius, legit: *super aliam quendam excelsum natura locum*. Etenim quoniam supra legimus Labieni præsidium ex colle decussum, & supercilium illud, seu præaltrum illum locum haud dubie innuit, quem Scipioniani occupauerant.

1231. *Locus quidam perimpeditus.*] Nunc ostendere videtur Hirtius, quo pacto Scipioniani aliam editum locum obtinuerint.

1232. *Post autē elephantos armaturas leuēs &c.*] Leuis armaturæ milites eam haud dubie ob causam post elephantos collocauit; vt si lapilli in eorum terrorem ab hostibus eicerentur, illi quoque lapillis emissis eos in hostem conuerterent. Sic enim à Scipione instructos antea ex Hirtio didicimus.

1233. *Habuit legionem nonam &c.*] Quoniam hic locus perperam distinctus est, & non nihil ob-

scuritatis habet, eum commatis, colis, & periodis distinguam: simulque eidem (si potuero) aliquid lucis afferam: *Habuit legionem nonam, septimam in sinistro cornu. Trigesima, vigesima nona, tertia decima, quartam decimam, vigesima octauam, vigesima sextam in media acie, scilicet habuit. Ipsum autem dextrum cornu, secundam aciem, apposituē. i. quod cornu dextrum erat secunda acies, fere in eorum legionum, scilicet media aciei, (de quibus modo dixerat) parte cohortium collocauerat. Præterea ex tyronum legionibus paucas adiecerat.*

1234 *Tertia aut acie in sinistro sui cornu contulerat.*] Quandoquidem non nisi tres principales aciei partes ab Aeliano (vt supra quoque non nihil attigimus) recensentur: nihil absurdum me adferre putauerim, si per tertiam aciem, mediam aciei partem intelligendam existimem. Etenim quum ipse Hirtius modo dextrum cornu secundam vocet aciem: dubio procul lauum cornu prima vocabatur acies. Vt sit sensus, mediam aciem à Cæsare in sinistro cornu (in quo ipse versabatur) reflexam. Quo autem consilio id fecerit, Hirtius in textu exponit.

1235 *Aduersariorumq; excursionibus iter efficere non intermittit.*] hoc est, efficiebat, vt aduersarii excurrere possent. Atque ita Beroaldina, & Wolfiana lectio habet: sed dubio procul quam mendosissime. Non enim vero consentaneum est hosteis à Cæsare ad pugnam prouocatos: quippe qui nuper inferior ex pugna equestri discescerat. Nam quod modo eius equites frumentatum missi Numidas, ac Getulos aliquam multos de improviso occiderat: respectu prioris pugnae parum momenti habebat. Aldinus autem, & Gryphianus codex pro *efficere*, rectius *officere*, legit. Sed nec illa lectio mendo vacat: pro *iter* nanque, interim legendum censuerim, vt sit sensus, Cæsarem non intermisisse hostiū excursionibus officere. Modo. n. excursionum hostilium meminit Hirtius.

1236 *Legionis septima, & octaua.*] supple *Cæsaris. commectus sui*, id est, transportationis tertiæ ex Sicilia. de qua ante aliquot paginas in hoc eodem libro. De hac voce & supra lib. 5. de bello Gallico annotauimus non nihil.

1237 *Ex Cothone egressus.*] *Cothon* hic narium stationem significare videtur, quæ in angusto maris sinu erat: qualis in Cumeni lacu circa castrum *Lece* (vnde Mylitanus ille regulus, alter Viriatus, ab Heuetiis non ita pridem eiectus est) visitur. Eiusmodi nauium receptacula nostrates *μυρτα* & *ορμω* *ολλας* vocant, *hæfen*. Quemadmodum enim *olla* liquoris, & carniū: sic *Cothon* nauium receptaculum est. Et sicut illa in summo angusta, & in imo laza: sic & *Cothon* forma est. Quamquã si quis inferiorum Germanorū dialectū consideret, vernacula vox *hæfen* in isto significato non ab *olla hæfen* (quæ illis *top*) sed ab *habendo*, siue retinendo dicitur. Quod *receptaculum* superioribus Germanis *rin* hab vocatur. Illi ergo *b* in *f*, seu *β* mutantes, *hæf*, & mollius quidem quam nos pro-

nunciant. Cuius sane rei Benedictus Vmsletus Tigurinus, homo naris non obesse, summaque mihi necessitudine iunctus, me commonefecit. Si quis autem translationem vel ab *olla*, vel à *Cothone* Spartanorum poculo sumptam esse putauerit; cū illo nulla mihi pugna erit. Hesychio nanq; expōnente, *κοθων* *μυρτων* *ποτηριον*, *μυρτα* *μυρτων* *εἶδος* *ποτηριου* *ἔστι*, hoc est, poculum vniuersi anse, *figulina* poculi species est.

1238 *Et P. Ligarius Afranius.*] Ligarium ideo Afranianum vocat, quod in Hispaniis sub Afranio, & Petreio meruerat.

1239 *Quem ob peruriam, perfidiamq; Cæsar iussit necari &c.*] Ligarium ideo perfidum, ac perurum indubie vocat, quod fidem, & iusturandum violasset, quo se in Hispania obstrinxerat. Nam (vt Cæsar ipse li. 1. de bello ciuili memoriae prodidit) Afraniani, & Petreiani milites ita dimissi erant, vt posthac à neutris partibus in bello ciuili starēt.

1240 *Suam causam Cæsari probauerat.*] id est, se sufficienter expurgauerat, quo autem pacto, in orationis contextu sequitur.

1241 *Est in Africa consuetudo incolarum &c.*] Eadem consuetudo Italici (vt audio) rusticis. Africanorum consuetudo in recondendis frumentis & superioribus, & inferioribus Pannoniis iam est: vt hi non tantum frumentum, verum etiam vana, & pretiosissimas qualque res suas in subterraneis terræ meatibus condant; & adeo humilibus casualis super eos structis habitent, vt non admodum laborent, etiam si incendio conflagent. Si quando enim incendium earum forte fortuna fit, iocularibus illud dictis prosequuntur, dicentes: *armentū relas tandē expurgatas esse.* Eandem consuetudinem veteribus Germanis fuisse Cornelius Tacitus in libello de illorū moribus in hæc asserit verba: *Solent & subterraneos specus aperire, eosque multo insuper sumo onerant, suffugium hyemi, & receptaculū frugibus: quia rigorem frigorū eiusmodi locis molliunt, & si quando hostis aduenit, aperta populatur, abdita autem, & desossa aut ignorantur, aut eo ipso fallunt quod quærenda sunt.*

1242 *Postero die Iuba Numidas eos, qui loco amisso.*] Eos nimirum à Iuba in crucem actos innuit, quos supra in hoc libro à turma Hispanica ex collis præsidio, qui ad Ruspinam est, deturbatos legimus, & in fugam coniectos.

1243 *Ipse castris incensis.*] supple, *qua propter Vxitam posita erant.*

1244 *Et peruenit ad oppidum Agar.*] De hoc oppido nihil apud Geographos inuenio. Nam quod Plinius & alii *Agre* in Arabia sita meminerunt: nihil ad hūc locum facit. Neq; enim hic de Arabico oppido ab *Agaris* D. Abrahami ancillæ, & concubinae nomenclatura nominato, sed de Africano sermonem haberi contextus circumstantia satis ostendit. Statim nanq; subiungit, id à Getulis diu, multumque oppugnatum. At illi non ita pridem (vt Hirtius paulo ante testatur) à Iuba defecerant, & proxima quæque ipsius loca inuaferant.

1245 *Per iugum Casarem subsequi coepit.*] Id haud dubie iugum innuit, quod ingēs à mari prope Ruspinam ortum in campo planissimo veluti theatri speciem efficiebat: In huius nanq; iugi colle quodam Scipionianum præsidium fuisse, & vtriusq; partis castra non procul à iugo, superius commemoratur.

LXXIX 1246 *Is legionibus.*] supple, *qua frumentatum profecta erant.*

1247 *Occurrere suppetias.*] id est, auxilio venire. Quam loquendi formam vt infrequentem, & mutillam obseruabis. deest enim, *adferendum*, aut simile quiddam.

LXX 1248 *At iumenta sibi perirent.*] Aldi, Gryphii, & Beroaldi exemplar, *siti*; & meo iudicio rectius legunt quam Wolfianum.

LXXI 1249 *Cæsar contra eiusmodi hostium genera.*] supple, *qui per insidias tantummodo, & tumultuariis pugnis cum ipso congrederentur.*

1250 *Anxium exercitum nostrum, atq; sollicitum habebat.*] id est, reddebat. Quæ locutio Latinis per frequens est, vt quum dicunt, *Hæc res me sollicitum habet.*

1251 *Gravis armatura.*] id est, grauibus armis induti, *Cæsareani* videlicet, *simulacris*, id est, postquam, *ab his*, scilicet *leuis armatura Numidis, insectatus*, hoc est, impetitus. Passiue nanque hoc loco participium deponentale accipitur, sicuti apud veterustos plura alia verba huiusmodi.

LXXII 1252 *Elephantos in Italiam transportari iussit.*] Plinius lib. 8. naturalis historiae cap. 6. tradit elephantos Pyrrhi regis Epirotarum bello primū in Italia viros.

1253 *Qua pars eius corporis nuda.*] Idem eodem lib. 1. cap. 7. docet, ex proeliis cum eodem Pyrrho commissis cognitum esse, elephantorum promiscidum facillime amputari posse.

1254 *Largiter erat consecutus.*] id est, voti compositus.

1255 *Equitesq; in eos pila præpilata coniciebant.*] Idem autor in præcitato loco ca. 6. refert, Elephantos à L. Pisoni in circum Romæ ductos esse: atque vt eorum contemptus in crederet, ab operariis hastas præpilatas tenentibus per totum actos circum. Cæterum *præpilata pila* (si Grapaldo credimus) hastæ sunt, quæ ferreas habent cuspides: aut quæ absque ferro in mucronem vt sudes exacuræ sunt.

LXXIV 1256 *Transfuga suos ciues.*] nimirum *Vaccenses*, qui cum rege Iuba militabant.

LXXV 1257 *At XII Calendarum Aprilis.*] hoc est, XXI. die Martii.

1258 *Processus inuis castris.*] *Processus* aut participium præteritum verbi deponentalis à *procedor* est: aut mendum in omnibus exemplaribus (quæ mihi saltem videre contigit) est; & vice *processus*, *progressus* legendum.

1259 *Signorum conspectu perterritus.*] supple, *expeditorum Cæsaris militum.*

LXXVI 1260 *Atq; in antiqua castra copias reducit.*] supple, *quæ non procul ab Agare millia passuum*

sex longe à Cæsaris castris posuerat, ita, vt dispersitis copiis, trinis in castris confederit.

1261 *Aut commectū dato.*] id est, iure commendi, hoc est, proficiscendi ad suos: quod & *missionem* Latini vocant. Ad hunc modum Liuius li. 1. secundi belli Punici in oratione Hannibalis ad Hispanos vsurpauit, vbi Hannibal sic inquit: *Itaq; quum longinqua à domo inisset milita, incertumque sit, quando domos vestras, & quacunq; ibi sunt castra visuri sitis: si quis vestrum suos visere vult, commectum do.* Obseruabis itaq; *commectus* vocabulo tria significari, *missionem*, vulgo *ein brlab*, seu *passport*: cibum publicum, quo milites in expeditione vtuntur: & transportationem.

1262 *Minutatimq; cadebant.*] Sic Wolfii exemplar *cadebant* cum d. phthongo; Aldi vero, & Gryphii cum e simplici legitur. Beroaldus autem *cadebantur*, & ni fallor rectius habet. Modo enim verbum passiuum *vulnerabantur* etiam positum est.

1263 *Cæsar alteram alam mittit, qui satagentibus.*] *Alam*, scilicet *equitum: satagentibus*, hoc est, laborantibus, *anxiis*: & vt nostrum vulgus loquitur, *satis quod agerent habentibus.*

1264 *Stagnum salinarum.*] id est, fossarum, in quibus sal fit in maritimis locis. De quo lege Plinium lib. 31. cap. 7.

1265 *Lunatis castris.*] id est, in lunæ formam positus, quemadmodum & *lunati* vocantur *calcei*. Sic & Virgilius *peltas lunatas* vocat, quod vt Seruius exponit) *in modum Lunæ media essent formata.*

1266 *A castris*] supple, *Iulianis præsidio quod supra memorauimus.* In prima nanque pagellæ istius facie ait, Vergilium Thapsensi præsidio à Scipione præfectum esse.

1267 *Et animaduertit aciem pro vallo Scipionis, castris elephantisq; dextro, sinistroq; cornu collocatis.*] Sic vulgata exemplaria habent: sed Beroaldina castigatio ad hunc modum: *aciem pro vallo Scipionis contra elephantos dextro, sinistroque cornu collocatam.* Quarum lectionum posterior geminam ob causam mihi magis arridet. Primo quod absurdum esset, si quis castra in sinistro, aut dextero cornu locaret. id quod tamen prior lectio præferre videtur. Deinde quod supra etiam in hoc libro legitimus, aciem à Scipione ita instructam esse, vt ante eam triginta elephantos turratos constitueret. Quam sententiā & sequentia astruant, si modo recte cum distinguas, tum intelligas. Cæsar nanque triplici Scipionis aciei, triplicem quoque suam opposuit, *decima* videlicet *legione, secundaque dextro: octaua, & nona sinistro, seppe, Scipionis cornu oppositis*, (sic enim Beroaldus distinguit) *quinque legionibus in quarta acie ante ipsa cornua, scilicet dextrum & sinistram, supple Scipionis aciei oppositis: quinque cohortibus contra befias collocatis*, id est, ita, vt quinque cohortes ex singulis quinque legionibus, elephantis opponerentur.

1268 *Cantare coepit.*] supple, *classicum.*

1269 *Contra principes ire contendit &c.*] Delegationum principibus superius (nisi me fallat memoria) annotauimus locum ex Vegetii libro secundo, cap. 8.

LXXXV 1270 *Interim Thapso qui erant presidio.*] Reddit ad Thapsensem Caesaris obsidionem.

1271 *Vmbilici sine.*] id est, vsque ad finem vmbilici. Significare enim vult Thapsensibus mare ingressis aquam ad vmbilicum vsque pertigisse.

1272 *Ducem aliquem requirunt &c.*] Scipio enim (testante Appiano lib. 2. de bellis ciuilibus) per mare duodecim cataphractis nauibus aufugerat.

1273 *Salutationem more militari faciunt.*] id est, facta salutatione, admonent aduersarios vicissitudinis rerum humanarum: quippe quod ea calamitas, qua ipsi nunc premebantur, aliis quoque accidere posset. Ideoque quemadmodum secum in simili casu agi vellent, idem cum ipsis nunc agant, atque vltro ipsos armis abiectis in ditionem accipiant.

1274 *Nanque milites veterani ira, & dolore incensi &c.*] Veteranorum isthac siue inclementia, siue crudelitas inde orta est, quod Scipio ante commilitones ipsorum crudeliter necauerat. Quum enim ex secundo Caesaris commatu duae naues forte fortuna in Scipionianos duces incidissent, militesque veterani in illis vecti ad Scipionem ducti essent: ad vnum omnes ab eodem interfecti sunt, eo quod Caesaris imperatori suo fidem datam seruantes, in illius verba iurare nollent. Porro quod in textu sequitur, tantum abfuisse, vt Caesareani Scipionianis parcerent, vti etiam *urbanos* quosdam de suo exercitu, quos autores appellabant, interfecerint, hunc habet sensum: eos etiam in Iuliano exercitu in capitis discrimen coniectos, qui alii autores erant, vt Scipioniani in ditionem acciperentur, eisque parceretur. Quod si iuxta Beroaldinum codicem legas *actores*, in eadem sensum cum superiore exponi potest. *Actores* enim inter alia significata, ii quoque dicuntur, qui aliorum causas agunt, eosque defendunt.

LXXXVI 1275 *Caesar irinis castris potitus.*] id est, triperitis: nempe Scipionis, Iuba, & Labieni castris.

1276 *Re diuina facta.*] id est, quum Diis suis sacrificasset.

LXXXVII 1277 *Legis Iuliz.*] Iulius Caesar multas leges tulit, at Hirtius de ea nimirum hic loquitur, qua cautum erat, vt liberis populis libertas non auferretur. De qua consule M. Ciceronem in 38. oratione, quam in L. Pisonem habuit. Quum ergo & Vticenses suam, hoc est, ciuium Romanorum libertatem Caesaris beneficio retinissent: ad illius partes eo facilius declinabant.

1278 *Eorum castra Leuites.*] suppleto, Scipioniani e fuga (vt modo dixit) Vticam delati.

1279 *Singulis centum.*] scilicet numorum dimisit.

1280 *Idem Sylla Faustus fecit &c.*] Sylla Fau-

stus (vt Caesar supra lib. 1. bellorum ciuilium testatur) inter belli initia ex senatusconsulto in Mauritiam missus erat.

1281 *Atque in regnum ire contendit.*] Beroaldus legit, *atque in regnum Iuba tendit.* Quae lectio vel ob hoc mihi magis probatur, quod in ia citato Caesaris libro, & loco, statim superioribus annectitur: nempe quod ad eundem senatum extra urbem coactum relatum sit de rege Iuba, vt populi Romani socius esset, atque amicus.

1282 *Vna cum trecentis, qui pecuniam Scipioni &c.*] Ex Plutarchi Catone minore constat trecentos illos Romanos ciues fuisse, ac Vticae negotiatos esse: eosque Catoni adco familiares, vt de rebus grauibus deliberaturus, eosdem in consilium adhiberet.

1283 *Et sine suspitione, vultu, atque sermone &c.*] Quo vultu Cato apparuerit, & quem sermonem ante obitum suum habuerit, item quo pacto sibi mortem conscuerit, cu Plutarchus, tu Appianus Alexandrinus luculenter describunt. Et quia ad haec Hirtii verba intelligenda non parum faciunt, idcirco illius (vtpote breuius totum negotium complectentis) huc transcribere visum est. *Circa vesperam, inquit, a balneo ad cenam transiit. Discumbens porro conuiuatus est eo more, quo a Pompeii nec consueuerat, nihil solita conuersationis omittens: neque plura, aut pauciora conuiuio inferens. Cum astantibus etiam de his, qui enauigauerant, sermonem protulit, rogans an prospero vterentur vento. Postremo in cubiculum delatus, ceteros omnem, filio excepto, a se dimisit: quem solito artius complexus est. Posthac ensera lecto assidere solitum minime intuens, exclamare coepit, Se hostibus ab domesticis inermem prodi. Amicis autem illum adhortantibus, se nihil in eum machinari profertentibus, apertius hac inquit: Non mihi mori cupienti, ense opus est, facillime quidem vel veste spiritum licet opprimere, vel caput parieti vltro impingere, vel in collum praecipitare me ipsum, vt peream, vel retento spiritu obire mortem. Multaque alia elocutus, vt enses proferrent, exorauit. Quo allato, Platonis librum, qui de anima inscribitur, ab illis poscens, legere perseuerauit. Cum a lectione desisset, qui portis praesidebant, quieti indulgere monuit. Ipse autem se sub pectore impresso ense vulnerauit. Effluentibus itaque visceribus, cum strepitus infecutus esset, qui ad portas morabantur subito accurrunt. Medici quoque adhuc viscera illa sae reducere, & vulnus colligare tentabant. Ille reassumpto spiritu, dissimulare iterum, ac seipsum increpans, quod minus alte vulnus impressisset, gratias illis veluti salutis suae autoribus vltro reddere, demum se quiete indigere dixit. Illi arrepto ense discessere, & quasi quietura praeserunt portas. Cato dormientis similitudine, praeserta, obligationes vulneris silens ipse manibus diripuit ambabus, & suturas corporis perfergit sera in modum. Vulnus praeterea & ventrem vnguibus, digitisque lacerauit, visceraque disiecit; quoad tandem*

tandem extinctus est, annum iam quinquagesimum: atatis agens.

1284 *Messala vt erat imperatum &c.* Hirtius paulo superius meminit, M. Messalam a Caesare Vticam esse praemissum.

XC 1285 *Bonorum venditionem inditurum.*] id est, se denunciaturum, quando bona ipsorum venditurus esset: sicuti indicimus bellum, comitia, & institutum.

XCIII 1286 *Vitrobieque.*] suppleendum, & *Vtica, & Zama.*

1287 *C. interim Virgilius.*] scilicet qui Thapsensi presidio praefectus erat.

1288 *Saburam.*] scilicet regis Iuba praefectum, vt supra habuimus, & statim sequitur.

XCIV 1289 *In Faustum.*] supple Syllam: quem paulo ante Hirtius in Mauritiam ex Vtica praefectum scribit.

1290 *Qua Vticam diripuerant &c.*] Quinquaginta indubie equites innuit, qui & Vticensium castra extra oppidum posita oppugnauerant, & deinde etiam oppidanorum bona diripuerant.

XCVI 1291 *Hippouem regium deseruntur.*] supple, oppidum mineris Africa, de quo Mela lib. 1. Quod sane vel hinc maxime nobilitatum est, quod D. Aurelium Augustinum, inter ecclesiasticos Latinorum doctores facile principem pariterem, ac episcopum integerrimum, doctissimumque habuit.

XCVII 1292 *Triginta centenis millibus ponderis olei &c.*] Hinc illud Plutarchi in Caesaris vita, quod tantum agri ab eo in ditionem subactum sit, vt annuo prouentu percepturus esset ficus, tritici quidem ducenta in illa modium Atticorum, olei vero pondo tricies centena millia.

XCVIIII 1293 *Caraleis.*] scilicet oppidum, de quo Strabo lib. 5. Ceterum si Melae & Plinii lectio mendis vacat, pro *Caraleis, Calaris* legendum est. Ille namque lib. 2. *Vrbium in Sardinia*, inquit, *antiquissima sunt Calaris, & Sulchi*: hic vero libro tertio cap. 7. *Calaritanos, & Sulchitanos, populos eiusdem insula vocat.*

1294 *Et ante diem tertium calendarum Quintilis.*] Hoc est, xxix Iunii.

1295 *Ad urbem Romam venit.*] Plutarchus in Iulii vita asserit eum, de Alexandrinis, Pharnace, & rege Iuba triumphasse, postquam ex Africa domum redierat.

fugiens tandem in spelunca quadam latitans interfectus sit.

1296 *Porro quia de libri istius autore cu veteres, tum recentiores dubitant; ego quaestiois nodum ita enodandum censuerim. Primum quando Suetonius Tranquillus in Caesaris vita inquit, belli Alexandrini, Africani, & Hispaniensis incertum autorem esse, ac non tantum Aldi, sed omnium eruditorum, qui sextum hunc librum perlegerunt, calculo, vltimi libri stilius a reliquis Ais Ais & Ais distat: quid si dicamus, Hirtium quarti, & quinti de bello ciuili historiam scripsisse, & sexti ab Oppio descriptam? Tametsi nanque Hirtius in octauo libri de bello Gal. praefatiuncula meminerit, se ab rebus gestis Alexandria vsque ad finem vitae Caesaris historiam persecutum: tamen quia posteriores libri de vita exitu deseruantur, vero simile est, & illum sextum Hirtii librum de rebus Hispanicis iniuria temporis interuisse, aut quod vero magis consentaneum est, nusquam esse scriptum, eumque ab Oppio qualicumque dicendi genere seu de nouo compositum, seu amissum esse restitutum. Etenim quando C. Oppius Caesaris in bello Africano legatus fuit, ab eoque (vt in superiori libro legimus) Zettensi presidio praefectus est: apparet eum nominis Iuliani, & laudum eius promouendarum aequo studio fuisse, vt Hirtius. A qua sententia nec Volaterranus longe abesse videtur. Quum enim in libris suis Ais tunc edidit, in scriptis Gn. Oppii tribuni plebis, & Q. Oppii Asiae proconsulis meminisset, lib. 17. inquit, C. Oppium viuum Iulii Caesaris amicissimum fuisse, ab eoque commentarium de bello Hispaniensis scriptum. At dixerit aliquis, probabile non esse, quenquam aut Iulii, aut Octauiani Caesaris seculo tanta barbarie vsu, quanta in hoc Commentario deprehenditur. Cui responderim; Oppio illi in Latina scribendo idem accideri potuisse, quod multis aliis in sua vernacula contigit. Qui enim ab adulescentia se in commentando, & stilo exercendo in quacumque tandem lingua non exercuerunt: dum id in matura iam aetate tentant, praeter unum, eundemque sermonis colorem, innumeros barbarissimos, & solacissimos committunt, orationemque crebris hyperbaticis, & ai avrovodois obscurant, & huic reddunt. Id quod huic auctori (quippe magis exercitato in militia, quam in foro, & historia scribenda) vsu venisse in aliquot infra locis indicabimus.*

EIVSDEM IO. RHELLICANI IN EVNDEM librum de bello Hispaniensis Annotationes. 1297



VM Caesar muneribus dandis in Italia detinetur.] Quibus Caesar munera dedit, ac quae spectacula post varios triumphos Romae edidit, cum Plutarchus, tum Appianus declarant.

IN AVLIHIRTII AVT OPPII LIBRVM VI DE BELLO HISPANIENSIS Argumentum Ioannis Rhellicani.

LIBRI istius summa in tribus consistit. Primum belli Hispaniensis occasio describitur. Dein praelium ad Mundam, in quo Pompeiani inferiores facti sunt. Postremo quum Corduba, & Hispalis a Caesare essent capta, quo pacto Sextus Pompeius hinc inde

Quorum ille in Cæsaris vita sic inquit: *Post triumphos ingentia militibus donaria dedit. Ad conciliandum sibi plebem spectacula edidit: conuiuiaque celebravit: uno die in duob. ac viginti millibus tricliniis epulum prabens uniuersis.* Hic vero lib. 2. bel. ciuiliū ad hunc modum: *Militi drachmas quinque mille Atticas, turme ductoribus totidem, tribunis militum, equitibusq; in duplo maius. Adhac singulis ex populo minam unam Atticam. Spectacula quoque multifarum edidit equorum, & musici, pedestrisque certaminis: uicorum mille ad totidem certantium, & equestres pugnas ducentorum pariter: & aliud ex peditibus, equisque prelium subinde immiscēs, elephantorum viginti bellum utrinq; locatorum. Naualem praterca pugnam remigum quater millium: mille bellatoribus utraque ex parte insidentibus.* Hæc illi. Vnde apparet, quibusnam artibus, & cuniculis homines ambitiosi temp. circumueniant ac suffodiant: nimirū vt primum omnium plebis animos muneribus, & spectaculis sibi deuinciant, ac deinde oppressa libertate, eis medium ostendant digitum. Quod tandem a Cæsare quoque factum esse, supra in eius vita ostendimus.

1158 *Aliqua ei inferebatur causa.* Id est, alicuius criminis accusabatur, Græca dicendi forma. Græci namque dicunt, *ἐπιφείνειν τὸν αἴτιον*, id est, *intendere crimen.*

1199 *Latronum largitio fieret.* Id est, vt latronibus suis inde satisfaceret Cn. Pompeius, quorum opera adiutus (vt modo autor meminit) prouinciam Hispanicam vastabat.

1300 *Ita paucis commodis hoste hortato.* Id est, latronibus reip. Romanæ hostibus lacri spe allectis. Atq; hæc prima barbarismi species est, qua autor iste utitur. Deponentali namque participio pro passiuo abusus est, veterum tamen more.

1301 *C. Cæsar dictator tertio, designatus quarto.* Plutarchus ait, Cæsarem quarto consulem, non dictatorem designatum in Hispaniam contra Pōpeii liberos profectum.

1302 *Præuincia.* Supplendum, *ulterioris Hispania*, quæ eadem & à fluuio *Bethi*, *Bethica* vocatur: cuius metropolis Corduba (vt autor iste infra scribit) erat. Qua de re supra lib. 1. bellorum ciuiliū plura, si quis uolet, legere potest. Ibi enim totius Hispaniæ diuisionem ex Plinii sententia annotauimus: & ex textu inibi patet, ulteriore Hispaniam Pompeii partibus fuisse.

1303 *Qui certiore Cn. Pompeium facerent.* Et hæc τὰν ὀλογία satis indicat, scriptorem istum parum exercitatum in scribendo fuisse. Quum enim relatiua pronomina in hoc reperta sint, vt eadem rem modo dictam, sine ambiguitate, & fastidio referant: ille Battologum magis quam Brachylogum agere uoluit.

1304 *Ex prouincia.* Supple, *citerioris Hispania*; quam Cæsar supra lib. 1. bellorum ciuiliū ab ipso stetit commemorat.

1305 *Sextus Pōpeius frater* scilicet Cneo iunior,

autore Appiano lib. 2. bellorum ciuiliū.

1306 *Clam praesidia.* Sic Aldus, & Wolffius legunt: Gryphius autem *clam praesidia*; & Beroaldus, *legati clam prater praesidia*. Et priorum quidem duorum lectio vitiosa est; posteriorum vero tametsi utraque ferri queat, tamen huius lectionem illi ob hoc anteposuerim, quod uideam in Aldinis, & Wolffianis exemplaribus lectionis germanæ uestigia adhuc superesse, ita vt non nisi præpositio præter omnia sit. Illa enim si addatur, *clam* nō præpositio, sed aduerbium est, & constructio grammatica belle habet.

1307 *Ad equitatum concidendum cum exisset.* Id est, quum putaret multitudo ex oppido egressa sibi cum equitibus solummodo rem fore.

1308 *Ad Cordubam.* Et hic parū Latine præpositionem nomini loci minoris autor noster adiunxit.

1309 *Cæsar quum ad flumen Betim &c.* Hic fluuius (vt supra quoque non nihil annotauimus) toti prouinciæ nomen dedit, & Hispanicè nunc *Guadachibir* uocatur.

1310 *Tenebant aduersus oppidum è regione pontis trabes.* Aduersus oppidum, supple, *Cordubam*; quæ non longe à Beti fluuio sita est, vt in secunda Europæ tabula cernere licet. Cæterum quia ambiguum est, utrum *trabes* accusandi, an nominandi casus sit: oratio quoque ambigua redditur. Nescias enim an castra tenuerint trabes, an trabes castra. Constructionem ergo impeditā, huiusmodi coniectura expedire tentabimus, vt quum modo dixerit autor, Cæsaris copias tripartito ad castra per pontem traductas esse, in uerbo *tenebant*, subaudiendum sit *castra*, & sit sensus: *castra Cæsaris tenebant*, hoc est, pertingebant, *trabes è regione pontis aduersus oppidum*. Siquidem & Cæsar supra libro primo de bellis Gallicis non dissimili forma loquendi utitur (nisi quod hic simplex, illic uero compositum uerbum ponitur) quando ait, *pontem ex Genéua oppido ad Heluetios pertinuisse*, hoc est, pertigisse. Quid autem sibi cum hoc uelut, quod addit, *ut supra scripsimus, bipartito*, ingenue fateor me ignorare. Nusquam enim neq; hoc, neq; in aliis libris (quantū ego memini) huius tractationis, & castrametationis recordatur. Nisi forte pro *bipartito, tripartito* legendum sit; & supra aduerbio vsus sit autor, pro modo. Atq; hanc expositionem quæ sequuntur non friuolam esse comprobant, quando ait pari ratione à Pompeio cis Betim castra esse fixa.

1311 *Sed tumulos tumulis exaquabāt*]i. quantū aceruum & stragem castrorum vnus faciebat exercitus, tantum & alter.

1312 *Circumcludit Cæsaris equites.* Et hic ambiguum est, utrum Pompeiani Cæsaris equites circumcluserint, & conciderint; an Cæsareni equites Pōpeianos. At est præcedentia, tū subsequencia magis arguunt Pōpeianos à Cæsare concisos esse. Modo. n. ait, aliquot castella in hoc à Cæsare occupata, vt Pompeii aduentū, & insultū reprimeret: &

MOX

mox subiungitur, post cædē illam, Pompeiū in sequenti nocte trans flumen Salsum fugisse. Quod minime facturus fuerat indubie, si qualicumq; uictoria ad Ateguam potitus esset.

VIII. 1313 *Propter terra fecunditatem inopem &c.* Ante inopem comma ponendum est, non post, vt Wolffianum, & Gryphianum exemplar distinguit.

1314 *Grummus est excellens natura.* Grummus, expositore Nonio Marcello, *agger à congerie dicitur*. Accius Oenomaos, *Quærciūq; insisterā grumum, aut præcisum iugum.*

X. 1315 *Isigna Saguntinorum retulit quinq;.* Saguntini à Sagunto Hispaniæ citerioris oppido dicuntur, vt apud Pliniū li. 3. ca. 3. patet. De quorū indubitata erga Romanos cōfœderatos suos fide Liniū consulto lib. 1. secundi belli Punicī, & prouerbium apud Erasimum, *Saguntina fames.*

1316 *Rex nomine Indo &c.* Plutarchus in uita Alexandri Magni tradit, Cæsarem Athenis comitem quemdam habuisse nomine *Indum*.

XI. 1317 *In oppido acerrime pugnatum est.* Ateguā haud dubie intelligit. Hanc. n. supra munitionib. & brachiis à Cæsare circumdatā; aggeres, vineasq; ab eodē actas esse legimus ad oppid. oppugnādū.

1318 *Quibus ignis per iactus solitus est mitti.* Vt scilicet in cupis pice, ac feno cōpletis: quemadmodam supra lib. 8. de bello Gallico legitur.

XII. 1319 *Pari consuetudine uigilia secunda &c.* Reddit ad Ateguæ oppugnationem, ac propugnationē.

XIII. 1320 *Qui præsidit causa præpositi à Pōpeio essent, orabant.* Supplendū, *ut Cæsaris pace liceret cū suis impune decedere*. Statim namq; sequitur, à Cæsare responsum; *Victoris esse conditiones dare uictis, non ab eis accipere.*

XV. 1321 *Hospites, qui in oppido erant.* scilicet *Ateguæ*. Sic enim Sabellius intellexit, eumq; non falsum esse cum sequentiatum præcedentia accurate perpensa declarant.

XVI. 1322 *Quum bene magnam partem muri.* scilicet *munitionū Cæsareanarum consumpsissent*. Siquidem *murus* (teste Laur. Valla) non tantum lapideus urbis ambitus est, sed urbis quoq; similitudine, ut munitionum, castrorumque.

1323 *Præterea argentum, & uerimenta.* scilicet *extulerunt*. Hoc enim uerbum ex superioribus repetendum est.

1324 *Nam quod existimabat eos posse conatum efficere.* Existimabat, scilicet *tabellarius*, de quo iam dixit.

1325 *Eos.* Supple *milites, cum quibus in Pompeii castra perrupturus erat.*

1326 *Oppido resesserunt.* Id est, in oppidum, vt sit septimus casus, iuxta Seruii expositionem in illo Vergilii carmine: *Inferretq; Deos Latio.*

XVII. 1327 *Et hominem.* scilicet *C. Antonium.*

1328 *Apprehendit.* Supple, *Tiberius Tullius.*

1329 *Refugerunt ad Cæsarem.* scilicet *Tullius, & Cato Lusitanus.*

1330 *Et qui uitam sibi peteret.* scilicet *aliquis ex tabellariis deprehensis.*

1331 *Ita facturus de ligno* Id est, lignea turri, uti modo præcellit, ut sit *πύργος*, materia pro materiato.

1332 *Turris lignea, qua nostra fuisse, ab imo uitium fecit.* Id est, ruinā minata est; seu hostili incendio corruit. Sic enim Boetius philosophus, & orator Christianus, cum pius, tum disertus, illud Ciceronis exemplum in Topicis *in iure Ciuili sumptum: Si ades exesa corruerint, uitium fecerint &c.* interpretatur. Vnde mirari haud immerito quispiam posset, quo nam pacto tam elegans Iureconsultorum dicendi forma putido illi scriptori in mentem uenerit.

1333 *Reliquos in oppidum iussit deduci*] In oppidum, scilicet *Vcubim*. Modo namq; dixit, castra à Pompeio Vcubim mora esse, ac deinde Vcubensibus conuocatis, ab eodem edictum, vt diligentia adhibita expiscarentur, quinam suis, & qui hostiū partibus studerent.

1334 *Qui quum ad oppidum uenissent.* scilicet *Ateguam*, id quod ex præcedentibus, & consequentibus colligi potest.

1335 *Oppidanorum bona uendere.* Supple, *eum, qui legatos Cæsareanos iugulauerat.*

1336 *Profugere in Berburiam.* Plin. li. 3. naturalis historiae ca. 1. *Beturiam* in duas partes, totidemque gentes diuidit, Celticos, qui Lusitaniam attingunt, Hispanensium conuentus: & Turdulos, qui Lusitaniam, & Terraconensem accolunt.

1337 *Nostris cæsere parumper.* *μεινός* est, pro, fugam dederunt.

1338 *Hic ferrur Achilles, Memnonisque congre.*]

XXV. Quo pacto Achilles cum Memnone congressus sit, nusquam me legisse fateor. At quantū ex Cœlio coniectare licet, hoc prouerbium ex antiqua Ennii tragœdia citatum est. Libro. n. 14. lectionū antiquarum ca. 48. ait se ex Pompeii Festi fragmentis collegisse, quandam Ennii Tragœdiam fuisse, cui titulus *Achilles Aristarchi*. Vnde quantum ex huius quoque contextus Oppiani circumstantia deprehendi potest non diuersum ab eo adagio esse uidetur, quod Erasmus ex Virgilio, & D. Hieronymo annotauit, nempe *Dares contra Entellum*. Dum enim Turpionem uerbis corporis fidentem, & quemlibet prouocantem Oppius tradit: necessum est, ab Ennio, aut alio quocunq; tandem poeta, Achillem contra Memnonem introduci, sicuti à Marone Dares aduersus Entellum. Quamuis autem Achilles *πρὸ δαίμωνος* ab Homero, hoc est, uiribus præstans fingatur: nihilominus tamen Memnone inferior putandus. Quippe de cuius fortitudine passim tam multa præca ferme omnes commententur. Qua de re consulto eundem Cœlium li. antiquarum lectionem 2. cap. 4.

1339 *Equites Romani hastes.* Et Sabellius, & Beroaldus *Astēs* ab *q;* aspiratione legunt: & si quid ego iudicare possum, mel. Siquidem Pōpeio? Mela l. 3. *Astā* procul à littore distita coloniā in Hispania ponit. Quod huc maxime quadrat. Quippe quum & Oppi? eos hic *Romanos equites* uocet, & paulo in-

ferius equitum Romanorum ex Hispaniensibus coloniis, & oppidi Astæ meminerit.

1340 *Noftrisq; adhuc freti praesidiis*] Vt Ateguæ, vnde Pompeianum praesidiū deiectū est à Iulianis.

1341 *Bellum ducunt*] id est, producunt. quæ à Phœnicis perquam familiaris est Liuii. & aliis historicis.

XXVII 1342 *Equites*.] Indubie Cæsareni.

1343 *Serui*.] supple, Pompeiani. transfugerunt, scilicet ad Cæsarem.

XXVIII 1344 *Vexillum proposuit*.] hoc est, pugnae signum dedit. Etenim (sicuti ex superioribus de bello Gallico libris, & ex Plutarcho discimus) quoties Cæsar pugnam indepturus erat, rubro proposito vexillo suis pugnam denunciabat.

1345 *Idcirco enim copias eduxerat, quod Versaonensium civitati fuissent fautores*.] Eandem civitatem nunc Versaonem appellare videtur: quam paulo superius Saonē vocat. Idq; ex eo collegi, quod mox subiungit, *Fausto* (sic enim Beroaldus legit) *antea literas esse missas*, in quibus continebatur: *Cæsarem nolle in consuallem descendere*. Apparet autem Faustum illum (ad quem Pompeius hæc scripserat) Saoni præuisse: etiam si hoc in superioribus literis non deprehendatur. Quum ergo Cæsarem audiuisset in campestria se contulisse, Pompeius æquum dimicandi cum eo locum nactus, ea, quæ Saonenibus pollicitus erat, præstare voluit, dum copias in aciem eduxit.

1346 *Etenim & natura loci defendebatur*.] supple, Pompeius.

1347 *Et ipsius oppidi*.] scilicet Munda.

1348 *Vt superius demonstrauimus*.] Ab exordio ferme istius libri Oppius narrat, vterioris Hispaniæ regionem, propter edita loca, & ad castrorum munitiones non parum idonea, difficilem oppugnatu esse.

XXIX 1349 *Nonnulli etiam timere*.] Apparet historicum illum historia Cæsareanæ de hoc prælio Mündensi aut non peritum fuisse, aut maligne eam, infideliterque ne dicam insulse literis mandasse. Plutarchus namque, & Appianus tantum terrorem exercitui incussum esse scribunt, vt pugna etiam incepta, & executi nequiret; donec Cæsar militis euiusdam clypeo arrepto, duces circumfidentes in hunc modum affatus est, *Erit hic mihi vitæ finis, vobis autem rei militaris dies ultima*. Causam autem tanti timoris, multitudinem, experientiam, desperationemque hostium fuisse perhibent. Quo fieri non pauci (vt Oppius hic ait) sed magna exercitus pars adeo percussâ fuerit, vt Cæsar post pugnam ad familiares suos conuersus dixerit, *Sapienter numero pro victoria, nunc autem primum pro vitâ dimicanti*.

XXX 1350 *Eum locum definire cepit*.] nimirum vt milites ipsius nosset, quatenus progrediendum esset, dum hostem insequerentur.

1351 *VL magno tamen periculo accessus eorum haberetur*.] id est, vt tamen non sine magno Cæsareanorum periculo aditus pateret.

1352 *Hic decimarii*.] hoc est, milites decimæ

legionis, quam Cæsar (vt in bellis Gallicis videre est) maximo semper amore prosecutus est.

1353 *Quibus oppidum fuit subsidio*.] Mundam XXXI innuit. Supra enim ait Pompeii castra huic oppido propinqua fuisse.

1354 *Ira ipsi liberalibus*.] id est, iis qui liberaliter, ingenue, ac fortiter pugnantes occubuerant.

1355 *Quum oppidum Mundam sibi constituisent praesidium*.] Appianus refert Pompeianos fugientes Cordubam se recepisse: eamque à Cæsareanis tandem expugnatam esse. Atque quominus eius variationem miremur, antea tradit, pugnam illam non procul à Corduba esse factam.

1356 *Cæsar ex prælio munitione circumdata*.] XXXII supplendum, *Munda oppido*: quod modo hostium cadaueribus, pilis, & scutis loco cespitum à Cæsareanis circumuallatum esse dixit.

1357 *Cæsar flumen traiecit*.] Betim haud dubie supra nanque ex secunda Europæ tabula Ptolemaica diximus, Cordubā non lōge à Beti dissitā.

1358 *Scapula totius seditionis &c*.] Appianus Scapulam vnū ex Pompeii ducibus fuisse tradit.

1359 *Ipsæ de tempore cœnauit*.] Et hic auctoris barbaries elucet, quando inquit, *de tempore, pro in tempore*.

1360 *Vinum, & nardum identidem sibi infundit*.] Beroaldus *vinum, resizam, & nardum* legit. Ne cui autem mirum videatur resinam Romanis olim in deliciis fuisse, Plinius lib. 14. naturalis historiae auctor est: vina asperiora in aliqua Italiae parte rabulana, pice, ac resina mitigata esse. Porro per *nardum* vel vnguentum nardinum, vel factitium vinum ex nardo intelligere possumus. De quo videto eundem Plinium.

1361 *Quos circummunitiones superius demonstrauimus*.] Mandense praesidium innuit. Supra enim ait eos, qui ex prælio effugerant, se Mundam recepisse: eamque dein à Cæsare circumuallatam.

1362 *Erat bene magnum intra Pompeianas partes*.] Apparet locutionem istam alioquin non illepidam, aut plus satis auctori huic arrisisse, aut eum præ nimia verborum inopia nequiuisse alia ad vitandam *repetitio* vt. Nunc enim decies, & infra aliquoties illam vsurpauit, & quod maiorem nauseam facit, aliquoties in duabus periodis perpusillo spatio inter se distantibus; vt hic luce clarius cernitur.

1363 *Clam cuidam Philoni in &c*.] Beroaldus aliter ad hunc legit modum: *clam erga quendam Philonem illum*. sed (nisi totus fallor) vtraque lectio vitiosa est. Si nanque priorem sequamur, constructio grammatica parum obseruata est. *clam* enim non cum dandi, sed auferendi casu constituitur. Sin posteriorem, æque inepta ferme verborum structura, & oratio imperfecta est. Quocirca illam sic emendauerim, *clam quidam Philone illo, nam quidā etiam, pro quodā secundā Donati grammaticam dicitur*. Hanc vero (quā etiā magis probō, ad hunc modum: *clam ergo Philonem illum, splendendum praesidium Pompeianū amandat*; vt *clam* aduer-

aduerbiallyter ponatur.

1364 *Hic clam praesidio*.] supple, Cæsareano.

1365 *Lusitaniam proficiscitur*.] Beroaldinus co-dex præpositionem in additam habet.

XXXVI 1366 *Quod Pompeium in potestate haberent*.] Cnæum innuit Pompeium. Supra nanque refert Oppius, Cnæum cum equitibus paucis, nonnullisque peditibus ad nauale praesidium Carteiam contendisse.

XXXVII 1367 *Saucius Pompeius*.] supple, Cnæus. Appianus nanque scribit illum à Carteis lectica ablatum esse.

XXXIX 1368 *Pompeius humero, & sinistro cruce vehementer erat saucius*.] De eodem adhuc loquitur Cnæo. Cæterum quo maior lux obscuræ huic descriptioni addatur, dilucidiora Appiani verba de illo saucio huc adscribam. *Cum autem, inquit, & eos, qui ipsum in lectica portabant, desperantes intueretur, veritus ne ab illis traderetur hostibus, fuga denuo in ita scapham ingressus est: pede casu à funibus implicito, dum funem gladio secare nititur, pedis plantam gladio abscidit &c*. Vnde iam facile etiam Wolfianæ editionis mendam tolli potest, quæ pro *talum, telum intorsisset*, legit. Nam quemadmodū & Sabellicus interpretatur, nihil aliud Oppius significare vult, quam pedem Pompeii luxatū esse.

XXXIX 1369 *Lusitanus more militari*.] hoc est, quum Pompeius Lusitani militis habitu à Iuliano praesidio conspectus esset.

1370 *Exclusa munitione, amissisq; auxiliis &c*.] Et hunc locum, Appiani verba plan orem facere possunt, quæ sic habent: *Quum denuo quaeretur ab hostibus, per iter profundum, dumisq; obsitum, fuga elabatur: sentibus vulnus stimulantibus, sub arbore tandem fessus, constitit*. Deprehensus itaque ab his, qui illum inquirebant, non ignaue se protegens interfectus est.

1371 *Pridie Iduum Aprilis caput*.] scilicet Cnæi Pompeii. allatum, supple, à Didio, vt Plutarchus scribit. Vt autem Appianus addit, Cæsar illius caput ad se perlatum humanum curauit.

XL 1372 *Interfecto Cnæo Pompeio adolescente*.] supplendum, *maioris natu*, vt supra ex Appiano citauimus. Nam (eodem auctore) eius frater adulescē-tior fugæ reliquias in vnū congregabat: & ipse Pompeius appellabatur, *Sexius* prænominis, verum idem latitans, & fugiens prædabatur.

1373 *Lusitani qui ex pugna*.] supple, *tumultuaria ad Hispalim commissa superferunt*.

1374 *Erant parati*.] scilicet Lusitani.

1375 *Incessisq; qui subsidium repeterent*.] id est, qui se in subsidium suum reciperent.

1376 *Ac deinde Versaonem proficiscuntur*.] Idem XLIX oppidum esse videtur, quod auctor supra cum Saonem, tum Versaonem, & Plinius Versonem appellat. Nam & isthic exemplaria quædam pro *Verso, Vrso* habent. Ponitur autem in Hispania Betica.

1377 *Commemorat initio quaestura sua*.] Oratio hæc expositulatiuæ generis est. Primum nanque ingentia beneficia non solum in Hispalensis, verum etiam totam vterioris Hispaniæ prouinciæ Cæsar commemorat: ac deinde eorundem maleficia vicissim recenset, atq; immanem ingratitude-m eis exprobrat. Cæterum quod Oppius *Quæstura*, ac *Prætura* eiusdem apud Iberos gestæ mentionem esse factam tradit, non friuolum, & commentitium est. Siquidem Plutarchus in illius vita recenset, Cæsarem Quæstorem cum Tuberone præ-tore in Iberiam profectum esse: & postea ipsum quoq; inibi præturam gessisse.

1378 *Multis legibus abs se in senatum inductis*.] Beroaldina repastinatio, *legationibus*, & (ni fallor) rectius habet. Quamquam enim multæ leges à Iulio latæ sint: melius tamen, & conuenientius dicitur, legationes in senatum introductas, & earum causas à Cæsare susceptas esse. Tales nanque leges non ad senatum tantum, sed etiam ad populum ferebantur.

1379 *Vos iure gentium, & ciuium Romanorum institutis cognitis &c*.] Quoniam hic locus cum in Wolfianis, tum Aldinis, & Gryphianis exemplaribus deprauatissimus est: idcirco historia istius studiosis haud ingrati fore arbitror, si eum ex Beroaldi castigatione rectiorem fecero. Sic ergo ea, quæ modo adduxi, continentanda sunt, *more barbarorum, populi Romani magistratibus, sacrosanctis vim semel, & saepius attulistis &c*. Quando autem *luce clara* Rom. magistratum ab eis internitioni destinatum dicit: haud dubie illam taxat perfidiam, quæ a Pompeiano praesidio orta, eo euasit, vt Lusitanis Hispalim Philonis opera receptis, magna clades à Cæsareano praesidio accepta sit. Quamquam id non interdum, sed noctu factū esse superior Oppii descriptio ostendit.

1380 *Quarum laudibus, ac virtute*.] Nemo non videt orationem illam, & totum librum mutilum esse. Neque enim illa perfecta est, neq; hic vt decebat finitur.

IN C. IVLII CÆSARIS CLARISSIMI ROM. IMPERATORIS

Commentarios de bello Gallico ac Ciuili HENRICI

GLAREANI Poetæ Laureati Anno-
tationes.

Et eiusdem in reliquos tres libros Argumenta.

Quum potissima pars præfationis, quam Glareanus suis in Cæsarem Annotationibus præfixit, quæq; ad Barones a Gebennis directæ est, de Cæsare agat, illam quoque haud omittendam putauimus. Est autem hæc:

VIX alius est autor, D. Guido ac Proffer Generosi Barones, in quem Annotationes scribere minus conueniebat, atq; in hunc C. Cæsarem, quod nullus alius in Latina lingua autor sit purior ac tersior, testibus eloquentissimis clarissimisque, uiris, qui partim huic hostes, partim amici summi fuere, imo plures eodem cum eo uixere tempore. Atqui hoc nobis actum est, ut intelligant lectores, annotationes non in autorum calumniam, ut quidam falso opinantur, scribi, sed maxima ex parte in ipsorum defensionem, quorum libri temporum iniuria corrupti ac erroribus uindictantur. In Cæsare nemo, ut in Liuius, Geographica culpare potest. Nam ea in re mire tantus fuit Cæsar. Nemo fabulas, quippe cuius historia ueritatem ne inimicissimi quidem aut reprehendere, aut culpare potuerunt. Nemo Parauinitatem, aut Hispanitatem, cum nihil illo Latinus autore, nihil mundus, nihil quod minus exteram, ac à Romano eloquio alienam sapiat phrasim. Quid ergo in eo, inquiet aliquis, annotatione dignum? Nihil sane, quam quod librorum culpa deprauatum, ac expositione in præcorum Gallia populorum appellatione erratum, id potissimum hic emendandum suscepimus. Res est in locorum descriptionibus, popularumq; nomenclatura, nonnihil etiam in numeris, qua haud facile expedit, cui Gallia & Germania, due nationes, & earum ipsarum lingua non optime nota. Mihi quidem homini in Gallia nato, quanquam magna ex parte, ac ut totam tamen Galliam uiderem non contigit. Heluetios autem, antiquam Gallia & libertatem, & maiestatem, & linguam præcaram Celtarum etiamnum obtinere, ut prorsus uiderem. utique li-
sunt. Germaniam bona ex parte non uidi tantum,

sed linguam etiam eorum non multum à veteri Celtarum distantem, didici, ita ut de plerisque locis certius definire non fuerit mihi difficile. Fuit ante et atena nostram Raymundus Marlianus, uir quidem diligens, & cui studiosi omnes, ob laborem quem in hunc suscipit autorem, gratiam debent haud mediocrem. De quo, ut inficias ire non possumus, pluribus illum errasse locis, ita fateri necesse habemus, multis eximius uiris altiora cogitandi dedisse eum occasionem, ac multo maximam meliora inueniendi ansam. Quod potuit, fecit, ea sane et atæ, qua litera bona nondum in hoc culminis ac dignitatis peruenerant. Erant item ante annos aliquos, ut hodie quoque, qui simili nominum terminu saepe hallucinabantur, quemadmodum Aeneas Syluius Elfatiam credidit Heluetiam. Ita quidam alii Arelam Heluetiorum flumen, Ararim. Bacenin syluam, eam, qua hodie corrupte Nigra dicitur. Et in remotioribus, Cimbros, Flandros, Danos, Dacos, cum res longe aliter habeat. Idem erroris accidit in nomine Gebenna, cum montis nomen sit, qui Aruernos ab Heluicis discludit, ut Cæsar inquit lib. 7. Hodie tamen quidam Genabum ad Ligerim fluuium, Aureliam nunc nominatam. Quidam Geneuam ad lacum Lemannum, unde & gentilitia uestra nomen adhuc uiget, nominare Gebennas non uerentur, quem publicum errorem facilius adiretur quispiam quam corrigat, adeo semel recepta uulgo, difficulter abolerentur. In primis itaque cauendum est nobis, ne terminus ille nos quoque decipiat. Neq; enim satis est & μοιολέων esse nomina, sed necesse, ut locus, ut tempora, ut descriptio quadret. Si Aeneas Syluius treis à Cæsare descriptos Heluetiorum limites attendisset, facile uidere poterat, nullo pacto Elfatiam dici potuisse Heluetiam. In aliquibus tamen, cum locus, descriptio atq; alia desunt, multum similiter desinentia adiuuant, maxime in propriis hominum, quantum ad linguam attinet. Quod nos in his nostris Annotationibus sapienter secuti: &c.

IN C.

IN C. CÆSARIS COMMENTARIORVM DE bello Gallico libros HENRICI GLAREANI Heluetii An- notationes.

In Librum primum.



COMMENTARII sunt libri, in quibus tantum capita rerum posita sunt, ita ut uideamur in his ad exequendam historiam aliis subiecisse materiam. Quam male uero Cæsar aliis materiam exequendæ historiæ subiecerit, plane A. Hirtius conqueritur præfatione illa, quæ est in octauum librum derelictorum de bello Gallico. Ait enim: *Adcoque probantur omnium iudicio, ut præcepta, non præbia facultas scriptoribus uideantur.* Porro cum Liuius sit copiosissimus, Salustius breuissimus, Cæsar, ut Commentatorem decuit, mediocri est, planus, tersus, simplex, minimeq; affectatus, qualem stylym propemodum habuisse apud Græcos Aristotelem uidemus. Scripsit enim hos libros in castris, & successiuis quidæ horis, qui bus hercle uel ob hoc maior fides debetur, quod rebus gestis ipse, qui scripsit, interfuit. Quam uero reliquos auctores in locis perscribendis diligentia, ac cura uicerit, facile uidere poterit, quicunque uel apud Geographos aliquid laboris insumpserit, uel qui Galliam ipsam uiderit. Cæterum ita res suas uere laudauit, ut hostes quoque eius, inter quos erat & Cicero, uerissimos hos Commentarios dicerent, auctoris & ipso Cicerone & Suetonio. Cautior etiam in hoc, quod hostes laudat, quo maior ipsius gloria esset, qui eos uicerit. Prudentissime uero, cum bellum Gallicum omnium laboriosissimum describere uellet, Gallia diuisionem ac luculentam eius designationem præponit.

In hoc primo tria peragit Cæsar. Primo, Gallia Transalpina descriptionem ponit. Secundo, Helueticum bellum persequitur. Tertio, Germanicam aduersus Ariouistum Germanorum Regem.

2. Gallia.] Gallia generali diuisione duplex est, Cisalpina & Transalpina, ob situm Alpium Romanis ita uocantibus. Cisalpina (olim etiam Togata) est, quæ hodie Lombardia dicitur. extenditur autem ab Alpibus ad Rubiconem usq; flumen, quod prope Rauennam in mare Hadriaticum decarrit, comprehenditque Venetos, Medolanenses, & quicquid ad Padum annum est. Hæc natio olim pertinacissime Romanis obstitit plus quingentis annis. Originem autem habent plurimi eius populi ex nostra Gallia, ut restantur ubique classici scriptores, nominatim Liuus lib. 5. ab urbe condita, & Strabo lib. 4. Liuius enim hos comamemo-

rat, Bituriges, Aruernos, Sequanos, Heduos, Ambarros, Carnutes, Aulercos, Cænomannos, Saluuios, Boios, Lingones, ac Senones. Strabo uero, Venetos, Boios, ac eosdem Senones. Alii item alios. Huius Gallia prætor fuit Cæsar, ut citerioris prouinciæ. De ea pauca hic. Altera Gallia Transalpina, (Bracata uero nomine, & Comata,) est cuius partem Romani quoque habebant, & in Prætura Cæsaris erat. Eius Cæsar hic tres indicat partes, Aquitanicam, Belgicam, ac Celticam; quæ haud dubie fuit antiqua Gallia diuisio. Nam posteriores omnes Geographi quatuor eius fecerunt regiones, Narbonensem, Aquitanicam, Lugdunensem, & Belgicam. Strabo lib. 4. ait Celticam Augustum diuisisse in Lugdunensem & Narbonensem, adiectis ad Aquitaniam populis, qui inter Garumnam & Ligerim amnes antea Celtarum erant. Quod Ptolemæus, Plinius, Pomponius Mela, ac alii imitati sunt. Non igitur cum Ptolemæo pugnat Cæsar, sed temporum ratio utriusque habita est. Celtæ nominati sunt ab authoritate, & τριεπίφάνειος inquit Strabo libro 4. Ipsorum lingua Gelter, quod multum ualebant. Gelter enim est ualere: unde & Gelt apud eos pecunia dicitur. Græci rectius per γ Galatas (Γαλάτας) scripserunt, quam Romani per κ, κέλτας. Porro Galli nomina populorum frequenter in e terminant, ut etiamnum Heluetii in usu habent. Gelter, Belger, Heluetter, Heluätter, Rouchager, Sanctouwer, Tribucher, Danner, Vauer, Treuter. Porro Celtarum nomen tam late patebat, ut non modo Galliam omnem, sed uersum occidentem occupasse affirmet Strabo, à quibus Celtiberi Hispani, & Galatæ populi ad pontum Euxinū, ad quos Diuus Paulus scripsit, originem referunt. Et hodie Portu Galli.

3. Hi omnes lingua, inscriptis.] Lingua Gallo-
rū multis de causis creditur ea esse, qua hodie Rhe-
nus utitur, maximeque Heluetii, & Sequani Rhe-
nani. Primum enim constat, C. Cæsarem bello
Gallico per interpretem locutum cum Gallis. De-
inde eam quidem linguam, qua hodie Francia utitur,
Romanam esse, quanquam corruptam nemini est dubium;
quippe adhuc de præca lingua Gallica innumeras retinentem
dictiones. Non igitur Francica lingua olim Galli locuti sunt,
sed alia. Verissimilimum autem est ea locutus lingua, Bulei
qua adhuc ii Galli utuntur, qui Francice non lo-
quantur, ut omnes populi citra Rhenum, proximi
tamen Rheno, Heluetii, Rauraci, Sequani, Elfatii,
Tribocci, Vangiones, & fere tota Belgica. Nec mirum hoc
uideri potest ei, qui considerat populū Rom. suos exercitus
frequenter in Gallia habuisse, atq; adeo in Gallia fecundiore
parte, diutiusque pressam, quam nunc Franci inhabitant,
Gallie partem seruitute Romanorū. Rhenus quippe &
Gerraania citius à Romanis quam Gallia alia defecerunt.
Ideoque factum est, ut Romani non potuerint suam in
Germania ac regionibus Rheni ita celebrem facere, ac uelut pro-

pagare linguam, ut in reliqua Gallia, Hispania, & Italia fecerunt. Neque nihil ad rem facit, quod Praetores Romani ius non dabant, nisi sua lingua, & miles Romanus agre cum plebe, alia quam sua lingua, loquebatur. Itaque coacta est misera plebs Romanam discere linguam, sed male, sed mutilate, sed ita, ut in ea ubique priscae linguae vestigia inuenias, Latina vero sonum in thematis audias, imo priscae accentus aliquot, uoculationem, pronuntiationem, praeteritorum perfectorum per habui periphrasem: articulos item, quos Latina lingua non habet. Denique plurima nominum themata, qualia sunt ignis, puluinar, arma, ciuis, lorica, galea, gladius, sepes, tunica, accipiter, peluis, passillus, scammum, cancer, caper, capana, mamilla, vexillum, calcar, diues, thorax, manipulus. Et uerborum, ut dimitto, frico, occido, careo, lacerio. Sed plane ineptus uidear, si ea omnia persequi uelim, quae iustum requirerent uolumen. Cum ante annos aliquot Lutetiae degerem, erat in sodalitate nostro Iaspas Alpharus Sylluanus, egregii iudicii, ac eruditionis non proletariae uir, qui in chartula propemodum ducenta uocabula ab se notata mihi monstrabat, priscae nostrae linguae, quae Parisiensis etiamnum hodie in mutila ista lingua haberent. Unde satis liquet Heluetiorum linguam ac Rheni uere Gallicam, nisi quantum Germani quaedam miscuerunt, maxime infra Argentinam. Spirae enim, Vormatae, Moguntiae, ac in circumiacentibus ea Rheni parte populis mixtus est sermo ex Germanica ac Celtica linguis. neque enim pure Germanice, neque pure Celtice loquuntur. Heluetii autem, Rauraci, Sequani Rheno proximi, Brisgoenses, ac Elsatice magna ex parte mere Celtice loquuntur. Non mirum igitur quod scriptum reliquerit diuus Hieronymus, Galatas, ad quos scripsit diuus Paulus, quique a Celtis descenderunt, ut auctor est Liuius libro 8. quartae Decades, eadem locutos suo tempore lingua, qua Treuiri utebantur. Quis autem nescit Treuironum linguam antiquam esse, nec multo a Germanorum lingua diuersam? Et si concedi oportet, quod Strabo ait libro septimo, Germania uocabulum Romanorum esse, quam aliam causam fuisse credimus Romanis, quod eos Germanos appellarint, quam quod uel lingua & moribus magnam cum Gallis haberent, communionem? uel quod quidam non absurde argumentantur, ab ipsa inter ipsos appellatione? fratres enim sese etiamnum hac tempestate in rebus seriis ac bellicis uocant. Id Romani siue per se de Germanis rescuerint, siue a Gallis didicerint, parum constat, neque huius est negotii. Nos enim hic de Gallorum linguis tractamus, inter quas, ut Caesar ait, differentia aliqua fuit, ut etiamnum hodie est. Celtae enim perpetuo habent s, ubi Belgae, ut wasser/watter, gross/grott, das/dat. De Aquitanorum lingua, ut Celticae & Belgicae uel conueniat uel discrepet, nihil nobis constat. Existimamus autem eam totam sublatam, cum uariis nationes adhuc

Celticam habeant, multa Belgicam. Celticam, ut diximus, Heluetii & proximi subeis ad Rhenum populi: Belgicam, ipsi Belgae qua Rhenum contingit & Oceanum Germanicū, quicquid sub Agrippina Colonia, Cliuenses, Geldrenses, Brabantii, Flandri, Iuliacenses, Hollandi, Selandi, & in Germania Westphali & Saxones aliqua parte. Nihil tamen impedit quin communi appellatione eadem ac una nominetur. Quanquam non usquequaque eadem, sed paululum uariata. Id quod in Graeca lingua quoque accidit. Porro non est paruum argumentum Heluetiorum linguam uere esse Gallicam, quod Latini auctores multa Gallicae linguae uocabula recenserunt, quae etiamnum in Heluetiorum sunt lingua, quanquam a Romanis scriptoribus partim male scripta, partim male percepta, utpote quae, quod barbara, non magnopere curarent, ac obiter dumtaxat in operibus recenserent. Quae tamen ipsa nobis argumento sunt, Gallicam linguam in aliqua apud eos fuisse existimatione. Itaque Caesar Gallorum propria, & maxime Heluetiorum nomina mire uoluit, omisit saepe ac mutatis literis aliquot, ut Latinae declinationi apta fierent, de quibus paulo post dicturi sumus. Idem Plinius fecit, qui Gallus fuit, ex ipsa adeo Gallia Cisalpina, ut Romani loquuntur, natus, quem nostram scisse linguam non est dubium, ac eam magni fecisse, quippe qui in tam nobile de natura opus toties inserere uoluerit. Ea tamen uerba temporum iniuria adhuc magis deprauata apud eum leguntur, nomine de ea lingua ab mille annis curante. Italib. 18. cap. 18. Aratra rotulis instructa, Gallicum inuentum Pflugrad recte nominauit, ubi tamen codices Plumarad, alii Planarad habent. Quidam in Planetas, ut se profus ineptos ostenderent, mutarunt. Apud eundem lib. 3. cap. 16. Bodincum Padu Gallica lingua a Liguribus dictum ait, quod significet fundo carentem, & Bodincomagum oppidum eodem tractu esse. Heluetiorum lingua uocat Bodemangel. Padum item a picea arbore, qua Galli uocant, nominatum, Päch uult dicere, quod adhuc manet in nostra lingua. Ita apud Suetonium in Galba praepinguis Gallice Galb intelligitur, sed vitulus potius. Nam ita praepinguem ac obesum hominem, per iocum uirulum uocamus. Et Beco rostrum, apud eundem in Vitellio, adhuc habent Belgae nostra aetate in sua lingua. Heluetii uerbum inde Bictes, id est, rostro ferire. Multa his similia enumerat D. Aegidius Tschudus V. C. apud Heluetios, mihi non affinitate tantum iunctus, sed eodem etiam studiorum amore, in lib. de Rhætiae antiquitate, & tractu Alpinarum gentium. Vbi Strabonis, Plinii, Liuii, aliorumque classicorum scriptorum locos plurimos dignissime tractat, quem in his Annotationibus saepe in testimonium adducemus, neque id immerito: uisa enim tractat, & summo iudicio librata, maximeque labore inuenta, quae ab mille annis nesci quomodo tractatae nouimus. Accedit huc, quod Plinius ait Galles modum illa

Margam uocare, & Germanos anserem Ganzam, quae duo uocabula adhuc manent in utraque lingua. Francorum autem hodierna lingua ex duabus linguis est, ex prisca Celtica & Romana. In qua Romana tamen, quod ad themata attinet, dominatur.

4 Propterea, quod a cultu atque humanitate prouincia &c.] Festus ait prouincias dictas, quod populus Rom. eas prouicerit, id est, ante uicerit. Alia porro uincendo dictas uolunt. Caesetum ex regno fit Prouincia, cum e regia manu in potestatem alicuius populi deuenit. Verum hoc loco ea est Narbonensis Galliae portio, quae mari Ligustico, Alpibus, & magna ex parte Rhodano concluditur.

5 Quae ad effeminandos animos pertinent, &c.] Merces intelligit, & rerum omnium, quae ad luxum faciunt, copia, maxime uero, sicut ipse postea, ubi de Neruis, Caesar fatetur, uinum. hodie etiam aromata, & species, ut uocant, ad idem pertinent.

6 Id hoc facilius eis persuasit, &c.] Non poterat Caesar luculentius, ueriusque describere Heluetiorum regionem, quam tribus hisce limitibus, Rheno, Rhodano, & Iura monte. Ut merito pudeat quodam sui erroris, qui ausi fuerint Elsatiam dicere Heluetiam: quae in re etiam Aeneas Syluius aberrat. Quod autem undique Heluetiorum natio sit tuta, ut Caesar existimat, hoc quidem uerum a duabus partibus, quae tenus Caesari utcumque nota erat, ad meridiem & occidentem. Caeterum aduersus Germanos atque Helvetos, hoc est, ad ortum & septentrionem, non ita uerum est, nec enim Rhenuis tantus limes est, ut tuta defensionem praebet, quando supra lacum Constantiensem plerisque in locis uado transitur.

7 Altera ex parte monte Iura altissimo.] Mons Iura hodie multa habet nomina. Incipit autem infra Brugas oppidulum ad Arolam flumē in Heluetiis, ubi Böhberq dicitur. Deinde recta ad occidentem secundum Arolam ad Solodorum progreditur, ibi hodie Hohenstein dicitur. Deinde ad Bipennes oppidum ad Neacrin, uulgo Nonum castrum. Deinde inter occasum & meridiem defleat Geneuam usque, ac ultra etiam in Sebusianos, hodie Bed. censes. Caeterum in dicto iam tractu pluribus locis transitur.

8 Qui in longitudinem.] Est autem longitudo Heluetiae a Geneua Constantiam usque, iter sex dierum plus minus, si xl millia in unius diei iter conferemus, hoc est, in quartam horae partem mille passus: sic enim xl millia in diem facerent x horas. Latitudo autem ab Iura monte ad montem usque Gothardi, iter trium dierum, quem Caesar aliquanto maiorem facit. Sed ea auditu habet, non visu.

9 In eo itinere persuadet Castigo.] Non est dubium omnia nomina Gallica, quae hic Caesar in x terminat, apud Heluetios in x litteram Graecā scripta fuisse. Utebantur enim litteris Graecis, quibus linguam suam Gallicam, non autem Graecam scri-

bebant. Et potest etiamnum lingua Heluetiorum optime Graecis scribi litteris, quod multi saepe fecerunt. Itaque cum lingua Latina nullum nomen in ch habeat, & omnino Caesari ea nomina in forma Latinam reducenda erant, aliquando deflexit ad x litteram proximam figura ad z, ut tertiae declinationi apta fierent; aliquando ad c, uel g, ut in secundam declinationem uenirent. Inuenerat ea in Heluetiorum tabulis Graecis exarata litteris, ubi x littera, Latina x non est ab similibus. Quod Christianus usus obtinuit in Xristos. Itaque ex Hellenicis fecit Orgentorix; ex Κασιγης, Castiguis; omissa r littera, ut nos nunc ex Φριδριχ fecimus Federicus. Rursus ex Φερρωγοστωρ fecit Caesar Vergobretum, abiecta σ de ε. Ex Αμριχ, Ambiorix. ex Καλαμαιπλ, Catamantales. ex Θόμριχ, Dumnorix. ex Δοιτεριχ, Litauicum. Denique ex Germanico * Videtur scribitur scribitur est in Arionisum, ac rursus deinde in Arionisum. pisse λυιλιχ, quod est modum corruperint, si Romani Gallorum quoque; set no- linguam male tractarint: id quod semel nos ad- strum monuisse sat fuerit. In Plinio quoque idem acci- Lud- dit, ut de Bodomancis & Planaratis, pro Boden- wig- mangel & Pflugrad, paulo ante diximus.

10 Die constituta causa.] Causam dicere est, quod Graeci tum κρινω, tum κρινω, dicunt, hoc est, iudicium subire, & culpas fraudesque iudiciorum suorum actorumque praestare. docuit hoc Budę.

11 Oppida sua omnia numero ad duodecim.] Hic locus satis probat per pagum non oportere intelligere vicum, ut quidam inrudite exposuerunt, & ex sequentibus latius patet. Caeterum cum hodie tota Heluetiorum Democratia siue regio in xiii ciuitates sit diuisa (uulgus Angulos uocat, Franci Cantones) quarum nomina, ut publice in conciliis sedent haec sunt, Tigurum, Berna, Luceria, Vria, Suizia, Syluania, Tugium, Glarona, Basilea, Friburgum, Solodorum, Schafhusia, ac Abbatiscella: undecim tamen dumtaxat intra ueros regionis Heluetiae limites concluduntur. Basilea enim non in Heluetiis, sed in Sequanis iacet: Schafhusia in Germania. Porro ex his xiii, Vria, Suizia, Syluania, Clarona, ac Abbatiscella, non sunt oppida, sed vicorum conuentus, aequa omnium libertate. & ab his, maxime Vris, Suizis, ac Syluanis, Heluetiorum nostra aetate libertas est orta. Ipsi tamen multis oppidis ac artibus imperant, contrario atque in aliis regionibus more. Rursus ex his xiii quinque nostra aetate, cum totus Rhenuis fere ac uniuersa Germania schismatis plena esset, inconcussam maiorum suorum religionem seruarunt, ac armis fortiter, nec sine sanguine, nec sine Dei Optimi Maximi auxilio defenderunt. Quibus mihi in hoc qualicumque Commentario digni uisi sunt, ut honoris causa nominentur. Fuere igitur, Luceria, Vria, Suizia, Syluania, Tugium. Sed omnino apud auctores loca uetusta in Heluetiis sunt: Auenticum, hunc paruum oppidulum prope Friburgum, ubi

multæ antiquitates adhuc visuntur, Vindonissa, supra confluentem Vrsæ ac Arolæ. Ciuitas equestris, Gannodurum, nunc *Constantia*, Virodurum, nunc *Winterthur*, Forum Tiberii, quod multi *Zurzachium* existimant, quidam *Cæsaris sedem*, oppidum episcopi Constantiensis: vtrumque enim peruerutum creditur. Multis præterea indiciis, quæ Commentarii huius angustia, & solita nostra breuitas enarrare non permittit, vetusta creduntur loca, Figurum, Luceria, Tugium, Solodorum, Aquæ, Orba. Coniecta etiam, *Zouingen*, & *Berna*. *Berna* autem, & *Friburgum*, noua sunt oppida, intra quadringentos annos ædificata.

12. *Molita cibaria*.] Participium à *molito* est, in supino, *molutum*. vnde participium *molutis a um*. Atque etiam is modus etiamnum Heluetiis manet. Farina enim ex auena densa, butyro ac sale cõdita, in magno abeno super ignem cocta, in vasis ponitur, ac cum reliquo commeatu in bellum ducitur, nec ad pulmentarium coquendum quicquam additur, quam aqua calefacta, esuribundis militibus dulce condimentum.

13. *Persuadent Rauracos*.] Rauracos super Basileam habuisse sedes, atque Augustam urbem maximam, cuius etiam hodie vestigia sunt, per gisse que eorum imperium recta secundum Rhenum, vsque ad confluentem Rheni ac Arolæ, ditionis hodie Helueticæ, satis consonum veritati est. Quatuor igitur Rheni oppida supra Basileam, *Waldshut*, ad est, syluæ custodia, *Lauffenberg*, à minore Rheni caracte nomen habens, *St. Gallen*, à Sequanis dictum, *St. Gallen*, elegans oppidum, & quicquid ditionis circum ea est, Iuram vsque, totum olim Rauracorum imperio suberat. Quidam aiunt Sequanos & Rauracos separatos flumine Byrsa, quod paululum supra Basileam Rhenum infuit.

II. *Naturæ character olim vocabatur, quod nomen Romani vertunt in Naturæ character.*

14. *Et Tulingis & Lacobrigis*.] Tulingos & Lacobrigos, qui Lotharingæ partem putant, prorsus falluntur, sed & qui Tigurinos aut Lausanenses, magis decipiuntur. Qui vero Germanos fuisse existimant supra Rauracos, Heluetiis ad septentrionem, hi demum recte iudicant. Hodie nomen retinent Germanicum *St. Gallen*, quod nomen Cæsar, vt cætera, ob Latinam infectionem corripit. Admonuit nos eius rei D. Ægidius Tschud. Adiuuant hæc opinio, quod postea victi Heluetii, & Tulingi & Lacobrigi nulli sunt redire in suos fines, vnde profecti erant. *Lacobrigi* autem legendum per *c*. Hodie *das Clatgõw*, adiecta *c* litera, consuetudine Celticæ linguæ ante l.

15. *Boios*.] De Boiis non parum admirationis præbet lectori, quod tam varias apud authores dicantur habuisse sedes, vt non facile expedias, qui hodie vere sint dicendi Boii. Primum certe videntur Germani esse: deinde ex Germania olim in Noricum transcendisse, Danubii loca occupasse, Italiam quoque petisse, atque aliquot laculis ante Cæsarem circa Padum coeclisse, vt Livius lib. 5. ab vrbe condita testatur, & libro primo de secundo

bello Punico, denique multis locis quarta Decadis, quemadmodum in quintum ab vrbe condita lib. in Annotationib. nostris in Liuium diximus. Multi eximii viri Bohemos antiquam sedem Boiogram crediderunt, & Bauaros ab illis descendisse: similiter in Francia Borbonios.

16. *Et in agrum Noricum transfierant, Noricumque oppugnauerant*, vt priore loco sit adiectiuum, posteriore substantiuum. Nam *Noricum* natio est inter Pannonas & Vindelicos ad Danubium sita.

17. *Erant omnino itinera duo*.] Cæsar cum duo itinera describeret, ea tantum existimauit, quæ proxima ipsius prouinciæ erant, & com moda Heluetiis in Santones proficiscendis: alioque multa præterea ex Heluetiis erant itinera in Celtas, maxime in Rauracos & Sequanos. Atque vel ex hoc loco sane constat, Cæsari Heluetiorum regionem ex relatione tantum notam fuisse: cæterum non visam. Notandum hoc item loco Sequanorum longitudinem esse ab Rheno vsque ad Rhodanum, latitudinem vero ab Iura ad Lingonas: hodie non vnius ditionis, nec vnius linguæ.

18. *Rhodanus fuit*.] Nota terminos inter Heluetios & Allobrogas. Ex quibus colligitur, Heluetiorum olim fuisse quicquid intra Friburgum nobile Heluetiorum oppidum, & Genuam terras interiacer.

19. *Proximamque Heluetiorum finibus Genuam*.] Quatuor hæc nomina, *Genua*, *Genoua*, *Genabum*, & *Gobenna*, multum obscuritatis lectori ingerunt, ac non attentum saepe fefellerunt; quæ ipsa longe diuersa sunt. *Genua* enim, Ligurum caput in Italia ad mare est nostrum. *Genoua* vero Allobrogum ad ostia Lemanni lacus, vbi Rhodanus exit. *Genabum*, Carnutum oppidum ad Ligerim amnem, hodie, vt quidam putant, *Auxella*. Denique *Gobenna*, mons qui Heluos ab Aruernis separat, vt lib. 7. postea dicit Cæsar. Cæterum ab annis, vt puto octingentis, literarum ac soni similitudine, *Genoua* ab indocto tunc sæculo *Gobenna* nomen inuenit pluratino numero. Vnde Generosis dominis Baronibus à *Gebennis* nomen manet. Quidam ita etiam Aureliam inepte *Gobernam* nominarunt, pro *Genabum*; & *Gobennense studium*, pro *Genabense*. Ineptiores autem hi qui Genuam Ligurum caput, *Ianuam* nominari putant, quasi Italia, & maxime Liguria ianua, quia maris portus esset; & fortassis, vt ab aliis eo distinctius nomen esset.

20. *L. Pisone, Aulo Gabino*.] Hic annus est ab vrbe condita DCXCVI. Atque primus annus huius belli Gallici, quo Gallia vniuersa citerioris ac vltioris Prætor est factus Cæsar, ante Christi natalem LV.

21. *L. Cassium Cos. occisum*.] Vide Florum in VII. epitome libro sexagesimo quinto. Nam Tigurini illi fuerunt ex Heluetiis. Cæterum Cassius Consul fuit anno ab vrbe condita DCXLVII.

22. *Quæ in flumen Rhodanum*.] Fortassis legendum.

dum est, quem flumen Rhodanum infuit. Quamquam lib. 7. de palude in Sequanum, similis habetur locutio. Lector ipse dispiciat. Porro hoc quoque considerandum, an non idem sit, à lacu Lemanno ad montem Iuram, quod hoc loco ait, & à Iura ad flumen Rhodanum, quod ante dixerat; cū tamen duo diuersa itinera describere velit; certe ego me hic non explico.

23. *Cæsari renunciat*.] Ptolemæus Santones inter Garamnam & Ligerim amnes ad mare occidentum constituit. Sane autem suspectum est in tam longinquam regionem proficisci conatos Heluetios. Quamquam cum alia in hac historia Heluetiorum acta audaciæ specimen habeant, hoc quoque sic intelligi potest.

24. *Ibi Centrones & Garoceli*.] *Centrones* & *Caturiges* in Graiis Alpibus Ptolemæus non longe à Lepontinis ponit. *Ocelum* autem, oppidum est ad Duriam minorem amnem, longe ab Oselæ, quod Lepontiorum oppidum Ptolemæus tradit, hodieque in ea valle, quam flumen Tosa à summis Alpibus, vt Ticianus, ortum, perluit, infima parte iacens, ab *Dominico* ibi, hoc est, Canonico collegio, hodie nomen *Dum d'oscels* habens; & *Vallis de oscels*, quod nos fecimus *Eschenthal*. In Ptolemæo igitur id erroris est, quod *Centrones* vicinos facit Lepontiis. Cum hoc certum constet, inter *Centrones* ac *Lepontios* interiaccere medios *Salassios*: qui *Salassi* Augustam Prætoriam, celebrem apud scriptores urbem, inhabitabant, & ipsa vrbs hodie nomen habet, & vallis ab ea *Mugsthal*. *Garocelorum* non meminit Ptolemæus. Sunt autem populi Alpini prope *Centrones*. *Vocontii* vero inter Iuram & Rhodanum Allobrogibus ad orientem vicini ab eodem describuntur, quæ cum descriptione Cæsaris optime conueniunt.

25. *In Sebustianos*.] *Sebustiani* inter Rhodanum & Ararim sunt, hodie *Bellicenses*, vt recte Marlianus descripsit, a quibus hodie *Sabaudia* nomen manet. nec enim alia apud autores veteres origo eius nominis inuenitur. Ptolemæus *Sebustianorum* meminit in Lugdunensi Gallia, sed nimis occidentales facit. Sunt etiam *Segusiani*, siue *Sebustiani*, in Graiis Alpibus apud Ptolemæum; si nomina non sunt corrupta, *Sedusii* vero Germaniæ populus est.

26. *Eorumque agros depopulabantur*.] Et hoc suspectum videri potest, cum *Dumnorix* Heduus esset, & apud eos potens, qui Heluetios iuuerat per Sequanos.

27. *In Heduorum*.] *Hedui* inter Dubidem & Ararim possessionem habuerunt, ait Strabo libro 4. Ciuitas erat potentissima in Gallia, & Romanis semper amica, hodie *Autum* nominant.

28. *Item Allobroges, qui trans Rhodanum vicos*.] Non est hoc aduersum illi, quod paulo ante dixit, Rhodanum inter Allobrogas ac Heluetios limitè esse. Hic enim de Allobrogum terra loquitur, quæ in Heduos reddebat inter occidentem ac septentrionem, non quæ Heluetios contingit inter septentrionem ac ortum.

29. *Flumen est Arar*.] *Arar* est fluius Cælarum, de quo recte Marlianus. Hoc autem admonendus est lector, illum non ex Alpibus oriri, ne primo quidem cursu, quod tamen tradidit Ptolemæus, ad septentrionem; sed ad meridiem labi, nec cum Rhodano linea parallela incedere. Denique nec eum esse Arolam, qui per Heluetios lapsus, hodie, die *Ur*, vulgo dicitur.

30. *Hic pagus vnus*.] Græci *πηγῆς fontem* dicit, *πηγῆς*, inde Latinis dictus *pagus*, cuiusque fluii tractus, & vtrinque secundum flumen habitationes. Tales porro nauigabiles etiamnum hodie sunt intra Iuram, Rhodanum & Rhenum, veros Heluetiæ terræ limites, prorsus in Heluetiis quatuor, Vr, Limagus, Vrsæ, & Arola. Vr genere fœminino, opinione quotundam non temere cõiectantium, Celtice dicitur *Die Vr*, postea facta elisione diphthongi Celticæ *te*, *D'ur*: quemadmodum Arolam *Die Ur*, & elisa diphthongo *ie* de articulo *die*, *D'ar*: item *Die Etich*, *D'Etich*. Vr autem producte dicitur, quam longam literam cum Germanica lingua non habeat, sicut nec Græca, *Dur*, verterunt in *Daur*. Vnde Romani, qui nobis omnia antiqua corruerunt nomina, *Taurum* vocarunt. At Heluetiorum lingua *Dur* pronuntiat, & regionem adiacentem *Durgõw*. Vr fluius in immensum crescere solet, torrentis in morem, sed nauibus non admodum aptus. Limagus, apud Glaronenses oritur, ac in media ipsorum regione Serniphium, alterum ex altera valle delapsum amnem, accipit. Deinde infra Vrnas (duorum vicorum nomen est) supra Latericium pontem (ita vocant) ex lacu Vesenio accepta aqua Marcham (qui fuit olim Heluetiorum in Rhegos finis, & Heluetii ita *terminum* vocant) ac Castra Rhetorum (& huic loco etiamnum nomen manet *Gastrea*) determinat hinc lacum Tigurinum ingressus, ad ostia eius Tigurum, amplissimam Heluetiorum urbem, diuidit, mox Aquas, memorabilem in Heluetiis locum propter calidas illic aquas, Græci *Thermas* vocant, delabitur harum aquarum frum non omnino absurde descripsit Poggius Florentinus, si Latine nominare potuisset. Deinde haud ita longe Vrsæ ac Arolæ miscetur. Vrsæ sane, quem fluium transpositis duabus prioribus literis vulgo *Rusam* vocant, in summis Alpibus, quibus hodie *Sancti Gothardi* nomen est, oritur, ac recta ad septentrionem labitur, cum contra Ticinus ex eodem iugo per Lepontios in meridiem. Vrsulam siue Vrsellam primum, vallem Rharicam; deinde Vriam Tauriscorum, gentis Gallicæ reliquias; venit, vbi lacui miscetur, qui Vros, Suizos, Syluanos, ac Lucerinos, quatuor Syluæ ciuitates (nam ita appellant hodie) alluit. porro deinde Tuginis amnis susceptis, *Bremgarten* ac *Mellingen* (oppida sunt ditionis Helueticæ) lapsus infra Brugas Arolæ cõmiscetur. Denique Arola ipse ex iisdem summis Alpibus ortus in septentrionem versus, paulo plus tamen quam Vrsæ ad occasum primum inclinans, per la-

cum Thunensem Bernam lapsus, & ipsam amplif-
simam Heluetiorum urbem ambit. dein paulo in-
fra Bernam alterum accipit flumen, Sanam è val-
le eiusdem nominis altissimis septem motibus, ac
Nicolaï **Wimman**, docti nostra ætate viri, patriã
de lapsam, quod Eriburgum nobilem illam urbem
ambit, vt Arola Bernam, ibi in ortum ambo con-
uerfa flumina sub Arolæ nomine Solodorum per-
ueniunt. Et hoc quoq; oppidum antiquissimũ est
non modo Heluetiæ, sed vniuersæ Celticæ. De-
inde per terram nobilissimam ab ipso Arola deno-
minatam, receptis Vrsæ ac Limago, Rhenum in-
fra **Clingnow** (oppidum est Episcopi Constanti-
ensis) ingrediuntur. Confluentis nomen adhuc
loco manet, sed non incorruptum; **Cobolent** enim
vocat Heluetiorum lingua. : miserimus hodie
est viculus. nomen a Romanis loco est inditum,
cum ibi aduersus Hercinos excubarent. Nec pro-
cul inde abest Rauracorum oppidum **Waldshut**,
quod nomen significat *Sylua custodiam*. Rauraco-
rumne aduersus Romanos munimentum, an ad-
uersus Germanos, incertum. Ad confluentem i-
gitur illum tria Heluetiorum flumina, Limagus,
Vrsæ, ac Arola in Rhenum exonerantur. Vt au-
tem paulo superius, infra maiorem tamen Rheni
Cataracten, qui sub Schafhusia est, Rhenum in-
fluit. Hæc igitur quatuor flumina, quatuor Hel-
uetiorum pagi creduntur. Hunc locum haud scio
an quisquam ante me explicuerit, cum ego doctis-
simos meæ ætatis homines ea de re sæpius interro-
gauerim. Sed quale inde responsum tulerim, non
est opus hic referre.

- XIII** 31. *Qui bello Cassiano dux Heluetiorum fuerat.*] Nora bellum à victis, more Romanorum, vocari.
- XVI** 32. *Interim quotidie Casur.*] Digressio est par-
uula ab historia Heluetiorum de dolis Dumnoris
principis Heduarum, qui cum Romanis mili-
tabat, sed Heluetiis fauebat.
- XVIII** 33. *Propter liberalitatem.*] Videtur liberalitatem
pro largitione accepisse; cum Liberalitas in bonũ,
Largitio in malam accipiatur in partem.
- 34. *Portoria.*] *Portorium est merces, qua portito-
ribus datur,* ait Nonius Marcellus. Portitor autem,
qui vectigal portus conduxit; quod *Portorium* vo-
catur.
- XIX** 35. *Quod Diuitiæ fratris summum.*] Quid a-
micis debeamus, eximium fuerit hoc exemplum.
- 36. *Et quotidianus interpretibus.*] Vide hunc lo-
cum; vbi Cæsar per interpretes cum Gallis locu-
tus est.
- XXIII** 37. *Et res per fugitios L. Emilii Decurionis.*]
Vide Laurentium Vallam lib. 6. cap. 32. quid De-
curio.
- XXIV** 38. *Ita, vti supra se.*] Sex legiones Cæsar habe-
bat; sed cum quatuor duntaxat more Romanorũ
prælium commisit. Erat enim Consularis exerci-
tus IIII legionum, authore Polybio.
- XXV** 39. *Milites de loco superiori pilis missis.*] Pili
Romanorum, hasta erat quinque pedum, sed fer-
rum eius sequipedem habebat. Totius itaque Pili

longitudo erat sex pedum ac semis.
40. *Mazaras ac Tragulas.*] *Mazaras* apud Hely-
chium est *hasta Persica*. Genus teli, cuius formam
non exprimunt authores. *Tragula* vero, vt ait Fe-
stus Pompeius, *genus teli, dicta, quod scuto infixa
trahatur.*
41. *In fines Lingonum.*] Apud Lingones, ait Cæ-
sar lib. 4. oritur Mosa fluuius; vnde non est diffi-
le coniecturare de eis. Sunt enim noti.
42. *Verbigenus.*] *Verbigenus*, fluminis tractum
& secundum eum hominum habitationes intelli-
gi, superius declaratum est. Atqui tractibus hisce
(vt ita loquamur) non sunt eadem quæ flumini-
bus nomina, cum Limagi accollæ *Tigurini* dicantur.
Et hic *Verbigenus pagus* nullius fluminis no-
men est, sed tractus haud dubie; at cuiusnam flu-
uii inter tres reliquos, id demum difficultatẽ no-
bis ingerit. Codices verustiores non *Verbigenus*,
sed *Verbigenus* habebant: vnde duæ coniecturæ di-
uerse doctioribus ortæ sunt. Alteri putant ad A-
rolam habitationem *Verbigenus pagum* dici, ab *Or-
ba*, hodie adhuc peruetusto oppidulo ditionis Ber-
natium ac Friburgensium, ad quem sane vt prox-
imum domicilium, sex hominum millia eius pagi
contenderint; cum Cæsar existimaret eos ad Ger-
maniam tendere. Alteri per *Verbigenus pagum*,
Durgeam hodie dictam terram designari putant.
ab *Vr* flumine; maxime quod Germanorum Rheni-
q; hic fiat mentio, cui Rheno flumini *Durgeani*
sunt vicini. Lectori integrum sit iudicium. Reli-
quorum duorum pagorum siue tractuum nomina
nusquam, quod sciam, inueniuntur. Itaque eum,
qui ad Vrsam est, tractum, cogitandum quo pacto
adpellemus. *Tauriscum* ne, à *Taurisca* gentis reli-
quiis, qui hodie sint *Vri*? Atqui illi posterioribus
sæculis has sedes occupasse videntur, vt ab illis non
potuerit tempore Cæsaris esse denominatio. An
potius *Tuginum*; cum *Tuginorũ* Strabo, & quarto
& septimo libris magnifice meminerit, & locus
Tugium sane videtur antiquissimus. Eum autem
qui ad Arolam est, quidam *Iurassium*, quidam *An-
natium* nominandum censent: fortassis & *Auen-
ticensis* nominari potuit.
43. *Heluetios, Tulingos.*] Mirum vero quid cum
Rauracis actum sit. Nam horum hic non memi-
nit. Valde suspicor incurialibrariorum omis-
sum nomen; & eos quoque iustos redire in patriam, vt
Heluetios, Tulingos, ac Lacobrigos, quibus erant
vicini.
44. *In castris Heluetiorum.*] *Tabule* hoc loco in-
telliguntur militares indices, nempe in quib. Du-
ces militum nomina perscripta habent, vulgus vo-
cat *Registra*. *Literis* autem *Græcis*; non lingua Græ-
ca, *confecta* erant: Lingua enim Gallica, qua hodie
Heluetii vtuntur, non minus Græcis literis, quam
Latinis scribi potest.
45. *Reperitus est numerus.*] Numerus hostium
à Cæsare victorum ita ponitur, primum enim cu-
iusque populi capita numerantur: deinde ex his
omnibus

omnibus qui arma ferre possent, adiciuntur: po-
stremo summa ponitur omnium capitum, in qua
summa sunt etiam ista nonaginta duo millia eo-
rum qui arma ferre potuerunt, comprehensa.
XXX 46. *Totius fere Gallia.*] *De Gallis*, hoc est, Celticis
toto hoc libro deinceps loquitur.
XXXI 47. *Horum primo circiter.*] *Aruernos* Ptolemæus
ad fontes Ligeris amnis ponit: hodie ea regio no-
men tenet. Fuerunt igitur Hedui à Sequanis Ar-
uernis que duobus locis clausi. Porro Sequani, cum
ad Rhenum vsque extenderentur, per facile habe-
bant Germanos in auxilium vocare. Quam belle
vero eiusmodi res illis cesserit, sequentia Diuiti-
verba declarant.
48. *Sed peius.*] Vide an eam partem terræ putet,
quæ hodie adhuc nomen tenet *Sunggetum*, &
superior Elfasia. vicini enim sunt Rheno & Ger-
manis.
49. *Harudum.*] *Harudes* qui sint ex Germanis
nō satis certo constat, quidã eos ex Eretho Helue-
tiorum, quod caput Herciniæ syluæ quondam e-
rat (nunc vulgo *Schwartzwald* nominatur, fuisse
contendunt. Porro ea sylua transrhenana fuit, au-
thore Ptolemæo. Adiciuntque Cœr. Tacitus, eam
quondam ad Maxum vsque amnem suo imperio
tenuisse Heluetios. Sed de eo loco nos postea libro
6. vbi de Herciniæ sylua iudicium nostrum dice-
mus. Ptolemæus autem Charudes in Cimbrica
ponit Chertōneso, vnde in militiam longinquam
accesit videntur, vt fere Germanorum. est mi-
litia.
50. *Amagetobria.*] *Amagetobria*, quod oppi-
dum sit ignoratur. Marlianus *Magetobriam* ponit,
& Gallicè vocari ait, *Toant*. Quidam libri habent
Admagetobria, lingua vetere Gallica *am magren
tobel*.
XXXII 51. *Cimbri Teutonici.*] *Cimbri* populi in extre-
mo angulo Germaniæ ad septentrionem Cher-
sonesum habent, hodie *Daci*, sed corrupte, vocantur.
Nam *Danos* esse eos nominatos à rege *Dano*, in
Chronicis eorum scriptum est. Regem habent
propriam, cuius imperio parent Scandinauenses,
Noruegia, pars Gothiæ; & multæ præclaræ alio-
quin insulæ. Vide de Cimbris Strab. lib. 7. multis
verbis differentem. *Teutones* Ptolemæus non lon-
ge ab Albi fluuio inter Phardinos & Sueuos po-
nit. Tacitus à *Tuiscone* Rege nomen habere putat,
& alludit, vulgari linguæ denominatio: Vicus
hodie est è regione vrbis Agrippinæ trans Rhe-
num, nomen eius regis obtineas vt putant. Neque
vero *Teutones* & *Germani* idem sunt, sicut neque
Alemanni & *Germani*.
XXXIII 52. *Treniri autem pagos.*] *Treniri* ad Mosellam
fluuium ciuitatem habent, quam aiunt ab Abra-
hæ filiis ædificatam; hodie episcopatus est, ex se-
ptem Romani imperii vnus Electoris. Locus
præterea cum nomine multas antiquitates osten-
dit.
53. *Pagos centum Sueuorum.*] *Sueuos* Ptolemæus
ad Albim fluuium ponit, qui tamen olim maxi-

mam partem Germaniæ occuparunt, latissimeque
protendebantur: quippe quorum erant gentium pa-
gi. Deinde mutatis sedibus ad caput Danubii, &
Herciniæ syluæ confederunt, vt testatur Strabo li.
4. sub finem. Rhetiæque, non illius veteris, sed Ro-
manæ prouinciæ inter Danubium ac Rhenum, a-
liquam partem adhuc hodie possident. De his Cæ-
sar libro quarto copiosissime; vbi & nos multa a-
lia.
54. *Vesontionem.*] *Vesontionem* oppidum Se-
quanorum; Ptolemæus nominat *Visontium*, &
vulgus hodie *Bisontium*. Fluius, qui oppidum
propemodum circumdat, à Ptolemæo *Dubis* no-
minatur: Cæsar *Alduabim* aut, *Alduafidubim* (nam
codices m. re variant) appellat. Nec id mirum, cum
sint duo nomina duorum fluuiorum *Dubis* & *Al-
dua*. Cæterum qui fuerint Ernesti Regis fines,
nusquam nobis expressit Cæsar. At ego puto eum
ad Herciniam Brisgoiæ terræ fuisse dominum, aut
non longe ab ea. Vbi hodie Marchiones Baden-
ses imperant.
55. *Factum etiam nuper in Italia.*] Videtur de
Spartaco loqui gladiatore, quanquam nihil certi
affirmamus.
56. *Ernestum cum multis.*] Loquitur de pugna
Amagetobriæ facta, de qua paulo superius men-
tionem fecit.
57. *Fruentum Sequanos, Leucos, Lingonas sub-
ministrare.*] *Leuci*, populi sunt ad Mosellam, nec ita
longe à fontibus eius. hodie episcopalis vrbis
est eorum Tullium in Lothoringia, vt recte anno-
tauit Marlianus.
58. *Sibi que eam prætoriam cohortem futuram.*]
Prætoriam cohortem est dicta, quod à prætore non disce-
debat. *Scipio enim Africanus primus fortissimum
quemque delegit, qui ab eo in bello non discederent,
& cætero munere militia vacarent, & sexquiple
stipendium acciperent.* Festus Pompeius.
59. *Heduos Romanis auxilium tulisse.*] Argu-
tum argumentum est, quo Cæsarem vanitatis ar-
guit. Quippe Hedui Romanis non fuere auxilio
contra Allobrogas, nec contra Romani Heduis,
cum aduersus Ernestum pugnarent.
60. *Et Rutenos.*] *Rutenos* Ptolemæus inter A-
quitanos ponit; quanquam ex verbis Cæsar's Ar-
uernis propinqui videntur. Et quanquam Cæsar
hic ait non redactos in prouinciam, tamen post-
ea sæpe leguntur prouinciales. Quidam etiam
duplices faciunt Rutenos, Prouinciales; & non
Prouinciales. Ciuitas eorum hodie *Rhodes* dici-
tur. Cæteram Q. Fabius Maximus hic fuit Cos.
cum L. Opimio, anno ab Vrbe cond. de xxx. ii.
Cum hic annus sit de xcv. ab Vrbe cond. Memi-
nit Florus in Epitome lib. 6.
61. *Omnes Alarios.*] *Alarii* milites sunt non
satis solidi ac firmi, ideoque à lateribus adhibe-
bantur, tanquam *ala*. Vnde & nomen inuene-
runt.
62. *Harudes.*] Incerta distinctio est, incertaque
lectio. Nam si legas *constituerunt*, necesse est se-

XXXIX

XL

XLII

XLIV

XLV

XLVI

qui nominatiuum: sin constituerunt legas, accusatum, quamquam coniunctio, paribusque interuallis, haud scio quam apte haereat. Ideoque locum corruptum opinor, nec facile restitui posse, nisi uetusto aliquo exemplari adiuti fuerimus. Quidam suspicantur *Harudes* nominatiui esse casus, (etenim illorum erat bellum) alios autem populos in accusatiuo construi ad verbum *circumcederunt*, quod aescio quam probem.

63 *Marcomannos.*] *Marcomannos* Ptolemæus apud Gabritam Germaniæ sylvam ponit ultra Danubium, ac è regione Pannoniæ superioris. Satis constat esse Moranienses. Nam & Germanica vox alludit *Marvhenlandi*, à *marcha*, hoc est, termino.

64 *Triboccos.*] *Triboccos* Ptolemæus locat recta sub Rauracis ad Rhenum. Strabo libro quarto *Tribocchos* vocat. idque rectius. Nam à tribus sagis nomen habent, *Tribocchen*. Plinius libro quarto cap. 17. vocat *Triboccos*, & verisimile est *Brifacum* designari. Nam & constans fama est oppidum illud in Gallia olim situm fuisse, quod nunc in Germania est, mutato Rheni aluco.

65 *Vangiones.*] *Vangiones* Ptolemæus sub *Tribocchis*, & *Nemetes* sub *Vangionibus* ponit. Quod si illic vere legitur, non erunt *Nemetes* *Spirenses*, neque *Vangiones* *Vormacienses*. *Spira* quippe supra *Vormaciam* est. Sed in his neque oportet in omnibus codici accedere *Ptolemæi*, qui in particularibus, ut ita dicam, locis sæpe exorbitat; neque communibus literarum coniecturis credere, qui sæpe prisca temere nouis comparant.

66 *Sedusios.*] *Sedusii* non sunt *Seduni*, sed *Germani*, ut testatur *Plinius* libro quarto cap. 17. Et quamuis *Triboci*, *Vangiones*, & *Nemetes* in Gallico littore sedes habeant; tamen aut origine, aut vicinitate, aut lingua *Germani* videri poterant; ideoque *Ernesti* regis partes secuti. *Andreas Althamer*, insignis nostra ætate antiquitatis indagator, *Sedusios* legendum putat.

67 *Quos Vbii, qui proximi.*] *Vbii* populi *transrhénani*, & apud *Tacitum*, & *C. Cæsarem*. hodie eorum creditur vrbs *Agrippina Colonia*, quæ olim *transrhénana* fuisse dicitur, ut testantur illorum *Chronica*. Cuius rei hodie multa sunt indicia. Quippe apud *Diui Pantaleonis*, ac *undecim millium Virginum* templa, plane veteris aluei vestigia videntur. Sed postea *Gallicæ* terræ facta, *Diuitense* manimentum habuit, quod hodie *Turtium* vocant.

68 *Ad conuentus agendos.*] *Conuentus* quatuor modis intelligitur. Vno, cum querilibet hominem ab aliquo conuentum esse dicimus. Alrevo, cum significatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in unum locum. Ter-

tio, cum à magistratibus iudicii causa populus congregatur. Quarto, cum aliquem in locum frequentia hominum supplicationis aut gratulationis causa coligitur. Hæc *Festus Pompeius*.

IN C. IVLII CÆSARIS COMMENTARIORVM de Bello Gallico librum II GLAREANI Annotationes.



In hoc secundo libro habentur qua Cæsar bella gesserit in Belgis tertia Gallia parte. Ac primo de origine Belgarum differit. Deinde, ut cum vniuersis congressus sit, ac vigerit. Postea in *Nerviis* egregia illa pugna describitur, *Aduaticorum* item expugnatio, & *perditio*. Denique, ciuitatum *Armoricarum*, quæ hodie *Britannia* nomen obtinent, *editio*.

69 *Cum esset Cæsar.*] Secundus annus belli Gallici, *Coss. P. Cor. Lentulo*, & *Q. Metello Nepote*, anno ab vrbe condita *DXCVII*.

70 *Calecos x millia.*] In hac *Belgarum* descriptione ferme populorum nomine hodie constant vetere appellatione, quamquam corrupta siue apocopata, de quibus *Marrianus* recte sentit. Quidam autem *Caleros* legunt per *t* in vltima syllaba. Quidam etiam aliqua horum populorum nomina inclinant tertia declinatione, quæ alii secunda. Non est autem dubium quin *Romani Gallica* nomina omnia corruerint, sicut contra nostra ætas *Romanis* sua deprauat.

71 *Loco pro castris.*] Videtur legendum esse, *viii loco opportuno atque idoneo capto*, alioqui nullus videtur sensus. Est autem *Topographia*, hoc est, loci descriptio pro instruenda acie elegantissime posita.

72 *Sectionem eius oppidi vniuersam.*] *Sector* est *astimator redemptorq; bonorum damnati atque proscripti*, *Africanus Padianus*. Res autem ipsa *sectio* dicitur.

73 *Ad Venetos, Vnellos, Osissimos.*] *Venetos* Ptolemæus maritimos facit in *Lugdunensi* Gallia, à quibus putat *Strabo* libro quarto *Venetos* in Italia nomen suū habere; quod verisimilius est, quam quod *Liquius*, *perpetuus Gallici* nominis hostis, fabulatur, ab *Antenore* proditore vrbs *Troia* originem traxisse *Paduanos*, ab *Heneto* vero *Paphlagonum* duce *Venetos*. *Osissimos* Ptolemæus vocat, quos *Cæsar Osissimos*, quamquam hoc nomen mire variatum inuenitur. *Vnelli* præterea ad mare ex aduerso *Britannia* positi sunt. Cæterum qui hic

hic enumerantur populi, hodie *Britannia* nomen habent. hoc enim nomen in continentem migravit, cum prius insulæ esset. Nunc vero *Britonibus* eiectis *Anglia* recens nomen est insulæ; quamquam eius septentrionalem partem tenent *Scoti*. Manfit igitur nomen *Britonum* in Gallia.

Porro *Carnutes*, & *Rhedones*, populi inter *Ligerim* & *Sequitanam* amnes sunt, eodem auctore *Ptolemæo*, & non longe ab eis *Andes*, vbi in *hybernis* fuit exercitus *Cæsaris*. *Auleri* autem hodie *Normandia* sunt populi, de quibus postea plura.

IN C. IVLII CÆSARIS COMMENTARIORVM DE bello Gallico librum III GLAREANI Annotationes.



In tertio Commentariorum libro, tertii anni huius belli historiam complectitur, ab vrbe cond. anno *DXCVIII*. *Coss. Cn. Lentulo Marcellino*, *L. Martio Philippo*. Insunt autem quatuor bella. Primum, *Ser. Galba* aduersus *Sedunos*, *Veragros*, & *Antuates*. Secundum, ipsius *Cæsaris* ac *Bruti* in *Venetis*. Tertium, *Q. Titurii Sabini* in *Vnellis*. Quartum, *P. Crassi* in *Aquitanis*. Adiungitur his expeditio *Cæsaris* in *Morinos* ac *Menapios*; vbi nihil dignum memoria actum est.

74 *Sedunosque misit.*] Rectissimo ordine *Cæsar* hocce nominauit populos: sunt enim ex *Heduis* ad *summas Alpes* eunti, *primi Antuates*, *medii Veragri*, *vlrimi Seduni*; sed non est tamen eadem regionis conditio, optimam *Antuates*, *mediocrem Veragri*, *asperam* sed *multo longiorem Seduni* tenent. Qui quidem *Seduni* à *summis Alpibus* initio sumpto, atque adeo à *fontibus Rhodani* secundum ipsum flumen *vallem* habent *extentam* *c millia passuum*. *Homines liberi*, & quos *Romani* nunquam cogere potuerunt, ut ipsorum *discreta* linguam. quod signum est vel nihil ibi vnquam, vel *paruo admodum tempore* potuisse *Romanos*. Habent itaque adhuc antiquam linguam *Galliæ*, qua etiam nū *Heluetii* vsuntur. *Rhodanus* sane inundatione frequenti multa illis adfert in *commoda*, nec minus *ingentes* illi *torrens*, qui tantum saxorum, ut *monteis* & *quare* queant, ingerunt. Ipsi hodie *pristina* *retenta* virtute, *Veragris*, qui *Romani* vtuntur lingua, *dominantur*; ac in *Prouinciã* *redegere*, parte etiam *Antuatium* occupata. *Sedunum* præcipuum eorum oppidum est, in quo *Episcopum* *constituunt*, qui *regioni* & *vr* *princeps*, & *vr* *Ecclesiæ*

sticus præsul imperat, liberis tamen, non seruissimil enim publice agit absque omnium ciu um eius regionis consensu. *Heluetii* sunt confederati, & *Rhæti*, maxime quatuor partibus *Luderia*, *Vna*, *Suizia*, ac *Syluania*, quibus cum veterem ac maiorum suorum fidem nostra atate egregie defenderunt. Cæterum *Octodorus* in *Veragris* vicus hodie *Martenach* dicitur, flumini adiacet quod ex *Pœnino* mōte (*maior S. Bernhards* vocatur) septentrionem versus fluens, *Rhodano* commiscetur. *Agaunum* autem locus est, qui hodie *S. Mauritii* dicitur, ad *Rhodanum* amnem, in ipsis etiam *Veragris*. *Antuates* autem inter *Veragros* ac *Allobrogas* *medii* sunt, sed magis à latere *lacus Lemanni*, quàm ad *Heluetios* pertinet. Hæc fere ex *D. Ægidii Tschudi* ciuis nostri *Rhætiæ* veteris descriptione. *Antuatibus* nostra ætate præfuit *generosus Baro*, *Lulini* dominus, *Aymo* à *Gebennis*, cum filiis, *Georgio*, *Guidone*, ac *Prospero*. porro de *summis Alpibus*, qui *Pœninas* esse *Alpes* astruunt ad *Octodorum*, egregie decipiuntur. Nam *Cæsar* hoc loco *Sedunorum*, *Veragrorum*, atque *Antuatium* longitudinem exprimere volens, ait eos à *summis Allobrogum* & *lacu Lemanno* & *flumine Rhodano* ad *summas Alpes* pertinere, quæ descriptione nihil luculentius dici potest. Cæterum vbi potius *summas Alpes* dixerimus, quam vbi in omnis mundi plagas flumina eximia fluunt ac originem habent? Sunt autem hac *Alpium* parte septem hæc: *Ticinus*, qui ad *meridicem*, *Tosa*, ac *Madia* ad eundem, *Rhodanus* ad *occasum*, *Arola*, ac *Vifa* ad septentrionem, *Rhenus* ad *ortum* duobus fontibus, ut postea dicemus lib. sequenti.

75 *Concisa æstuaris.*] *Æstuaris*, loca sunt marinis aquis referta.

76 *Socios sibi ad id bellum.*] Qui hoc in loco numerantur populi, partim sunt *Celtæ*, ciuitatum maxime *Armoricarum*, hodie *Britannia ducatus*: partim sunt *Belgæ*, hodie *Normania comitatus*. *Morini* tamen, & *Menapii* remotiores.

77 *Quas ex Pictonibus & Santonis.*] *Santonibus* puto legendum. Nam libro primo tertia vitur declinatione. *Iter* (inquit) in *Santonum fines* facere. Rursus de eisdem, *Dum omnibus fortunis sociorum consumptis in Santones Heluetii peruenirent*. Nisi quis putet *Cæsarem* eo nomine vtraque vsū declinatione; sicut *Mediomatricum* nomine, libro quarto vbi de *Rheni* fluxu, tertia: ac libro septimo, vbi de *Galolorum* copiis, secunda vitur. *Codicum fidem* vbi que in dubium adducere, *numium* solenne est. sed iudicet *Lector*.

78 *Carina aliquanto planiores.*] *Carina*, infima nauis pars est.

79 *Transira ex pedalibus in altitudinem.*] *Transira* & *tabula nauium* dicuntur, & *tigna*, quæ pro *pariete* in *parietem* porriguntur, auctore *Festo*.

80 *Pellis pro velis, alutaque tenuiter.* Pellis postquam est concinnata ad calceos, & cetera opera facienda, aluta dicitur. Varro.

XIV 81 *Hic cum funes, qui antennis.* Antenna, sunt ligna per transversum in malo posita, in quibus velum alligatur.

XV 82 *Tanta subito malacia.* Malacia, est maris quies, cum fluctus omnino quiescunt; Suidas *περὶ ὕψους* exponit.

XVI 83 *Atque his paucis diebus Aulerici Eburonices.* Ptolemæus triplices ponit Aulericos in ipsa adeo Lugdunensi Gallia, quæ inter Sequanam ac Ligurim. Primos Diabolitas, & Dianlitas, ut alii habent codices, quos Cæsar paulo ante in hoc libro Diablitres vocasse videtur, hi proximi sunt Venetis. Alteros Cœnomannos, Andibus ad ortum. Tertios Eburonicos, à Liguri ad Sequanam protensos, quos hic Cæsar Eburonices vocat. Vnus igitur hic populus Aulerici Eburonices, non duo. Aulerici Gallica lingua videntur dici *Dwiercher* & *Dianlita* die *Dwilt*. Cœnomanni vero *Rûnmanner*, quos Græce *Thraschandros* dicere possis.

XIX 84 *Sontiates magnis copiis.* Sontiates populi Aquitanix, quos Plin. lib. 4. ca. 19. Sontiates vocat; vbi de *Auscis*.

XXII 85 *Alia ex parte oppidi Adcantuannus.* Hic suspensus est sermo per longius Hyperbaton, sed ea tamen verba postea repetit. Exemplum simile est *Ægloga VIII Vergili* ab initio, *Pastorum Musam Damonis & Alphesibœi*.

XXIII 86 *Crossus in fines Vocatorum.* Vocates, vel, ut alii vocant, *Vocatii*, popul' Aquitanix; sicut & *Tarusates*, vicini Sontiab. qui non longe à Tolosa & Narbone absunt, *Vocorii* vero Gallix Prouincia proximi Allobrogibus, ut ex libro primo patet. Hic igitur legendum est, aut *Vocatorum*, aut *Vocatum*, non *Vocantorum*.

XXVI 87 *Quæ ex Aquitania, Cantabrigis.* Cantabri sunt populi Hispanix ad septentrionem atque Oceanum Britannicum, Gallicumque spectantes, qui & mari & terra facile in auxilium Aquitanis venire possunt. *Tarbello* porro Ptolemæus Aquitanix populos itidem ad mare collocavit. *Bigerones*, non longe absunt à Turfain Vasconia, tum *Preciani*, *Vocates* (à quibus putant *Vascones* dictos, & *Vasconiam*) *Tarusates* (*Turfani* hodie) *Flusates*, (quorum & hodie nomen manet) *Garites*, his finitimi fuerunt, omnes hodie sub nomine *Vasconia*. *Auscorum* meminit *Mela* & Ptolemæus, hodie nomen quoque manet. Cæterum *Garummi* qui esse possunt alii, quam qui *Garumnam* flumen circumhabitant; *Sibuzates* vero & *Cocofates* qui hodie sunt, parum constat, certum tamen est Aquitanos esse.

XXVII 88 *Morini Menapii, supererant.* Morinos & Menapios Cæsar hoc loco coniunxit, quasi vicini sint hi populi. Rursus libro sequente, vbi iturus in Britanniam *Q. Titurium* & *L. Arunculeium* in Morinos atque Menapios misit. Ad finem autem eiusdem libri, eosdè ex Menapiis venisse, ait, cum ipse Morinos domuerit per *T. Labienum* illuc missum.

Verisimile est aut latum habuisse imperium vel Morinos, vel Menapios; aut hic inepte librorum errore coniunctos; vel alium quempiam populum alterutro loco suppositum, quod equidem lectori discutiendum relinquo.

IN C. IVLII CÆSARIS COMMENTARIORVM de Bello Gallico librum III GLAREANI Annotationes.



VNT in hoc quarto libro hac ordine. Bellum contra *Vspetes* & *Tenchtheros Germanos*, qui à Sueuis pulsi, in Gallia armis sedes sibi quaesierant; vbi obiter Germanorum mores describuntur. Deinde, transitus exercitus *Cæsariani* per

Rhenum in Germaniam: vbi difficillima pontis descriptio habetur. Vltimo, nauigatio in *Britanniam* insulam, qua hodie *Anglia* dicitur; & reditus mediocriter felix.

89 *Vspetes Germani & ite Tenchtheri.* *Vspetes* & *Tenchtheri*, quas olim habuerunt sedes apud Germanos, apud plerosque dubium. *Althamerus* tamen, insignis nostra ætate rerum Germanicarum indagator, *Vspetes* ad *Rhenum* fuisse putat, maxime in eo tractu, vbi nunc *Franci* ac *Hessi* colunt, nempe a *Franciua*, nobili emporio, *Mœni* ostio, ad *Occidentalem* vulgo vocatam *sylluam Westerbaldt* & confluentes vsque. In qua *plaga* *Ringoia* est infra *Magunciam* ad dextram *Rheni* ripam. *Tenchtheros* vero infra illos ad *Vbios* vsque eadem *Rheni* ripa collocatos asserit. *Hessi* hodie eas regiones tenent. Hæc ex illo. *Tacitus* hocce duos populos ait *proximos Cæsar* colere *Rhenum*, certum iam alio, quibus terminus esse sufficiat. Cæterum ipse *Vspes* a *pellasie* videtur secunda declinatione. *Ptolemæus* *Vspes*, *Tenchtheros* vero, *Tingeros*. *Tyngios* enim Græcus habet codex. Hoc autem lectorem merito moretur, si *Vspetes* & *Tenchtheri* *Rhenani* fuerunt, ut ex *Tacito* ac *Ptolemæo* colligitur, quo nam pacto *irrennum* vagari, ut hic ait *Cæsar*, ad *Rhenum* peruenirent, qua regione nam ita legendum puto, non quas regiones, ut etiam ipse transitus locus describatur; *Menapii* incolebant, quod utique lectori cogitandum relinquo. Nisi forte *Cæsaris* tempore alias, quam *Cornelii* ac *Ptolemæi* habuerint sedes. Sed hæc de his. *Sueuos* autem *Ptolemæus* triplices facit, *Langobardos*, australes *Sycambros* à parte *Rheni* (quanquam eo in loco *Oquebos* inepte alii legunt; *Bilibaldus* *Pyresthamer*, eximius rerum antiquarum, dum viueret, scrutator ac iudex, & nobis amicus, *Silebos* traduxit. at miror *Ptolemæi* mentem

mentem id loci non exactius animaduersam) *Alteros Angelos*, magis orientales *Langobardis*, & in septentrionem ad medium *Albis* extensos. *Tertios Semmones*, à medio *Albi* orientem versus ad *Sueuum* vsque fluiuium. Quo sane ex situ quam late olim patuerit *Sueuorum* natio, satis liquet. *Ptolemæus* inter *Germanos*, ut iam diximus, quos *Rhenus* propinquos facit, & *Sueuos*, *Langobardos* ponit. Postea vero cum *Germanos* mediterraneos numeraret, qui ipsorum lingua *Hertioner* nominantur, (*Plinius* corrupte aliquanto *Hermiones* vocat) ibi vero tres ingenteis commemorat populos, *Suenos Angelos*, *Suenos Semmonas*, & *Buguntas*. Verba ipsius Græca subiungam: *Τῶν δ' ἑσθ' ἐκ μεταγενέων ἐσθ' ὄν, μέγιστα μὲν ἐστὶ π, π' ἢ Σηβῶν ἢ Ἀγγυβῶν, οἱ εἰσὶν ἀνατολικώτεροι ἢ Λαγγεβάρδων, ἀνατολίον τε πρὸς τὸς ἄρκετους μέγιστον τὸ Ἄλβιν. Ὁ ποταμὸς. Καὶ τὸ ἢ Σηβῶν ἢ Σεμονῶν, οἱ πῶς ἐπὶ κοῦρι μετα ἢ Ἄλβιν δὲ τοῦ εἰρημένου μέγιστον πρὸς ἀνατολῆς, εἰς τὸ Σηβῶν ποταμοῦ. Καὶ τὸ ἢ Βυγυβῶν ἢ τὸ ἢ Φεξῆς, ἐκ μέγιστον οὐδὲν οὐδὲν κρῆνονται.* Quæ verba ita vertenda erant: *Interiores autem & mediterranea gentes maxima sunt, tum Sueni Angeli, qui Langobardis magis orientales sunt, in septentrionem proeensi, ad medium vsque, Albi fluiuii. Tum Sueni Semmones, qui habitant post Albim à prædicta parte, ad orientem ad Sueuum vsque fluiuii. Denique Buguntas, qui reliqua deinde sequuntur, ad Vistulam vsque flumen tenent.* *Buguntas* puto à *Ptolemæo* dictos, quos postera ætas *Burgundos* vocauit. *Nostra* ætate *Sueuorum* natio de veteri sede nihil possidet. Nam ex gentes, vbi illi olim sederunt, ne nomen quidem *Sueuorum* ferant, si quis forte *Sueuos* appellarit.

90 *Centum pagos habere dicuntur.* Centum horum pagorum lib. 1. ante mentio facta est. Sed *pagum* hæud dubie alia significatione dixit, quam cum de *Heluetiis* loqueretur. Ibi enim *pagus* ut minimum xx millia hominum continerebat: hic vero pro ditiuicula binorum aut ternum millium virorum accipitur, quemadmodum postea cum de *Morinis* in hoc libro loquitur, *Reliquium*, inquit, exercitum *Q. Titurium Sabino*, & *L. Arunculeio Cotta* legatis in *Menapios*; atque in eos pagos *Morinorum*, ab quibus ad eum legati non venerant, descendendum dedit. Verum hoc sciendum, quemadmodum omiſſa de *Vspetibus* ac *Tenchtheris* cepta narratione ad *Sueuos* *Cæsar* diuertit, ita mox relicta de *Sueuorum* centum pagis cepta historia, ad omnium *Germanorum* mores enarrandos statim sermonem conuertit. Quod ex his manifestum est. Nam quæ hic de equestribus præliis scribit, mox in *Vspetum* ac *Tenchtherorum* pugna eadem commemorat. Item quæ de priuato nullo agro, de victu ex lacte, de corporum nuditate, eadem omnia sunt lib. 6. de *Germanis*. Denique eū de iumentis hic loquitur, quibus maxime *Galli* delectentur, quæque impensio parent prærio; continuo non *Sueuos*, sed *Germanos* subnectit, *Germani*, inquit, *importauit non vitulum*, &c. Atqui

Cæsar ipse, ut hoc loco & libro 6. sibi confitet, vix equidem expedio. Hic enim per millenum viorum apud *Sueuos* commutationem; neque belli, neque agricultura rationem intermitteri scribit. In sexto vero, *Germani*, inquit, *agricultura non student*. Rursus hoc in loco, *Neque longius*, inquit, *anno remanere vno in loco incolendi causa licet*. *Paulo* vero post, in hoc adeo libro, *Sueuos* oppida habere commemorat, de quibus iussu sint, missis nunciis post habitum conciliū, demigrare. Ad quid autem oppida habet, si non liceat longius anno remanere vno in loco incolendi causa? Sed habet, *hercules*, habent, inquam, *historici* *Romani*, vbi haud dubie negligentia accusari queant. Quidam nostra ætate de *Sueuis* sermonem ingressi, ita latos eorum faciunt fines; ut totam fere *Germaniam* occupent. Vnde plane euenisse credo, cum *Germanum* dicere vellent, *Sueuum* dicerent. Quæ consuetudo etiamnum apud *Heluetios*, vnicas veteris *Gallix* reliquias, manet.

91 *Et in fines Eburonum & Condruſorum.* *Condruſorum* & *Eburonum* supra etiam meminit libro secundo, vbi à *Germanis* originem eos ducere dixit. Quidam *Eburones* hodie putant *Leodienses* esse, *Condruſos* vero *Aquenses*, vnius diei ab *Agripina* itinere.

92 *Mosa profluit ex monte Vogeso.* *Mosam* fluiuium *Cæsar* luculenter describit, seruat autem etiam nomen, sed pars *Rheni* quæ ipsum excipit, hodie *Valis* dicitur, allusione ad *Cæsaris* vocem qui *Vacalon* appellat, quanquam vetustiores codices *Vualin* habent. *Vogesus* autem mons; ab aliis *Vogesus*, late patet. Separat enim *Burgundos* hodie & *Lothoringos*; deinde *Elfatiam* ab eisdem *Lothoringis*, meminit *Lucanus* in primo *Pharsalica*:

Deserere cauo tentoria fixa Lemanno,
Castras, quæ Vogesi curuam super ardua ripam
Pugnaces pietis cohæbant Lingonas armis,
Quæ carmina, ut mendosa, *Antonius Sabellicus* aliter legit, maxime duo sequentia:
Castras, Vogesi curuam super ardua rupem
Pugnaces pietis cohæbantia Lingonas armis.

Vnde de huius nominis syllabis quantæ sint, nihil definire quimus: quando in vulgata lectione priores vtraque correptæ; in *Sabellici* productæ legantur. Quanquam si vulgata lectio vera esset, *Vogesus*, siue *Vogesus*, flumen potius quam mōs videri poterat. Quare hoc lectori neququam negligendum. nos certe nullum alium autorem habemus; quantum equidem meminisse possum, ex quo certiora adferremus.

93 *Rhenus autem oritur ex Lepontis.* Neminem ducat admiratio, si veteres *Geographi*, quando omnia, vel hostilia vel inaccessa incognita e-rant, de *Rheni* ortu tractuque adeo exigua nobis aperuerunt notitiam; quando nostra hæc ætate, cum omnia pacata, omnia iustrata sunt, quidam ex professo de fluiuium tractu scribere aggressi nobis de *Rhenum*, & *Danubium*, duo maxi-

ma celeberrimaque Europæ flumina, non satis luculenter, imo valde accise descriperunt. Inter veteres tamen scriptores Latini, quorum imperium ad utrumque flumen finiebatur, multo magis quam Græci mihi visi sunt negligentes. Nam Strabo atque Ptolemæus, Dii boni, quam multis studiis, diligentia, ac sedula cura præcurrunt Plinium Tacitumque, utrumque rei scribendæ oculatum (si diis placet) testem. Plinius libro tertio, cap. 20. *Sarunetes ortum Rheni accollunt*, inquit. Idem libro quarto, cap. 15. *ofiorum* Rheni meminit, originis nihil. Tacitus in Germaniæ descriptione, *Rhenus*, inquit, *Rhæticarum Alpium inaccessio ac præcipiti vertice ortus, modico flexu in occidentem versus, septentrionali Oceano miscetur*. Hæc ille ad eum breuiter de Rheno. De Danubio non minus concisus est. Sed cum de modico Rheni in occidentem flexu mentionem faciat, ut quid non & de eius modico in Orientem flexu aliquid commemorat? Nulla hercle causa dari potest, nisi quia non norat, alioqui nequaquam taciturus. Luculentius aliquanto utroque existimo, utpote sub Claudio Imperatore, ut quidam non imperite ex eo ipso colligant. *Rhenus* (inquit libro tertio) *ab Alpibus descendens prope à capite duos efficit lacus, Venetum, & Acronium. Mox diu solidus & ceruo alveo lapsus, haurit procul à mari huc & illuc dispergitur*. Hæc ille. At longe clarius Strabo, autor Græcus, hæc libro 4. ac 7. dicitur: ubi etiam populos, lacus accolas, item longitudinis latitudinisque terminos commemorare non est grauarus.

94 Sed operæ precium videtur, quando prope ad caput eius fluminis nati sumus, ac toties ipsum totum pene flumen nauigauimus, ut certiora de hoc, sed maxime quod ad caput attinet, ex certa ac indubitata descriptione D. Ægidii Tschudi tradamus. Meminisse autem oportet lectorē summas Alpes esse, qui hodie *mons Sancti Gothardi* dicitur, ob causam mox de Lepontis explicandam: cui Adula mons ab ortu connectitur, continenti quidem iugo, ut summarum Alpium velut brachium, aut maui cornu, dici queat. Rhenus igitur initio ex his Alpibus sumpto, ab orientali quidem earum parte, ubi Adula monti coniunguntur, populique Lepontii habitant, duobus nascitur fontibus, vnus, ut minimum diei itinere, propter montium iuga, distantibus. Altero magis occiduo, magisque septentrionali, haud ita longe à Ticini fontibus, qui paulo occidentaliores sunt. Ad eum Ætuatii prope (hodie *Taufsch*) pertinent. Per quorum vallem recta ad ortum, non ad septentrionem, ut falso veteres credidere, currit. Hodie proprie *Canini* dicuntur, à *canis*, prima syllaba producta, siue *Grifones*, ut vulgus appellat. Oppidum Miantum, nunc *Isanz*, habent. Sub quo *Glennæ* fluius ex valle Lugnitia descendens, ab hoc Rheni fonte à dextris suscipitur. Hic fons, *anterior Rhenus* vulgo nominatur. Altero magis orientali, magisque Australi, ex Adula monte, è regi-

one fluminis Muefæ, quod *Misancorum* vallem abluit, & paulo supra Bellizonam Ticino coniungitur. Hic fons, *posterior Rhenus* ab accolis dicitur, sicut alter, *anterior*. Labitur etiam recta in ortum ad insignem pagum Spelucæ. Deinde ad *Schams* & ad Altam Rhætiam (ita nominant arcem in excelssissimo monte sitam) prope pagum Tulfanum, ubi fluuium Albellam, ab ortu contrario cursulapsam, à dextris suscipit. Vallis insignis sub eo confluenta est Tumiliaska. Hic veræ Rhætiae amenissimus situs, hic innumera, ut nusquam alias viderim, multitudo arcium fuit, quarum vestigia etiamnum visuntur; pleraque vel bella, vel alius casus absumpsit. Hæc vitifera regio est. Hic prorsus in septentrionem conuertitur curritque Rhenus ad Rhætium arcem, ubi anteriorem Rheni suscipit, qui cum eo in ortum prope parallela decurrerat linea. Hic ambo iam vnum flumen, Rhætorum Curiam petunt, & hic quodque sunt veri Rhæti & Canini. Curia ipsa ad Plesuram flumen, elegans sane oppidum est. Sub eo Rhenus tortuosior ingressus Ciceret pagum edit. Ibi ad xx millia passuum recta in occasum tendit. Rhucantii (quorum Plinius meminit) vallem obtinent. Langarus est flumen, ex Rhætione monte (cuius mentio est apud Melam) ortum, & per Rhætiam vallem delapsus, quod hoc loco à dextris Rhenus suscipit. Mox Lupinum oppidum peruenit, *Maj campum* hodie vocant. Toto hoc tractu vitifera est regio. Hic Sarunetes (qui nominati sunt apud Plinium) à sinistris relinquit, elegantissimam sane vallem, quæ lacum Riuarium attingit, vulgo *Valense* nos superius alicubi etiam *Vesentium* nominauimus. Hic Rheus inter duos montes (*Alberg & Schalberg* vulgo vocantur) ad Estiones recta in septentrionem delabitur. Meminit *Estionum* diligenter libro quarto Strabo, adhuc nomē retinent. Hinc ad locū Benedurū, à dextris Campum S. Petri (*Seldtich* nominant) oppidum sane elegans, aliquot millibus passuum distans habet, à sinistris Comitatum *Werdenberg* / Glaronensis ditionis. Sub Beneduro à dextris suscipit fluuium illum, qui è Rhætione monte ortus, ac per vallem Drusianam (vulgo *Walgöw*) lapsus oppidum *Seldtich* alluit. Sub hoc confluenta Rugulcos à sinistris habet (*Ninthal* nunc nominant) ditionis Helueticæ. Porro & Estionum & Rugulcorum regio vitifera est. Hinc lacum *Brigantium*, ut Plinius, ac Solinus; vel *Acronium*, ut Mela; vel *Constantiensem*, *Potmicum*q; ut vulgus nostra ætate vocat, ingreditur. Circuitus eius lacus à Strabone libro septimo supra 200 stadia proditur, longitudo circiter 200, latitudo dimidio minor. Nihil hoc lacu elegantius. Ad caput eius Brigantium oppidū est, vnde & nomen inuenit. Deinde à dextris, qua parte Vindelici, nunc *Lingöwer* / olim habitauerunt, Lindauum est in insula oppidum. Cui oppido parua alia adest insula, etiamnum *Insula* nomen retinens, qua velut arce ad inuadendos Vindelicos commodissime vsus est

in na-

in naualibus pugnis Tiberius, ut inquit Strabo eodem libro: non sane illa, quæ in lacu inferiore *Augia* nomen apud quosdam habet, vulgo *Nieserow*, quasi diceret *diuitem terram*; quæ non nunquam sicco adiri potest. Sunt alia item ab eodē latere oppida *Larqenarg* / *Buchhorn*, *Nerspurg* / *Præfulis* Constantiensis domicilium, *Wörlingen* / eximium oppidum; extremo eius lacus angulo. A sinistris vero littore Helueticæ, *Arbor felix*, *Acronii cornu*, & *Constantia*. Hic Rhenus è superiore lacu inferiorem lacum ingreditur, quem Pomponio *Venetum* appellatum contendat. Nostra ætas *Cellensem* ab Radolphi cella insigni oppido, vocat. In hoc lacu, qui quadruplo minor est superiore, *Augia* insula est, vt diximus. Oppidula alia sunt ab Helueticorum parte, *Steckhorn* / ad lacum; infra autem lacum, & ad Rhenum iam prorsus in occasum conuersum, *Stein* / & *Diessenhoffen* / deinde *Scaphusia*, à naualibus nomen habens, à dextris in Germanorum littore elegans oppidum, à quo Danubii fons; qui hodie creditur, vix xxx millibus passuum distat. Sub *Scaphusia* ad tria circiter millia pass. itinere pedestri, non autem secundum fluminis circuitonem est maior Rheni cataractes, hoc est, fluminis de alta rupe præcipitatio, cum ingenti strepitu & stupenda aquarum ad scopulos collisione. Quem locum admodum miror, neque Plinio, neque Cor. Tacito, qui se Germaniam Galliamque vidisse gloriatur, ne vno quidem verbo nominatum. Eum nos in Panegyrico de Helueticis, ubi *Scaphusia* laudes canimus, his verbis obiter descripsimus:

*Quam propius liquidæ facies nitidissima Rheni
Alluit, hic rapidus resurgente in gurgite vortex
Cernitur Euripum referens, Scyllæq; voracis
Laprasus, hic vnda alti de vertice montis
Lapsa ruit præceps, sterilemq; eructat arenam
In circum, sursumq; volans portendere nubem;
Aut nebula speciem, & coelum pulsasse videtur.*

Sub eam Cataractem in se ipse propemodum, vt de Mazæro scriptores referunt, Rhenus redit, duobus in longum spacium gyris, ad tubæ ductilibus formam spiras faciens. Quo in loco Cænobium, hodie *Stans* / ubi olim magnum fuisse oppidum fama est. Videntur adhuc aliqua vrbis vestigia, sed non omnino verusta, ut puto: nulla, quod sciam, Romanis literis inscriptione. Quidam Sūcuorum præcipuum, dum aliquam Helueticorum partem tenebant; fuisse Regiam perhibent. Paulo inferius Rhenus à *Dr* flumen excipit, de quo in superioribus. Hinc rursus ad quatuor millia passuum in Austrum versus, Tosam fluuiem à sinistris, ad oppidum *Wylsow* ditionis Tiguriar, & rursus dein facto paruo admodum arcu, prorsus ad occasum conuersus, paulo infra aliud flumen itidem à sinistris, *Glac* vocant, ex duobus ortum lacubus, *Fefino* & *Gryphio* accipit. Hinc oppidum *Reiserhus* / quasi dicas *Cæsaris selinum*, à

sinistris habet; mox Zurzachium nobile emporium ab eodem latere, multi *Forum Tiberii* Ptolemæo dictum putant, non omnino absque ratione. Nam locus peruetustus videtur, collegio Canoniorum ac diuæ Verenæ virginis tumulo nobilis. Quidam autem Cæsaris solum Ptolemæo *Forum Tiberii* dictum putant, sed Zurzachium *Garnodurum*. Hinc ad v millia passuum confluens est Rheni ac trium fluminum siue pagorum, antea in vnū sub Aquis, Vindonissaque commixtorum: De hoc, ubi de pagis Helueticorum lib. 1. scripsimus, vt puto, diximus.

95 Hic Rauracorum incipit tractus, cuius quatuor elegantia sunt oppida, de quibus eodem lib. 1. Primum igitur *Walshüt* in latere dextro, à confluenta duo millia pass. distat, cui *fluius Hartziama*, ab Ammiano Marcellino sic dicta, non *Martiana*, vt corrupti habent codices, imminet. Ad de hac postea plura lib. 6. Alterum inde ad decem millia passuum latere Rheni sinistro; quanquam pons bina connectit oppidula, sed maui cum arce à sinistris est. Hæc minor est Rheni cataractes, non ita prærupta, vt superior, rupe, decliuis tamen & scopulis horridis, angustaque memorabili insignis. Nec tamen minore altitudine, si à supremo eius labro ad protellarunt ac fœuientis vnda finem supputes. Nomen inde *Lauffenberg* / quasi dicas, *Cataractæ montis*: quippe cui insignis arx imposita est. Octo millibus inde passuum insulam facit, diu *Fridolini* sancti viri, qui ante mille annos in eam venisse dicitur, sepulchro nobilem. Tertium Rauracorum oppidū, *Streckingen* / ubi & nobilium virginum collegium est. Nec apud me dubium; quanquam in Rauracis hic locus est, a *Sequaniis* tamen, qui non longe inde absunt, nomen habere, non à *sacro*, vt vulgus torfit vœtem. Huic Collegio non paruum debeo, & propter patriam meam Glaronam, quæ illi fœderis iure multis seculis obnoxia fuit, & mei etiam causa, quod illic ab ipso Collegio ac senatu sæpe honeste exceptus fuerim. Sane per omnē Rauracorum terram Rhenus citatus fertur, donec ad quartū oppidū (*Ninthal* appellat, quasi dicas *Rheni campū*) deuenit. Id à sinistris habet, & ipsum elegans sanè oppidum. Hic quoq; aliquid Cataractæ simile videtur, nullo tamen magno nauium periculo: quippe quæ cum hominibus qui quidem voluerint, nam licet cuiq; paulo superius nauim exire tuto transeant, cum in maiore Cataracte nullæ prorsus nauis, in minore vacuæ per funes, aliquando & cum hominibus, sed audacibus, & vitam nihili facientibus transmittantur. Hic autem, vt diximus, licet transire si velis. Vulgus *Streckingen* id est, *Tartari vntu*, vocat. Cum Rhenus paruus, videtur in medio eius alueus aquarū inter rupes, quem nauis norunt, etiā turbulento amne. Post hoc oppidum nihil amplius in Rhenio tumultus est, placidus inde adhuc ad x, aut circiter millia passuum meat, donec Basileam venerit. Ibi vero prorsus ad septentrionem conuertitur. Hic itaque verus est Rauracorum tra-

us, quem nescio, num quisquam ante hanc aetatem recte nouerit. Qui eum a Basilea ordiuntur, Colmarium usque, plane errant. Ceterum sub *Rinfelden* ad quatuor millia passuum à sinistris Augusti Rauracorum fuit, in humile hodie redacta vicum. Visuntur adhuc veteres ruinæ turrium, cloacarum, pyramidum, numismata plurima, aurea, argentea, ac ærea: ab Hunis vulgo creditur diruta. Alii malunt ab Alemānis sub Valentiniano tertio euerfam. Totus ferme Rauracorum tractus hodie ditiosis est ducum Austris. Terminantur autem ad Byram flumen, quod D circiter passibus supra Basileam à sinistris Rhenus excipit. Nā Basileam ego in Sequanis constituo. Attingunt enim Sequani ea parte Rhenum, vt lib. I. inquit Cæsar. Sungeni hodie haud dubie pars sunt Sequanorū. Hæc hætenus de Rheno certa ac visa potissimum hac de causa retulimus, quod plurimum à veteribus, à recentioribus non satis diligenter, imo nec vere tractata viderimus. Reliqua, deinde à Basilea ad finem usque fluminis, etsi pleraque nobis visa sunt, verum quod id à multis annis factū, nec ita recenti sunt nobis memoria, tum quod ab aliis diligentius quam superiora, quæ nunc diximus, tradita, consulto, omittantur. Nam quod ad hunc attinet locum, satis nobis dictum videtur.

96 De ostiis eius (vt hoc lectori velut parergon adiciamus) varia est apud autores opinio. Vergili⁹ *bicornem Rhenum* vocat 8. *Aeneidos*; quod duo sint eius ostia. Plinius lib. 4. cap. 15. *Helium* ac *Fleuum* vocat. Cæsar alterum quod Mosam accipit, *Vacalon*, quam hodie *Valim* vocant. Alterum vero neutiquam nominat, olim *Rheni*, vt quidam putant, hodie *Lecca* nomen habet. Porro Ptolemæus, & quidam alii auctores tria eius ponunt ostia; quod approbat ætas nostra. Sed audiamus duorum hac de re auctorum verba. Pomponius Melæ, eodem quo iam diximus loco, hæc continuo subnectit verba, *Sed ad sinistram*, inquit, *amnis etiam tum, & donec effluat, Rhenus: ad dextram primo angustus, & sui similis, post ripis longe ac late recedentibus, iam non amnis, sed ingens lacus, vt campos impleuit, Fleuo dicitur, eiusdemq; nominis insulam amplexus, sit iterum arctior, iterumq; fluuius emittitur.* Hæc ille. Quæ verba, si sinistra ac dextri nominibus vitur consueto modo, vt hoc Germanicum, illo Gallicum laus designet, *Valim Rhenum* vocat, alterum autem ostium *Fleuum*. Corn. autem Tacitus Augustæ historiæ lib. 2. *Rhenus*, inquit, *uno alveo continuus haud modicus insulas circumueniens, apud principium agri Batavi velut in duos amnes dividitur, seruatq; nomen & violentiam cursus, qua Germaniam præcubitur, donec Oceano misceatur, ad Gallicam ripam latior, & placidior affluens, verso cognoscendo Vahalin accola dicunt, mox id quoq; vocabulum mutat Mosam flumine, eiusque immenso ore in Oceanum effunditur.* Hæc ille. Quibus verbis Melæ contrarium indicat: nempe septentrionalius ostium, *Rheni* cognomine di-

ctum. Alterum *Vahalin*, quod Cæsar *Vacalon*, sine (vt alii habent codices) *Valim* vocat. Memini ante annos XII cum ea de re D. Erasmo, vt ad Rheno ostia nato, auctorum verba propiussem, casu ei colloquio interuenisse ex Belgis virum eruditum, recens ex Italia profectum, Antonium (cognomē, quod vehementer dolet, non teneo) artis medicæ professorem. Hic cum audiret mirari me auctorum tam varias opiniones de ostiorum Rheni cum numero, tum nominibus, *Glaucane* (vltro inquit) *video quid erres. Rem, si gratum tibi putes, breuibus expediam. Imo percipio*, inquit. Tum ille, *Tertium*, inquit, *Rheni ostium, quod hodie Isela dicitur, Ptolemæo, & nescio quibus aliis celebratū, id vero antiquitus non fuit: sed Drusi aduersus Germanos bellantis iussu, fossa in mare deducta factum est, vt munimentum aduersus barbaros esset. Atque ideo Ptolemæo tria sunt Rheno ostia, qua veteribus duo.* Hæc cum audissem, acquieui, verū quid idem de nominibus sentiret vt interrogarem, in mentem non venit, nec tum id agebam. Cæsari hercle ea de re nihil certi constitit. *Vbi Oceanus*, inquit, *appropinquauit, in plures distulit partes.* Et rursus paulo post concludit: *multisq; capitibus in Oceanum influit.* per capit, vt opinor, ostium intelligens, per partes, brachium, vt vulgo loquimur. Sed huius parergi etiam nunc plus quam satis.

97 *Ex Lepontis.* De hisce sane populis, quando ex Geographis nihil certi nostra ætate scire potimus, partim quæ vidimus ipsi, partim quæ Tschudus noster diligenti cura in dicto toties libro promit, lectori aperimus. Plinius lib. 3. *Lepontios*, inquit, *ac Salassos Taurisæ gentis idem Cato arbitratur. Ceteri ferè Lepontios relictos ex comitatu Herculis interpretatione Græci nominis credunt, præstis intra sinus Alpium niue membris.* Hæc ille. Catonis opinionem comprobatur linguae vsus apud eos Lepontios, apud quos Rhenus oritur. Ceterū in vniuersum hoc sciendū, Lepontios latissime olim dispersos fuisse, & in circum summas Alpes occupasse. Primum enim ad earum ortum Lepontii sunt, qui Gallica adhuc, qua hodie Heluetii, vtuntur lingua, apud quos australior Rheno fons oritur, vt dictum est. Ad earundē autem meridiem, quicquid inter Bellizonam, ac montem S. Gothardi est, vulgus *Leuoni inam vallem*, vocat, Vrorum hodie ditiosis. Per eam vallem amnis Ticinus à summis ortus Alpibus, vt ante diximus, fluit. Ad occasum earundem habitant Lepontii, quos Plinius *Viberos* vocat, apud quos Rhodanus oritur. Et hi quoque nunc præca Gallica vtuntur lingua. Denique ad septentrionem ad Vrsam flumen pulcherrima valle, *Vrsula* huic nomē est, Lepontii habitant: & hi Gallicam etiamnum habent linguam. Ptolemæus Lepontiorum oppidum *Oscelam* ponit. Cuius hodie quoque nomen in valle manet, amne Tolā irrigua, qui amnis ex summis oritur Alpibus, vt Ticinus. Oppidum infima valle iacet, hoc tempore à Canonicorum collegio *Dōmo de Oscolo* ab Italis dictum, longe sane ab Oscolo

celo oppido, cuius Cæsar in primo meminit, quod ad Duriam minorem est, vt antea diximus. Multas alias præterea valles habuerunt Lepontii, de quibus multa erudire Tschudus noster. Apud eos sane septem oriuntur flumina, vt antea dictum est, in omne mundi parteis præcipitata. Ipsi Lepontii mediū sunt quinq; horum populorum, Rhætorū, Insubrium, Salassiorum, Sedunorum ac Heluetiorum. Rhætos quidem ab ortu, Insubreis ad meridem, Salassios, Sedunosque ad occasum, Heluetios ad septentrionem habent; nec poterit circino melius eorum describi regio.

98 *Per fines Nantuatum.* Nantuates qui hodie sint, non plane constat, quamquam sunt qui *Constantienses* velint. Hoc certum est ex ordine Cæsareæ descriptionis, regionem inter Lepontios ac Heluetios secundum Rhenum designari. Quando autem Cæsar *Rhætorum* nomen nusquam habet, oblata toties nominandi occasione, Tschudus existimat nō esse dubium quin per *Nantuates* Cæsar *Rhætos* intelligi voluerit; quod ego quoq; credo. Fieri autem potest, vt *Nantuatum* scriptū fuerit, quod in *Nantuatum* deprauatum fuerit. Codices enim quidam *Mantuatum* habent. Sunt autem *Etuarii* ad ortum citerioris fontis Rheni, vt in descriptione eius iam diximus.

99 *Mediomatricum.* Mediomatrices hic tertia dicit declinatione, quod libro septimo secunda, vt Plinius cum secutus. Verum eiusmodi multa reperias, quemadmodum plus quinque variorum *Tentones* & *Tentoni* apud hunc auctorem. Tale etiam videri poterit *Vocates* & *Vocatii*. & quos Cæsar *Tarusates*, alii *Tarusatios* vocant. de *Santonibus* siue *Santonis* etiam alibi admonuimus, nec opus pluribus. Mediomatrici igitur consistunt ad Mosellam fluuium, quorum olim imperium Rhenum usque pertingebat. Hodie eximium oppidum habent Metas. De *Tribocchis* lib. 1. admonuimus.

100 *Ex quibus sunt, qui piscibus atq; ouis.* Videtur Selandiæ insulas designare, quæ hodie sunt è regione Flandriæ, ostiorum Rheni & Hollandiæ, sed nequaquam à feris gentibus habitatae. Quidam Cimbrorum insulas faciunt, quibus nos non subscribimus. Multi putant Cæsarem loqui ex vulgata tum fama de incolis non insulæ Rheni, sed de gente quadam Oceani Balthici, *Oxioniibus*, vt Cornelius Tacitus ad finem Germanicæ appellat. qui Plinio lib. 4. cap. 13. & Pomponio Melæ lib. 3. *Dones* vocati videntur, *δὸν τῶν ὄντων*, hoc est, *ab ouis auium*, quibus vescuntur. Adicit Althæmerus *Oxiliæ* insulæ, quæ Suetiæ sit proxima, incolae designari: copiam enim esse illic auium innumeram, ad quam mense Maio adnauigent, dum aues incubant, ac oua deprædentur, quæ deinde sale condiant, ac seruent multo tempore in cibum.

XVI 101 *Se trans Rhenum in fines Sicambrorum.* Sicambri transrhenani populi sunt in Germania apud Cæsarem, hodie Westphaliæ pars, non autē

Gelrenses, cum Geldria hodie tota eis Rhenum sit in Gallia. Sicambros sane transrhenanos nō Cæsar tantum, sed Ptolemæus, Strabo, & Tacitus commemorant. Quidam, vt Suetonius ac Florus, a iunt, posterioribus temporibus in Germaniam traductos. Sed nos de tempore Cæsaris loquimur, ac de hoc loco.

102 *Hæc vtrags, insuper bipedalibus trabibus.* XVII Antequam ad hæc Cæsaris verba deueniamus, hoc lectorem præmonere volumus. Placere mihi Iucundi picturam, quæ pleraque Cæsaris verba luculenter exprimit, exceptis iis quæ Cæsar de sublimis ita describit: *Ac nihilo secius publica ad inferiorem partem fluminis obliqua adigebantur, quæ pro arriere subiecta, & cum omni opere coniuncta, vim fluminis exciperent, & alia item supra pontem, &c.* Hodie solent pilis lapideis trabes præfigere, ad excipienda omnia quæ temere fert flumen. Quæ vero ad inferiorem fluminis partem obliqua adigebantur, mihi non omnino intelliguntur. Et vide num, *arriere subiecta*, dictum sit, pro *fulcimento*. Nunc ad proposita Cæsaris verba veniamus, quæ in annotationibus, meo quidem iudicio, Iucundus corrumptit, non emendat. ea enim in Cæsaris Commentatio bene habent. Sed distinguendum est post, *vtrags*, quod verbum in nominandi casu dictum est, non accusandi, & construitur cum verbo *distinebantur*; & *insuper* dictum, quasi *desuper*, vt sit hic sensus. *Hæc vtrags, supple tigna sesquipedalia, paulum ab imo præcuta, &c. distinebantur ab extrema parte bimis vtrags, fibulis, insuper bipedalibus trabibus, immixtis, quantum eorum rignorum iunctura distabat.* Nec video quid difficultatis visum sit Iucundo.

IN C. IULII CÆSARIS COMMENTARIORVM DE bello Gallico librum V GLA- REANI Annotationes.



ANNVS ab urbe con. hic fuit septingentesimus. Sunt autē in hoc libro, motus Illyrici & Treuitorū, Dumnorigis Hedui mors, Cæsaris profectio in Britanniam, atq; illic varia pugna, Britannia descriptio, diuisio exercitus in hyberna, Ambiorigis dolus, Sabini & Cotta legatorum Romanorum mors, oppugnatio Q. Ciceronis legati apud Nervios, Cæsaris prælium cum Nervius, concilia Gallorū, Induciomari Treuiri mors à Labieno illata.

103 *Magis magnos ibi fluctus fieri, &c.* In aliis codicibus legitur, *minus magnos ibi fluctus fieri*; atq; ea lectio quibusdam probatur, propter &

precedentia & sequentia de nauis humilitate verba. Sed videat lector, num verisimile sit astum maris minuire fluctus, vt in Oceano, quam in mari nostro sint minores. Quidam putant ideo humiliores à Cæsare institutas nauis, vt facilius subduci possent; quod sæpe faciendum erat propter crebras astum permutationes.

104 *Has omnes nauis imperat fieri.*] *Aduaria naues* à celeritate dictæ, quod facile agi possunt.

105 *In Illyricum proficiscitur, quoda Pirustis.*] *Pirustæ*, populi in Illyrico, vt ait Cæsar, & meminit Strabo lib. 7. Ptolemæus Dalmatiæ ascribit. Verum Dalmatarum, Illyricorum, & Lyburnorū fines ab authoribus non ita certi ponuntur.

106 *Atque omnes ad portum Iccium.*] Ptolemæus *Iccium promontorium* in Morinis ponit, & Cæsar priore libro de eodem, vt opinor, portu ait, *ex Morinis breuissimum esse transitum in Britanniam.* Quidam etiam opinantur Caletum oppidū, hodie diuisionis Angliæ, esse hunc portum, & Caletos sub Morinorum fuisse imperio. Strabo lib. 4. ait Iccium portum distare à Britannia stadiis cccxxx, quæ facerent millia xl, si octona stadia in mille passus supputabimus.

107 *In syluam Arduennam.*] *Arduennam syluam* Marlianus satis luculenter describit. hodie attingit Leucos, & Lotoringiam, comprehenditque *Vasum regnum*, vulgo *Westrich*: quod tamen potius ab *occidente*. (Germanice *West*) nominatum videtur. Pertingit ad Lucenburgam, Vibios, Menapios, Nervios. Cæterum hodie ingentes Abbatis habet, & arces prædonum. Nec est maior hac in tota Gallia sylua.

108 *Qua in Meldis facta erant.*] *Melda Meldarum*, ciuitas est ad Matronam flumen, decem leucis supra Lutetiam. Episcopum habet proprium, vulgo *Menulx*. Quidam tamen *Belgis* legunt, non *Meldis*.

109 *Qua cum annotinis.*] *Annotina naues* sunt, quibus annonæ vehitur.

110 *Ac belli inferendi causa ex Belgio.*] Alii codices *ex Belgis* habent: quod non displicet. quam si *Belgio* legatur, ad eam formam dixisse videri potest, vt *Liuius Samnium*, pro *Santnitium* regione; ita *Belgium*, pro *Belgarum* regione. Verum pro vrbe aliqua in Belgis videtur paulo inferius accipere, vbi exercitu in hyberna diuiso, tres legiones in Belgio constituisse dicitur. Quippe aliæ legiones etiam in Belgis erant, vt quæ in Nerviiis, quæ in Rhenis, denique quæ in Morinis. Adicit Marlianus in *Bellouacis* esse hoc oppidum. Atque ita videtur accepisse Author octauo libri huius belli, in exercitus distributione, & vbi *Nemetocenna* meminit. Sunt in Britannia *Atrebatæ*, vt in Belgis, & alii etiam populi Gallieis nominibus.

111 *Insula natura triquetra.*] Hæc descriptio cum Ptolemaica pictura minime conuenit, sed satis bene cum nostræ ætatis formulis. Respectum

tamen *laterum* nimis large vsurpauit. Quod enim latius occasui obiectum ait, aliquo pacto ita habet. Sed quod septentrioni obiectum perhibet, id non minus orienti soli expositum est lat^o, quam septentrioni. Nec triangulum aliter quadrato comparabis.

112 *Omnes vero se Britanni glasto.*] *Glastum*, herba est plantagini similis. De qua Plin. lib. 22. cap. 1.

113 *At illi intermisso spatio.*] Ego de *intermisso* temporis spatio, non loci, aut campi, intelligendum puto.

114 *Atque his primis legionum &c.*] *Prima cuiusque legionis cohortes* erant maximæ & præualidæ;

115 *Equestris autem proclii ratio &c.*] Hæc verba si ad priora comparabis, oppido obscura sunt. nescias enim de quibusnam loquatur, Romanisne, an hostibus, an de vtriusque.

116 *Interim Trinobantes.*] Hi apud Ptolemæum, vt existimo, *Trinobantes* dicuntur. Reliqua hic populorum nomina Gallica existimo, *Riamant*, *Sengerer*, *Anckenlüt*, *Bibrogger*, *Gasserer*.

117 *Concilioque Gallorum Samarobrina.*] *Samarobrinam* Ptolemæus nominat *Samarobrigam* in Ambanis ad Phrudem fluium. Alii tamen *Cameracensem* urbem; alii oppidum *Diui Quintini* in prouincia *Remensis* putant.

118 *Tertiam in Effuos L. Roscio.*] *Effui* qui certo sunt, non plane constat. Cæterum *Armorici* ciuitatibus propinqui ex verbis Cæsaris intelliguntur paulo post, vbi *Roscium* oppugnare *Armoricæ* ciuitates constituerant.

119 *Cum celeriter nostri arma cepissent, & val-* hic locus *Vatuca*, siue (vt alii legendum censent) *Ratuca* dicebatur, in medijs *Eburorum* finibus, vt postea dicitur libro mox sequente.

120 *Et numero pugnandi pares nostri.*] *Sequentia* indicant multo plures hostium fuisse quam Romanorum. Ideoque lectori examinandum est quod hic Cæsar ait, *numero pugnandi pares nostri*, num pro *numero* legendum forsitan, *animo*.

121 *Qui superiore anno primum pilum duxerat.*] *Primus Centurio*, nunc *primipilus* appellatur, inquit *Liuius* lib. 7. ad finem. *Prima* etiam centuria *Primus pilus* vocabatur, quo modo Cæsar hic vsus videtur.

122 *Itaque confestim dimissis nuntijs ad Centrones.*] De horum populorum nominibus nihil aliud constat, quam *Nerviorum* subditos fuisse. *Leuacos* autem esse qui hodie *Louanienses* dicuntur, & alludit vulgata appellatio, quæ ait *Leuac. Centrones*, quibusdam *Sentron*.

123 *Quacumque ad proximi dies oppugnationem.*] Quia Galli oppugnabant, Romani defendebant, hæc verba de Gallis dicta videri poterant; sed secus ostendunt sequentia omnia. Nisi quis putet aliquid deesse *historiæ*. Ego itaque omnia de Romanis

manis intelligenda existimo. Nec obstat *oppugnationis* verbum, quippe ad quæ non minus Romani se parabant atque hostes, vt sequentia indicant.

124 *Magnus muralium pilorum numerus.*] *Pila muralia*, erant hastulæ, quibus pro defendendo muro vtebantur in hostes.

125 *Sagulisq; terram exhaurire.*] *Sagulum*, indumentum erat militare. hoc igitur loco, quia corbes deerant, terram in sagulis ferebant.

126 *Decem millium passuum in circuitu.*] Alibi legitur *quindecim millium pedum*; qui faciunt tria millia, siquidem quinos pedes pro passu supputabimus. Sane libro secundo *Aduaticorum* oppidum à Cæsare circumuallatum narratur, haud dubie longe maius oppidum quam hoc *Ciceronis* castellum, vbi tamen *quindecim millium pedum*, haud amplius mentio est. Et libro septimo *Alexie* illam laboriosissimam latissimamque circumuallationem Cæsar ait, fuisse *undecim millium passuum*. Quare hic locus merito suspectus est.

127 *Paululum quidem inermis.*] Et hic locus notabilem habet obscuritatem. Nescias enim hostiumne turrim an Romanorum flamma contigerit: & si Romanorum, vt videtur, dubium est, qui nam deturbati sunt lapidibus.

128 *Has ille in iaculo.*] Verisimile est Cæsarem tunc *Samarobrinæ* fuisse, *Crassum* autem in *Belgio*.

129 *Iubet media nocte legionem.*] Vide num legendum sit *legiones*; duæ enim erant in Belgio, & sequentia eam lectionem exposcunt.

130 *Legionemque ei attribuit.*] Vel duas legiones adduxit *Crasus*, vel Cæsar antea vnam habuit legionem. Duabus enim postea venit in *Nervios*, connumerata etiam illa, quæ in *Morinis* fuerat.


131 *Hanc Græcis conscriptam literis.*] Libro horum *Commentariorum* primo Cæsar, *In castris*, inquit, *Heluetiorum tabula reperita sunt literis Græcis confectæ, & ad Cæsarem delatæ, &c.* Rursus lib. 6. vbi de *Druidum* disciplina ac discipulis, *Neque fas esse*, inquit, *existimant ea literis mandare, cum in reliquis fere reb. publicis priuatq; rationibus Græcis literis utantur.* Hic vero epistolam Cæsar Græcis conscriptam literis, per Gallorū exercitum ad *Ciceronem* mittit, *Ne intercepta epistola*, inquit, *nostra ab hostibus consilia cognoscantur.* Quidam excusant, quod Galli literas quidem Græcas haberint, quibus Gallicam, hoc est, suam, non autem Græcam scripserint linguam. Atqui Cæsar hic, non *Græca conscriptam linguam* ait, sed *Græcis literis*. Quod aperte cum prioribus duobus locis pugnat. Ad quæ ego, vt libere quæ sentio dicam, ita respondeo, Tempore Cæsaris mihi non videri linguam Græcam apud Gallos in vilo fuisse vsu, literis tamē Græcis, quibus Gallicam, non Græcam scriberēt linguam, vtique usos, quemadmodum nunc magna *Europæ* portio *Latinis* ad suā quisq; linguam pernotandam vtuntur, atq; ita intelligendos, quos

iam diximus, locos. Hic vero prorsus existimo Cæsarem verbo, *literis*, vsu pro *lingua*, & *Q. Ciceroni* non characteribus tantum Græcis epistolam scripsisse, sed verbis etiam Græcis compositam. Nam *Q. Ciceronem* Marci fratrem Græce scisse, non est mirum; cum ea tempestate omnes, qui quidem alicuius erant existimationis, Græce nouisse, satis constet. Quod de *Massiliensibus* obicitur à quibusdam, nihil probat. Post *Galliam* enim domitam & *Romani* iam imperii factam, tū demum Galli apud *Massilienses* philosophari cœperunt, vt egregie dixerit *Strabo* lib. quarto. Hoc vero tempore ignoti erant *Massilienses* Galli, maxime *Belgis*, apud quos *Belgas* forsitan ne literæ quidem Græcæ, secus atq; apud *Celtas* & *Massiliæ* vicinos, notæ fuerunt.

132 *Tamen Senones (qua est ciuitas).*] *Senones* populi supra *Parisios* ad *Sequanam* flumen oppidum incolunt, quod hodie *Archiepiscopum* habet, cui *Suffraganius* est *Parisiensis*. A quibus fuisse isti *Senones* orti in *Cisalpina* Gallia, qui duce *Brenno* *Romam* incenderunt, anno ab vrbe condita cccclxv.

133 *Quod qui virtute belli omnibus.*] Hoc etiam ad finem *Iugurthin* belli testatur *Sallustius*, *Romanos ita habuisse*, cum omnibus gentibus pro gloria certare, cum *Gallis* pro salute.

IN C. IULII CÆSARIS
COMMENTARIORVM DE
Bello Gallico Librum VI
HENR. GLAREANI
Annotationes.



*H*ic est annus ab vrbe condita dccc lxxv. Coss. Cn. Domitius Caluino, & M. Valerio Messala. Continentur autem in hoc libro hæc ordine. *Belium Nerviiis, Senonibus, Carnutibus & Menapiis per ipsum Cæsarem, & in Treueris per T. Labienum gestum. Deinde vt Cæsar in Germaniam ad Vbios profectus sit. Tum mores Gallorum & Germanorum, sylua & bestia in Germania describuntur, & vt Cæsar persecutus sit Ambiorigem ac Eburones diripuerit. Continetur & oppugnation præsidii Romani in Ratuca oppido Eburonum, vbi priore anno Sabinus & Cottæ hyberna habuerant, qua quidem oppugnation facta fuit per Sicambros Germanos.*

134 *Duplicatoq; extrum cohortiū numero.*] Tres legiones triginta habebant cohortes. *Titurius* autem quindecim amiserat. *Duplicatus* igitur hic est amissarum cohortiū numerus per tres legiones.

Quare nunc decem legionibus pugnat Cæsar.

135 *Adiunctis cisrhenanis.*] In littore Gallico Germani occupauerunt multam regionem, vt ex secundo libro patet, & in Ptolemaica item descriptione.

136 *Concilium in Lutetiam Parhisiorum.*] *Parhisii* ad confluentem Matronæ & Sequanæ vrbem habent *Lutetiam*, quatuor milibus passuum sub eodem confluente, quæ hodie eius regionis metropolis est.

137 *Syluam esse ibi infinita magnitudinis.*] De *Baceni sylua* non recte sentit nostra ætas, quæ eam putat esse, quæ hodie vulgo *Nigra* dicitur; ab qua *Bacenis* plus mille & centum stadiis distat. Id autem quomodo ex ipso Cæsare quis certo deprehendere queat, etiam atque etiam lectori considerandum est. Et primum quidem Vrbiorum situs tempore Cæsaris notandus: quem constat fuisse sub Treueris recta ad Rhenum, in Germania tamen. Deinde recta ad orientem & septentrionem, Sueuos in Germania sedes habuisse, vt ante dictum est. An autem tempore Cæsaris Rhenum attigerint Sueui, quod Strabo ac Ptolemæus scribunt, vehementer dubito. Certe ex Cæsare non satis patet. *Bacenis* igitur *sylua*, hodie *Turingica* dicitur, siue *Harto Saxonicus*. quidam etiam *Piceariam* vocant *syluam*; quæ tamen *Herciniae* sit velut ramus aut cornu, vt nostra ætate quidam scripserunt. *Cheruscii* autem ad Albim fluum sunt. Quidam ad confluentem Saie & Albis vrbem eos (cuius etiam nomen *Cerbst*) habuisse tradunt.

138 *Agricultura non student.*] Non admodum conuenit hoc cum iis, quæ ab initio libri quarti de Sueuis scribit Cæsar his verbis: *Sic neque agriculturam, neque ratio atque usus belli intrinsecitur.*

139 *Circum Herciniam syluam.*] *Herciniae sylua* optimi & maximi, quique authores, cum Latini, tum Græci meminere. Pomponius Mela, eadem fere cum Cæsare disserit. Strabo lib. 7. aliquantum diuersa. Plinius item multis in locis. Eius cum sint haud dubie lata cornua, & varii tractus, ipsa tamen intra Germaniam, quod ad occasum & meridiem attinet, continetur. Ideoque *Ardennam syluam*, vt illius partem, neuiquam annumerauerim, quod quidam nostra ætate temere, meo quidem iudicio, fecere. Vix etiam *Baceni* eius existimem partem. At *Bohemias syluas*, & quæ inde in *Sarmatas* inter orientem ac septentrionem sequuntur, sane connumerauerim. Nam & Ptolemæus *Marcomanni* vicinam statuit *Herciniam*, etiam si is, quem Cæsar hic describit, tractum in multas seauerit partes, nempe in *Eremum Heluetiorum*, *Gabretam syluam*, *Lunæ syluam*, ac *Orcyniam*. At *Semanam syluam*, *Abnobios montes*, ac *Melibocum* nimis remotos puto. *Sudetæ* fortassis admisero montes. Ex verbis autem Cæsaris plane patet, quam late olim, longeq; paruerit. Caput enim eius est quæ à *resina* nomē habet, *Hartzwald*. *Hartz* enim vocant *resinam* &

Galli & Germani. Nunc vulgo corrupto natiuo vocabulo *Schwartzwald* appellant, quasi dicas *Nigram syluam*. Apud Ammianum, & post eum authores aliquot, *sylua Hartiana* dicitur (quamquam *Hartziana* scribi oportebat) quod nomen aliquis sciolus ac Germanicæ Gallicæque linguæ ignarus, vt Latine quid sonaret, in *Martianum* temere mutauit. nisi (quod & ipsum fieri potuit) quis existimet, cum Romanis interrogantibus eius *syluæ* nomen, respōsum esset, *Hartzwald*, relicta voce *Wald*, quæ *syluam* significat, ad alterum verbum, quod *resinam* significat, Romanos animum intendisse, ac *Hartz* pro *Hartz* scripsisse. Deinde, vel vt in ipsorum quoque lingua aliquid tinniret, vel literarum M ac H vicinitate ex *Hartz* factum esse *Mars*, ac deinde *Martianum*, pro *Hartzianum* increbuisse apud indoctos. Illud opinor nemini dubium, nomen esse Germanicum, Gallicumque, non Romanum. Ideoque ego vbi que apud Ammianum, ceterosque, qui eius meminerunt, *Hartzianam* legendum ex istimo, non *Martianam*. Huius autem *Hartzianæ syluæ* partem existimo, vt iam diximus, *Heluetiorum Eremum* à *Rheno* ad *Nicrum* vsq; amnem. Cornelius autem Tacitus, *Inter Herciniam*, inquit, *Syluam Rhenumq; & Moenim amnes Heluetii, vltiora Boii, Gallica vtriusq; gens tenuere.* Quæ verba si ad amulsum discusseris, inuenies Cornelio, neque regione, vbi hodie *Wirtenbergenis Ducatus* est, neq; quæ ad *Danubii* ortum est, inter *Heluetios* ac *Nicrum* amnem, satis notam fuisse. Nam *Heluetios* omnia inter *Rhenum* ac *Moenim* amnes tenuisse, mihi nō sit verisimile; sed à *Rheno* ad *Nicrum* amnem, quæ hodie non poenitenda est natio, id enim uero satis verisimile fuerit. Verum, vt leuorem magis excitem, quis hæc Taciti verba intelliget? *Inter Herciniam syluam, Rhenumque, & Moenim amnes*: cum totum spatium inter *Rhenum* & *Moenim* occupet *Herciniae sylua* secundum Cæsaris descriptionem, cui non paulo plus, quam Cornelio fidei tribuo. Nisi intelligamus, quæ hodie *Nigra sylua* dicitur secundum *Rhenum*, eam solam à Cornelio dici *Herciniam*. Sic enim inter eam, *Rhenumque* & *Moenim* amnes, natio immensa intelligeretur, ipsa *Heluetiorum* etiā regione longo maior. Contineret enim quicquid terræ est inter *Schaffhusiam*, *Noricam vrbem*, *Erebipolim* ac *Heidelbergam*. Verum neq; *Herciniam* ita à Cornelio accipi puto: neq; unquam *Heluetios* tantum terræ possedisse. Nisi quis obiiciat, tempore illo omnia vasta fuisse; à *Rheno*, vrbem vsque *Noricam*: itaque *Heluetios* vere *Eremum* possedisse, ac deinde *Boios vltiora* eiusdem loci occupasse, vbi hodie *Boemia* est. Lector quod volet sequatur. Ego plane in ea sum opinione, Romanos scriptores in omnibus hisce locis describendis sæpe vulgi famam secutos, ac incompetæ pro compertis, quemadmodum de remotissimis regionibus temere mentiendo fieri solet, tradidisse. Vt quid enim Cornelius nec lacus *Acronii*, nec ca-

taractarum *Rheni* meminit, nisi quia non nouit? Certe ipse Tacitus, quantumuis Tacitus, imo loquacissimus author, vt eum Terullianus vocat, haudquaquam taciturnus fuerat, vt mea fert opinio, si ea comperta habuisset. Idem ille quam frigide *Rheni*, quam frigide *Danubii* fontis, quam deinde longe frigidius ipsorum fluiorum tractus describit; quod luculentum argumentum est, ea illi neuiquam fuisse nota. Eremum igitur *Heluetiorum*, quicquid dicit Tacitus, inter *Rhenum* ac *Nicrum* amnes fuisse puto. Sed hæc de *Eremo Heluetiorum* ac *sylua Hartiana*. Scio quosdam esse, qui sedium mutationes apud Cornelium ita intelligerent, quasi Galli protus relicta sua terra sedes mutauerint: sed hi verbis Cæsaris, quibus Cornelius innuitur, facile conuincuntur. Cæsar enim vbi de hac, quam Cornelius hic reperit, habitationum mutatione disserit, ait, *Virtute Gallorum factum, vt raras Rhenum colonias mitterent*; ac continuo *Volcarum Tectosagum exemplum subiungit*. Vnde Cornelius simile exemplum adducturus, *Heluetios* ac *Boios* idem fecisse commemorat. Quis enim crederet *Heluetios* sua (quæ vt author est Cæsar, melior erat) relicta terra, in vastitatem illam ac ingentem solitudinem totos migrare voluisse? At colonias duxisse satis verisimile fuerit: sicut contra & prioribus & posterioribus seculis Germanos in Gallia quoque duxisse constat.

140 *Herciniae* Romanis aspiratur; sic apud Græcos in emendationibus saltem codicibus, & sane Germanicus, Gallicusq; sermo aspirationem postulat. Eratosthenes quartam vocalem, *Orcyniam*, prima syllaba notasse videretur. Quod in Strabone per secundam, vt Latinis, scriptum reperias. At Gallorum Germanorumq; lingua per primam vocalem *Hartz* vocat *resinam*, nisi quod Germanorum quidam crassius *Hort*, per quartam Latinorum vocalem; vnde Eratosthenes *Orcyniam* fortassis mutauit. At *Hertz*, per secundam vocalem, Gallis Germanisq; cor significat. Qui ergo *Hartzianam syluam* scripserunt, melius Germanicam linguam expresserunt, quam qui *Herciniam*. Græcis quidem ac Latinis parum curæ fuit nostra lingua, quæ illi, maxime tamen Romani (adeo Gallorum virtutem oderant) quasi data opera opprimere conati sunt. Quotum enim quodq; nomen vel vrbis, vel fluius, vel populorum etiam, quod vere Germanicum Gallicumue dicere queas, apud Geographos reperias? Cui autem dubium Germanicis Gallicisque locis, Germanica Gallicaq; fuisse nomina? Plinius, ingens antiquitatis amator, mire Gallicam linguam suspexisse videretur; nempe quæ olim maior occidentis pars locuta est: præterea tota Gallia Cisalpina, in qua ipse natus erat. Sed dii boni quam corrupte apud eum leguntur nomina, vt aut *Del* o narratore, aut *Oedipo* aliquo coniectore sæpe opus fuerit, qui ea expiscari volet. Multa tamen & apud hunc, & apud alios authores *Tschudus* noster hac ætate feliciter eruit, & erunt

vt spero, post nos idem molientes, vt quod reliquum adhuc eius linguæ apud *Heluetios*, aliosq; *Rheni* quosdam accolat, veræ Gallicæ, veræ antiquæ, suam apud homines existimationem ac maiestatem recuperet: cum hodie trium nationum Italiae, Hispaniæ, ac Franciæ lingua, sit fragmentum Latine linguæ, sed tanto plurius, quanto magis integritati Latine linguæ appropinquat. Quæ in Italica hodie Franciæ præfertur. Sed de hoc negotio obiter hic. Illud apud me nondum certum, quam probem illud y in *Hercynia*, quod multi periscribunt. Magis etiam hoc mirandum apud Senecam in *Medea* eam syllabam producte legi, in hoc senario:

Lucis Sueui nobiles Hercineis.

Apud Claudianum vero, insignem poetam, correpte, quem sermo ab aliquot seculis nunc imitantur:

sublimis in Arcton

Prominet Hercynia confinis Rhatia sylua,
Quæ se Danubii iactat, Rhenique parentem.

141 Hoc etiam in verbis Cæsaris notatu dignum, pro *Nemetum*, *Althamero* legendum videri *Venetum*; vt intelligantur *Veneti* ad lacum inferiorem *Acronio*, quem hodie *Cellensem* nominant, viginti millibus passuum, plus minus, supra maiorem *Rheni* cataracten. nomen est apud *Melam*, vt supra de *Rheno* retulimus. At lector cogitet, numpret nomen *Veneti lacus* notum fuisse Cæsari. Mihi quidem non videtur, maxime ea de causa, quod *Acronii lacus*, longe maioris quam *Veneti*, non meminerit. Vnde quidam fuere, qui *Rhatorum*, pro *Nemetum* legendum existimant. Sed ne id quidem nominis Cæsari notum fuisse putat *Tschudus*, cum nusquam ipse *Rhatorum* meminerit, oblata toties nominandi occasione: maxime lib. 4. vbi *Rheni* ortum describens, populos commemorat, per quorum sineis *Rhenus* labatur; ibi in eius supremo *Lepontios* collocat, deinde *Nantuares*, per quos forsitan *Rhatos* intellexit. nam continuo *Heluetios* subiungit. Nisi quæ seo in loco, vt diximus, *Atrunium* legere pro *Nantuares* velit. Quod si concesserimus, certe id nominis etiā hic ponendum cenfeo.

142 De *Danubio*, quando eum alii diligenter descripserunt, vt ex navigatione mea didici, hoc vnum annotare dignum est visum operæ precium. Non temere esse, quod veteres authores de monte *Arnoba* scripserunt, & mihi vehementer suspectum fontem illum quem hodie in vico *Neschingen* ostendunt, cum duo alia sint flumina multo altiora origine, illo quidem, quæ ostendunt, fonte. Ceterum vnde in hanc venerim cogitationem, non grauabor dicere. Cum olim *Basileæ* publice *Herodotum* auditoribus meis prælegerem, admodum admiratus, cur is nō vno in loco diceret, apud *Celtas* oriri *Danubium* (*Istrum* ipse nominat) magisq; adeo *Aristotelē*, qui in *Meteoris* ex *Pyrenæo* monte eū labi memoriæ tradidisset: ex quo *Herodotus* vrbem faceret: ad hæc quod *Plinius Solinusq; Arnobā* vocarent eū mon-

tem: denique quod id nomen in Cornelii codicibus toties variatum reperias, in quibusdam enim *Arbonum*, in aliis *Abnouum* legitur; cœpi ego anxius mecum altiora ea de re cogitare. Succurrebat primum quod Strabo lib. 1. ex Ephoro tradit, totum occidentem olim *Gallie* appellationem habuisse. *Gallos* autem esse, qui ipsorum lingua *Celta* appellantur, ut in istorum Commentariorum Cæsaris testatur. Ideoq; Herodoti de Celtis opinionem non esse profus friuolam, facile videbam. Confinium enim ibidem est Germaniæ ac Celtarum. Strabo lib. 7. vocat *extremas Germania ab occasu partem*, ἀπὸ τοῦ ὄψεως (inquit de Istro loquens) ἀπὸ τῆς Γερμανικῆς ἀκρῆς ἐστὶν ὄψεως. Et etiamnum eius regionibus lingua mixta est ex Celtica ac Germanica. Nec dubito Heluetiorum nemore totum eum tractum contineri; quem tempore Strabonis aliqua ex parte Sueui occuparunt. Libro enim 4. idem auctor, postquam iugum, ex quo Ister originem trahit, descripsisset, continuo subiungit: ὅπου αἱ τῆς Ἰστῆος πηγαὶ πλεῖστον Σηθῶν, & τῆς Ἐρικωῆς ὄψεως. id est, *vbi Danubii fontes sunt prope Sueuos, & Herciniam syluam.* Aristotelis autem opinionem de Pyrene monte, ne eam quidem absurdam probant vocabula, quæ etiamnum manent altioribus, eo, quem hodie ostendunt, fonte. *Prugen* alterum vulgus appellat, alterum *Pregen*, regionem *Por*. Et est altitudo non magnorum montium (Strabo vocat ἰσχυρὰ μετέωρα ὑψηλῶν, id est, *ingum mediocriter excessum*) vbi hodie orientur duo hæc, quæ dixi, flumina. Ecquis vnquam fontem vocarit inferiorem, ac non superiorem potius? Quare ego iusta de causa moueor, vt & *Prugen*, & *Pregen* duos Danubii fontes credam, vt *Rheni*. Sed sciolum al. quem pro his, quod obscuriora nomina essent, commutasse in *Pyrenem*, nomē apud auctores celebratum, sed nihil ad huic locum pertinēs. *Prugen* oritur ad Cœnobium diui Georgii in *Hercynia* sylua, labiturq; per *Vilingam* nobile oppidum duobus millibus Germanicis supra *Aeschingen*. *Pregen* autem oritur supra *Serenbach* oppidulum generosi Comitum *Friderichi à Fährstenberg*, quamquam ab altero latere à dextris & aliud quoddam flumen absq; nomine suscipit. Hæc lector pro nostra sedula opera boni consulat.

143 *Volge Teetosages occuparunt.*] *Volca* apud auctores duplices inueniuntur, *Arecornici*, & *Teetosages*. Sed in his nominibus, & *Kuarie* leguntur. Nam apud alios *Volcas Teetosages*; apud alios *Volgas Teetosages* reperias. Ego vtrunque nomen Gallicæ linguæ existimo, quæ *populum* *Volca* nominat: & *Teetosages*, *Dei* *den* *sac*. Ita *Arecornicos* *Hartommen*, quasi diceret *aduentitios* siue *inquinatos*. Meminit horum *Plinius* lib. 3. de *Narbonensi* *Gallia*, & *Strabo* in 4. *Arecornicorum* autē septimo horum *Commentariorum* libro postea mentio habebitur.

144 *Gallis autem propinquitas.*] Legendum videtur: *Gallis autem* *Prouincia propinquitas*, & *transmarinam* *verum* *notitia*, &c. vt intelligamus pro-

uinciam Romanorum de qua ab initio primi libri, vbi de *Belgis*.

145 *Latitudo nouem dierum.*] Latitudo hæc nouem dierum sumi videtur à meridie ad septentrionem, hoc est, à *Rheni* *cataracte* maiore, ad *Montem* vsq; *ananem*. Longitudo vero secundum *Danubium* intelligitur, sexaginta, aut multo plus dierum itinere.

146 *Et Anartium.*] *Anartios* *Ptolemæus* maxime septentrionales *Dacia* facit iuxta *Carpatem* montem, & *Tauriscos*, quod maxime consentaneum est verbis Cæsaris. Illinc enim sinistrorsum vertitur *Hercynia* sylua. Porro mons *Carpatum* *Sarmatiam* à *Dacis* summouet, quem perperam *Carpathum* vulgo vocamus; cum *Carpathus* sit insula inter *Rhodum* & *Cretam*, vnde *Carpathium* mare nomen habet. Quamquam haud scio, nisi quisquam alius Geographorum præter *Ptolemæum* huius *Carpatum* montis meminerit. *Conradus* *Celtis* *Carpathum* media producta syllaba vocat, fortassis ad insulæ differentiam, quod non fuit necesse, si quidem *Græca* exemplaria inspexisset. Vbi ὁ Κάρπατις, τὸ δὲ Κάρπατιον, pro monte. Pro insula vero ἡ Κάρπαθος, ἢ Κάρπατος.

147 *Ad fines Dacorum.*] *Daci* populi *Danubii*, propinqui *Sarmatis*, *Iazygibus* *Metanastis*, & *Mysiis*, olim maxime feri, & *Romanorum* hostes.

148 *Millibusq; amplius quingentis.*] Priore libro Cæsar ait, ex *Eburonibus* in *Morinos* esse *millia passuum centum*. at qui id ipsum hoc spacium ex *Eburonibus* in *Morinos* multo longius est, quam sit *Arduennæ* longitudo, videlicet ex *Treueris* in *Neruos*. Quo pacto origitur *Arduenna* *millibus passuum amplius quingentis* in longitudinem patet? nisi longitudinem pro circuitu exponas, quod haud scio an quisquam ausus sit facere.

149 *Si in insulis sese occultauerunt.*] Videtur hoc de *Selandis* dicere, quæ insulæ sunt hodie inter *Flandriam* & *Brabantiam* in mari Germanico.

150 *Segni, Condruisq;.*] Hic locus quibusdam doctis viris corruptus videtur, inter quos eximius vir *D. Lampertus Paschalis*, sacri ordinis *Carthusiani*. Prior domus ad confluentē *Moselle* ac *Rheni*. *Legni*, inquit, gens *infra fines Memapiorum*, cuius & *Tacitus* & *Ptolemæus* meminerunt. Manet hodie genti nomen, & oppido *Lygn* vel *Lenck*: in qua gente olim oppidum insignis cladibus *Romanorum*, dictum *Gelduba*, cuius adhuc vestigia manent. Hæc ille. Quidam *Glatpach* hodie dici existimant. Idē *Lampertus*, paulo post nō *Vatucam*, sed *Ratucam* legendum putat, vulgo *Nadr*, oppidulum in finibus *Eburonum*, haud procul ab *Aquisgrano* & *Iuliaco*. Hæc ille. At quod ad *Legnis*, pro *Segnis* legendum, ex *Ptolemæo* adducit testimonium, nescio quam probem. Nam in *Belgiæ* *Galliæ* descriptione, quæ *D. Lampertus* verba ita legit, *Legnorum Luppiæ*, postea *Agrippinensis*: *Græcis* codex ita habet, λυγίων ἢ λυγία, quod *Bilibaldus* vertit, *Legio tricesima Vlpia*. Nisi forte quis hoc quoque in *Ptolemæo* corruptum à *Græcis* existimet.

151 *Ascaldem*

151 *Ascaldem quod influit in Mosam.*] Hic vnde decem legiones numerantur, & duæ cohortes (si quidem ad hæc duodecim cohortes ad pontis sunt defensionem: nisi quis, quæ paulo post dicturus est, de pontis custodia, ea de longe ante præterito tempore dici intelligat) cum supra decem duntaxat sit mentio legionum. Et vide quam verum hoc sit *Ascaldem* *influisse* *Mosam*, neque enim nostra ætate ex tabulis hoc videre licet *Geographis*.

153 *Expellitur ex oppido Gergobia.*] *Gergobia* oppidum *Aruernorum* est, etiamnum hodie celebrè *Gergobina* vere oppidum *Boiorum*, quod illis *Hedui* in bello *Heluetico* ex iussu *Cæsaris* dederunt. Sed nomina confusa sunt.

154 *Cadurcos, &c.*] *Cadurcos* *Ptolemæus* ad *Cannellum* flumen constituit, propinquos *Santonibus* & *Redonibus*, hodie *Caors*, vt putant. Cæsar ait hos esse sub imperio *Aruernorum*. *Turoni* autem ciuitatem hodie ad *Ligerim* habent diui *Martini* sepulchro claram.

155 *Aulercos.*] *Ptolemæus* vli. 3. diximus triplices facit *Aulercos*, *Diaulitas*, *Eburacos* & *Cœnomannos*. Sed hæc nomina apud Cæsarem aliquantum variata sunt, vt ibidem diximus. Præterea nonnunquam coniunctim, nonnunquam distinctim, magna codicum variatione ponuntur.

156 *Lemonices.*] *Lemonices* *Ptolemæus* vicinos facit *Rhedonibus*, *Cadureis*, & *Pictonibus*. Sed post secundam syllabam quidem codices u ponunt, quidam m, atque inde putati sunt duo populi, quos ego vnum fuisse existimo.

157 *Andos.*] *Andes* tertia declinatione ad finera libri secundi vsurpauit Cæsar, & *Hirtius* lib. 8. genitiuum pluralem *Andium* protulit; ideoq; hoc in loco *Andes* legendum puto, non *Andos*.

158 *In Ruthenos mittit.*] Dicitur est superius duplices facere *Ruthenos*, *prouinciales*, & non *prouinciales*. Hic itaque de *prouincialibus* loqui videtur.

159 *Ipsæ in Biturigas.*] *Bituriges* *Ptolemæus* duplices facit, *Vibiscos*, quos ad mare ponit, vicinos ostiis *Garunnæ* fluminis: *Oecubos*, quorum oppidum *Auaricum* ponit, quod Cæsar cepit, miserimeq; diripuit. De posterioribus hic intelligimus, vulgo *Burges*; nam *Vibiscos* hodie *Burdeaus* vocant.

160 *Progressus in Nitiobriges.*] *Nitiobriges*, populi *Narbonensis* *Galliæ* apud *Ptolemæum* vicini *Ruthenis*, hodie montem *Pessulanum* vocant, vulgo *Mompelie*. De *Gabalis* nihil certi asserimus, quam *Nitiobrigibus* fuisse vicinos. Cæsar postea ait, sub clientela *Aruernorum* fuisse.

161 *Præsidia in Ruthenis, prouincialibus.*] Hoc in loco coniungenda videntur bina nomina, *Ruthenis prouincialibus*, & *Volcis Arecornicis*. Nam vtriq; duplices sunt, vt in superioribus dictum est, & in sequentibus suis locis plura dicentur.

162 *In Heluos, qui fines.*] *Heluii* qui sint, Cæsaris verba satis declarant. Meminit & *Plinius* lib. 3. capite 4. *Alba Heluorum*. Vt recte *Marlianus* existimavit hodie *Albinam* dici.

163 *Et si mons Gebenna.*] *Gebenna* qui mons sit, non minus clarum est. Cæterum ingens error est, de quo libro primo admonuimus, qui *Geneum* hodie *Gebennas* vocant. cum hæc vrbs sit inter *Allobrogas* & *Heluetios*: mons autem *Gebenna* inter *Aruernos* & *Heluos*, longissimo ab *Geneua* tractu. Meminit eius etiam *Plinius* lib. 3. cap. 4. Videtur autem hic mons admodum longus

IN C. IULII CÆSARIS
COMMENTARIORVM DE
bello Gallico librum VII HEN-
RICI GLAREANI AN-
notationes.



N septimo libro, septimi anni continetur historia belli Gallici, qui fuit annus dccxi ab vrbe condita, Cn. Pompeio Cof. solo, in quo libro hæc habentur ordine. *Secus Galliarum à Carnutiensium audacia ortus. Vercingetorigis ambitio & studium recuperanda libertatis, qui statim Bituriges, Aruernos, aliosq; populos concitat. Cæsar legiones magna industria omnes cogit. Vercingetorigis Boiorum oppidum oppugnare instituit. Cæsar cum illis auxilio esse vellet, Vellaunodunum, Genabum, ac Nouiodunum oppida in itinere expugnat, desistit Vercingetorigis ab oppugnatione Boiorum, persuadet Biturigibus, vt omnia, qua munita non sint oppida, succendant, quo Cæsarem pabulatione intercludant. Cæsar Auaricum oppidum cepit, in Heduis seditionem sedat, cum Labieno copias partitus, Gergobiam obsedit, interim Hedui fraude Conuictolanis Litavici, desciunt à Romanis. Cæsar apud Gergobiam militum audacia male pugnat. Viridomari & Eporedorigis Heduorum insignis narratur perfidia, Labienus contra Parisios feliciter pugnat. Desicit tota Gallia præter Remos, Treuiros, & Lingones. Cæsar cum Labieno in Sequanos cedit, consequuntur Galli duce Vercingetorige. Fit prælium in quo Cæsar victor Alexiam oppidum Mandubiorum, in quod Vercingetorigis confugerat, magnis munitioibus oppugnat. Conuenit vniuersa Gallia Cæsarem oppugnatum, vbi Cæsar rursus maxima pugna vicit, oppido potitur, Vercingetorigemq; cepit.*

III 152 *Desperatis hominibus Genabin dato, &c.*] *Genabum* ad *Ligerim* amnem oppidum sesquidiei itinere à *Lutetia*, hodie *Aurelia* dicitur, vt est communis existimatio. Pontem per *Ligerim* habet elegantissimum. hæc sedes est ducum *Aurelianensium*.

fuisse ab occasu in ortum, cum Cæsar (vt postea in hoc adeo libro) inter Elauerem & Ligerim amnes conclusus dicat, iter in prouinciam monte Gebenna impediri.

XI 164 *Altero die cum ad oppidum Senonum Vellauod.] Vellauodunum* Senonum oppidum est, qui autem *Villam nouam, Lothoringia* intelligunt, vehementer errant. Neque enim vsquam Lothoringia hoc Cæsaris iter attingit. Nā ab Agendico altero die eo venit Cæsar, & rursus ab eo biduo cū legionibus Genabum. Quanquam haud scio num proximo itinere.

XII 165 *In via Nouiodunum oppugnare.] Nouiodunū* trium oppidorum nomen, in Sueffionibus, vt libro 2. in Biturigibus, vt hic in Heduis, vt postea in hoc libro. Cæterum hoc loco necesse est Nouiodunum esse eo itinere, quo ab Aurelia itur in Bituriges.

XXXIII 166 *Fratrem à fratre renunciatum.] Renunciari*, id est, publice nuncupari, & audibili voce præconis proclamari, qui in magistratu succedat.

XXXIV 167 *Secundum flumen Elauer duxit.] Secundum fluium* Elauerem duxit exercitū, propterea quod eum superare non poterat. Est autem fluuius in Aruernis hodie, *Alier*, non longe à Gergobia, quod oppidum hodie purant *Claremontensem* nominari. Cæsar in accessu quintis castris ab Elauere venit Gergobiam, in discessu vero ad idem flumen ab eodem oppido triduo peruenit, non igitur est Gergobia ad Elauerem, vt putauit Marlianus.

LIX 168 *Melodunum peruenit.] Melodunum* oppidū est decem leucas supra Lutetiam, in tria parua oppidula diuisum, quemadmodum ipsa vrbs Parisiensis nostra atate. Quod si Agendicum est inter Sequanam & Matronam, vt indicat Marlianus, quod *Prouins* hodie appellari putat, vix expedimus in vtra parte primum aggressus sit Lutetiā Labienus, à Belgarumne regione, an Celtarum. In vtraque enim parte flumen transeundum erat, hac Sequana, hac Matrona, vt semper ab impedimentis legiones flumine separari necesse esset. Item hoc quoque dubium in vtra Lutetiæ parte fuerint paludes, in eane, vbi hodie Vniuersitas, an vbi maior vrbs. Sed hæc studiosis examinanda relinquimus.

LIX 169 *Bellouaci autem defectione.] Erant enim* Bellouaci in *sede Heduarum omni tempore*, vt ait Cæsar li. 2.

170 *Namq; altera ex parte Bellouaci.] Hic locus* propemodum conuincit Labienum in Belgarum littore tunc fuisse, vbi Bellouaci instabant; Camulogenum autem in littore Celtico; & Agendicum quoque in Celtis oppidum fuisse. nisi dicamus, si Labienum in Celtis fuisse credimus hoc loco, & in Belgas contendisse, Matronæ pontes in Romanorum manu fuisse, aut Cæsarem Matronæ oblitum, & Sequanæ duntaxat meminisse, cum dicit: *Tum legiones à præsidio, atq; impedimentis interclusas maximum flumen disinebat.*

171 *Et parua manu Metiofedum.] Metiofedum, LXI* alii *Iosedum* nominant, oppidum paululum supra Parisios, non autem supra Melodunum, vt Marlianus tradit, quod ex Labieni castris, quæ è regione Lutetiæ erant, facile quis colliget, hodie *Corbel* nominatur, vt quidam existimant. Quod si verum est, Agendicum prorsus in Celtis est, non inter Matronam & Sequanam, vt constituit Marlianus. Sed lector ea de re, quid potissimum sequendum, cogitet.


172 *Sobusianisque, qui sunt finitimi ei, &c.] Se-* LXIV *bustianos* Cæsar li. 1. extra prouinciam ultra Rhodanum primos esse dicit, vicini igitur Allobrogibus & Heduis, imò Heduarum clientes inter Geneuā & Lugdunum, paululum ad septentrionē. Cæterum hoc in loco de populis sequentibus notandum, quod Allobroges, Heluii, & Volcæ Arecomici pro Romanis erant: Gabali vero, Aruerni, Rutheni, & Cadurci contra Romanos. Legendum autem est, *ad fines Volgarum Arccomitorum depopulandos mittit*; ablata coniunctione, *que*, vt vnus intelligatur populus, non duo, quod superius etiam admo- nuimus de *Volgis Tectosagibus*.


173 *Et Eporodurix.] Non erat autem ille, de* LXVII *quo in superiorib. habitū est, vbi de Viridomaro.*

174 *Circuitus xi millia passuum.] Postea dictu-* LXIX *rº est, quatuordecim millia passuum. Quare vel codices errant, vel postea maius spacium complexus est. Quidam aliter hunc nodum expediunt, Cæsarem superius munitionem aduersus oppidanos ostendisse: hic vero aduersus exteriores hostes, quos propediem venturos sciebat. necesse autem esse exteriorem circulum interiore maiorem intelligi. Quod si verum est, oportebit verba illa Cæsaris, quæ postea ponit, *His rebus perfectis, regiones secutus, quam potuit, æquissimas, pro loci natura* XIII *millia passuum complexus*, referre ad sequentia verba, *pares eiusdem generis munitiones, &c.* Quanquam dure sonat quod subnectit, *diuersas ab his, pro, ab illis*. Sed lector iudicet, res non est magni admodum momenti.*

175 *Fossam pedum viginti latam diuersis, &c.] In* LXXXI *genere munitionum lucundus verba Cæsaris partim non intellexit, partim illis aliquid de suo addidit. Duas fossas, inquit Cæsar, quinos denos pedes latas, eadem altitudine perduxit. Hoc lucundus ita accipit, quasi vtraque quindecim pedes etiam alta fuerit. At ego puto Cæsarem dicere, fossas duas quinos denos pedes latas fuisse, & eadem quidem altitudine inter se: cæterum quanto pedum numero, hoc eum non dicere, sicut nec primæ fossæ altitudinem expressit. Et an si lucundus postea id quoque adiecerit, non Cæsaris, sed suis verbis. De ramis autem cipporum, adiectiuū *abscissis* omittit, non absque sensus iniuria. Neque enim permanebant rami infirmi, sed firmi manebant, infirmi abscedebantur. De *liliis* vero hæc Cæsaris verba, non paruam habent difficultatem. *Simul confirmandi (inquit) & stabili-**

*stabilendi causa singuli ab infimo solo pedes terra exculcabantur. In vetustiore codice legebatur, Singuli ab infimo solo pedes tres terra exculcabantur. Sed terni pedes scrobium (vt Cæsar ait) sub terra erant, è quibus intelligo, singulos tum pro stabilendis stipitibus completos, tum post immisos stipes conculcatos terra, ita vt relinquereatur adhuc bini pedes pro longitudine tibiæ ad vulnerandum corpus acie stipitis. Ergo singuli pedes construendum. Quidam ternos pedes scrobium reliquos existimant, ac præterea teretes stipes infimo solo fixos, vt incidentes, inguina ac podices laderent, quod Cæsaris verbis, quæ post sequentur, conforme est. Ait enim de Gallis: *Aut in scrobes lapsi transfodiebantur.**

176 *Ante hos obliquis ordinibus in quincuncem* LX *discessit.] Quincuncialis ordo* vnde dictº sit, multi eximii viri nostra atate anxie inquisuerunt, de quorum numero Guilicimus Budæus est, id certo assero, verum opinione mea libere pronunciata, lectori iudicium relinquo. Quincuncialem igitur ordinem puto dictum, quasi *quimpunctialem*, à quinque punctis. Cæterum quod hæc vox difficilis prolata esset, & non nihil inepti sono referens, atque adeo ingratum auribus, deflexit Romani eloquii consuetudo in id quod proximum alioqui, & in vsu frequenti erat, *Quincuncialis*, pro *quimpunctialis* appellitans. Est igitur Quincuncialis ordo, qui in quouis quadrato centrum ipsius quatuor angulorum punctis comparat. aspectu enim sic fiunt quinq; hoc modo:  Quod si plura quadrata connecti intelligamus, emerget totius iugeri forma sub ordine & aspectu quimpunctiali (vt ita loquamur) ad hanc formam.



Paucis itaq; his verbis, & quid sit quincuncialis ordo, & cur ita dictus, puto lectori perspicuum. Nam ex Ciceronis, Quintiliani, atque aliorum autorum verbis, quæ Budæus adducit, neutrum ita lucidè expedit, vt lector non vehementer hæreat.

177 *Imperant Heduis atque eorum clientibus.]* LXI *Vix est alius totis hisce commentariis locus, æque hic deprauatus, nemine à multis annis de hoc numero curante, quo pacto partes summæ responderent. Itaque & anxia cura, & summa adhibita diligentia, inspectis exemplaribus, cum magna ex*

parte restituisse confidimus. Quanquam in populorum nominibus aliquot hæremus, nec absque causa iudicium nostrum lectori committimus. Notandum itaque est Cæsarem oppido pulchra ratione hanc descriptionem instituisse, nempe vt potentissimos quosque populos primum enumeraret, deinde minus potentes postponeret. Quo ordine *Hedui*, ac *Aruerni* iure præcedunt, quippe quibus & lata regio, & magnæ erant clientela, ideoque & maximum iis dedit numerum, videlicet *tricenaquingenta millia*, quæ summa crefcit in septuaginta millia. Sequuntur deinde populi minores *lex, Senones, Sequani, Bituriges, Santones, Rutheni, Carnutes*, quibus *duodena* tribuit *millia*, non *viginti duo millia*, vt falso habent corrupti codices. Summa igitur horum populorum excrefcit in septuaginta duo millia. *Bellouaci decem millia* dare iussi. *Auo* miserunt; ratio paulo post à Cæsare redditur. *Lemonices, decem millia* miserunt. *Octona millia*, quatuor duntaxat populi *Pictones, Turoni, Parisii, ac Heluetii*, nam hic distinguendum est collo, quod coniunctio, *et*, ter posita satis indicat. Summa, triginta duo millia. Porro deinde nouus sensus inchoandus à *Sueffionibus*, (ita enim legendum est, non *Senonibus*, quandoquidem huiam numerati sunt) *Ambiani, Mediomatrici, Petrocorii, Neruis, Morinis, Nitobrigibus*, quibus *quina millia* imperata sunt; sicut & *Aulercis Cænomannis*, quos ideo seorsum numerat, ne viderentur duo populi, cum sit vnus. Summa octo horum populorum, quadraginta millia. *Atrebatibus* imperata *quatuor millia*; *terna* autem *millia*, tribus populis, *Bellocaffis, Lexobii*, ac *Aulercis Eburonibus*. est enim & hic vnus, non duo populi. Vides vt ab *duodenis millibus* deuentum sit ad *terna millia*. *Bois* igitur ac *Rauracis* ex hæcenus seruato descriptionis ordine minor numerus competet, vt ciuitatibus duabus perexiguis, bello etiam ante sexennium Heluetico attritis, præterea *Bois*, vt exulibus, ab Heduis receptis, quemadmodum libro primo narrauit Cæsar. *Ema* igitur iis *millia* attribuenda, non *triginta millia*, vt pessime omnes errant codices. Postremo *Arxorice ciuitates* pro portione minimum dederunt numerum, vt pote longius ab Heduis distantes, quod de Treuiris quoque superius dixit Cæsar. Itaque his neuiquam distributiua nomen dandum, sed *sex millia* in vniuersum illis imperata intelligendum. Sed age nunc si liber, omnium summam colligamus, primis illis numeralibus, citra distributionem, & notis item numerorum characteribus. Heduarum ac Aruernorum pone *lxxii*. octo deinde populorū, *lxxxi*. his adde Bellouacorum, *ii*. *Lemonicū*, *x*. rursus quatuor populorū, *xxxii*. & octo populorum, *xl*. *Atrebatium*, *iiii*. *trium* populorum, *ix*. *duorum*, *ii*. postremo *Armoriarum ciuitatum*, *vi*. & emerget summa omnium, *ccxli*. Cæsar *vii* equitū ponit, peditum *ccxli*, rotundo magis numero quam iusto, debebat enim ponere peditum *ccxli*. Sed

pro vno milliaro libuit dicere *circiter*. Quapropter si ita, quemadmodum recensuimus, legantur, & ordo Cæsariæ descriptionis, quæ maximè quæque numerum primo quoque loco ponit, seruabitur, & equites in numerum generale illum summam omnium veniet. Denique illud, quod *circiter* Cæsar dixit, explicabitur, cum vnus duntaxat millenarius in summa omittatur. Non existimo difficile, post tam exactam omnium numerorum supputationem, vel parum etiã exercitatus in Arithmeticeis videre, si sex post Heduos ac Aruernos populis dem⁹ $xxii^{\infty}$, vt vulgo codices habent, Rauracis ac Boiis xxx^{∞} , denique Armoriceis ciuitatibus *senam millia*, i.e. xl^{∞} , quantum is numerus superaturus fuerit Cæsaris summam: rursus si Rauracorum fortassis ac Boiorum ad nostram summam diminuemus, quantum defecturus ab eadem Cæsaris summa. Quapropter non magnopere diffidimus, optimos quoque lectores, posteaquam hanc nostram diligentiam penitus introspexerint, calculum huius nostræ opinionis addituros. Obiter etiam hoc Latine linguæ studiose considerandum, quam Latine ac proprie Cæsar distributus, vbi debuit, tota hac populorum nomenclatura vtatur. De Heduis vno populo, *trigintaquinque millia*, inquit, non *tricensa quina*, de Aruernis parè numerum; de sex continuo sequentibus populis *duodena*, non *duodecim*, vt singulis duodecim millia imperata intelligamus. Rursus de Bellouacis, *decem millia*, totidem de Lemouicibus; octona inde de quatuor populis; *quina* de septem, totidem de vno, & rursus de *Atrebatibus*, vno etiam populo, *quatuor millia*; continuo de tribus *terna*, de duobus *binis*, de vniuersis Armoriceis ciuitatibus, non *senam*, quæ immensa summa futura erat, sed *sex* protulit.

178 Nunc de populorum nominibus pauca subnotanda videtur. In Heduorum clientibus, pro *Ambuarætis*, quod alibi *Ambularis* legitur, vide num legendum sit *Ambarii*, qui *Heduorum necessarii ac consanguinei* libro primo dicuntur. *Auleri* autem ibidem vocabulum mihi profus suspectum. Triplices enim sunt *Auleri*, vt supra habitum est, nec vllum hic additur cognomen, quam alteri *Cænomanni*, alteri *Eburones* paulo post nominentur, & *Diablintres* inter Armoriceas ciuitates facile numerari queant. In Aruernorum clientibus *Heluteris*, non *Helutetis* legendum. Cætica lingua *Helluter*; vt *Helluetii*, *Syllueter* quasi a *Dire* prognati, vt præcedente libro refert Cæsar. De *Suessionibus* paulo ante admonuimus: nec obstat vel quod lib. 8. Remi dicant ad Cæsarem, *Suessiones optime de re pub. meritos*, nam hæc prope totius Gallie infamia erat; vel quod ipsorum Remorum clientes erant, cum Carnutes eorundem clientes hic adfuerint. Porro *Bellocaßi* Celtarum est populus; *Veroçasses* autem Belgarum. Sed declinatio mire varia apud autores legitur. Inter Armoriceas ciuitates tria nomina mihi suspecta, *Ambibarii*, *Cadetes*, & *Lemouices*. Confer populorum, quæ Armoricearum ciuitatum sunt, nomina libro 2. ad Iacum, & tertio de bello Venæto, si forte pro *Ambi-*

bibariis, *Ambiliares* legendum; & pro *Cadetes*, *Nannetes*; pro *Lemouicibus*, *Diablintres*. *Lemouices* enim antea numerati sunt, quanquam codex Aldinus prius nomen per consonantem scribit, hoc per *n*; quo auctore, commisit non potui, mihi sane non probatur. Scio apud Ptolemæum *Gallecos* siue *Galletos* in extremo septentrionali latere Lugdunensis Gallie numerari, si fortassis quis eos *Cadetes* à Cæsare nominari cõrèdat. *Galletos* certe Plinius nominat cum *Lexobis* cap. 18. lib. 4. Et in Ptolemæi Greco codice *καλήτρας* legitur, vix me expedito, minusque definitio quid potissimum hac in re sequendum. Lectori iudicet.

179 Sed age nunc, cum adiuuandæ memoriæ gratia, tum vt in posterum minus locus corrumpi queat, totius descriptionis huiusmodi typum adscribamus:

LXX [∞]	Hedui xxv^{∞} , cum suis clientibus, quos hoc loco ponit Cæsar:	Segustanis Ambuarætis Auleris Brannouicibus Brannouis.
LXX [∞]	Senones xi^{∞}	Senones antea numerati sunt; hic igitur <i>Suessiones</i> legendum.
	Sequani xii^{∞}	
	Bituriges $xiii^{\infty}$	
	Sanctones $xiii^{\infty}$	
LXX [∞]	Rutheni $xiii^{\infty}$	Auleri Cænomanni vnus populus non duo, sicut paulo post <i>Auleri Eburones</i> .
	Carnutes $xiii^{\infty}$	

Bellouaci ii^{∞} decem millia his imperata erant, sed duo duntaxat miserunt.
Lemouices x^{∞} .

XXIXI [∞]	Pictones $viii^{\infty}$	Quatuor hi populi nevtiquam cum sequentibus sunt coniungendi.
	Turoni $viii^{\infty}$	
	Parisii $viii^{\infty}$	
	Heluetii $viii^{\infty}$	

XI [∞]	Suessiones v^{∞}	Auleri Cænomanni vnus populus non duo, sicut paulo post <i>Auleri Eburones</i> .
	Ambiani v^{∞}	
	Mediomatrici v^{∞}	
	Petrocorii v^{∞}	
	Meruzii v^{∞}	
XI [∞]	Morini v^{∞}	Auleri Cænomanni vnus populus non duo, sicut paulo post <i>Auleri Eburones</i> .
	Nitiobriges v^{∞}	

IX [∞]	Atrebatibus iv^{∞}	Auleri Cænomanni vnus populus non duo, sicut paulo post <i>Auleri Eburones</i> .
	Bellocaßes iii^{∞}	
	Lexobii iii^{∞}	
IX [∞]	Auleri Eburones iii^{∞}	

Raura-

IV[∞] { Rauraci ii^{∞} Parua hæ erant ciuitates, & nuper bello Heluetico attrite. Inepte igitur his xxx^{∞} codices quidam tribuunt.

VI[∞] { Curiosolites
Rhedones
Ambibarii
Cadetes
Ofissini
Lemouices
Vnelli.
Summa omnium $ccxlix^{\infty}$

XXIV 160 *Acastris longuiros, musculos, falces.* Musculus proprie modum, vt vinea instrumentum est ad subeundas munitiones, minus quidem vineis, sed firmitus. Cæterum pro, à *castris*, quod hic nihil ad sensum facit, puto legendum *castros*. Et plane vetus codex non habebat præpositionem *a*. Vnde non dubito scripturam vitiatam.

181 *Omnia enim plerumque qua absunt.* Horatius Ode prima Epodon:
— *minore sum futurus in metu,
Qui maior absenteis habet.*

182 *Itè nõ ita multo post, Agger (inquit) ab vniuersis in munitione coniectus, & ascensum dat Gallis, & ea, que in terram occultauerant Romani contegit. Quid sit aggerem in munitione conicere, comminisci non potui. Vtrum aggestam terram in fossas conicere? Cæterum nunis concisc hunc finit librum, territus opinor. magnitudine eius ad reliquos, sed res non est tanti.*

IN AVL. HIRTII DERELICTORVM DE BELLO GAL-
LICO LIBRUM VIII HEN-
RICI GLAREANI Annotaciones.

IN Præfatione excusat se Hirtius, ne post Cæsarem temere scripsisse videatur. Deinde motum bellum in Biturigibus & Carnutibus refert, & quomodo his domitis, Cæsar in Bellouacos processerit. Trahitur res paruis præliis. Bellouaci à loco, quem munitissimum insituerant, discedunt; cumque insidias Romanis pabulatoribus duce Corbeo instruerent, Cæsar intellectu dolo, insidias insidiis deiecit, & occiso Corbeo Bellouacos in deditionem accepit. Deinde narrat perfidiam C. Volufeni in Comium Atrebatem, diuisionemque exercitus, videlicet in *Barones* & *Treuiros* missas legiones. C. Caninius contra

Andes & *ducem Dumnacum* feliciter pugnat. *Vxellodunum* obsidetur à Romanis, & expugnatur, is qui arma ferre potuerunt, manus Cæsar præcidit. *Disi* *uisto exercitus in hyberna*, & de Comio historia finit octauum annum. Nono anno pauca admodum gesta narrantur ob quietam Galliam, sed ad bellum ciuile satis multa præparamenta. Decimo igitur anno cepit bellum ciuile, quod posterioribus libris Cæsar descripsit.

183 *Omni Gallia cæuicta.* Hic est annus ab vrbe condita dccxiii. Coss. Seruio Sulpitio Rufo, Marco Claudio Marcello.

184 *Ad Legionem duodecimam.* Legendum *tertiãdecimam*, vt post aliquot paginas patebit lectori non oscitanti. erat enim ea que cum T. Sextio in Biturigibus collocata fuerat: cuius mentio etiam est in oppugnatione Gergobia.

185 *Superioribus Commentariis declaratum est.* Hoc nusquam in superioribus libris continetur, quod equidem meminimus, nisi sit aliquis defectus, vt fieri potest.

186 *Cæsare in Gallia ceteriore.* Gallia ceterior, quæ & *Togata*, diuiditur in Transpadanam, & Cispadanam regiones. Transpadanam occupat ducatus Mediolanensis: Cispadanam Ptolemæus solum vocat *Togatam Galliam*, in qua sunt Placentia, Bononia, Mutina, Parma, & aliæ quædam ciuitates non ignobiles. Cis autem & *trans*, ad urbem Romam referri debent.

187 *Mittit in diuersissimam partem Gallie.* Non satis intelligitur, in quam partem missus sit Fabius, nisi ex sequentibus, quando C. Caninio succurrit in Lemouicis.

188 *Neque C. Caninium Rebilum legatum.* Ad finem libri septimi C. Caninius in Ruthenos cum vna legione mittitur, hic mox in Lemouicos venit cum duabus legionibus.

189 *Ac superiore aestate Tergestinis.* Tergestum Colonia in Istria est in intimo Adriatici maris sinu, non longe ab Aquilegia, Carnorum oppido, hodie ditionis Venetæ, vt tota Istria.

190 *Literis nuncijs, Duracis cognouisset.* Ex Duracio Marlianus populum & oppidum facit, hoc est, ex homine saxum. Duracius enim Lemouicidux fuit à parte Romanorum; contra Dumnacum ducem Andium. Duracius igitur in Lemouico oppido clausus fuit & obsessus à Dumnaco, libertabatur autem à Caninio & Fabio. cæterum Lemouicum non erat ad Ligerim, quod Marliano tamen visum est, Sed Dumnacus discedit à Lemouico ad Ligerim, quem Anium transire cupiebat, à Fabio impeditus.

191 *Circumda. e conatur.* Moratur legendum est. non enim perfecit Caninius has munitiones ante pugnam, de qua paulo post.

192 *Cæstratum ad supplicium.* Ab initio septimi libri vocat *Cotuatium*, quod nomen placet. Cæsar enim corruptit Gallicam vocem *Gâtmad* / quæ gregis est suus, Græci *κότμημα* vocant.

- XXXIX 193 *Reliquam esse unam astatem.*] Duæ reliquæ sunt, vt ex sequentibus patet, & maxime ex initio tertii libri de bello ciuili. Nam ibi ait eum annum esse, quo per leges ei consulem fieri liceret. Fortassis autem selquiannus restabat.
- XLIII 194 *Scio Casarem.*] Epilogus libri est, & incipit nunc nonus annus, siue hyems, quæ præcessit nonum annum maiore ex parte.
- L 195 *Ipsæ hybernæ peruersis contra consuetudinem.*] *Contra consuetudinem* ait, quia antea sub aduentum hyemis solebat in Italiam proficisci, hic vero sub aduentum veris.
- LII 196 *Vt municipia & colonias appellaret.*] Hic & ex sequentibus verbis satis clarum euadit, colonos quoque suffragia tulisse Romæ in magistratibus creandis.
- LIII 197 *Sed etiam per se discessionem facere cepit.*] Hic locus corruptus est, nam de quo loquatur qui discessionem fecerit, ignoratur. Curio enim nullum habuit exercitum.
- LIII 198 *Nam Marcellus proximo anno.*] Loquitur de C. Marcello Consule prioris & huius annorum.
- LIV 199 *Neg, obscure hæc duæ legiones vni Casari.*] Videli. 6. ab initio de hoc delectu. Nam *provincia* intelligo Casaris, & non Pompeii.
- LIV 200 *Per hyberna C. Trebonium.*] Historia hyemis, quæ præcedebat annum decimum, saltem ad Calendas vsque Ianuarias, quo anno Coss. erant, quos paulo ante dixerat, C. Claudius Marcellus, & L. Lentulus Crustellus.
- LIV 201 *Per M. Marcellum.*] Legendum est C. Marcellum, qui huius anni consul fuit, & præcedentis.

IN C. IULII CÆSARIS COMMENTARIORVM de Bello Ciuili librum I HENRICI GLAREANI Annotationes.

Argumentum libri primi de bello Ciuili.



N primo libro de bello ciuili hæc ordine habentur. Contentio in senatu Rom. de imperio Casaris. Senatus consulta aduersus Casarem. Intercessio tribunorum pro Casare. Casaris apud milites concio. Eiusdem à Rauenna discessus ad Ariminum, ac reliqua superi maris oppida, quæ præ-

sidiis firmat. Multi à Casare capiuntur: sed omnes incolumes dimittuntur. Quæ ad Corfinium acta ac Brundisium, profusus explicantur, quod illic Domitius captus, hic Pompeius vix euasit. Diuisio exercitus Casareani. Curio in Africam, Casar Romam proficiscitur, atque inde Massiliam. Massilienses recepto Domitio, Casari portas clausurunt. Relicta itaque ad eius urbis obsidionem C. Trebonio & D. Bruto, Casar in Hispanias proficiscitur. Erant Afranius, Petreius, ac Varro Pompeij legati tres, qui Hispaniam septem legionibus obtinebant, præter Prouincia auxilia. C. Fabi trib. legionib. præcesserat Casarem. Ad Ilerdam omnis belli vis conuersa, hic cum multis diebus pugnis aliquot contendissent, tempestas Casarem, omni commessu intercluso, prope obruisset, vicit patientia. Non minus tamen interea Massilia oppugnatur, & ipsos quidem Massilienses Brutus vicit nauali pugna. Porro Afranius in Celtiberiam abire conati, à Casarianis impediuntur, tandem ad deditonem coguntur, quam mirum in modum tamen Petreius impedire conatus, res absq. multorum sanguine tandem ad felicem exitum peruenit. Clementiam suam Casar ostendit, exercitumque dimissionem fecit, partim in Hispania, partim ad Varum flumen.

202 *In eandem sententiam loquitur Scipio.*] Hic fuit Metellus Scipio, Cn. Pompeii locer.

203 *Dixerat aliquis leniorem sententiam.*] Leniores tres adfert dictas sententias. Quanquam in vnam duæ posteriores concedunt.

204 *Item L. Roscius Prætor.*] Videtur hic Roscius esse, de quo Florus nonagesimonono libro, qui & Orho cognomine, de quo Horatius libro Epodon, Ode quarto.

205 *Dicuntur etiam à nonnullis.*] Pulchre, sed mordaciter inimicorum causas narrat.

206 *Et dolor repulsa.*] Huius repulsæ meminit Florus lib. 108.

207 *Ipsæ Pompeius.*] Lucanus: *Nec quenquam iam ferre potest Casarum priorem, Pompeiusue parentem.*

208 *L. Sylla reliquerat.*] L. Sylla tribunitiam potestatem prope delenerat, sed ius tamen intercedendi reliquerat, vt statim post Casar apud milites conuenitur.

209 *Decurritur ad illud extremum atque ultimum.*] Sensus est: Nullus vnquam lator huius legis tam audax fuit, vt hanc ferret, nisi pene in ipso vrbis incendio, &c.

210 *Liuioreq. habent in vrbe.*] Hic sunt multæ vt incertæ distinctiones.

211 *Quibus rebus cognitis.*] Oratio est accusatoria, maxime autem in inimicos Casaris, hoc est, Catonem & Scipionem inuehitur. Pompeium pro, ter summam auctoritatem, primum non ausus directe petere; at sumpta audacia deinde notat. Primum, quod falso gloriaretur de restituta post Syllæ tempora tribunitia potestate, cum nunc eam proflus obruat. Secundo, quod Senatus decretum,

- eretur, quo in vltima tantum necessitate Populus Romanus vtebatur, inuenerit.
- 212 *Expiata Saturnini.*] De hoc Saturnino vide Florum in Epitome li. sexagesimonono; & de Gracchis, lib. quinquagesimo octauo, ac tribus sequentibus.
- VIII 213 *Ariminum cum ea legione proficiscitur.*] Hic Casar transiit Rubiconem armata manu, contra S. C. dicens, *lactum est aiea*, vt refert Suetonius.
- IX 214 *Tamen hæc honoris iacturam.*] Hic exponit beneficium populi Romani.
- XI 215 *Interea certior factus Tignium, &c.*] Pro Tignium vide ne sit legendum, Firmium, oppidum in Picenis ad superum mare, vt sunt alia hic enumerata.
- 216 *Auximumque proficiscitur.*] *Auximum* meminit Plinius libro tertio cap. decimotertio, proxime Anconam.
- XIII 217 *Deseritur à suis Varus.*] Hic Varus protinus ex hac fuga in Africam venit, quam Prouinciam Prætor antea possedit, ac illam à Casare auertit.
- XV 218 *Etiã ex Cingulo.*] *Cingulanorum* meminit Plinius bis, semel in Latio, capite quinto, libro tertio; semel in tractu Piceno, cap. decimotertio eiusdem libri.
- 219 *Ex Alba, & Marsis, & Pelignis.*] *Albensium* Albam ad Fucinum lacum ponit Plin. libro tertio, cap. duodecimo. Ptolemæus *Albâ Bucelin* vocat, ac Marsis attribuit.
- XVII 220 *Pollicetur quadraginta in singulos iugera.*] Vide ne *quaterna* legendum, pro *quadraginta*. Quomodo enim hoc tot cohortibus Senatorum daret?
- XVIII 221 *Lucretius & Actius de muro se &c.*] Hic Actius Pelignus fuit, non Varus ille, de quo paulo ante.
- XXI 222 *Quid ipsis Corfiniensibus, quid Domitio.*] Expectatio erat quid accideret Corfiniensibus, Domitio, &c. Nam existimabant Casarem seuiturum in eos.
- XXIII 223 *HS LX, quod aurum addiderat Domitius.*] Si legas *sestertia sexaginta*, summa erit coronatarum mille quingentorum. quæ summa videtur nimis parua. Quare legendum existimo, *sestertium sexagies*; quæ summa crefcit in centena quinquaginta millia coronatarum.
- 224 *Frentinorum.*] *Frentanorum* legendum videtur ex Plin. libro tertio, capite vndecimo & duodecimo.
- XXV 225 *In Siciliam Curionem pro prætorem cum legionibus tribus.*] Intelligit triginta cohortes Domitianas, quas Corfini nactus erat.
- XXVII 226 *Sint timore refugiant, illis se honorem.*] Legendum puto: *sin timore defugiant illi, se suo honori non defuturum, sed per se temp. administraturum.*
- XXXIV 227 *Albicos barbaros homines.*] Strabo libro quarto ita habet: *Post Sallyes tenent Albenses, &*

Albici, & Vocantii montana in septentrionem vergentia.

228 *Et Iluorum.*] Non satis clarum est qui sint *Ilui*; cum *Iluus* apud Ptolemæum sit duarum insularum nomen, alterius inter Corsicam & Sardiniam: alterius Hetruria; decem millia passuum à Populonia, vt ait Plinius. De his non video vt hic locus intelligi queat.

229 *Alter bello victas Gallias attribuerit.*] Et hoc quoque suspectum est, de victis Gallis Massiliensibus attributis; nisi intelligamus ideo Casarem quoque suspiciendum, quod victas Gallias Romanis attribuerit. Verum quid hoc ad Massilienses, erga quos Pompeii priuata erant beneficia?

230 *Naues longas Arelate numero, &c.*] Ptolemæus *Arelatum* Sallyum & oppidum & coloniam facit.

231 *Alter à saltu Castulonensi.*] *Castulonem* Ptolemæus facit urbem Oretanorum ad Anam flumen: *Veñones* autem inter Tagum & Dorium flumina ponit.

232 *Bellum ad Ilerdam.*] *Ilerda* oppidum est citerioris Hispaniæ ad Sicorim flumen, viginti millibus passuum ab Ibero amne.

233 *Hinc optimi generis hominum ex Aquitanis.*] Intelligit de iis, qui ad Gebennam, & Cænonianorum montes habitant.

234 *Et postero die omnibus copiis &c.*] Hoc in loco Casar videtur transiisse Sicorim, quamuis loca superiora cum hoc non admodum quadrent. Tota enim huius historiæ difficultas inde pendet, quod vbi Afranii castra, citra Sicorim fuerint, an vltra, scire plane non possumus. Ex superioribus citra flumen fuisse videntur, sed ex sequentibus, vltra. Lucanus tamen dicit Sicorim medium fuisse intra castra Casaris & Afranii:

————— *medius dirimit tentoria gurges.*

235 *Erat in oppido Ilerda & proximo.*] Vide nunc legendum sit, *Erat inter oppidum Ilerdam & proximum collæ.* Atque ita legit & Sulpitius Verularus Lucani commentator.

236 *Sicorim & Cingam.*] De *Cinga* supra nihil dictum est; sed videtur hic locus significare satis luculenter, Casarem Sicorim transiisse.

237 *Cetrati citerioris Hispania.*] Hic *Cetratos* vocat *citerioris Hispania*, eum superius *ulterioris* vocasset, & *citerioris, Scutat os.*

238 *Et loca trans flumen integra.*] Vide quomodo dicat *trans flumen*; si Herda vltra Sicorim fuit, cum Fabius superius pabularum miserit trans pontes, quod ea, quæ citra flumen fuerant, superioribus diebus consumpserat.

239 *Imperat militibus Casar, vt naues faciant.*] Vide ab initio libro quinto & deinceps per aliquot folia, quamquam ne his quidem similes erant opinor.

240 *Milites his nauibus transportat.*] Sicorim hic traicit, quandoquidem hunc postea auertere pluribus fossis annitur, ne magno circuitu per-

pontem equitatus esset mittendus.

- 241 *He ad insulam qua est contra Massiliam.*] Strabo libro quarto, *Stæchadas* vocat tres insulas; *Lucantus* autem libro tertio vnam vocat.
- 242 *Interim Oscenses & Calagunitani.*] *Oscæ* oppidum est *Ilergetum*, auctore *Prolemæo*. *Plinius* li. 3. cap. 3. *Calagunitanos* duplices facit, alteros *Nasicos*, alteros *Fibularenses* cognominatos. Cæterum *Lacetani*, & *Ausetani*, citra Iberum populi, apud *Prolemæum* corrupte *Leitani* ac *Ausetani* nominantur. *Illurgauonenses* qui sunt, non est certum. *Plinius* *Illuronem* eodem loco ponit, oppidum ciuium Romanorum.
- 243 *Pons enim ipsius magnum circuitum &c.*] Viginti enim millibus duobus à castris *Cæsaris* aberat, vt superius habitum est.
- 244 *Impedimentisq; ad iter profectos videbant.*] Reliquerant enim legionem vnam præsidio castris, apud *Ilerdam*, vt supra dixit.
- 245 *Alterum si Taraconem peterent.*] Vel hoc suspectum est nomen, vel *Afranius* ac *Petreus* ignorabant *Taraconenses* ad *Cæsarem* defecisse, quod ipse tamen *Cæsar* superius scripsit.
- 246 *Non enim amplius pedum millibus &c.*] Tutum nanque receptum dabant castra propinqua, vt statim subiungit *Cæsar*.
- 247 *Si prælium committeretur &c.*] Tertiã partem interiectã planitie in intelligit.
- 248 *Illi vadum fluminis Sicoris tentare.*] Vide & hic *Ilerdam* citra *Sicorim*.
- 249 *Audiente utroque exercitu loquitur Afranius.*] Oratio diecti animi enumerantis quæ omnes sciebant, scilicet vt purgatus apud suum imperatorem videretur.
- 250 *Ad ea Cæsar respondit.*] Magnanima responsio est, nec minus ingeniosa, qua omnem huius belli culpã in aduersariorum duces deriuat. Primum enim & se, & suum exercitum, deinde & illorum exercitum purgat, quod omnes in officio manserint, solos ipsos duces *Afranium*, ac *Petreum* in culpa esse omnium harum calamitatum. Inuehit inde in *Pompeium* ac suos complices, ostendens, quanta iniuria ipsi affecerint. In fine breuè quidẽ sed amaram ducibus, gratam exercitui ponit conclusionem.
- 251 *In se atatis excusationem nihil valere.*] Quia *Pompeius* etiam cineritos coegit ad bellum.
- 252 *Ad Varum flumen dimittantur.*] Id flumen est, *Italiam* à *Gallia Transalpina* separans.

IN C. IULII CÆSARIS COMMENTARIORVM DE BELLO CIVILI LIBRUM II HENRICI GLAREANI Annotationes.

Argumentum secundi libri.



PRIA hoc in libro tractantur. Primum *Massilia* oppugnatio mari ac terra. mari rursus vicit *D. Brutus*, terra perdifficilis fuit oppugnatio, operibus sane mirandis, qua diligentissime descripsit *Cæsar*, qua hostes datis induciis

perfidia deleuerunt, reparatur rursus inauditus agger à *Trebonio*. tandem *Massilienses* omnibus victi malis sese *Cæsari*, qui iam ex *Hispania* denuo victor redierat, dederunt. Secundum, vt *M. Varro Pompeii* legatus *Hispaniam* ulteriorem à *Cæsare* auertere conatus sit, sed frustra. nam prouincia consensus ciuiumq; Romanorum *Corduba* officium obtabant *Varroni*. deum vnius legionis secessio coegit eum, vt sese *Cæsari* dederet. Tertium, vt in *Africa* aduersus fortunam *Cæsaris* exercitus *Curioni* tribuno traditus, passus sit. nam cum primo aduentu præliis aliquot *Curio* aduersus *Actium Varum*, *Pompeii* legatum, prospere pugnasset, *Vricamq;* oppidum oppugnare conatus esset, subito aduentu *Iuba*, *Maurorum* regis, quum *Curio Saburam* eius præfectum, cum paucis subsidiis adesse, ex perfugis captiuusq; perciperet, oppressus est, cum toto prope exercitu pauci enim nauibus in *Siciliam* effugerunt, reliqui facta deditione, ac in fidem accepti, à rege *Iuba* trucidati sunt.

253 *Id hac ratione perfectum est.*] Duas res hic *Cæsar* describit, primo turrim latericiam, secundo musculum. Turris ad repetitos hostium incurfus reprimendos facta erat. Musculus autẽ aduersus rerum grauissimarum lapsum, vt turris, aut totius muri. Ab turri hostes à muris deturbabantur. Sub musculo verò milites murum *Massiliensem*, ac turrium fundamenta vellebant. In descriptione turris, singulis contabulationibus singulas contignationes subiungit, cum munitionibus desuper structis.

254 *Centones insuper iniocerunt.*] *Centones* stragula sunt crassiora, villis passim pendentibus, quibus & lecti pauperum sternuntur, & tabernacula, omnisque castrensium supellex pluuio tempore velantur. Vide *Adagium*, *Farcire centones*.

255 *Hæc inter se capreolis molli fastigio, &c.*] *Capreoli*, ligna sunt à transuersis trabibus ad columnæ usque erecta, quæ totum culmen sustinendo colligunt. Vide *Vitruuium* libro quarto, capite secundo.

256 *Phalangis subiectis ad turrim, &c.*] *Phalanga* sunt ligna teretia, qualia sunt quæ nauigiis, dũ vel subdu-

- subducuntur, vel deducuntur, supponi solent.
- 257 *Æqua fere latitudine.*] Altitudinem initio huius libri prædixit, latitudinem nusquam: quare pro latitudine, suspicor altitudine legendum.
- 258 *Pila interponuntur.*] *Pila* dicitur, quæ parietem sustentat, ab opponendo, vt *Varro* sentit, ita vocata.
- 259 *Sibi ad rempublicam administrandam HS CLXXX.*] Legendum putò *Sestertium nonagies*, vt efficiant ducenta ac viginti quinque millia coronatorum. Veri enim simile est maximã summam primum posuisse, & in vetustis codicibus illud millia, non est positum post centum nonaginta. Quamquam si quis *Sestertium centies nonagies* legat, habet quo se defendat. Erit autem summa ingens quadringentorum sepeuaginta quinque millium coronatorum. Atque id magis verisimile ad fidem codicum, & ad eam quæ sequitur summam.
- 260 *Panico enim vetere.*] De *panico* vide *Plinium* lib. 18. capite septimo.
- 261 *Hanc remulco abstraxit.*] *Remulco* est, cum *scapharemis*, nauis magna trahitur, Festus *Popeius*.
- 262 *Quod est ante oppidum substructionibus eius operis.*] *Substructio* est fabrica quæ in fundamentis fit. Fundamenta autem sunt fossæ, in quibus substruitur.
- 263 *Quas superioribus temporibus Corsinio receperant.*] Loquitur de triginta cohortibus, de quibus supra.
- 264 *Dimisso consilio concionem aduocat, &c.*] Oratio est laudatoria, dissuasoriaque. In primis enim laudat milites, deinde inuehit in hostes, maxime in *Lucium Domitiũ*, postremo de se ac militibus & eorum rebus gestis disserit.
- 265 *Est capitis diminutione.*] *Capitis diminutio* est prioris status permutatio, *Caius*.
- 266 *Erat in oppido multitudo insolens.*] Alibi legitur, *illi amicissimi erant*. tum etiam, ex variis generibus consistarent.
- 267 *Et controuersus Lepitanorum restitisse.*] Omnes autores *Lepas* ad orientem *Vtica* ponunt, & *Numidiam* ab occasu. Considerandum igitur lectori, quo pacto hunc locum intelligat.

IN C. IULII CÆSARIS COMMENTARIORVM DE BELLO CIVILI LIBRUM III HENRICI GLAREANI Heluetii Annotationes.

Argumentum tertii libri.



PRIOREBV S libri res occidentis narrate sunt, videlicet in Italia, Gallia, ac Hispania, ac etiam Africa. Nunc qua res in oriente gesta sint, describuntur. Et vt *Cæsar* bis male apud *Dyrrhachium* pugnavit: *Pompeius* vero in *Thesalia* apud *Pharsalum*.

- vrbe una ingenti pugna victus, in *Aegyptum* fugerit, atque ibi insu *Ptolemai* regis sit interfectus. Vnde bellum *Alexandrinum* ortum, quod libro deinceps quarto prosequitur *A. Hirvius*.
- 268 *Item pratoribus, Tribunisque pleb.*] Meminit *Sallustius* in *Catilinario* bello de hac lege.
- 269 *Qui se illi in ocio ciuilibus belli.*] Hic videtur desiderari verbum aliquod, etiam si tota sententia ad priora referatur.
- 270 *Ex quibus sexcentos Gallos Deiotarus adduxerat.*] Vide *Lucanum* lib. 3. non ita longe ab initio.
- 271 *Pastorumq; suorum coegerat ecc.*] Quidã codices non habent, ecc. Sed post *Gallogracia* habent, tantundem, vt intelligamus etiam dccc. quantum quidam codices pro dccc, habent eccc.
- 272 *Dardanos Bessos.*] *Dardanos* legendum *Bessosque*.
- 273 *M. Bibulus propositus cuncta.*] *Calpurnius* intelligitur, qui *Cos.* fuit cum *C. Cæsare*, ante bellum *Gallicum*.
- 274 *Vt supra demonstratum est, legionibus VII.*] Legionum mentio ante non est habita, quæ quidẽ nauibus impositæ fuerint, sed militum legionariorum, quorum quindecim millia dixit. Quæ quam quadrant cum hoc numero, haud certo pronũciari.
- 275 *Sed post discesum Lyburnarum, ex Illyrico.*] Locus est perobscurus, & videtur tempus describere longe ante aduentum *Cæsaris* in *Græciam*, nempe eius ætatis aut autumni, ante hanc hyemem, qua ipse *Cæsar* in *Hispania* fuit. suspicor etiã hic aliquot. versus desiderari de historia, vt diligenter legenti satis patet.
- 276 *Hisam à Cæsaris amicitia auertit.*] *Hisam* insula est, & ciuitas è regione *Salonartum*, eius rursus mentio fiet libro quarto, [de bel. Alex.] quando rursus in manus *Cæsaris* venit.
- 277 *Iamq; hyemis appropinquabat.*] Paulo ante nonis Ianuar. à *Bruno* discessum est, hic appropinquat hyems. Sed necesse est *Octauii* historiam de priore autumno intelligi, & mutilam à principio esse, vt iam admonuimus.
- 278 *Militumq; deditione ad Corcyram.*] De hac nihil haftenus scripsit, sed neque in posterioribus.
- 279 *Vibullius his expositis Corcyra non minus.*] Paulo ante *Pompeius Dyrrhachii* dicitur fuisse, ergo hoc suspectum.
- 280 *Eodem die Oricum proficiscitur.*] Ex hoc loco apparet *Pharsaliam*, vt ipse antea vocauit, non longe ab *Orico* distare, quippe qui eo die expositis militibus illuc profectus fuerit.
- 281 *Ibi Parthinarum habebat.*] Horum meminit *Plinius* lib. tertio, cap. 23. Sunt enim montani in *Macedonia*.
- 282 *Hos sequuntur Bellidenses, Amantini.*] *Amantinorum* & *Bellidensium* meminit *Plin.* lib. 4. cap. 10. tametsi *Bullidenses* nominat. & *Bullidis* meminit *Prolemæus*, & *Amantia* adidem litus orientale maris *Hadriatici*.

- 128
 XX 283 *Isdem temporibus Roma M. Caelius Rufus.*] Dignitas est ad res gestas in urbe à duobus praetoribus, Coelio, qui pro Pompeio erat, & Trebonio, qui pro Caesare; sed Coelius malum finem accepit.
 284 *Vt sexies seni dies sine usuris credita, &c.*] In aliis libris non adest *seni dies*; & plane nullus est hic sensus, si *seni dies* legatur. Sin autem tollatur, sensus erit, ut credita pecuniae solvantur sine usuris per sex partes, siue solutiones. Cuius rei exempla sunt apud Livium.
 XXI 285 *Aliam tabularum novarum.*] Hic videtur aliquis defectus esse. Est enim insignis obscuritas posterioris legis.
 286 *Atq; arma Capuae essent comprehensa.*] Et hic locus male habet propter verbum *apparere*; quod, quo referendum sit, non apparet; nisi dicas *prodizione oppidi visa apparere*, quod durum est.
 XXV 287 *Duriusq; quotidie tempus ad transportandum &c.*] Senus videtur durior; sed hoc vult dicere, Caesarianos increbrescentes ventos optasse, non remissos.
 XXVI 288 *Vltra Lyssum millia passuum tria.*] *Lyssus* urbs est littoralis infra Dyrrhachium, ut patet apud Ptolemaeum.
 XXIX 289 *Pontones, quod est genus navium Gallicarum.*] Has postea *naues onerarias* vocat.
 XXXI 290 *His temporibus Scipio detrimentis quibusdam.*] Diuertit nunc ad Scipionem Metellum Pompeii focerum; mira autem de eius avaritia scribit.
 XXXV 291 *Et Naupacti relicta, omni Aetolia, &c.*] Dubium quomodo relicta praesidia intelligenda; si quidem omni Aetolia potius est.
 XXXVI 292 *Nunciatum est adesse Scipionem cum legione.*] *Cum legionibus* legendum puto, ut & praecedentia & sequentia indicant.
 293 *Qui circum Thessaliam esse consueverat.*] Dubium *Cortium* ne, an *Cassium* referat illud, qui.
 XXXVII 294 *Circiter millium passuum sex.*] In aliis codicibus legitur, *circiter millia passuum tria*, quod est vero similis.
 XXXIX 295 *Deductis ora maritimis.*] Redit rursus ad historiam Caesaris & Pompeii.
 XL 296 *Qui commoatus Bibliide atque Mantinea.*] Legendum puto *Bullide* atque *Amantia*; quod haec duae urbes Caesarem receperant, ut superius patuit.
 XLI 297 *Caesar postquam Pompeium ad Asparagum esse &c.*] Pompeius iam decesserat ultra Asparagum, ut sequentia indicare videntur.
 LI 298 *Inicrim certior factus P. Sylla.*] Hic est insignis defectus historiae: ceterum & pugnae, quae ab utraque parte multiplex fuit, hic particula certitur.
 LV 299 *Et Cassium cum cohortibus adiungit.*] Suspiciot cohortium numerum omnium iniuria temporum.

- 300 *Erat eo loco fossa pedum xv, & vallus, &c.*] LXIII Vitur nomine *vallis* pro *vallum*, nisi corrupti sint loci sequentes. *Vallis* enim est stipes ipse; & ex multis vallis fit *Vallum*.
 301 *Eo signo legionis illato.*] *Eo* adverbium ad locum est, non adiectivum ad *signo*.
 302 *Erat obiecta portis Eritius.*] Dubium *Eritius* fit, ne nomē propugnatoris, an propugnaculi. Sed ex sequentibus propugnaculi videtur.
 303 *Cuius opera proditura exercitum C. Antonio, &c.*] De *C. Antonio* nulla antea est facta mentio, sed de *M. Antonio*. Verisimile est in defectu illo superiore id perscriptum fuisse.
 304 *Duobus his vnius diei praelii Caesar, &c.*] LXIII Alibi ita legitur, *Duobus his vnius diei praelii Caesaris desiderari sunt milites DCCCCLX. Noti equites Romani cccc. Et Tuticanus Galius senatoris filius, & à Placentia c, & à Pineolis c, & à Capua x saccrati viri, & x tribuni militum, & centuriones xxxii.*
 305 *Et Heracleam Senticam.*] *Heracleam Senticam* vocat Ptolemaeus ad Strymonem fluvium.
 306 *Quarum una prima, altera tertia.*] Vide ad finem libri octavi de bello Gallico, ubi tamē alteram legionem vocat *decimam quintam*,
 307 *Hac erant millia LV evocatorum.*] Hic plane colligitur legiones fuisse tunc quinque millium.
 308 *Cohortes in acie LXXX.*] Vide miseris & semilaceras ac plane duplo diminutas Caesaris legiones. Nam *ocloginta cohortes* efficere debebant millia xxx.
 309 *Isdem fere temporibus Cassius cum classe.*] Tres Cassii fuerunt Lucius, Caius, ac Quintus. Lucius ac Quintus pro Caesare erant, Caius pro Pompeio.
 310 *P. Sulpitius praetor Vibone ad fretum.*] Plinius lib. 3. cap. 5. *Hippo* quod nunc *Vibonem* Valentim appellamus. Hec ille. Ptolemaeus ita quoque nominat, non longe a Locris post Brutios in Italia.
 311 *Erat editum Pompeii nomine Amphipoli propositum.*] *Amphipolis* oppidum est non longe à Strymone amne, qui Macedonia à Thracia diuidit, de qua hic loquitur. Sed constat Pompeium non recta iuisse.
 32 *Arcem Antiochiam captam esse.*] Dubia est hic lectio, *arcem* ne *Antiochenam*, an *artem Antiochia*, legere velimus.

EIVSDEM GLAREANI Argumentum in IIII librum.

In hoc quarto libro hac ordine habentur. Primum Alexandria oppugnatio terra ac mari, fortuna vtriusq; partis, duxerunt hominum studium, ac con-

tus varii. In eo bello rex Ptolemaeus, cuius iussu Pompeius occisus erat, interit & fratri ac sorori maiori Cleopatra regnum traditur. Perit a parte Caesaris Euphranor Rhodius. Et ad pontem milites legionarii cccc. In Asia Cn. Domitius parum feliciter pugnat aduersus Pharnacem Armenia regem. Et Gabinius in Illyricis, aduersum proelium fecit. Vatinius deinde diligentia res restituta, qui Octavianum vicit; atque tota Illyride Prouincia eiecit: Prouinciamque ipsam incolumem, ipse cum omnibus suis incolumis, recepit. In Hispania mira de Q. Cassii Longini, quem Caesar praetorem ibi reliquerat, avaritia narratur. In disensionem venere duces legionum. Tandem finem inuenit Cassius in Ibero flumine ubi perit: denique res felicissime aduersus Pharnacem proelio ingenti victum gesta ultimo narratur.

EIVSDEM GLAREANI Argumentum in V librum.

Quintus hic liber, sicut & sequens, non usq; adeo accurate scriptus est. Continet autem bellum gestum in Africa, aduersus eos qui ex Pharsalica pugna illuc fugerant. Porro hic solius Africa res gesta narratur, non etiam aliarum nationum. Urbes memorabiles Africa, quas apud vel confedere duces, vel pugnatum est, haec sunt: Adrumentum, Rusphina, Leptis, Acilla, Tisdra, Vzita, Agar, Zetta, Vacca, Thabena, Tegea, Vrica, Parada, Vsceta. In regno item Iuba, Cirrha, ac Zama. Duces Pompeiani, Scipio, Metellus, Iuba rex, T. Labienus, C. Considius,

Cn. Piso, duo Pacidii, M. Petreius, C. Virgilius Petronius, M. Aquinius, M. Cato, L. Caesar. Periera autem & multi a pugna, iusta acie congressis legionibus, & aliis item locis Pacidius, Tullius Rufus, M. Cato, qui sibi ipse mortem Vrica conscivit, C. Considius, Petreius, Iuba rex cum suo praefecto Sabura, Afranius, Faustus, denique ipse Scipio. Caesar tota recepta prouincia in Italiam rediit.

EIVSDEM GLAREANI Argumentum in VI librum.

Ex omnibus his libris solus hic vix dimidiatus, & mutulus, & undique corruptus habetur. Continet autem bellum inter Cn. Pompeium, Pompeii filium, & C. Caesarem. Nam ut ex Africa fugerant Cn. Pompeius, prouincia ulteriolem Hispania occupauerat, praesertim Beticam loca, Sex. Pompeius Cordubam praesidio obtinebat, Cneius Vllam oppidum oppugnabat, a qua retractus, ut Corduba subsidio veniret. Dainde ad Atteguam deuenitur, eam Caesar expugnauit. Res deinde gesta ad Vcubim oppidum. Denique ad Mundam ventum, ubi acri pugna victus Pompeius, occisi Labienus & Aetius Varus, cum triginta millibus hominum. Pompeius Carthiam concessit, Caesar Cordubam ac Hispalim recepit. Cum vero Cn. Pompeius in Lusitaniam fugeret, occisus est in itinere. Vltima oratio Caesaris est Hispali habitata post ostensum Cn. Pompeii caput.

IOANNIS GLANDORPII
MONASTERIENSIS.

ANNOTATIONES
DOCTISS. IN C. IULII CÆS. ET HIR-
tii vel Oppii de bello Gallico, Ciuili, Alexandrino, A-
fricano & Hispaniensi Commentariorum ac
Derelictorum libros..

EDIDIT primum anno MDLXXIV hæc GLAN-
DORPII præceptoris sui Annotationes isagi-
stræ ille Reinecius Reineccius Steinhemius,
à se studiose exceptas, vt ait in præfatione, quam au-
no prius scripsit, ex qua excerpta duximus, quæ
ad Annotatoris institutū faciunt. Et ait quidē Rei-
neccius, quia Glandorpius in editionē nunquam in-
cubuisse, opinionē de se præbuisse videtur, alia ipsum
elaboratiora & luculentiora conscripsisse, quorum
hoc breui Commentario tantummodo gustum a-
liquem dare voluerit. Quod, ait, de Glandorpio, vt
haud plane negauerim: quippe qui historiarum &
antiquitatis cognitione eximia fuerit: ita cur hæc
propterea suppresserentur, causa nulla erat. Quod
enim hic fidelis interpretis ab Glandorpio prætermis-
sum officium? quanto studio probata lectio in-
quisita? quam accurate loca difficilia explicata?
Adde his breuitatem eruditam, adde historiae enu-
cleationem diligentem. Quibus sane id præstitit, vt
qui ante ipsum, argumentum hoc tractarunt, facile
superet omnes. Vnum tamen hoc in appellationum
nostratum, hoc est, Gallicarum & Germanicarum,
notionibus quibusdam indicatis desiderare adhuc
forte aliqui audebunt, quod aliorum doctorum vi-
rorum coniectura extent de his exquisitores: & quod
nobis etiam de iisdem operæ præcium factum sit, alii
iudicent, satis fuerit. Verum cum in his cuiusque
iudicium liberum esse debeat, est etiam quod Glan-
dorpius excuset: qui vt quadam non satis viderit,
ita tamen ea ipsa in re laude sua non caret.

Et hæc de Glandorpio diu. De se vero inter
alia ista addit: Interim tamen neq; hoc omittendum
erat, quod, cum Glandorpius in prima adolescentia
audiuimus, quæ atas minus omnia assequitur, in
recognoscendis exceptis haud mediocrem laborem ex-
anclauerimus. Quem si non improbatum iri cogno-
uerimus, erit quod nobis gratulemur, isq; deinceps
in reliquis Glandorpii Commentariis profereendis si-
mili studio cognoscatur, contendemus.

Annotauit autem in Cæsarem Glandorpius an-
no MDLII, vt ex Silua annotationib. subiecta patet.

IN LIBRVM PRI-
MVM COMMENTARIORVM
C. Iulii Cæsaris de bello Gal-
lico Annotationes

IOANNIS GLANDORPII
MONAST.

1: De cognomēto & appellatione
Cæsaris.

PRIMVS Cæsarium in gente Iulia id cognō-
mentum tulit, quod vel cæsus matris vtero vel
cum cæsarie natus esset, vel bello Punico elephan-
tem occidisset in Africa, qui ibi Cæsa, vt alii Cæsar,
appellatur. Vide Plinium, Seruium, & Ælium
Spartianum. Certe ante bellum Punicum secundum,
neminem ex domo Iulia Cæsarem appella-
tum, inuenio.

Sub principibus Cæsares dicti sunt, qui succes-
sioni ab Augustis destinati essent. Hodie Reges Ro-
manorum vocant. Fuitq; tum horum nominum,
Cæsaris, Augusti, Imperatoris, hæc differentia; vt qui
rerum potiretur, Augustus; qui exercitum duce-
ret, Augusto tamen subiectus, Imperator: qui Au-
gusti futurus hæres, aut ab ipso adoptatus esset,
Cæsar diceretur.

2: De vigore præstantissimi animi & eloquen-
tia Cæsaris, testimonia.

DE Cæsaris lucubrationibus & Commenta-
riis, de que tota eius vita, diligenter perscrip-
sit Suetonius. Vigore animi præstantissimum
fuisse, docet Plinius, qui illum scribere & legere
simul, dictare & audire solitum, tradit, epistolas
vero maximarum rerum quaternas pariter libra-
riis dictare, aut si nihil aliud ageret, septenas. Ci-
cero in Officiis, omnes, quibus honore par fuit,
scien-

ARGVMENTVM.

Cæsar vt Helueticos per Gallicæ rura paratos
Irruere, & valida sensu adesse manu,
Tendit iter contra, memorandæq; prælia miscens,
Bis centena virum millia sternit humi.
Inde ad Germanos conuersus Marte superbos,
Quis Ariovistus rex generosus erat,
Fortia victrici prosligat pectora dextra,
Latæq; sit demto Sequana terra iugo.



ALLIA omnis diuisa] Diui-
sio hæc est Gallia Cornata seu
Transalpina, quæ, quemadmo-
dum scribit Hieronymus ad
Gerontiam, Alpibus & Pyre-
næis, Oceano & Rheno conti-
netur. Nam quæ intra Alpes de-
scripta ad Rubiconem vsque extenditur, Cisalpi-
na, & ab vsu togæ, Gallis cum Latio communi,
Togata nuncupata est.

6 Galli appellantur] Gallos δὲ τῆ γαλακτος,
id est, à lacteo colore dictos volunt, quod illorum
corpora præ frigore lactis modo albescant. Et si Di-
odorus Siculus ab Herculis filio denominatus tra-
dit. Priori sententiæ videtur subscribere Virgilius
in octauo, hunc in modum de Gallis loquens:
Virgatis lucent sagulis, tum lactea colla
Atro innectuntur &c.

Græcis Galli Καίτοι vocantur, quanquam &
hæc appellatio Germanis adhæsit. Quemadmo-
dum enim veteres Romani gentem vtranz; not-
dum satis sibi cognitam Galorum vocabulo nua-
cuparunt, ita Græci Celtarum nomen vtrisque in-
diderunt. Hinc Herodotus Danubium in Celtis
oriri scribit, cum illum in Germania, & quidem
in eo tractu, quem Baronatum vocant, profluere
constet. Sed & Bassus poeta Germanicum Cæsa-
rem cum Celtis pugnas, canit. At eo tempore
nulli ad septentrionem populi, præterquam Ger-
mani, cū Romanis bella gessere. Huius rei igno-
rantia multis errandi causam præbuit, tribuenti-
hus Gallis, quæ liquet esse Germanorum. Refert
Appianus, satellitem illum, qui ad occidendum
Mariam in carcerem missus est, Celtam fuisse, &
interpret Gallum reddidit: at Patereulus Germa-
num fuisse testatur. Sic & Strabo profectos ad
Alexandrum Magnum, in Getis tum agentem,
Celtas memorat, haud dubie Germanos intelli-
gens, vt recte vertit Arstani interpretis, quod ta-
men ab omnibus fere scriptoribus Gallis accom-
modatur. Adiuuat hanc de appellatione Celta-
rum sententiam, quod idem Strabo subiungit, tam
late id nomen paruisse, vt non modo Galliam sed
vniuersum occidentem occuparit. Illud vni
præterea addendum, eam fuisse Celtarum auda-
ciam & fortitudinem, vt Aristoteles huiusmodi
audaciam, quæ cum propria salutis contemptu sit,
Celticam vocauerit, quemadmodum & ab Era-
mo in Chiliadibus annotatum est.

scientia facile vicisse, testatur. Eloquentiam ei-
us, & in dicendo vim, certatim collaudant M. Ci-
cero in Bruto, Quintilianus lib. 10. Patereulus
volumine posteriore, & Cornelius Tacitus in dia-
logo de Oratoribus, qui illum & Dolabellam vi-
cesimo primo ætatis anno accusasse, scribit. Cer-
te Quintilianus iudicat, si foro tantum vacasset,
non alium ex nostris contra Ciceronem nominan-
dum fuisse: tantam in eo vim esse, id acumen,
eam concitationem, vt eodem animo dixisse bel-
lum, quo bellauit, appareat: atque hæc omnia
exornari mira sermonis, cuius proprie studiosus
fuit, elegantia. Confirmat hoc Fabii testimoniu,
q; ad sermonis proprietatem & elegantiam attinet,
ipsum Cæsaris in primo de Analogia commoni-
tio, qua inauditum & insolens verbum non secus
ac scopulum fugiendum præcipit. extat is locus
apud Gellium noctium Atticarum lib. 1. cap. 10.

3 Quid sint Commentarii, quid hisce Cæsaris
Cicero tribuerit, & quod ille dicendi
genus secutus sit.

Commentarii sunt libri, quos memoria gratia
conficimus, in quibus capita tantum & sum-
mas rerum annotare solemus. Liquet id ex ver-
bis Senecæ, quæ sunt in declamationum tertio,
de Cassio Seuero: Sine commentario, inquit, nun-
quam dixit. Nec hoc commentario contentus erat,
in quo nuda res ponuntur, ex maxima parte perscri-
bebatur actio. Faciunt huc etiam verba Cicero-
nis ex Bruto: Non est oratio, sed quasi capita re-
rum, & orationis commentarium paulo plenus.
Vult igitur hæc Commentariorum inscriptione
Cæsar ostendere, res in Gallia & bello ciuili à se
gestas, non ad normam iusta historiae plene & ex-
acte se condidisse, sed tantum memoria causa bre-
uiter & summatim perscripsisse, quomodo etiam
Cicero & Suetonius id ipsum de illo testantur.
Scripsere ad eundem modum rerum suarum pri-
uatarum simul ac publicarum Commentarios
M. Scæurus, P. Rutilius, L. Cornelius Sylla,
Cæsar Augustus, Tiberius Imperator, Agrippi-
na mater Neronis, Hadrianus princeps, plures-
que alii. Amplius de hac voce videro Laurenti-
um Elegantiarum quarto, & Budæum in Anno-
tionibus, quas edidit in Pandectas iuris ciuilis.

Quantum hisce Commentariis Cæsaris, quas
Plutarchus ἐπιμαγείας vocat, tribuerit M. Cicero,
indicat illius testimonium ex Dialogo, cui titulus
Brutus, adductum ab Aldo Manutio in præfatio-
ne. Sed & Hirtius, Ciceronis discipulus, nihil à præ-
ceptore suo dissentiens, initio Commentarii octauo,
cuius ipse auctor est, idem pluribus confirmat.

4 Quod ad genus dictionis attinet, Cæsar inter
Liuium & Sallustium medius incedit. Nam cum
Liuius sit copiosissimus, Sallustius breuissimus,
Cæsar mediocritatem tenet, in verbis vbiq; niti-
dus & elegans, quam singularem eius curam fuis-
se, supra retulimus.

7 Tertiam, qui ipsorum lingua Celta] Linguam Gallorum vetustam fuisse eandem, quae hodie sit Germanorum & Heluetiorum, docent Glareanus, & Ioannes Auentinus.

8 Garumna flumen] Flumina, quae Galliam irrigant, his versiculis continentur:

Sequana post Mosam, Ligeris, fluuiusq; Garumna, Oceani repetunt diuersa per ostia fluctus.

In medium pelagus concordia fluminis alueo

Ipsae Araris Rhodanusq; Isura, atq; Druentia, currunt.

9 A Belgis Matrona] Matrona p flumine media contrahit apud Aufonium in Mosella, & Sidonium Apollinarem in panegyrico ad Cæs. Maiorianum, & Erasmus in oratione de Genouefa virgine. Versus Sidonii est:

Rhenus, Arar, Rhodanus; Mosæ, Matrona, Sequana, Ledus &c.

10 Humanitate provincie] Nomine Provincia accipit Cæsar Galliam Narbonensem, quae à meridie mari Ligustico adiacet, hodie pars eius Rhodano circumsepta proprie Provincia nominatur.

11 Orgetorix] Glareanus putat id nomen detortum esse ab Ehrentreich. Quid si deducas ab ep- rñ, voce quidem Græca, sed Germanis quoque usitata, pro bello & tumultu quasi dicas hominem bellis gaudentem & deditum, Orgetreich.

12 M. Messala, & P. Pison] Hi fuere Consules tertio ante anno, quam bellum id ab Heluetiis commoueretur, anno V. C. DCCXIII. Cæterum Pisoni, non idem ubique prænomen tribuitur: nam quædam exemplaria Publium, nonnulla Lucium vocant, cum dictus sit M. Piso. Fuit enim hic orator ille, qui Cicerone natu maior & triumphalis, biennio tamen serius consulatum assecutus est. De quo vide Ciceronem in Bruto, & Asconium Pedianum in oratione contra L. Pisonem.

13 Et ciuitati persuasit] Ciuitatem Cæsar subinde pro toto agro, ditione & populo accipit. Idem facit & Cornelius Tacitus.

14 Totius Gallia imperio potiri] In quibusdam exemplaribus est; totius Gallia potiri; omissa voce imperio.

15 Quod undique loci natura tuti Heluetii] De situ Heluetiæ, & vicinis gentibus, deque trededim Heluetiorum pagis, scripsit Henricus Glareanus, cuius & in hocce Commentarios extant annotationes.

16 Monte Iura altissimo] Iuram montem Ptolemæus Iuraßum vocat. Huius pars mons Boecius est, Germanice der Bozberg.

17 Millia passuum cccxi in latitudinem] Ducenta quadraginta millia passuum efficiunt millaria Germanica XLVII. Centum vero & octoginta passuum millia, milliaria Germanica xxxvi; veterum supputationem sequendo, qua vni milliari Germanico quinque milliaria Italica tribuuntur.

18 Diuitiæci] Diuitiæci Hedui meminit. Cicero de diuinatione primo, vt Druidæ & hospitis Q. Scarij sui.

19 Ne causam diceret] Causam dicere, est subire iudicium, & rei, cuius postularis sis, rationem reddere. Græci κρινεσθαι & εὐθύνεσθαι dicunt, vnde ἀποκρινεσθαι, qui a dicenda causa immunitus est. Vide Budæum in Pandectas iuris civilis.

20 Orgetorix mortuus est] Sic & Claudius x vir in carcere mortuus est, cum & illi, licet super diuerso crimine, dicenda causa esset. Vtrumq; notabile exemplum est, male consulta male cedere, & plerumque in autorum capita redundare.

21 Boiosq; qui trans Rhenum] Boios, finibus suis eiectos, migrasse in circumiacentes Istro locos, ibique habitasse cum Tauricis, scribit Strabo lib. 5. Meminit ibidem & Norea Tauriscorum oppidi, & secundum illum Plinius lib. 3. cap. 19. & Ptolemæus Europæ tabula V. Glareanus pro Norea, maualt legere Noricum, vt prius nomen regionis, posterius hoc vrbis proprium intelligas.

22 L. Cassium Consulem] De L. Cassio Florus epitomes Liuianæ lib. 65. L. Cassius, inquit, Cos. à Tigurinus Gallie, pago Heluetiorum, qui à ciuitate secesserant, in finibus Allobrogum cum exercitu caesus est. Milites qui ex ea clade superauerant, obsidibus datis, & dimidia arcum omnium parte, vt incolæ dimitterentur, cum hostibus pacti sunt. Eadem habet Orofius lib. 5. cap. 15. Cæterum hic L. Cassius collega fuit C. Marii in primo illius consulatu, anno V. C. DCCXVII.

23 Et sub iugum missum] Summa olim fuit ignominia sub iugum mitti. Id fiebat ex tribus partibus, duabus humi fixis, tertia super eas per transfuerum iniecta. Vide T. Liuium lib. 3.

24 Murum in altitudinem] Murus munitio dicitur, quæ non semper ex lapide, sed sæpe numero ex trabibus & luto constat.

25 In Santonum fines] Santones siti sunt inter Garumnam & Ligerim amnes, & Oceanum.

26 Non longe Tolosatium finibus absunt] Tolosa Narbonensis Gallia oppidum est, vbi quondam celebre templum & antiqua gaza fuit, quæ direpta cessit in prouerbum calamitatis, vt dicitur in miserum: Aurum habet Tolosanum. Hæc Gothorum sedes diu extitit, facta post metropolis ab Ioanne Pontifice xxii.

27 T. Labienum legatum] Hic est T. Labienus, quo accusante, C. Rabirium perduellionis reum Cicero in consulatu suo defendit. Idem initio belli ciuili transfugit ad Pompeium, perijt; in eo bello apud Mundam in Hispania.

28 Circum Aquileiam hyemabant] Aquileia oppidum non procul à Timauo, in decima parte Italia Plinio collocatur. Id olim Attila, rex Hunnorum, euertit auspicio ciconia inductus, cum triennio frustra obsidisset.

29 Ibi Centrones & Garocelli] Centrones & Carurigas Ptolemæus in Alpibus Graiis collocat: Garocellorum non meminit.

30 Ab Ocelo] Ocelum oppidum ad Duriam amnem, qui ex Alpibus discurrens Padum influit, situm erat.

31 In fines Vocantiorum] Vocantii inter Isaram & Rhodanum, Allobrogibus vicini habitabant, teste Ptolemæo.

32 Die septimo peruenit] Notanda Cæsaris industria & celeritas, quem ob id Cicero celeritatis τετρας, id est, monstrum vocat, ad Atticum lib. 8.

33 Et in Heduarum fines] Hedui Sequanis vicini, antiquum cū Romanis fœdus habuere, folique Gallorum se fratres illorum appellabant. id quod aliquoties Cicero videt in epistolis ad Atticum. Hi primi externarum gentium postea sub Claudio principe Senatorum ius in vrbe consecuti sunt, quemadmodum scribit Cornelius Tacitus, qui & caput gentis Augustodunum fuisse tradit.

34 Id Heluetii raribus & lintribus] De traiectione Heluetiorum Dion lib. 38. αὐτοὶ περὶ τὸν ἄλφειον ποταμὸν ἐπὶ τὴν ἑσπέρην ἔβησαν, ἐν αὐτῷ τῷ ποταμῷ διέφθειραν.

35 Is pagus appellabatur Tigurinus] Ex hoc loco manifestum est, quemadmodum ex pluribus aliis, pagum pro gente accipi. Sic in sequentibus libris centum pagos Sueuorum fuisse, dicit.

36 Pisonis auum] L. Pilo, qui ab Heluetiis cum Cæsario caesus est, consularis legatus fuit, gesto in vrbe summo magistratu, anno posteaquam condita est DCLII.

37 Coniussit enim Deos immortales] Huius rei exempla sunt apud M. Valerium de Polycrate & Dionysio, vsurpatore; ab eo consimilis fere sententia in hæc verba: Lentu gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, & tarditatem supplicij grauitate compensat.

38 Illo licente contra liceri] Liceri est precium deferre pro re, quam velis emere. Plautus in Stich: Logos ridiculos vendo, agite licentini.

39 Phalange facta sub primam] Phalanx Macedonum erat peditum stabile agmen, cum vir viro, pes pedi, arma armis conferrentur. Cæsar hoc loco phalangem testudinem militarem vocat, seu clypeorum connexionem. Cæterum Dion non instructa phalange, sed temere & sparsos irruisse Heluetios scribit. Verba eius hæc sunt: ἡ ἀπὸ πρῶτου περὶ γῆρας, σποράδης ἐξ ὑπερδύων οὐ χαλεπίως ἀπὸ ἰσσοῦτο.

40 Cæsar primum suo] Scitum est quod tradit Plutarchus, Cæsarem cum equis illi adductus esset, dixisse, Eo quidem utar post victoriam, nunc autem pedestres in hostem eatmus: ὡς ἰσπος αὐτῷ παροχρήσθη, τὸ πῶ ἄρ, ἔφη, νικήσας χεῖρος ομοῦ πρὸς τὴν δὴ ὄν, νῦν δὲ ἰσπῶ ἐπὶ τὴν πολέμου, καὶ πρὸς ὀρθῆσας ἐνέβαλεν.

41 Conuersa signa bipartito intulerunt] Liuius libro 2. Conuersis signis à tergo adorti sunt hostes. Loquitur autem de Cumanis cohortibus. De conuersione militari vide Alianum.

42 Etiam ad impedimenta pugnatum est] Consentit Plutarchus sic scribens: ὅτε τῆς ἀμύνης, ἡ τῶ χόρακι τὸν πλεῖστον ἔρχεν ὁ δὲ οὐκ αὐτῶν μόρον ὁ Φισαρίων ἐστὶν ἡ μαχηθῆναι ἀλλὰ ἡ παύσασθαι.

αὐτῶν ἡ γυνάικες ἀμυνόμενοι μέχρι θανάτου, συγκρατησάμενοι. ὡς τε τὴν μάχην μόλις εἰς μέσας ἵκτας τελευτήσασαι.

43 Mazaras ac tragulas subiiciebant] Mazara cuiusmodi vox, aut quod teli genus sit, non traditur. Mazacis Helychio basia Parrhica est, vnde fortasse Latinis Mazara dici queat. Apud Liuium legitur, Popilium Cos. cum Gallis dimicantem fauciarum in lauo humero mazari, quo genere teli Galli potissimum utebantur, paulo quam est lancea minore. Sed & Sisenna apud Nonium: Galli, inquit, materibus, Sueui lanceis configant. Et rursum: Alii materibus & lanceis medium perturbant agmen. Vtra vox huic loco rectius quadret, iudicent eruditi.

44 Circiter millia hominum cxxx] Per numerum superstitum facite significat, quanta vis & multitudo hominum perierit.

45 Qui Verbigenus appellatur] Beatus Rhenanus cenlet legendum Verbigenus, est malleum Verbigenus, ab Orba antiquissimo Heluetiorum oppido, cuius meminit Antoninus.

46 In fines suos &c. iussit reuerti] Id factum Cæsaris commedans Plutarchus, ipsa victoria magnificentius ac speciosius fuisse scribit.

47 Id ea maxime ratione fecit] Idem tradit Plutarchus. Enimvero non ignota fuit Romanis Germanorum audacia & in armis strenuitas. Quare submotos à Gallis trans Rhenum Cæsar illos manere voluit, ne sic quidem sese contineant, quo minus per occasionem transmissio flumine in Gallias irrumperent. Similis postea metus & Græcos inuasit, cum viderent Fræcos, bellicosissimos Germaniæ populos, quam graues & incommodi finitimis gentibus forent, vt vulgo dicerent: Φαλαγγὸν φίλον ἔχης, γαιτὸν ἀ ἐκ ἔχης. id est, Francum amicium habeas, vicinum non habeas.

48 Latobrigorum xiiii millia] Haud dubie scribendum Latobrigorum xxiiii millia: sic enim resultabit summa, quæ mox subiicitur, trecentorum sexaginta octo millium.

49 Ad Cæsarem gratulatum conuenerunt] Galorum oratio Cæsaris victoriam non tam honestam Romanis, quam sibi commodam & necessariam profus esse dicit.

50 Germani mercede accerserentur] Nunquam bene cessit externa auxilia aduersus inimicos aut contra domesticas seditiones aduocasse. Indicat id primum fabula Ætopica de equo & ceruo, tum multorum populorum & regum exempla, quibus id calamitosum & exitiale fuit. Sic Vandali in Africa inuitari, rupto fœdere crudeliter eam totâ occuparunt. Sic Angli Saxones & Britannos pepulere; & Turca ab Imperatore Constantinopolitano rogatus, primum auxilia aduersus Græciæ principes misit, demum ipse ex Asia in Græciam soluens, totum illud Græcorum imperium funditus evertit.

51 Cum his Heduos] Heduorum & Sequanorum, eorumque tumultus & pugna, meminit

Aegoceros genti dominans si credimus astris, Si demus hoc caelo, arbitrium cito mobile, peccus Cordaq; largitus rerum sitibunda nouarum.

84 Q. Pedium legatum miser] Hic Q. Pedius, Caesaris ex sorore nepos fuit, & ab ipso postea inter haeredes ascriptus: gessitque consulatum est Caesare iunioris, Hirco & Pauli interentis. Huius lege damnati sunt Cassius & Brutus ceterique percussores Caesaris. Decessit in eodem honore, vir praeter Consularem dignitatem triumphalis quoque.

85 Dat negotium Senonibus] Horum maiores urbem captam incenderunt, caeli postea a Camillo. Meminit Iuuenalis lib. 6.

Vt Braccatorum praevi Senonumq; minores, Ausi quod liceat iunice punire molesta.

Senonum hodie sedes est metropolitana.

86 Rheni qui proximi Gallia] De Rhenis vide indicem Marliani. Horum postea Episcopus extitit Remigijs, qui baptizauit Ludouicum illum regem, quem Galli Clodouicum vocant.

87 Condruos] Condruus hodie nomen retinet. Horum caput est Hoyum oppidum ad Mosam situm. Et dicitur in Condruis marmor nigrum.

88 Eburones] Eburones nunc sunt Leodienses, de quibus plura libro quinto, hodie die Lutet.

89 Ceresos] Ceresi sunt, qui nunc Ripenses vocantur: ubi arx Ceresium est, vulgo Cerey.

90 Paemanos] Paemani erant Arduenna syluae incolae, ubi nunc vicus Paemon esse asseritur.

91 Flumen Axonam] Axona media breui meminit Aufonius in Mosella:

Non tibi se Liger anteferet, non Axona praeps.

Apud Dionem tamen Αξωνη legitur, sed vt arbitror mendose.

92 Bibrax] Bibrax, hodie Breay dictum, quatuor milliaribus Gallicis a Sueconibus distat, Comitatus titulo decoratum.

93 Numidas & Cretas sagittarios] Quomodo Caesar hic Numidas sagittarios, ita Liuius iaculatores illos vocat, lib. 28.

94 Et funditores Baleares] De Balearibus vide Liuium in eodem lib. 28. Fundis, inquit, vt nunc plurimum, ita tunc solo eo telo utebantur, nec quicquam alterius gentis vnus tantum ea arte, quantum inter alios omnes Baleares, excelluit.

95 Praelio super se dedit] Dion scribit, non autem cum hostibus congredi Caesarem, priusquam manifesto ipsius contentu ad occupandum pontem, & prohibendos ipsi commeatu, processisset. Id quod paulo post Caesar non obscure comprobatur. Sed tamen ea Caesaris cunctatio, vt fuerit eum aliquo timore coniuncta, singulari tamen prudentia, & stratagemate non caruit.

96 Loco pro castris ad aciem instruendam natura opportuno] Deest huic loco ad sententiam perficiendam participium capro, vt etiam recte Glareanus annotauit.

97 Deiectus habebat] Deiectus vocat deiectiones & praecipitia. Vtitur eadem voce Liuius lib. 9, sed pro deiectione; Angustinus, inquit, arborum

deiecta septas &c. Loquitur autem de furcis Caydinis.

98 In fronte leuiter fastigiatus] Fastigiatus est in fastigium surgens & erectus. Plinio fastigiata solia dicuntur, & fastigiatus in mucronem.

99 Commeatibus nostras sustinebant] Sustinere commentus, est praebendis com meatibus interuise, eosque suppeditare, quomodo dicimus, quempiam sustinere iunius, qui eos facit ac suppeditat.

100 Ad oppidum Noniodunum] Noniodunomia tria fuerunt in Gallis oppida, primum Sueconum, alterum Hedunorum, tertium Buringum. Vide Marlianum, & Volaterranum. Ceterum Dinum talis est adiectio, qualis apud Germanos Berga vel Burgum. Ac voluit quidam, veteri Gallorum lingua montem significari, quemadmodum annotauit Rhenanus rerum Germanicarum 2.

101 Nihil pati vini &c. inferri] Plin. lib. 3. c. 23. Vinum, inquit, curas vigoreq; animi impedit ad prociendum tendentibus, somno accommodatum & securitatibus. Citat inibi prouerbum, Vino sapientiam obumbrari. Ceterum praeter Germanos, & Germanicae originis gentes, Locenses Epizephyrii, vt est autor Athenaeus, ex lege Zaleuci vino uti, capitale ducebant. Et hodie similiter Sarraceni & Turcae, non tam ex lege Mahometi, quam ex antiqua gentis Arabum consuetudine, vini usum fugiunt. Quin & maximi quique viri, vt Romulus, Caesar, Demosthenes, a vino sibi temperarunt; nostraeque professionis homines non aliud ad agenda vitia nocentius malum esse confitentur.

102 Cum Atrebatibus & Veromanduis] Atrebatres, hodie Gallica lingua Arras dicuntur, aulais rexendis per celebres, quae inde laudatissima aduehantur.

103 Aduaticorum copias] Aduaticum quidam opinantur esse Antuerpiae; alii, inter quos est Bilibaldus Pyrcamerus, Mosae traiectionem. Gerhardus Nouiomagus utrosque labi & errare asserit. Marlianus Aduacum esse arbitratur in Gallica Brabantia, ob nominis allusionem, quod vulgo Adnaax appellatur, esseque ibi praecleara monumenta vetustatis asserit.

104 Impedimenta collocabat] Impedimenta dicuntur omnia ea, quae conducunt ad iter, vt utensilia, sarcinae & iumenta, Graeci δαπουσαλω vocant.

105 Vexillum proponendum] Tunicam puniceam Romanis signum committendi praelii fuisse, testatur Plutarchus in Pompeio & Bruto. Sed & Persas flammeo vexillo pugnam indicere solitos, scribit Ammianus Marcellinus lib. viciesimo.

106 Signum tuba dandum] Signum datum pugnae Graeci vocant σιθημα. Porro signum quo loci & amici ab hostibus discernuntur, Graeci συμφοδον, Latini resseram vocant.

107 Duce Boduognato] Olim apud Germanos & Belgas hac voce Boden corpus significabatur, quem-

quemadmodum docet Beatus Rhenanus, estque hodie eius appellationis visus apud plerisque populos. Erit itaque Boduognatus quasi dicas Germanice Leibsquadre.

108 Quarta cohortis omnibus centurionibus] Plutarchus duodecimam legionem & septimam ab hostibus circumuectas, eorumque Centuriones omnes trucidatos, scribit. Verba Plutarchi sunt: τὸ πρῶτον τὸ δὲ δεύτερον καὶ τὸ τρίτον αὐτοκτόνοι, ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν περὶ τὸν πόλιν ἀρχόντων.

109 In his P. Sextio Baculo] Arbitramur legendam P. Sextio Baculo; quod quarundam familiarum, vt Furia, & Sextia, id cognomentum fuisse veterum monumenta testantur.

110 In prima aciem processit] Huius tam praecleari facti meminerunt Valerius Maximus lib. 3. de fortitudine, L. Florus lib. 4. cap. 10. & Plutarchus in vita Caesaris. Verba Plutarchi sunt: Καὶ πρῶτον αὐτὸν ἔθετο πρῶτον τῶν βαρβάρων.

111 Et conuersa signa in hostes inferrent] Conuersa signa inferre, est cellatis ordinibus, ac coniunctis viribus, in hostem ire; quo modo loquendi etiam supra visus est lib. 1. de Helueticum describens. T. Liuius h. 9. de Dictatore utrinque hostibus occurrente: Diuersa, inquit, statuit signa.

112 In stagnaria & paludes] Stagnaria, loca sunt per quae mare accedit & recedit. Hic vero pro locis stagnantibus & paludosis accipi conuenit.

113 Collectos] Legendum haud dubie, coniectos. nam conuiciendi verbo etiam supra visus est, hoc Neruiorum institutum exponens.

114 Ex sexcentis ad tres senatores] Florus, vel quisquis est abbreviator Liuii, nonaginta quinque fuisse senatores, ex quibus tres superstitis remanserunt, deinde ex sexaginta millibus hominum trecentos euasisse, scribit. Plutarchus Caesari stipulatur, non quod senatores sexcentos, sed quadringentos fuisse tradit: πέντεκατὰ τρία μύρια ἄνδρες ἐξ ὧν καὶ λίγαν τε βαλενται τὴν τρεῖς ἀπὸ τῶν ἀρχόντων.

115 Aduatici] Aduatici apud Dionem per τὰ Αἰνάλια dicuntur, similiter & apud Eutropium l. 6.

116 Ipsi erant ex Cimbris] Dion li. 39. τὸ Ἰβητικόν, τὸ τε Φρόνημα τὸ Κίμβρων ἔχοντες.

117 Praesertim homines tantula statura] Proceritas corporum, & contra modicus eorum habitus, vnde sit, docet Plinius lib. 2. cap. 78.

118 Sectionem eius oppidi] Sectionem dicimus allicuius rei auctionem, seu venditionem; vnde se-flores, qui spem sui lueri secuti bona condemnatorum auctionabantur. Cicero Philippica 2. M. Antonium honorum Pompeii sectorem vocat. Et Lucretius populum Romanum notat, qui fauoris sui sectorem agat:

— sectorq; fauoris

Ipsae sui populus.

119 Veneros, Vnellos &c.] Horum populorum hodie ducatus Britannia, seu Britonum appellatur, estque pars Ingdunensis Galliae.

120 Curiositas] Curiositas nunc Conspitem-

ses dicuntur, teste Volaterrano.

121 Dies xv supplicatio decreta est] Hanc tot diem supplicationem Cicero sua & Pompeii sententia decretam scribit; cum antea Pompeio semel decem dierum, & iterum duodecim decreta fuisset. Locus est in oratione de prouincijs Consularibus. Sed & Suetonius de supplicatione tam honorifica, totque dierum, Caesari decreta, meminit in ipsius Caesaris vita. Similiter & Plutarchus & Dio. Verba Dionis sic habent: μεθ' οὗτοι οἱ Πρωμαῖοι, ἐθαύμασαν, ὅτι ἐβρη παρ' αὐτῶν ἐδόμαται αὐτῶν τερὸν ἡμερῶν, ἢ ἡμέρας, καὶ ἐβρη αὐτοὺς πέντε ἡμέρας, καὶ αὐτοῖς ἡμέρας θόσων, ὅσα ἐβρη αὐτῶν ἡμέρας. Id est, Cum cognouissent haec Romani, admirati sunt, quod gentes tatas, quarum ne nomina quidem antea audiissent, Caesar perdidisset, decreueruntque quindecim diebus super rebus gestis sacrificandum esse, quod nunquam antea acciderat.

IN LIBRVM TERTIVM COMMENTARIORVM C. Iulii Caesaris de bello Gallico Annotati- ones.

IOANNIS GLANDORPII M. O. N. A. S. T.

ARGVMENTVM.

Sulpitium Veragri Romanaq; castra laceffunt, Sed discunt magna clade referre pedem. Hinc Brutus Venetos superat, Caesarq; coronis Induos, fidei vendit honore leues. Interea simul usq; famem fringensq; timorem, Obruis Vnellos caede, Sabine, graui. At Crasso ingenti deuicta Aquitania laudem Afferit, & Morini Caesaris acta pauent. Commentarius hic tertius continet res gestas anni tertii totius Gallici belli, cum Roma Coss. essent Cn. Lentulus Marcellinus, L. Martius Philippus, ac foret annus V. C. sexcentessimus nonagesimus octauus.



122 Eruium Galbam] Legendum est Sergium Galbam: nam ingente Sulpitia Galbae, plerunque Sergii praenomen usurparunt. Fuit autem hic Sergius Galba, Galbae Imperatoris proauus, qui postea portente rerum Caesare, ob repulsam Consulatus, coniurauit cum Cassio & Bruto. Quare & Pedia lege damnatus est.

123 In Annotates] Antustes, Beatus Rhena- nus Nantuates vocat. Idem facit Volaterranus Strabonem citans. Hodie Tarentasios esse voluit. Censentur autem nunc tres populi, Nantuates, Seduni, Veragri, ducatus Sabaudienfis nomine, cuius princeps ex augusta Saxonum stirpe descendere traditur apud eundem Volaterranum.

124 Veragros Seduniosq;] De Sedunis & Veragris vide Glareanum & Marlianum. Seduni praefulem habent, qui ante aliquot annos fuit Matthaeus Cardinalis, Comes Valeit, vir cum primis doctus, & Caesari nominique Germanico deditissimus.

125 Ad summam Alpes] Per summam Alpes, Rhenuanus Panninas accipi putat. Glareanus negat, traditque eas ibi recte const. tui vocarique, ubi in omnes mundi partes decurrentia flumina, quae ille septem enumerat, fontes suos habent.

126 Octodorus] Octodorum hodie Aleman- ni Martenachium vocant. De hoc, deque re- gione Thebea, deque Agauno, quod nunc ad sanctum Mauricium appellatur, & ab Octodo- ro spacio XII millium abest, multa dixerit Beatus Rhenuanus in libris de rebus Germanicis.

IX 127 Legatos, quod nomen apud omnes nationes sanctum] Legati nomen, inquit Cicero Verrina- rum 3. eiusmodi esse debet, quod non modo inter so- ciorum intra, sed etiam inter hostium tela incoluntur.

X 128 Omnes autem homines natura libertati stu- dere] Plautus in Captiuis: Omnes profecto liberi- tentis sumus, quam seruimus. Et Plinius in pae- negyrico: Nulla tanta potestas cuiquam dari potest, ut non sit gratior potestate libertas.

XI 129 Et Santonis] Santoni & Santones utroque flexu dicuntur. Lucanus lib. 1. gaudetque amoto Santonus hoste.

In flexu tertio vsurpauit Caesar supra Commenta- rio primo.

XII 130 In extremis lingulis] Lingula pars tetræ est specie lingua in mari protensa. Nam lingua nonnunquam genus est promontorii deiectionis. Plinius lib. 36. Inde in altum lingua mille passus ex- currens &c.

XIII 131 Transstra ex pedibus] Transstra sunt sedes & loca, in quibus remiges confident; item tabu- lar, & ligna de pariete in parietem porrecta. Vtitur hac voce Virgilius libro quinto:

— furit immixtis Vulcanus habenis Transstra per & remos & pictas abiete puppes.

132 Alutaque tenuiter confecta] Aluta pellis mollior in aliquem vsu concinnata. Hinc Alutaris dicti, & Plauto coniunctim Alutaris cerdo dicitur.

XIV 133 Quaratione pugna insisterent] In quibus- dam codicibus legitur, quam rationem pugna insi- sterent: quæ phrasis etiam Ciceroni & Virgilio vsurpata est.

134 Tela &c. grauius acciderent] Grauius ac-

cidere tela dicuntur, quæ magis nocent & vulne- rant. Vtitur eodem modo loquendi Caesar in- fra sub finem huius tertii libri, & Cicero in epi- stolis ad Atticum.

135 Affixaque longioris] Longioris, sunt hastæ, seu pericæ longiores, apud Varro- nem lib. 1. & 2. de re rustica.

136 Tanta subito malacia] Malacia, Græcè μαλακία, maris est mollicies & quies. Lucretius à pelliciendo pellaciam vocat:

Subdola cum ridet placidi pellaciam ponti. Seneca est epistolarum 9. In ocio inconcussio iacere, non tranquillitatem, sed malaciam esse. De malacia prægnantium vide Plinium.

137 Sub corona vendidit] Olim Corona signum erat captiuorum venalium. Inde sub corona ven- di, dici coeptum est, quicquid belli iure vendi- tur.

138 Aulerici Ebionices] Glareanus legit con- iunctim Aulericiebionices, ut vnum populum in- telligas. Vide ipsius annotationes.

139 In fines Vnellorum Viridouix] Qui Caesa- ri Vnelli, & Viridouix; Dionii Venesit & Idouix appellantur, haud dubie mendose, ut sunt plera- que propria apud illum corrupta & depra- uata.

140 L. Manlius Proconsul] Fors est hic L. XX Manlius, qui anno ab his rebus gestis nono Con- sulatum administravit.

141 Quos illi Soldarios appellant] Id genus con- iurationis & amicitiae Græci οὐρανοδραγα- τῶν, id est, Commerentium vocant, de quo con- sulte pronerbiū apud Erasum, Naera & Char- mione.

142 In fines Vocontiorum] Recte Marlianus, & Glareanus Vocontiorum legunt. Nam Vocontii populi sunt provincie Allobrogibus finitimi.

143 Qui vna cum Q. Sertorio] Q. Sertorius, dux Marianarum partium, desperata aduersus Syllam victoria, in Iberiam profugit, eamque contra Metellum & Pompeium octo annos tenuit, con- spiratione tandem suorum, & dolo Perpennæ præ- toris sui in conuiuio trucidatus. Vide Liuium lib. 95. Plutarchum in eius vita, Appianum lib. 1. & L. Florum lib. 3. cap. 22.

144 Vix quarta parte relicta] Eutropius au- tor est, ex illis quinquaginta millibus Aquitano- rum & Cantabrorum triginta octo millia caesa; quod profusum cum Caesare conuenit.

145 Cantabrisque venisse] Cantabri populi erant Hispaniæ, teste Ptolemaeo lib. 2. quos tan- dem Augustus domuit, ut tradit Strabo lib. 3. & si- militer Horatius in Odis, cuius sunt hi versus ex libro Carminum tertio:

Seruit Hispana vetus hostis ora Cantaber, serua domitus catena.

146 Omnem eam materiam] Appellatione ma- teria omne lignum continetur. Liuius: Multam materiam occiderat miles, id est, multum ligni.

IN LIBRVM TER- TIVM COMMENTARIORVM C. Iulii Caesaris de bello Gal- lico Annotati- ones

IOANNIS GLANDORPII M. O. N. A. S. T.

ARGVMENTVM.

Sueuorum quarto mores & robora narrat Caesar, Teutonidos strenuitatis amans. Vspetes Rhenum transgressos sternit, & vna Tenctherum validam conficit are manum. Latior hinc strueto sua traicit agmina ponte, Proxima Germani lustrat & arua soli. Quin & classe potens diuisis orbe Britannis tentat Latium sua per arma iugum.

I 147 N. Pompeio & M. Crasso. Cons. Consulatum Pompeii & Cra- si secundum dicit, qui incidit in annum V. C. sexcentisimum nonagesimum nonum, cum eū- dem honorem ante annos quin- decim ambo simul gessissent.

148 Sueuorum gens longe maxima] Ptolemaeus tres facit Sueuorum populos, Anglos videlicet, Longobardos, & Semnones. Quæ hic autem Caesar communiter de Sueuis tradit; ea Cornelius Tacitus in libello de situ & moribus Germanorum proprie Semnonibus attribuit. Cæterum cum hodie Sueti Rhetiam inferiorem incolant, tem- poribus Caesaris & aliquot insequentium Principum, ad ripam Albis vtranque habitasse, constat. Testatur idem Lucanus cum inquit:

Fundit ab extremo flauos Aquilone Sueuos Albis &c.

149 Et lauentur in fluminibus] Extat epi- gramma Græcum, quod & recens natos liberos in flumine probari solitos à Germanis memorat; quam laudem Virgilius lib. 9. ad Latinos & Rutu- los transtulit.

XII 150 Circiter millia passuum sexcenta] Videtur esse nimis enorme spacium, & quod fidem veri propemodum excedat. Quod si legere liceat sexa- ginta, non paulo credibilior fuerit narratio, cum hic numerus duo decim milliaria Germanica, prior centum & viginti efficiat.

151 Ad alteram partem succedunt Vbiis] Vbiis sub Augusto in vltiorem Rheni ripam traduxit M. Agrippa, in quorum oppido postea neptis eius Agrippina, Neronis mater, genita, nomen illi su-

um indidit, colonia etiam eo deducta, vnde vulgo nunc Colonia dicitur.

152 Vspetes & Tenctheri] Meminit horum populorum iunctim & Appianus in Celtico. Tenctheros Liuius, seu Florus, Tenctheros vocat; Plutarchus in Caesare Tentheridas, Ptolemaeus Ten- ceros. De his multa Tacitus lib. 13. & 20. Idem Tacitus Vspetes, Vspios appellat flexu secundo. Nam quod apud Ptolemaum iidem dicuntur V- spii, haud dubie metathesis est literarum, incuria librarii commissa.

153 Reuertit se in suas sedes regionesque simultane- runt] Simili fratagemate Q. Metellus Procon- sul Trebiam in Hispania circumuenit & oppressit; ut est apud Valerium libro septimo, capite sep- timo.

154 Tribocorum] Tribocorum meminit Stra- bo libro 4. Marlianus putat esse Argentinenfes. ita & Althamerus. At Glareanus existimat esse Brisacenses.

155 Per fines Nantuatum] Rhetos intelligit, ac legendum fortassis Aetnatium: nam hi ad or- tam anterioris Rheni habitant.

156 In phares disfluit partes] Rheni ostia tria sunt, Vahalis, Lecca; qui & Rhenus aliquando, & Isula, quod tertium ostium olim non fuisse qui- dam sunt auctores, vnde & poetis verustioribus Rhenus bicornis appellatur.

157 Multis ingentibusque insulis effectis] De insulis Rheni vide Plinium libro quarto, capite decimo quinto, Nicolaum Cusanum in charta Germaniæ, & Althamerum in libellum Taciti de situ Germaniæ.

158 Atque ouis auium viuere existimantur] Hæc Caesar ex vulgata tum fama prodidit. Nec tamen omnino falsum est, quod de ouis auium commemo- rat, quoniam apud Plinium Oones dicitur & vna id est, ab ouis dicti videntur, sed ab alia Germaniæ parte siti populi.

159 Quos sibi Caesar oblatos gausus] Caesarem, retentis contra ius gentium legatis, non virtute sed dolo cecidisse Germanos, indicat sententia M. Catonis, qui in Senatu; cum pro ea victoria sup- plicatio decerneretur, censuit, ut Caesar hostibus dederetur, qui pro ciuitate perfidiam expiaret, & execrationem in autorem verteret. Plutarchus in Caesare.

160 Ad quos cum Caesar nuncios misisset] Tra- dit Dion, misisse Caesarem legatos ad Sicambros, non quod imperata facturos existimaret, sed vt traicendi Rheni, ac ipsos inuadendi, causam ac prætextum haberet.

161 In fines Sicambrorum] Sicambri inter Iste- uones numerantur à Plinio lib. 4. cap. 14. Isteuones autem Rhenum accolebant. Illorum sedes hodie Vestuali tenent.

162 Tigna bina] Tignus, vel Tignum, dicitur cui aliquid incumbit; item Trabs, cui tabulata inster- nuntur. Vide tit. de rerum & verborum significa- tione.

163 *Fistuciasq; addegerat*] Leo Baptista Albertus, qui de edificatoria scripsit. non *fistucam*, sed *figistum* hic apud Caesarem legit, teste quoq; Budæo, qui in annotationibus suis super Pandectas iuris civilis duplicem esse fistucam scribit, vna quæ manibus versetur, alteram quæ funibus trahatur.

164 *Hæc utraq; insuper bipedalibus trabibus*] Iu- cundus Veronenfis locum hunc castigat, legitque, *Hæc utraq; bipedales trabes immisit* &c. distinebat. At Glareanus receptam lectionem probat.

XIX 165 *Quoq; ubi Caesare compertit*] Quamvis multas & speciosas reversionis suæ causas in Galliâ Cæsar commemorat, constat tamen nihilominus, & res ipsa loquitur, timore percussam non ausum esse cum Suevis congressi. Indicat idem Dion lib. 39. his verbis: διὰ τὴν ἐπιβουλὴν τοῦ Καίσαρος, ὃς πάντῃ πρὸς τὴν ἐπιβουλὴν ἐστὶν ἐπιβουλὴν ἀνακινῶν, καὶ τὰς Σηθηθῶν συστρεφόμενος, ὡς καὶ βραχὺν χρόνον, ἀνεχώρησεν ἐπὶ τὴν ἡμετέραν εἰρησίν. id est, Traiecit quidem Rhenum flumen, ponte facto: cum autem compertisset, Sicambros in solitudinem se contulisse, & Suevos collectos ut ipsis opitularentur, rediit in Galliam intra viginti dies.

XXI 166 *In Morinos proficiscitur*] Morini sicut sunt ad Oceanum, quos Virgilius ob id extremos hominum vocat.

167 *Quod inde erat brevissimum in Britanniam traiecit*] Plinius lib. 4. à Gessoriaco, Morinorum gentis littore, proximo traiecit solum quinquaginta millibus abesse Britanniam scribit.

XXII 168 *P. Sulpitium Rufum*] Arbitramur hunc P. Sulpitium Rufum fuisse fratrem Seruii Sulpitii Rufi Iuriconsulti, ad quem extat epistola Ciceronis.

XXIII 169 *Atq; in montibus angustis*] Cicero ad Atticum li. 4. ubi huius expeditionis Cæsarianæ meminit, *Constat*, inquit, *aditus insula mirificis molibus esse munitos*.

XXV 170 *Qui decima legionis aquilam ferebat*] Similis fortitudinis exempla conferuntur à Valerio Maximo lib. 3. cap. 2.

XXVII 171 *Hostes proelio superati*] Mirum, non meminisse hic Cæsarem Sextæ militis sui, cuius in ea pugna spectata fortitudo fuit, quiq; clarissima facinora aduersus Britannos edidit, quæ narrat Valerius Maximus lib. 3. cap. 2.

XXVIII 172 *Quæ equites sustulerant*] Mirum, quos auctores securus sit Europius, Cæsarem equitatu pene totum perdidisse in Britannia scribens, cum ille insulam oronino non attigerit.

XXIX 173 *Vt esset Luna plena*] Auctores huius sunt C. Plinius Secundus & Macrobius.

XXXII 174 *Pulverem maiorem*] Pulvis excitatus aduentum hostium indicare solet. Virgilius lib. 9. *Hic subitam nigro glomerari pulvere nubem Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campi. Primus ab aduersa conclamat mole Caycus: Quis globus, o cimes, caligine voluitur atra? Hæc illi adest* &c.

175 *Effedis circumdederant*] M. Cicero ad Trebatium li. 7. Tu, inquit, qui ceteris cauere didicisti,

ne ab effedariis decipiaris, cauetis. 176 *Quod propinqua die equinoctii*] Plinius autor est lib. 18. ca. 15. Solstitiorum & Equinoctiorum dies raro non aliquos tempestatum significationes habere. Et cap. 31. quod propius huc pertinet, mox post Equinoctium 14. Cal. Octobris Capellam, tertio Cal. Hædos exoriri matutino tempore, scribit, quorum ortus, quemadmodum & occasus, magnas tempestates ciere solet. Testatur idem Virgilius li. 9. & Cicero in epistolis ad Atticum in fine decimi. Metuit itaq; Cæsar Equinoctium, utpote quod tempestates afferat.

177 *Cum illi orbe fuisset*] Quod Latini orbem facere, & in orbem pugnare, dicunt, Græci *σφαιρα* vocant. T. Liuus orbem voluere.

178 *Dierum xx supplicatio à Senatu decreta est*] Dion autor est, Cæsarem ex Britannia nihil præter rerum gestarum gloriam secum retulisse: Romanos autem in vrbe literis Cæsaris acceptis, ad eum in admirationem simul & lætitiæ effusos, ut illi viginti dierum supplicationem decreuerint.

IN LIBRVM QVINTVM COMMENTARIORVM C. Iulii Cæsaris de bello Gallico Annotationes IOANNIS GLANDORPII MONAST.

ARGVMENTVM.

Treuericos quinto Pirustarumq; tumultus Sedat, & insidum Dumnorigem perimit. Maiori post hæc reperit cum classe Britannos, Adores gentis, agros, gesta, bella refert. Perfusus Eburro caesa legione triumphat. Stet Cicero, & summa castra tuctur ope. Liberat hunc Cæsar stratagemate cautus, & ipse Treuericam tollit dux Labiene manum.



179 *Domitio, Appio Claudio*] Hic est annus V. C. septingentesimus. Porro Consules ex Suetonio & Cicerone noti sunt. L. Domitius, qui se Cæsari Gallias ablaturum minaretur, superioris anni honore per Pompeium & Cassium frustratus est. perit in acie Pharsalica. Ad Appium Claudium Pulchrum, cuius frater fuit P. Clodius, extant epistolæ Ciceronis li. 3. decessit in Græcia ante pugnam Pharsalicam.

180 *In nostro mari*] Mediterraneum mare intelligit. De hac ratione loquendi vide Pöponium Melam lib. 1.

181 *Subductiones paulo fecit humiliores*] Eadē Diō initio lib. 40. *Τὰ τε ἄλλα καὶ ναῦς ἐν μέσῳ τῆς σφαιρῶν τῶν περὶ αὐτὴν, καὶ αὐτὸ δὲν τῶν φαρτῶν, ὅπως ὡς βέλτερον καὶ κρησίζουσι, & αὐτὸς τὸ κύμα ἀπὸ τῆς αἰτίας, ἐπὶ τῆς ξηροῦ ἰσχυρῶς μὴ λυμναίνουσι, παρεσκευάσται.*

182 *Peractis conuentibus*] Sic & Suetonius in Cæsare. *Conuentibus*, inquit, *peractis, Rauenna substitit*. Est autem *conuentus peragere*, legitimam iurisdictionem absolueret, per oppida ad id destinata, statisque temporibus, quemadmodum docet Egnatius Venetus.

183 *Quod à Pirustis*] Pirusta, Græce Πειρούσαι, commemorantur Straboni libro septimo inter Panoniorum gentes. Plinius Pyreos appellare videtur.

184 *Ad portum Iccium conuenire iubet*] Iccii promontorii meminit Ptolemæus. Strabo libro quarto portum Iccium à Britannia trecentis & viginti stadiis, hoc est, quadraginta milliariibus distare scribit.

185 *Qua in Meldis*] Quos hic Cæsar Meldos vocat, Ptolemæus Meldus appellat, eosque inter motes collocat. Strabo Oceani accolæ vocat. Hac diuersitate motus credo Philippus Beroaldus, lectioem mutauit, & pro Meldis, Belgas substituit. At Belgas extremos Oceanum attingere, manifestum est.

186 *Quod religionibus sese diceret impediri*] Religionibus impediri, est metu & anxietate conscientiarum constringi, idque vel ex omnibus vel auguriis. Cicero in epistolis: *Oblata religio Cornuto est phalariorum admonitu, non satis diligenter cum auspiciis operam dedisset*. Et in L. Pisonem: *Pontinius susceptis religionibus impeditur*.

187 *Corus ventus*] Corus, qui & Caurus, Græce ἀπὸ πύσης, ab occasu solstitiali spirat, & potissimum quidem per autumnum, teste Plinio lib. 2. cap. 17.

188 *Leni Africo*] Africus, qui & ἀπὸ Græcis dicitur, ab occasu brumali spirat. Vide Gellium in Noctibus Atticis lib. 2. cap. 22.

189 *Nepes anchora funesq; subsisterent*] Subsistere, pro sustinere posuit, quam constructionem & Liuus imitatus est lib. 1. idque ad morem Græcorum, quibus id *ὑπὸ τῆς ἀγκυρῆς* dicitur.

190 *Quod appellatur Thamesis*] De Thamesi, eiusque ortu, & ponte, qui xx pilis sustinetur, vide Polydorum Britannicæ historiæ lib. 1.

191 *Ex Belgio transferant*] Belgium posuit pro sede & regione Belgarum, quemadmodum Liuus Samnium, pro regione Samnitum. Infra tamen pro oppido poni, nemo doctus negauerit.

192 *Ere utuntur importato*] Sic & Cicero li. 7. ad Trebatium, ne scrupulum quidem argenti in Britannia inueniri, scribit. Diuersum tradunt Solinus, Cornelius Tacitus, & Beda, hæud dubie paulo post tempora Cæsaris: omnium in metallo- rum venis repertis.

193 *Materia cuiusq; generis*] Appellatione materia omne lignum & quæuis arbor accipitur. Liuus: *Multam materiam ceciderat miles*. Et Officiorum lib. 3. Ciceroni male materiate ades dicitur.

194 *Loca sunt temperationis*] Insula, pro natura & consuetudine suâ sunt humidioris. cœlij co-

que temperationis aura. 195 *Insula natura triquetra*] Idem docent Di- odoros & Strabo. Cæterum Cornelius Tacitus ex autoritate T. Liuii & Fabii Rustici oblongæ scutellæ, vel bipenni similem tradit.

196 *Qua ex parte Ibernia est*] Ibernia, Plinio Iuberna; vulgo nunc Irlanda dicta, patet Angliis; vt Mona, quæ Man nunc appellatur, subiecta est Scotis.

197 *Ita omnis insula est in circuitu*] Virgilius Polydorus in circuitu Britanniam non amplius quam decies octies centena millia passuum habere tradit; ducentis milliariibus minus quam Cæsar supputauit.

198 *Cantium incolunt*] Cantium, vnum est ex tribus promontoriis Britanniarum, & præterea oppidum, huic promontorio subiectum. Sunt autem primaria Britanniarum oppida, Cantium, Eboracum & Londinum. Cantium habet Comitem, Eboracum Ducem, Londini Rex habitat.

199 *Omnes se Britanni glasto insipient*] Glastu, herba est plantagini similis, vt tradit Plinius, voce Gallica, non Latina. Cæterum quod hic Cæsar de Britannis tradit, idem confirmat Herodianus sub finem lib. 3.

200 *Atque his primis legionum duarum*] Prima cohortes legionum erant millenariæ, cum cætera forent quingenariæ.

201 *Cum C. Trebonio legato*] Hic est C. Trebonius, ad quem extant epistolæ Ciceronis in libris familiarium diuersis locis, qui vnus fuit ex percussoribus Cæsaris; cum hic cum multis beneficiis, hoc est, Prætura & Consulatu, exornasset. Sed in- terfecto Cæsare, eodem anno diuina quadam providentia primus pœnas dedit. A Dolabella e- nina Smyrniæ in Asia maxima ignominia affectus, capite punitus est.

202 *Ripa erat acutis sudibus* &c.] Beda, qui scribit & faterur se Anglo-Saxonem esse, harum sudium vestigia etiamnum sua ætate superuisse scribit, singulis humani formoris magnitudine, ac plüibò circumfusis. Vixit autem Beda circa annum nati Christi DCC.

203 *Oppidum autem Britanni vocant*] Eiuismo di fere oppida & domos etiam apud Germanos fu- isse, testatur Herodianus lib. 7.

204 *Quid in annos singulos vectigalis populo Romano*] Britannia diu Romanis vectigalis fuit. Hodiè Pontifici Romano tributaria est, idque tri- um regum eximia pietate, quorum primus Iuo, anno Domini septingentesimo vicesimo, ex sin- gulis laribus singulos denarios D. Petro quotan- nis pendendos obtulit. Id tributum sub Leone III circa annum Domini octingentesimum quinquagesimum rex Edelwulfus duplicauit, decimis etiam omnium fructuum Virgini matri dari ius- sis. Porro Ioânes Richardi filius, anno nati Chri- sti MCCVII Angliâ Iberniamq; singulis annis Ro- manæ sedi septuaginta marcas auri dare præcepit. Autor horum Volaterranus.

XXIII 205 Duobus commentibus] Commentum pro traiectione vsurpauit, qua in significatione sapius ea vox ponitur Commentario quarto belli ciuili.

XXIV 206 Et cohortes quinque in Eburones] Eburones valde nobilitauit Romanæ legionis oppressio. Populi fuere Germani, ex Germania in Galliam profecti. Thomas Hubertus ex Comitatu Hoyensi venisse existimat, inde nomine inuento, quasi dicas, colonos siue rusticos Hoyenses, Germanice, die Honeschen Buren / quæ coniectura non est absimilis [vero.] Verum Eburones nunc Leodienfes vocantur.

207 Tertiam in Effuos] Thomas Hubertus Effuos nunc eos esse putat, qui circa oppidum Etb habitant, quod superioris Germaniæ dialecto Eßj nominari solet.

XXV 208 In Carnutibus] Carnutum regio totius Galliæ media est, quemadmodum liquet ex Commentario sequenti, & Europæ tabula tertia apud Ptolemæum.

XXX 209 Vincite, inquit &cet.] Sic Claudius Marcellus Cos. cum ageretur in Senatu de successore dando Casari; Vincite, inquit, qui Casarem dominum appetitis; apud Appianum de bellis ciuilibus lib. 2. Modus est loquendi, quo indignantes concedimus, quod summo opere fieri nollemus.

XXXI 210 Si modo unum omnes sentiant ac probent] Quadrat huic loco illud Hæmericum: οὐ μὲν γὰρ εἰς αἰσθητὴν πᾶσι καὶ μάλα λυγρῶν. id est, Multum pollet consensus etiam inter inertes. Erasimus: Coniuncti pollent etiam vehementer inertes.

211 Omnia excogitantur] Profectio Romanorū coniuncta cum magna securitate.

XXIII 212 Atq; in orbem consistenter] Nam in orbem pugnari solet, cum vndiq; est metus, aut cum pauci à pluribus se circumuentos vident, vt militum terga tuta sint. T. Linius orbem voluere & in orbem se hauri vocat. Græci οὐρεὶς dicunt.

XXIV 213 Ibi L. Cottæ pugna interficitur] Dion ab hac narratione parum variat. Primo namque Cottam cum suis casum tradit; Sabinum aliquantisper seruatum, ostensa spe salutis, & ipsum deinde similiter trucidatum. Verba eius sunt lib. 40. Κοττίας παραρρημα μετὰ πᾶσιν ἀπέλατο, &

τὸ Σαβίνου ὁ μάλιστα μετὰ πᾶσι μὲν ὡς καὶ πᾶσιν. ἐπὶ δὲ τοῖς γρηγοροῦσι παρὴν ἐπιστῆς αὐτῶν καὶ τὸ τε εἶδος ἐδύκεν εἶναι. συλλαβῶν δὲ δὴ, καὶ δαπέσας καὶ τὰ ὄπλα, & ἐσθῆτα, κατὰ κῆλον πρὸς ἐπιλεγεινὰ ἀλάττει, καὶ ὅτι, τοιοῦτο μὲν οὐκ ἔστι, πῶς πληροῦται ἡμῶν ἑστῶν ἀρμαίων ἐθέλειται. Thomas Hubertus à cæde Sabini Leodii viciam Sabinam, siue Sabiniam, apud ædem Sanctæ Crucis in vallera declinantem, appellatam scribit, quomodo & à Cottæ casu vici sit dicta Auriliuella, apud portam, quæ in publicum montem ducit super Mosam flumen, & à Petrosidio aquilifero mons maximus Petrosius.

214 Ad T. Labicnum legatum in hyberna] Labieni castra Thomas Hubertus ad Sabini finium fuisse tradit, in eo loco, vbi nunc est monasterium Lobienfe, quinquaginta millibus passuum à Varuca, vbi Sabini & Cotæ castra erant. Etsi quidam non Varuca, sed Patuca nomen loco fuisse velint.

215 In Aduaticos] De Aduaticis vide supra lib. 2. quos Cæsar à Cimbris Teutonisque procreatos scribit. Cicero in epistolis ad Atticum lib. 14. Aduaticos vocat, quæ admodum locum illi restituit Beatus Rhenanus.

216 Ad Centrones] Centronum oppidum Centroni, in dicecesi Leodienfi tribus milliariibus à Tungris situm est.

217 Pinna loricaque] Lorica, sepimentum est ex cratibus, vel storeis, vallo opponi solitum, ne facile harpagonibus, & id genus aliis instrumentis, ab hoste dirui possit. notat & peribolum siue coronam ædificiorum, tectis adiunctam, præterea fossam vrbi obfessâ aduersus eruptiones circumductam.

218 Ipse Cicero cum tenuissima valetudine] Ciceronis diligentia in aduersa valetudine notatur.

219 Sagulisq; terram exhaurire] Sagum, & per diminutionem sagulum, vestis est militaris; eaque breuior, de qua Virgilius lib. 8. de Gallis loquens:

Aurea casaribus illis, atq; aurea vestis, Virgatis lucent sagulis, tum lactea colla Auro innectuntur &c.

220 Decem millia passuum] Glareanus admonet locum deprauatum esse, ac legi in quibusdam exemplaribus decem millia pedum, quod spacium aliquanto magis ad veri fidem accedit.

221 Quodam loco turri adacta] Turrim dicit ab hostibus Romanorum castris adactam, qua contingente vallum, cum Romani cessissent, & hostes ipsos ad ingressionem inuiterent, neminem autum progredi; continuoque omnes deturbatos saxis, & turrim succensam. Sic malo quam quomodo Glareanus, qui putat flammam turri adactam, deinde hostiumne an Romanorum eâ turris fuerit, dubitat.

222 Erant ea in legione fortissimi &c.] Duorum centurionum in hostem mirabilis audacia.

223 T. Pulso & L. Varenis] Hic T. Pulso postea in bello ciuili defecit ad Pompeium, & exercitum, cui præerat C. Antonius, prodidit, quemadmodum indicat Cæsar belli ciuili lib. 3.

224 Verrutum] Verrutum, telum breue & angustum est Nonio. Probos. Virgili interpretis; dolonera exponit. Flavius Vegetius ferrum triangulum unciarum quinque, & hastile trium pedum & semis fuisse, tradit.

225 Ad M. Crassum] Hic M. Crassus filius fuit M. Crassi, diuitis illius, qui periit in Parthis. Fratrem habuit P. Crassum, qui & ipse bello Gallico

militauit sub Casare. Vterq; immatura morte rapitius est, Marcus in bello ciuili, Publius, patrem secutus, in Parthis.

226 Auxilium in celeritate] Cæsar, vt sæpe, salutem in celeritate collocat, & consequitur quoq;

227 Græcis conscriptam literis] Græcas literas hoc loco Græcam linguam accipit, non Græca tantum elementa, quomodo lib. 1. & sexto sequenti, vbi videre est Heluetios & Druidas in scribendo Græcis literarum formis vt solitos. Cæsar itaq; vt falleret, notis quidem literarum figuris, sed ignotæ linguæ verbis & dictione epistolam texuit. Videt copiosius de hac re differentem Glareanum.

228 Vt tragulam cum epistola] Sic apud Virgilium lib. 11. Camilla virgo, adhuc infans, alligata iaculo traas amnem, qui vadari non potuit, a patre mittitur.

229 Amentum] Amentum est lorum, quo reuincitur iaculum ad acrius iaculandum feriendūque. Hinc est illud Silianum lib. 14. — hasta iuuatur Amento. —

Hastas amentatas subinde vocat Cicero. Et verbum Amentare vsurpat Lucanus: — iaculum amentauit habenas.

230 Vt in summam contentionem hostibus veniat] Strategema Cæsaris per simulationem merus. Meminit huius strategematis Iulius Frontinus lib. 3. cap. 7.

231 De casu Sabini & Cottæ certius ex captiuis cognoscit] Cæsar audita clade Tituriana, adeo indoluisse traditur, vt barbam capillumque summisserit, nec ante dempserit, quam vindicasset. autor Suetonius.

232 Quæ Armorica appellantur] Plinius tradit Aquitaniam dictam Armoricam. Cæterum Cæsar hic per ciuitates Armoricas eas accipit, quæ sunt ad mare occidentale sitæ, intra montes Pyrenæos & Rheni ostia.

233 Tamen Senones] Senonum maiores, victis Romanis, urbem incenderunt, quemadmodum autor est Linius, cæteri q; historia Romanæ scriptores. Meminit Iuuenalis satyra octaua sic loquens: Quis Catilina tuis maioribus; atq; Cethegi. Inueniet quicquam sublimius; arma tamen vos Nocturna, & flammæ domib; templisq; parastis, Vt Braccatorum pueri Senonumq; minores, Ausp quod liceat tunica punire molesta.

234 Et qui ex his nouissimus venit &c; necatur] Necandi eius qui postremus accessisset, hæc videtur fuisse ratio, vt admoniti poena discerent vniuersi, res omnes sibi posthabendas remis, quod auiat, ac velis, si quando denuo eiusmodi consilium indictum audissent, quod non de rebus leuibus, sed in summo patriæ discrimine cogi consuetudo foret.

IN LIBRVM SEXTVM COMMENTARIORVM C. Iulii Cæsaris de bello Gallico. Annotationes.

IOANNIS GLANDORPII MONAST.

ARGVMENTVM.

Conantes Casar populos renouare duellum Occipat, ex errore, morigerosq; tenet. Strueto iterum Rheni transmittit flumina pontis, Gallorum mores Teutonidoq; refert. Profugit Ambiorix Carinulcus toxica sinit, Vestra Eburones diripiuntur opes. Castra improuisi tentant Romana Sicambri, Vix Cicero sparsa protegit illa manu.



235 Viciam Parisiorum] Lutetiarum Strabo Aoungtoniam Ptolemæus Aoungtoniam, cæteri Adoungtoniam vocant, ab albedine parietum, vt quidam existimant, dictam. Id oppidum temporibus Iulii Cæsaris, ac multis etiam sequentibus annis, exiguum & ignobile fuit, vt poret in insula Sequanæ exædificatum. Hodie Galloriam regia, consilio, quod Parlamentum dicunt, & schola; per Carolum Magnum excitata, valde celebratur. Descripsit eius laudes carmine Eustachius à Rulbelsdorff homo Prutenus.

236 Difficili transitu flumen] Mosellam intelligit, quod flumen Ptolemæus Oubincam appellat, teste Beato Rhenano.

237 Facere pontem constituit] Pontem hunc à Casare constructum non longe supra Bonnam, consensuunt multi docti viri, autoritate fretri præceptoris nostri Philippi Melancthonis.

238 Bacenis] Bacenim, siue, vt Volaterranus appellat, Barcenim syluam, non aliam accipimus hoc loco quam syluam Thuringicam, siue Hartonem Saxonicum, & quam Ptolemæus lib. 2. Semaniam vocat. Scant nobiscum vir doctissimus Glareanus in suis annotationibus, nec dissentit Althamerus commentans in Tacitum.

239 Qui in aliquo sunt numero] De his quin nullo numero & honore sunt, dici solet prouerbiu: Megareses neq; tertij neq; quarti. Videt Chilades Eschini.

240 Sepe in seruitutem dicant nobilibus] Cum omnis seruitus sit turpis & contra naturam,

nulla tamen turpior est quam voluntaria, teste Macrobio lib. 1.

241 *Alterum genus est Druidum*] *Druides*, Gallorum sacerdotes erant, quos quidam quasi *Dryades*, hoc est, à robore, nominatos volunt, quod nulum sine ea fronde sacrum conficiant, teste Plinio lib. 16. Aristoteles in Magico, & Sotion in decimo tertio successione libro, diuini humanique iuris peritissimos dixere, religioni deditos, & *Semnozheos*, hoc est, castos & venerabiles appellatos. Cōmendat & Lucanus Pharsaliæ. 1. Ammianus Marcellinus, in tradendis apud Gallos literis & optimis disciplinis, *Bardos*, *Eubages*, & *Druidas* floruisse, scribit: ac *Bardos* quidem fortia virorum illustrum facta, heroicis composita versibus, ad lyram canere solitos: cum *Eubages* sublimia naturæ scrutarentur: *Druides* vero rerum occultarum quaestionibus insisterent, humana despectantes, animasque immortales esse asserentes. His consimilia tradit Strabo, tria hominum genera precipuo honore coli apud Gallos scribens: *Bardos*, qui laudationibus rebusque poeticis studeant: *Fates*, sacrificiorum naturaliumque causarum curæ deditos; & *Druidas*, qui præter rerum naturalium studia moralem disciplinam exerceant. *Druidum* tamen religionem, quod diræ immanitatis esset, & humanis hostiis vteretur, Augustus Cæsar ciuibus interdixit, & Claudius Imperator penitus aboleuit, testibus Suetonio, & Plinio: et si apud hunc pro *Clandio*, *Tiberius* citatur, quanquam utriusque principi prænomen *Tiberii* commune fuit.

242 *Abiis omnes decedunt*] *Decedere*, hic pro fugere, vitare, & auerfari positum est: quomodo Græci vsurpare solent *ἀναστρέφω*, ἢ *ἀναστρέφω*.

243 *De principatu armis contendunt*] Sic & Romanæ de pontificatu dimicatum est aliquoties magna hominum cæde, & primum quidem inter *Damasum* & *Sifinium*, ætate D. Hieronymi.

244 *Disciplina in Britannia reperta*] Plinius initio lib. 30. ca. 1. videtur ex Gallia in Britanniam transgressam significare. Sua certe ætate tantis caeremoniis celebratam scribit, vt [Britannia] dedisse Perfis videri possit.

245 *Græcis literis vtantur*] Sunt qui maiores nostros, pulsos ex Gallia *Druidas* excepisse hospitio, & Græci sermonis vsum ab illis didicisse velint. Profecto multa Græcorum vocabula hodieque Germanis in vsu esse, nemo est qui inficiari possit.

246 *Post hunc Apollinem*] Miror in hac Deorum enumeratione præteritum *Herculem*, nisi fors Cæsari non vacauit omnes persequi. Deum hunc Galli sermone vernaculo vocarunt *Ogmium*, vt est apud *Lucianum*: qui simulacrum eius eloquentiæ typum habuisse scribit, multitudinem tenui caperula, ab auribus reuinctam, lingua sua trahentis. Superstuit adhuc complurium locorum appellationes *Herculis* nomen referentes, &

in Tungris vetustissimum cernitur sacellum *Herculi* quondam sacrum, vt illius supra ianuam effigies ostendit, teste Thoma Huberto. Sed & Germanos coluisse *Herculem*, eique vltra *Visurgim* syluam fuisse sacram, tradit *Cornelius Tacitus* historiæ Augustæ lib. 2.

247 *Extructos cumulos conspicari licet*] Testis huius est & *Liuius* lib. 5. de Gallis victoria potitis loquens: *Postremo castrorum spolia legere, armorumque cumulos, vt mos est eis, coaceruare.*

248 *Quod suos liberos*] De Perfis proditum est, *XXVII* eos, præsertim nobiliores, natos liberos post quadriennium demum inspicere solitos.

249 *Solem, & Vulcanum, & Lunam*] *Cornelius Tacitus*, qui Cæsare non multo plus centum annis posterior fuit, & *Mercurium*, & *Herculem*, & *Martem*, & *Isidem* coluisse scribit, vt vel Cæsarem non omnia sciuisse, vel interiecto tanto temporis spacio plures Deos recepisse, credamus. De *Mercurio* *Paulus Diaconus* prodit, cultum illum impenfè à Longobardis, dictumque *Godam*. Inde haud dubie apud occidentales Saxones, siue *Westualos*, dies *Mercurii* *der Godens tagt* appellatur. Certe Saxonibus in magna veneratione fuisse *Mercurium*, autor est *Abbas Vrsbergensis*. In antiquitatibus *Augustanis* visitur imago *Mercurii* corpore nudo, nisi quod à tergo pallium sustinet, additis capiti pinnulis, sinistra caduceum gestans, dextra capiti bouis, pedibus adiacentis, iniecta, adstante gallogallinæ. Statuam eam superesse *Augustæ* in ædibus *Conradi Peuringeri* Doctoris Iureconsulti, ex lapide marmoreo, eadem Antiquitates indicant.

250 *A paruulis duritia student*] Eadem tradit *Pomponius Mela* lib. 3. sic scribens: *Qui habitant (Germaniam) immanes sunt animis atque corporibus, & ad instam feritatem vaste utraque exercent, bellando animos, corpora ad consuetudines laborum, maximo frigore nudi agunt, antequam puberes sint, & longissima apud eos pueritia est.*

251 *Rhenonum tegumentis*] *Rhenones*, sunt ex pellibus confectæ vestes, autòre *Serui* in libro tertio *Georgic.* quo loco citatur ab eo *Crispus Sallustius*.

252 *Agricultura non student*] Quod hic Cæsar *XXII* Germanos non studere agriculturæ scribit, hunc sensum habet, vt præter necessarium vsum eius rei, non studuisse accipiamus. Alioqui agriculturam profusus: biicere qui potueret cum sine ea consistere hæc vita non possit.

253 *Ne qua oriatur pecunia cupiditas*] Per *pecuniam*, diuitias & opulentiam intelligit. Nondum enim monetam habebant Germani, rerum permutatione gaudentes. Et *pecunia* nomine, testibus Iurisconsultis, non solum numeratæ pecuniæ, verum omnis omnino pecunia, hoc est, omnia corpora continentur.

254 *In pace nullus est communis magistratus*] Eadem de antiquis Saxonibus, *Westualiam*

naliã incolentibus, tradit *Beda* Ecclesiasticæ historiæ Anglorum gentis lib. 5.

255 *Hospites violare fas non putant*] *Ille homo*, inquit *D. Augustinus*, dicitur esse *humanus*, qui se exhibet hominem, & maxime hospitio suscipit hominem. Et *Menandri* celebratur sententia apud Græcos: *ξένος πρὸς ξένους τὸς ξενόδοχος οὐδέου*, id est, *Hospes factus hospites cole.* Autor epistolæ ad *Hebræos* nos admonet hospitalitatis, quod per eam *Deo* quidam placuerunt plurimum, angelis hospitio receptis.

256 *Syluam Hercyniam*] *Hercynia sylua* nomen alii aliter interpretantur. Verisimile est à *resina* seu *pice* ductum, quam Germani *Hartz* vocant. Peruagatur hæc sylua totam fere Germaniam, multis à se veluti brachiis & cornibus emissis. Meminerunt eius optimi quique scriptores, ex veteribus præter *Cæsarem*, *Strabo*, *Mela*, *Plinius*, *Tacitus*, *Solinus*, *Ptolemæus*, *Marcellinus*; ex recentioribus, *Aeneas Syluius*, *Volaterranus*, & *Conradus Celtes*, qui eam perlustratam à se carmine pariter & oratione soluta descripsit. Extat de eadem sylua & *Iuliani Imperatoris* testimonium apud *Suidam*, quod adducitur apud *Rhenanum* in libris de rebus Germanicis.

257 *Quam Eratostheni*] *Eratosthenes*, patria *Cyrenæus*, floruit apud *Ptolemæum* *Euergetem*, regiæ *Bibliothecæ* præfectus. Scripsit præter *Philosophiam*, *historias*, & *Astronomiam*.

258 *Tectosages occuparunt*] A *Tectosagibus*, quos *Beatus Rhenanus* *Nicri ripam* accoluisse scribit, appellatam volunt *arcem Teccensem*, *Tect*, in Ducatu *Wirtenbergensi*. Cæterum *Tectosages* & in *Asiam* penetrarunt, testibus *Liuius*, *Strabone*, & *Plinio*.

259 *Nemetum & Rauracorum finibus*] *Beatus Rhenanus* locum hunc deprauatum esse scribit, legiq; in emendationibus libris non *Rauracorum* sed *Tauriacorum*. Ipse vero pro *Nemetum*, *Venerum* legendum arbitrat, quod hi sunt *Rheticæ* populii, à quibus *Venetus lacus* dictus est, quem tamen *Glareanus* Cæsari ignotum fuisse putat, eoque castigationem hanc parum probat, maualtq; legere *Ætuatium*. Cæterum per *Tauriacos*, *Rhenanus* *Turanos* accipit à *Tura* amne, qui fors alii, *Taurus*, siue *Tauria* nominatus sit.

260 *Anartium*] Qui Cæsari *Anartes*, *Ptolemæo* *Anartii* vocantur. Populi sunt *Daciæ* septentrionales ad *Carpathum* montem.

261 *Multa in eo genera ferarum*] De feris, quæ proueniunt in sylua *Hercynia*, meminerunt *C. Plinius*, & *Iulius Solinus*. Verba *Plinii* sunt: *Paucissima (animalia) Scythia gignit, inopia fruticum, pauca conterminat illi Germania, insignia tamen bouum ferorum genera, ubatos Bisontes, excellentiq; & vi & velocitate Vros, quibus imperitum vulgus Bubalorum nomen imponit, cum id gignat Africa, vituli potius ceruine quadam similitudine. Septentrio fert & equorum greges ferorum, sicut asinorum Asia & Africa: præterea Alcen, ni proceritas aurium*

& ceruicis distinguat, iumento similem. Sed & *Solinus* aues inibi scribit esse, quarum pennæ noctu luceant, præsidium hominibus ad dirigendum inter exhibentes.

262 *Bos cerui figura*] *Bisontem* dicit: nec enim alios feros boues præter *hunc* & *Vrum* *Germania* agnoscit. Cæterum *Bisontes* mansuescieri, atq; etiam ad currum iungi, testis est *Martialis* sic scribens:

Turpes effeda cum trahunt Bisontes.

263 *Qua appellantur Alces*] *Alcen* *Pausanias* specie media inter ceruum & Camelum esse scribit, eiusq; capiendæ difficultatem & artem lib. 9. commemorat, diuersam valde à Cæsaris sententia, quem quidem hoc loco deceptum, variarum ferarum naturas miscuisse, constat. Nam quæ de ceruib; sine nodis & articulis, & de earum ad arbores accubitu tradit, *Plinius* alii animanti tribuit, quod natum videlicet in *Scandinauia* insula, *Machlin* appellant. *Iulius Capitolinus* autor est, *Philippum Imp.* anno vrbs millesimo inter varias innumerasque feras decem *alces* ludis secularibus populo Romano exhibuisse.

264 *Qui Vri appellantur*] *Vri* vocem *Seruius* *ἄρι ὄρνις*, id est, à montibus deducit. At *Macrobium* nomen esse Gallicum scribit, quo *bos ferus* & *syluestris* significetur. Ab *Vro* *Plinius* diuersum facit *Bubalum*, quem tradit in *Africa* gigni, vituli ceruicæ similitudine. Certe a *Bubalo* *Pliniano* longe sunt alii, quos hodie *Bubalos* vocamus.

265 *C. Volcatium Tullum*] Huius adolescentis pater fuit *L. Volcatius Tullus*, qui *Consulatum* gessit triennio ante *Ciceronem*, anno V. C. DCLXIX. Meminit eius *Cic.* ad *Atticū*, & *Philippica* secūda.

266 *L. Minutium Basilium*] Hic *L. Minutius Basilium* postea per summam ingratitude vna cum cæteris in Cæsaris necem conitaurit. Extat ad hunc *Basilium* epistola *Ciceronis* lib. 6. Epistol. epistola 15.

267 *Per Arduennam syluam*] *Arduenna sylua* supra meminit *Cæsar* initio *Commentarii* quinti. Et *Strabo* lib. 4. eam describens: *Sylua est*, inquit, *procerarum arborum, permagna quidem, verum haud magnitudine tanta, quantum rerum scriptores tradiderunt, stadiis millibus quaternis &c.* Quibus verbis hunc Cæsaris locū notari, non est dubium.

268 *Taxo*] *Taxus*, arbor est ex genere *abietis*, ex qua arcus conficiuntur. Et inter *Hoyum* & *Namurram*, *Leodiensium*, id est, *Eburonum oppida*, abundat. Si quis sub ea dum floret dormiat, certum est mori: si quis sub ea comedat, infirmatur. *Pocula* inde facta mortifera sunt, testibus *Plinio*, *Dioscoride*, & pleriq; aliis. Volunt etiam hinc *toxicæ venena* dicta, quasi *taxica*, quemadmodum *Plinius* commemorat lib. 16. cap. 10.

269 *Segni Condruisq;*] A *Segnis* videtur appellatum *Signacum* oppidum, quod hodie superest in *Condruis*, exiguum quidem, sed miram vetustatem referens. De *Condruis* diximus supra in *Commentario* secundum & quartum. Est autem il-

lorum pagus Arduenna sylva pars inter ducatum Lutzenburgensem & Mosam amnem.

270. Ad Varucam contulit] Thomas Hubertus Varucam legendum docet, idq; castellum a Leodio non amplius dimidii milliariis Germanici spacio abesse, scribit.

XXXIII 271 Flumen Scalden] Scaldis fluvii meminit C. Plinius naturalis historiae lib. 4. cap. 17. & Bertramus Damianus in praefatione epistolae ad Romanos a se carmine redditae:

Rursus in occiduis clavam peto finibus orbem, Scaldis ubi cunctas desuebit orbis opes.

272. Quod insluit in Mosam] Hubertus Thomas locum hunc deprauatum esse censet, & pro Scalde legendum Sabin, quod hiciuxta Namurram, & in finibus Arduennae sylvae, in Mosam insluit. Huic sententiae etsi non palam accedit Henricus Glareanus, fatetur tamen, in tabulis Geographicis hodie nequaquam cerni posse, ut Scaldis in Mosam se exoneret. At Gerhardus Nouiomagus, vir doctissimus, vulgatam lectionem tuetur, recteque Caesarem scripsisse asserit, Scalden videlicet in Mosam insluere, id quod fiat non procul a Brilen oppido, ubi ante aliquot annos terra pagis & arcibus florens extiterit, sed hodie vastum ibi mare cerui, eoque fieri, ut fluviorum ostia ad veterum praescripta internosci vix queant.

XXXIV 273. Vniuersis perterritis] Interponenda est hoc loco praepositio, ac legendum, vniuersis a perterritis ac dispersis, sensu claro & manifesto.

274. Stirpemque hominum sceleratorum] Sceleratos appellat, propter eadem cohortium & legatorum.

275. Quam cum aliquo detrimento militum noceret] Boni est Imperatoris, quoad fieri potest, ut suos incolumes praestet. Celebratur hinc merito vox Scipionis Africani superioris, dicentis: Se unum civem servare malle, quam mille hostes perdere.

276. Stirps ac nomen civitatis tollatur] Caesare esse, quemadmodum cupiebat, tota stirpem ac gentem Eburonum delere non potuit, nomen tamen extinxit, nemine in posterum Eburonem se profiteri auso: Vnde antiquo vocabulo recepto, Tungri ceperunt appellari, qui Eburones fuerant.

XXXV 277 Sicambri] Sicambrorum bonam partem postea Augustus Caesar in Galliam traduxit, vnde Horati lib. 4. Carminum, ipsum Caesarem compellans, ait:

Te cade gaudentes Sicambri Compositi, venerantur armis.

278 Triginta millibus passuum] Triginta millia passuum veterum supputatione sex miliaria Germanica faciunt. Cum itaq; pontem paulo supra Bonnam excitatum, meminerimus, liquet ex verbis Caesaris, duobus Germanicis miliaribus infra Colonia Agrippinam, Sicambros Rhenum traiecit.

XXXVII 279 Decumana porta] Decumana porta in castris erat omnium maxima, & ab hoste auersa, per quam & in quos militum disciplina animadu-

tendum erat, educebantur, teste Vegetio.

280 Sub vallo tenderet] Tendere, est tentoria facere, seu papilionem erigere, ut apud Virgilium lib. 2. Hic Dolopum manus, hic saeuis tendebat Achilles.

281 Nonas sibi ex loco religionis fingunt] Religionem, metus & anxietates vocat, quemadmodum & Lucretius in prima sui operis parte:

Religionum animos nodis exolvare pergo.

282. Alii cuneo facto] Cuneus, forma est instrumendae aciei, a notissimo in findendis lignis instrumento sumpta, de qua vide Vegetium rei militaris lib. 3. cap. 13.

283. Duce C. Trebonio, equite Romano] Hic C. Trebonius, alius est ab eo, cuius paulo ante, & in superioribus Commentariis, facta est mentio. Ille enim legatus, hic equitum praefectus fuit.

284. Durocortum] Durocorti post Caesarem Ptolemaeus quoq; meminit, sed voce modice deprauata: nam apud eum Duracortum vocatur.

IN LIBRUM SEPTIMUM COMMENTARIORUM C. IULII CAESARIS DE BELLO GALICO Annotationes

IOANNIS GLANDORPII M. O. N. A. S. T.

ARGUMENTVM.

Digresso tumidi coniuuant Caesare Galli Vndiq; collatis viribus arma mouent.

Ille redit, magnas Genabumq; & Autuicoum vrbes.

Expugnat, plures deditione capit.

Gergoniae damnum passus legione fugata.

Hostibus id longo non sinit esse bono.

Gallorum vastam despectat Alexia eadem.

Dux premitur vinculis cladis origo suis.

Septimus Commentarius, septimi anni rerum gestarum Caesaris continet historiam. Habuit autem hic annus Pompeium tertium & solum Consulem,

quod ante id tempus alii nemini contigerat, et si in posteriores quinq; menses Scipionem socerum collegam assumpsit. Honorem hunc quinto demum Calend.

Martias Pompeius mense intercalari inuit, quod obtrium candidatorum, Milonis, Hypsai, & Scipionis

perditas contentiones, comitia prius haberi non potuissent.

285 Enatusq; consulto certior factus]

Senatusconsultum id factum est propter eadem Clodii, qua valde perturbata est Respublica.

Na curia in eius funere conflauit, Poreia basilica ei iuncta, ambusta est, & domus M. Lepidi interregis oppugnata est a Clodianis. His accessere contentiones coepetitorum Consularum. Quare Senatus decreuit,

vt cum.

vt cum.

vt cum.

vt cum.

vt cum.

vt cum.

vt cum.

vt cum.

vt cum.

vt cum.

vt cum.

vt cum interrege & Tribuni plebis Pompeius daret operam, ne quid Respublica detrimenti caperet, & vt per Italiam delectus haberetur. Vide Asconium Pedianum in orationem Ciceronis pro Milone.

286. Omnes Italia iuniores coniuuant] Coniuuare, est ad signa conuenire, & simul pro Rep. sacramentum militare praestare, quemadmodum docet Seruius scribens in 8. Aeneidos; ubi coniuuationem in tumultu solitam fieri tradit, cum prolatis e Capitolio duobus vexillis, qui exercitum ducturus esset, diceret: Qui Rempublicam saluam vult, me sequatur. Quae voce excitati conueniebant, & in verba Reip. iurabant. Verba Virgilii sunt ex octauo Aeneidos:

simul omne tumultu

Coniuuat trepido Latium.

287. Cauere inter se non possent] Cauere, est satis accipere, & satis dare, teste Budaeo, a quo in Commentariis Graecis & hic Caesaris locus citatur.

288. Grauisissima ceremonia continetur] Ceremoniam Valerius Maximus a Coretanis populis, Macrobius a cauendo, quasi carimoniam, dictam tradit. Notantur autem ea voce cultus & ritus sacrorum.

289. Clamore per agros significant] Simile est huic quod scribit Cleomedes in libro de contemplatione orbium caelestium, Persarem videlicet regem, cum Graecis arma inferret, ita disposuisse homines a Susis per stationes Athenas usque, ut quae a se in Graecia gereretur, significari Persis voce per stationarios excepta possent. Eam vero vocem, proditum historis est, huiusmodi exceptione progressam, quadraginta octo horis e Graecia in Persas peruenisse, id quod miraculi loco haberi potest, cum tam vasta terrarum ac gentium interpedine Graeci Persaq; dirimantur.

290. Genabi] Genabum hodie Aurelia sive Aurelianum appellatur, Gallice Orliens.

291. Quod spaciunt est millium passuum circiter CLX.] Centum & sexaginta millia passuum efficiunt Germanica miliaria xxxii, vel certe xxx. Quoniam quinque Italicis paulo maius est milliare Germanicum.

292. Oppido Gergobia] Quam hic Gergobiam, infra Gergoniam appellat, obsidionem eius describens. Hodie Claromontem vocant, estq; ciuitas Episcopalis. Diuersa est ab hac Gergobina, quemadmodum paulo post videbitur.

293. In Rutenos mittit] Rutenorum, Galliae populorum, meminit Lucanus libro primo: Soluuntur flui longa statione Ruteni.

294. Virtute Cn. Pompeii] Nam Consul tertium factus Pompeius, & quidem solus sine collega, quae tacita fuit monarchiae concessio, leges tulit, iudicia constituit, multosque palam improbos & seditiones ciues vrbe eiecit. Vide Appianum lib. 2.

295. Progressus in Nitiobriges] Horum populorum meminerunt quoq; Strabo, Plinius, & Ptolemeus, sed apud hunc modice ea nomina deprauata sunt. Nitiobriges hodie Montem pessulanum vocant, vulgo Montpelier.

296. Narbone versus] De Narbone vide Strabonem lib. 4. Plinium lib. 3. cap. 4. Pomponium Melam li. 2. ca. 5. & Ausonium poetam in carmine de claris viribus. Deducta est eo colonia populi Romani Q. Martio Rege, & M. Porcio Catone Goss. anno V. C. DCXXXVI.

297. Rutenis Provincialis] Glareanus coniunctim opinatur legendum Rutenis provincialibus, & similiter Volcis Araconicis; quod vtriq; populi duplices essent, Ruteni quidem provinciales, & non provinciales: Volci vero Araconici, & Testosages.

298. Mons Gebenna] Guilelmus Budaeus in 4. de Assere hunc montem potius Gebennam appellandum esse scribit. Lucanus plurali numero extulit, sed pro oppido:

qua montibus ardua summis

Gens habitat cana pendentes rupe Gebennas.

299. Opinioe perceperat] Legendum, praecipit, quemadmodum Beatus Rhenanus & Ioannes Rinius astipulantur.

300. Viennam peruenit] Vienna duplex est, altera Germaniae, ad Danubium sita: altera Galliae, quam Rhodanus perlabitur, cuius meminere Plinius, Pomponius Mela, Martialis, & Ausonius in catalogo nobilium urbium.

301. In Lingones contendit] De ciuitate Lingonum extat Panegyricus scriptus a Ioanne Thomastino.

302. Vellaunodunum venisset] De Vellaunoduno vide Glareanum & Marlianum. Porro Dunum cuiusmodi videtur adiectio, qualis est apud Germanos Berga, Burgum, notatq; veteri Gallorum lingua montem, quemadmodum est autor Beatus Rhenanus.

303. Vincas agere] Vincas, machinae sunt leuiore ex tabulis confectae, quibus testis milites in obsidionibus urbium ad moenia succedant. Vide Vegetium de re militari lib. 4. cap. 15.

304. Parentarent] Parentare, est defunctis iusta persoluere, & metaphorice hominis occisi penas persequi. Cicero pro L. Flacco: Litemus igitur Lentulo parentemus Cethego, renocemus eiechos &c.

305. Carros impedimentaq;] Cornelius Sisenna hist. lib. 4. citante Nonio Marcello: Impedimenta collocant omnia, construunt carros &c.

306. Suo more armis contrepit] Armis contrepere, moris fuit & disciplinae militaris, qua re nunc iura, nunc fauor exercitus significabatur. Ammianus autor est, si quando milites scuta genibus illiderent, prosperitatis indicium; contra cum hastis clypei ferirentur, irae documentum fuisse. T. Liuius lib. 28. de militibus Scipionis orationem comprobantibus, eam summa aduersus seditionis auctores indignatione: Exercitus, inquit, gladius ad scuta contrepuit.

307. Nam & laqueis falces] Quomodo aduersus arietes, & falces, laqueis, lupis & id genus aliis remediis occurratur, docet Vegetius de re militari lib. 4. cap. 29.

308. Quas cum destinauerant] Destinare, alligare est, qua in significatione vsurpatur & ab

L. Apuleio libro 4. de asino aureo.
 309 *Quod apud eos magna sunt ferraria*] Ferraria sunt fodinae ferri. Vtitur ea voce Cato in originibus, citante Gellio lib. 2. Item T. Livius lib. 34.
 XXV 310 *Deustos pluteos*] *Plutei*, sunt machinae militares ad similitudinem cassidis, coriis & ciliciis tectae, tribus rotulis subiectis, quibus milites defensi, quocumq; volunt, accurrunt.
 311 *Scorpione ab latere dextro*] De scorpione vide Vitruvium & Vegetium. Genus erat tormenti sagittis & spiculis mortem inferens.
 XXVI 312 *Perstare in sententiam viderunt*] *In sententia perstare* dixit, quomodo Cicero in tabulas perscribere, in vulgus probari & valere, in mentem & potestatem esse. Eodem modo Caesar belli civilis libro primo, in potestatem, & libro tertio, in obsequium habere, dixit.
 313 *Si qua ex parte obsidiam contraveniretur*] *Contravenire*, est occurrere, & aduersari. Cicero in Tusculanis quaestionibus: *Ego vero facile sum passus, ne in mentem quidem mihi contravenire, ita uti faueo sententia.*
 314 *Cuius consensu*] *Consensu obistere* dixit in casu dandi, quemadmodum supra lib. 6. casu locum relinquere. Solet autem Caesar ad hunc modum loqui, quemadmodum complura exempla docent, non in his tantum Commentariis, verum etiam aliis Caesaris lucubrationibus & scriptis. Vide A. Gellium lib. 4. cap. 16.
 XXXII 315 *Cum singuli magistratus antiquitus creari*] Hunc magistratum, cui potestatem regiam attributam docet lib. 1. *Vergobretum* appellatum memorat. Germanice die *sehrliche Obrigkeit*.
 XXXIII 316 *Huic rei praeuertendum*] *Huic rei praeuertendum*, dixit constructione veteribus usurpata, pro quo nos dicere solemus, *hanc rem praeuertendam*. Sic & Plautus in Mercatore: *Mandatis rebus praeverti volo*. Et in Persa: *Stultitia est, si cui bene esse licet, eum praeverti litibus*, id est, res mandatas & lites praevertere. Vtimur autem hoc verbo pariter & actiua voce & deponentali.
 XXXIV 317 *Secundum flumen Elauer duxit*] Pleriq; ex doctis hunc fluvium esse volunt, qui apud Ptolemaeum *Canetellus* vocatur.
 XXXVII 318 *Victoriam distineat*] *Distinere*, remorari est. Virg. II. *Aeneid.*
 ——— *dum distinet hostem*
 Agger murorum, nec inundant sanguine fossa.
 XXXIX 319 *Conuocatis subito militibus lachrymans*] Idem fecit Sex. Tarquinius apud Gabios, & Virgilius Sinonem proditorē lachrymantem inducit.
 320 *Quo proficiscimur, inquit, milites*] Oratio infidiosa est, habetque exordium abruptum, & ab interrogatione ductum, quale conuenit dolore & indignatione plenis.
 XLII 321 *M. Aristium*] Hic est haud dubie *Aristius* ille, cui postea Proconsuli scripsit Cicero, ut est videre lib. 13. epistolarum, etsi perperam ibi non *Aristio*, sed *Aristo* legitur.
 322 *Ex oppido Cauillono*] Id oppidum Ptole-

maeus *Cabullinum* vocat, situm ad Ararim, hodie Galli sua lingua *Chiallun* vocant.
 323 *Dorsum esse eius iugi*] Veteribus dicebatur *dorsus* in genere masculino & foeminino. Plautus in Milite: *Timeo quid rerum gesserint, ita dorsus tota prurit.*
 324 *Si nullus anfractus intercedebat*] *Anfractus*, sunt circuitus & flexus viarum, aliarumque quarumuis rerum circuitates. Sic Plinius, *conuoluta in anfractum cornua* generi arietum, & Silius Italicus *sinuatos anfractus* pelago tribuit.
 325 *Vestem argentumq; iactabant*] *Vestis* nomine, praeter vestimenta, quae sunt virilia, puerilia, muliebria, communia & familiaria, etiam pelles, regina sublelliorum, tapeta, ceruicalia & culcitrae veniunt, teste Vlpiano Pandect. lib. 38. de auro & argento legato.
 326 *Ad T. Sextium legatum*] Huius T. Sextii meminit initio Commentarii sexti, ac amplius in Commentariis sequentibus eiusdem mentio fiet.
 327 *Humeris exertis*] Exerto altero humero etiam belli tempore, cum pugnandum esset, utebatur Cornelii Cethegi. Vnde Silius Italicus Punicorum lib. 8. de quodam eius gentis:
*Ipse humero exertus gentili more parentum,
 Difficili gaudebat equo.* Et Lucanus:
 ——— *exertiq; manus vesana Cethegi.*
 328 *Nec nimis se in milite modestiam*] Clearchus Lacaedemoniorum dux dicere solebat. *A militibus Imperatorem potius, quam hostem debere metui*; quod corruptam disciplinam plus hoste iudicaret obesse. Vide Valerium Maximum lib. 2.
 329 *Interfectis Noniodumi custodiibus*] Significat Caesar hoc oppidum se delegisse ad belli sedem, & quod Graeci *ὀνομαστῆρος* dicunt.
 330 *Cum praelium commissum audissent*] *Praelium commissum* vocat initium & accensum. Nam hoc est pugnam seu praelium committere. Graeci *συγκρατῆς*, & *ἐκείσεως*, ἢ *πόλεμος* vocant.
 331 *Allobroges sollicitat*] *Allobroges*, populi sunt finitimi Rhodano, ipso flumine a Celtis diuisi, victoria Fabii Allobrogici, & coniuratione Catilinae noti.
 332 *Ab L. Casare legato*] Hic L. Iulius Caesar propinquus fuit C. Caesaris Dictatoris, & auunculus M. Antonii Triumviri. Gessit Romae Consulatum anno V. C. DCCXC.
 333 *Quarum interiorum*] *Interiorum*, expono & Romano vallo propinquam.
 334 *Grandibus ceruis*] *Cerui*, sunt furcae lignaq; cornuta, ad similitudinem ceruinorum cornuum.
 335 *Materiari*] *Materiari*, lignari est. Nam *materia* omne lignum dici potest. Vide Laurentium lib. 6.
 336 *Cippus appellabant*] *Cippus*, instrumentum ad colligendos pedes.
 337 *In quincuncem dispositis*] *Quincunx*, spaciū est quinq; vnciarum, aut, ut volunt, quod inter vites relinqui soleat, ad quem modum caeterae res confi-

XLII II

XLVI

XLVII

LXXIV

LXXV

LXXII

LXXIV

LXXII

LXXIV

LXXV

LXXII

LXXIIX

XXCI

XCIV

XXCV

constituta, in quincuncem disposita feruntur. Est autem quincuncis ordo duplex, rectus videlicet, & obliquus. Rectum in latruncolorum aluocolo: obliquum in specularibus & vitreis cernimus. Meminerunt quincuncis praeter Varronem, Plinium, & Columellam, Cicero in Catone Maiore, & Fabius lib. 8. cap. 3.
 338 *Foeminis crassitudine*] *Foemen* pars est interior femoris, aluo proxima. Apud Liuium est lib. 30. *Posteaquam foemine transfixo caudentem*, &c. videre. In plerisque exemplaribus, legitur, *femissis crassitudine*.
 339 *Ante haec tales*] *Tales* lignum est vtrinque percissum, ut in terra inferatur. Theophr. *ἔβλα*, vocat.
 340 *His rebus perfectis*] Ad has munitiones Caesaris respexit Silius Italicus Punicorum lib. 10. sic canens:
*Quaerit patet campus planis ingressibus hosti,
 Ceruorum ambustis imitantur cornuarumis,
 Et silus occulitur caecum in vestigia telum.*
 341 *Ambruaretis*] Pro *Ambruaretis* Glaecanus mauult legere *Ambarris*, de quibus dictum Commentario primo.
 342 *Aulercis*] *Aulercos* quos dicat, incertum, quum cognomentum non adiciat, & triplices fuisse constat.
 343 *Heleuteris*] Pro *Heleuteris* Glaecanus putat legendum *Heleueris*, quasi dicas *Helle hütter*, Celtica lingua, id est, *Orci custodes*.
 344 *Senonibus*] Legendum *Suessonibus*. Nam *Senonum* supra meminit.
 345 *Ambibarii*] Glaecanus mauult *Ambilates*.
 346 *Cadetes*] Fors erit *Caleta*. Nam Ptolemaeo *Καλιτῆς* ponuntur in extrema parte Lugdunensis Galliae.
 347 *Lernouicos*] Suspecta vox est, cum antea numerati sint.
 LXXVII 348 *Oratio Critognati*] Oratio Critognati consultationem & confirmationem habet, ut deest eum, qui responderet & arguit, quemadmodum praecipit Fabius lib. 5. Confutat autem sententiam eorum, qui eruptionem faciendam censebant, docetque breui astituras popularium copias. Deinde censet in obsidione persistendum & tolerandum, ac humanis corporibus vescendum potius, quam deditionem faciendam, quae seruitutem alatura sit. Et est Deliberatiui generis oratio.
 2 349 *In ipsis cadaueribus*] Sic Liuius lib. 26. timuisse quosdam Scipioni proficiscenti in Hispanias, ubi inter sepulcra patris patriq; res gerendae essent, scribit.
 LXXIIX 350 *Mandubii, qui eos oppido receperant*] Eadem tradit Dion lib. 40.
 XXCI 351 *Harpagonum*] *Harpagonas* Q. Curtius *ferreas manus* vocat. vulgo *lupi* dicuntur, teste Vegetio.
 352 *Fundis liberalibus*] *Fundas liberales* vocat singularum librarum saxa iaculantes.
 XCIV 353 *Musculi*] *Musculi* vineis minores, sed firmiores sunt.
 XXCV 354 *Agger ab vniuersis in munitionem coniectus*]

Non intelligere se scribit Glaecanus, quid sit *aggerem in munitionem conicere*. At nos terram accipimus per manus traditam, qua coniecta Romanorum opera, & infidiae obruta completaq; sunt. Indicat id ipse Caesar paulo post apertius: *Aggere*, inquit, *est crateribus aditus expediunt*. Sed & notum est ex historiis, milites aggerem ferre solitos, sicubi magna excitanda munitione, vel complenda fossa foret.

355 *De media nocte*] Apud Horatium legitur: *XXCIX Vnde vxor media currit de nocte vocata.*

356 *Postero die Vercingetorix*] Plutarchus scribit, hoc proelio apud Alexiam gesto, Caesarem maximam adeptum esse gloriam quod nusquam maiora virtutis & audaciae facinora dimicando ediderit.

357 *Vercingetorix deditur*] L. Florus autor *XXCIX* est, Vercingetorigem, cum supplex in castra venisset, phaleras & arma sua ante Caesarem proiecisse, dixisseque: *Habes virum fortem, vir fortissime, vicisti*. Plutarchus addit, posteaquam diu ad Caesaris pedes tacitus consedisset, custodiae traditum & triumpho seruatum. Illud obiter admonendum duximus, L. Florum, quo loco huius belli traditur historia, mendosum esse. Nec enim *Alexiam flammis adaequauit* Caesar, sed *Genabum*: nec *circa Gergouiam tota belli moles fuit*, sed *circa Alexiam*; nec *decem & octo* Caesari castella, sed *tria & viginti* excitata sunt, ipso Caesare teste. quae non vidisse aut meminisse Camertem, virum alioqui in historia diligentissimum, mirari conuenit. Nobis scio, pro eius loci demonstrata castigatione, qui vere studiosi sunt, gratias habebunt.

358 *Reseruatis Heduis atque Aruernis*] Notabile est, quod memorat Plutarchus de Aruernis: suspensum in templo gladium commonstrare solitos, tanquam captum a Caesare spoliū: eum sequenti tempore Caesarem conspiciatum risisse, ac amicis detrahere volentibus non permisisse, quod rem sacram existimaret. Id hoc bello accidisse, non est dubium. Plutarchus ad superiora tempora refert, sed eius narratio cum hoc Caesaris Commentario minus conuenit.

IN A. HIRTII DE RELICTORVM DE bello Gallico librum VIII Annotationes

IOANNIS GLANDORPII MONAST.

359 *A. Hirtii*] *A. Hirtius*, amicus & familiaris Caesaris, discipulus Ciceronis, designatus Consul a Caesare, proximo post caedem eius anno, in ipso honore contra Antonium pro libertate pugnant, interit.

360. *Derelictorum*] Παρολιπώδῃ Græcis vocantur, que sunt præterita & omiffa.
 361. *Coactus assiduis tuis vocibus, Balbe*] Duo fuerunt eodem tempore *Cornelii Balbi, Maior, & Minor*, uterque Gaditanus. Intelligendus autem hic est *Maior*, de quo vide Ciceronem in oratione pro *L. Cornelio Balbo* inferi pta, & *Plin.* um lib. 5. cap. 5. & rursum lib. 7. cap. 43.

ARGUMENTVM.

Opprimitur Biturix nona dum sibi comparat arma, Carnuzes profugos versat agitq; timor. Bellouacis propria Caesar circumuenit arte, Supplicibus pacem dat veniamq; libens. Dumnao Fabius victo, Carnutibus instat, Se pariterq; stans delere cogit opes. Lucerio fugiente capis Drapeta, Canini: Tu quoq; pro culpa das Cirtuate caput. Vexellodunum suis edomat, arma iuuentus Qua tulerat casus flet mutilata manus. Sic Caesar victos longo certamine Gallos Sub iuga Romani compulsi imperii.

Commentarius octauus res gestas anni octaui continet, quo Coss. fuere Seruius Sulpitius Rufus & M. Claudius Marcellus, quibus Consilibus Cicero in Ciliciam profectus est, Appio Claudio Pulchro in Proconsulatu successurus.

362. *Ropter anni tempus*] *Tempus anni* dixit, quomodo Græci τὸν ἔτος. Intelligit autem tempus hybernium, quemadmodum ex præcedentibus patet.

363. *Quadrato agmine instructo*] *Quadratum agmen* vocat nō quadrata specie, vel paribus ordinibus coactum, sed quod artificio & industria singulari compositum sit; quemadmodum *quadratos lapides*, non in quadrum formatos, sed arte sectos & politos dicimus.

364. *Superioribus Commentariis declaratum*] At id nusquam extat, quomodo etiam Glareanus admonet. Itaque vel lapsus est memoria Hirtius, vel locus hic iniuria temporum, quomodo in bonis autoribus multa intercederunt, deperit.

365. *Vclis indagine munitum*] *Indagine* vocat obsidionem sylvarum, cum ad capiendas feras omnes viæ ac exitus hominibus pariter & retibus custodiuntur. Sic vititur hac voce *Virgilius* lib. 4. cum inquit:

Dum trepidant ala, saltusq; indagine cingunt.

366. *Per simulationem colloquii*] Per simulationem colloquii circumuentus est a *Poenis Cornelius Afina Coss.* bello Panico primo, & casus *Tiberius Gracchus Proconsul*, bello Panico secundo, ut est apud *Liuium*.

367. *Tergestinis accidisset*] Hanc incursionem factam à *Dalmatis*, tradit *Appianus* in *Illyrico*. Porro *Tergestum* caput *Istriae* cum erat, & colonia populi Romani in sinu sui nominis sita. hodie *Veneris* parer.

368. *Depopulandosq; fines Ambiorigis*] De *Ambiorigis* fuga dictum supra *Commentario* sexto sub hunc. Hic ceciderat legionem *Titurii & Aurunculeii* cum al. quot cohortibus, quemadmodum demonstratum est *Commentario* quinto.

369. *Duracium clausum*] Ex *Duracio* *Marlianus* male populum facit, cum *Lemouicum* princeps fuerit, quemadmodum *Hirtius* euidenter ostendit.

370. *Romanum & externum sustinere hostem*] *Philippus Beroaldus* pro *externum*, legit *exercitii*; quod videlicet *Romanus* multis præliis & longo bello exercitus & duratus esset.

371. *Gutuatum ad supplicium*] Quem *Hirtius* hoc loco *Gutuatum* vocat, *Caesar* supra *Commentario* septimo *Cotuatium* nominauit. *Glareanus* vult *Gallica* lingua dictum *Gutemath*, quo nomine significatur is, qui egregias furas habet, *Græci* ἐκφυγεῖς vocant.

372. *Reliquam esse vnam astatem sine provincia*] Agebatur enim tum alterius quinquennii a *naus quarrus*. *Glareanus* putat *seisu* annum *superfluum*, sed fallitur. *Ethi* enim post *biennium* *Caesari* per leges *Consulem* fieri licebat, non tamen eo usque illius imperium extendebatur.

373. *Itaq; C. Calenum*] *C. Fusum*, *Calenum* dicit, et si malim pro *Cilio*, *Quintum* legere, ut in fine de bello civili & *Commentario* tertio. Sed & *Appianus* *Quintum* vocat. *Geis* *Consulatum* postea sub *Caesare*, *Pompeio* acie *Pharsalica* delicto. *Memnit* *hu* us subinde *Cicero* in orationibus *Philippicis*.

374. *Magna hominum multitudo siti consumebatur*] Siti *Caesar* etiam *Afrani* & *Petreii* copias domuit in *Hispania* tempore belli civilis, quemadmodum habet *Commentarius* sequens. Sed & siti potitus est *Hauris P. Seruilius*, quemadmodum tradit *Frontinus* *stratagematum* lib. 3. cap. septimo.

375. *Manus præcedit*] Hoc genere supplicii vsus est *Q. Fabius Maximus* in puniendis transfugis *Hispanis*, similiter *C. Curtio* in *Thracibus* & *Dardanis*, quemadmodum autores sunt *Valerius Maximus* & *L. Florus*.

376. *Ibi cognoscit Commium Atrebatem*] *Scribit* *Frontinus* de hoc *Commio*, victum aliquando à *Caesare*, cum ex *Gallia* in *Britanniam* fugere pareret, & ad *Oceanum* venisset, simulata fuga tantum expansis velis, imposuisse, atque ita persequentibus *Romanis* ereprum esse. Quod *Commii* *stratagema*, quia nusquam à *Caesare* vel ab *Hirtio* commemoratum legitur, subiciendum duximus.

IN APPENDICEM HABENTEM RES GESTAS ANNI NONI

ARGUMENTVM.

Auricomus nonum iam sol adduxerat annum, Consule Marcello, Consule & Emilio: Lassa tot aduersis exhaustaq; Gallia pugnis, Degebat grata munera pacis amans. At res Romanas Pompeii factio turbans, Capere Iuleas inuida caput opes. Transfugium suadet Labieno, fraudeq; structa, Castris Caesareis raptata bina rapit. Interea multum pro Caesare Curio pugnat, Multaq; fert Caesar ne noua bella gerat.

377. *Contra consuetudinem in Italiâ*] *Nempe* sub aduentum veris, cum solitus esset *Italiam* petere ingruente hyeme, eaque exacta in *Galliam Transalpinam* reuertii.

378. *M. Antonii &c. commendat sacerdotii petitionem*] *Auguratum* inteligit, quem *Antonius* in locum *Q. Hortensii* oratoris demortui petere instituit & obtinuit.

379. *Ibique exercitum lustravit*] *Lustratio* exercitus quomodo fieri solita sit, docet *Alexander de Alexandro* *Iuriconsultus* *Genialium* dierum li. 1. c. 27.

380. *Nam C. Curio*] *Curionem* primum aduersantem sibi *Caesar* grandi pecunia ad suas partes traduxit. Vide præter alios *Lucanum* lib. 1. *Velleium Paterculum* libro posteriori.

381. *Non minimum timorem foro*] Quod dicit de foro, id pertinet ad causam *Milonis*, quo tribunali iudicium causam dicente, *Pompeius* forum armatis militibus circumsepit.

382. *Per se cepit facere discessionem*] Significat, parante *Curione* facere discessionem, ex eaque factum *senatusconsultum*, ut uterq; *Pompeius* videlicet & *Caesar*, exercitus dimitterent, *Cossules* obtulisse. Quam sententiam & *Appianus* & *Plutarchus* approbant. *Glareani* hoc loco inepta annotatio est.

383. *In alia omnia transit*] Testatur idem *M. Caelius* apud *Ciceronem* *epistolarum* lib. 8.

384. *Ex delectu provincia Caesari*] *Malo* legere *Caesaris*, adiecta distinctione, ut intelligas, *Caesaris* provinciam dici, quomodo liquet ex initio *Commentarii* sexti.

385. *Cognoscit per M. Marcellum*] *Glareanus* existimat legendum *C. Marcellum*, quod is hoc anno *Consul* fuerit, cum *L. Paulo*. Quod et si verum est, lectio tamen mutanda non erat. *Quia* enim *Caesare* per dolum hæ legiones ereptæ sunt, quo tempore metus de bello *Parthico* fuit.

IN C. IVLII CÆSARIS COMMENTARIORVM DE BELLO CIVILI LIBRUM I

Annotatio-

nēs.

IOANNIS GLANDORPII MONAST.

ARGUMENTVM totius belli Ciuilis.

386. *Bellum Caesaris Gallicum, ciuile Pompeianum* *Becepit*, *amatorum* numero non conferendum, *verum* *gestarum* magnitudine tanto maius, quanto *quàm* *Gallia* *latius* patet orbis terrarum. *Vbiq; enim* *&* *per* *omnes* *terra* *partes* *detonuit*, *magnis* *ominium* *gentium* *&* *nationum* *cladibus* *expulsum*. *Causa* *eius* *non* *alia* *quam* *superioris* *belli* *Mariani* *fuit*, *ambitio* *&* *dominandi* *cupido* *immensa*, *per* *quam* *inita* *ante* *decennium* *inter* *Pompeium*, *Crassum*, *&* *Caesarem* *societate*, *diuisaque* *imperio*, *dum* *illorum* *nemo* *sibi* *modum* *ponit*, *ac* *quisque* *suas* *opes* *augere*, *&* *potiri* *rogi* *satagit*, *sublato* *randem* *in* *Parthis* *Cresso*, *qui* *medius* *belli* *fuerat* *sola* *mora* *future*, *quomodo* *cecinit* *postea*, *diuisaq;* *per* *mortē* *Iulia* *duorum* *concordia*, *ilico* *erupit* *amulatio*. *Iam* *Pompeio* *suspecta* *Caesaris* *opes*, *&* *Caesari* *Pompeiani* *dignitas* *gratus*.

Nec *quenquam* *iam* *ferre* *potest*, *Caesare* *priorem*, *Pompeius* *parem*.

Rupta *itaq;* *coniurationis* *fide*, *secutum* *est* *bellum*, *quod* *uenturum* *aliquando* *prudenter* *in* *Repub.* *viri* *aliquot* *ante* *annis* *metuerat*. *Lentulo* *&* *Marcello* *Coss.* *civilia* *arma* *mota* *sunt*, *pulsuq;* *Italia* *Pompeius*, *in* *Hispania* *legati* *&* *exercitus* *ei* *subacti*. *Proximo* *anno*, *iam* *Caesare* *secundū* *Cos.* *Pompeius* *in* *Thessalia* *victus*, *paucosq;* *post* *in* *Aegypto*, *quo* *confugerat*, *occisus*. *Anno* *tertio* *gestum* *bellum* *Alexandrinum*, *ac* *superatus* *in* *Asia* *est* *rex* *Pontis*, *Pharnaces*. *Quarto* *victi* *in* *Africa* *rex* *Iuba* *&* *dux* *Pompeianarum* *partium* *Scipio*. *Quinto* *prostrati* *in* *Hispania* *liberi* *Pompeii*, *ibiq;* *demum* *eius* *belli* *furor* *aliquantisper* *subsedit*. *Primus* *&* *secundus* *ex* *his* *commentariis* *anni* *primæ* *res* *gestas* *continent*, *reliqui* *singuli* *singulorum* *annorum* *bella* *persequuntur*, *nisi* *quod* *scelus* *a* *fine* *mutulus* *historiam* *non* *absoluit*, *valde* *etiam* *vbiq;* *deprauatus*, *tū* *autoris* *incerti*, *cū* *tres* *primos* *ab* *ipso* *Caesare*, *ceteros* *duos* *ab* *Hirtio* *vel* *Oppio* *scriptos*, *constet*.

ARGUMENTVM LIB. I.

Caesar *tot* *aduersum* *sibi* *cuncta* *negare* *Senatum*, *Pacis* *&* *haud* *vllam* *spem* *superesse*, *videt*.

*Occupat Italiam propere, generoq; fugato,
Tecta subit patriæ, consiliumq; vocat.
Hispanos petit inde ferax, obiterq; rebellem
Massiliam indignans obsidione premit.
Postremo Afrani legiones, castraq; Marci
Perdomat, abductis, sponteq; mittit, aquis.*

387

Iteris à Fabio C. Cæsaris] Orditur à commemoratione odii ac impotentia inimicorum suorum, qui priuatis affectibus & commodis seruientes, quo res ad arma deduceretur, nullas Cæsaris quamlibet æquas condiciones admitterent: vt ostendat non voluntate, nec dominandi libidine, id se bellum suscepisse, sed necessitate cõpulsus, vt ad dignitatem & salutem defendendam auxilium ab exercitu peteret. Mirum autem cum ranti belli res gestas descripturus esset, non vsum pleniore exordio. Neque enim sic auspiciatur bellum Gallicum, nisi forte hic liber *ἀειφύλος* est, quomodo & vita Cæsaris apud Suetonium. Certe in sequentibus Commentariis quædam desiderari, ne quid nunc de sexto dicamus, certis & euidentibus argumentis doceri potest. Caterum de literis hæc arbitramur loqui Ciceronem in epistolis ad Tironem, quas *minaces & acerbas fuisse* scribit, & Cæsarem *impudentem* vocat, qui exercitum & prouincias inuito Senatu teneat, sed incitatum à Curione.

II 388 *M. Marcellus ingressus*] *Marcellus* hic alius est ab illo Consulari, siue *Marcum*, siue *Caium* accipias, cum vterque illorum Pompeianus esset, hic Cæsari faueret. Ex sequentibus apparet hunc Tribunum plebis fuisse.

389 *Vt M. Calidius*] *M. Calidius* orator & vir prætorius, *Q. Calidi* filius, obiit in hoc ipso bello ciuili, teste Cicerone in Bruto.

III 390 *Ad vespertum*] Signate dicit *ad vespertum*, vt intelligas, nihil eo die peractum in Senatu. Nam post solis occasum, nullum vnquam fiebat senatusconsultum.

391 *Et dolor repulsa*] Non *repulsam* Consulatus accipit, quemadmodum putat Glareanus, sed *præture*; cum suffragiis Cæsaris & Pompeii prælarus est illi Vatinius. De qua repulsa meminerunt Liuius lib. 105. & Valerius Maximus lib. 7. cap. 5. Astipulatur etiam nobis Plutarchus, apud quem ipse Cato Consulibus comitiis nullam fraudem adhibitam, sed in petitione præture, certorum hominum violentia, se succubuisse queritur.

392 *Quod L. Sylla reliquerat*] *L. Cornelius Sylla* Tribunitiam potestatem, quod dissensionis ciuili causam præbuisset, propemodum dissoluit, iure ferendarum legum adempto, & ne alios magistratus Tribunis gerere liceret. Autores sunt Liuius lib. 89. & Appianus 1.

393 *Laborum audacia*] Per *Latores*, Tribunos accipit, leges perniciosas promulgantes, non senatusconsulti autores, vt male sentit Glareanus...

394 *Quia Consules sunt ad urbem*] Legendum, *Quia, Proconsules sunt ad urbem*. Meminit autem huius senatusconsulti Cicero epistolarum lib. 16. ad Tironem, & Liuius lib. 109. Appianus etiã ensem a Consulibus Pompeio mitti scribit, vt sibi patriæ aduersus Cæsarem tuenda collatam potestatem sciret.

395 *Eo tempore erat Rauenna*] *Rauenna* ad a-cet mari Adriatico, oppidum Sabinorum, in octaua parte Italiæ, vt scribit Plin. lib. 9. Siliio Italico *paludosa* dicitur, quod in eam mare restagnet.

396 *Philippus & Marcellus priuato consilio*] Hos superiorum Tribunorum parentes intelligi conuenit, Senatu inuisos, quod ipsorum filii us, quæ decernerentur, non per omnia subscriberent.

397 *Paludatusque*] *Paludatus* abit Imperator vel magistratus, qui *paludamento*, id est, militari veste & habitu ad bellum proficiscitur, quæ res olim magni honoris fuit, vt testatur Liuius Dec. 5. lib. 2.

398 *Votis nuncupatis exiit*] Legendum *exiit*; nec enim Cæsar quid factum sit dicit, sed morem patrium neglectum & post habitum queritur. Deinde opus est interici particulam *similiter*, vt legas: *Similiter Consules*, &c. Nec enim nouum fuit Consules ex vrbe proficisci, sed sine populi imperio & nuncupatione votorum proficisci, id nouum erat.

399 *Superioribus annis armis esset restituta*] Pompeius & Crassus in primo Consulatu potestatem Tribunitiam restituerunt, decimo anno postquã à Sylla Dictatore deiecta erat: quemadmodum tradit Liuius lib. 97. & Plutarchus in Pompeio.

400 *Exempla expiata, Saturnino atque Gracchorum*] De *Apuleio Saturnino*, seditione Tribuno, vide Liuium lib. 69. Florum lib. 3. cap. 16. Plutarchum in Mario. Similiter de *Gracchis* legito Liuium lib. 58. & aliquot sequentibus, Florum l. 3. c. 15. & Plutarchum in eorundem vitis.

401 *Quarum rerum illo tempore*] Rectius legas: *hoc tempore*. Loquitur enim Cæsar de præsentitempore, quo ante paucos dies sua dignitas per Tribunos in Senatu defensa, ipse ab inimicis & aduersariis hostis indicat⁹ sit, Tribunis eiectis.

402 *Ariminum*] *Ariminum* oppidum venientibus ex Gallia Cisalpina primũ occurrit, populi Romani colonia, est Liuius, quo pertingebat via Flaminia. Sublato Exarchatu cessit Pontifici, deinde Malatestis, nunc Venetis patet. Ab hoc oppido nõ procul abest *Rubicon* fluius: limes Gallie & Italiæ, quem Cæsar cum exercitu contra S. P. Q. R. sanctionem transiens, *lacta est*, inquit, *alea*. Vide Suetonium, Plutarchum & Lucanum lib. 1.

403 *Cum ea legione*] Liuius, Eutropius, & Appianus, Cæsarem non amplius quam quinque cohortes militum habuisse, quibus *Ariminum* ac pariter totum orbem terrarum aggressus sit, tradidere.

404 *Ibi quæ Tribunos plebis*] Hi fuerunt *M. Antonius* & *Q. Cassius*, adiunctis *C. Curione* & *M. Cælio*.

Cælio, qui superiore anno Tribunatum gesserant.

405 *Iracundiam suam Reip. dimittere*] *Iracundiam* patriæ ac Reip. dimiserunt Themistocles, Camillus, Africanus, non item Alcibiades, non Tarquinius, non Coriolanus, non Marius, Cinna, & Sylla.

406 *Roscius cum L. Cæsare Capuam peruenit*] Cicero lib. 7. epist. 13. ad Atticum, Theani Pompeum & Consules à L. Cæsare conuentos scribit, idque ad VIIII Calend. Februarias. Conditiones ibidem easdem quas hic Cæsar commemorat.

XI 407 *Peracto Cæsaris Consulatu*] Legendum, *Proconsulatu*. Loquitur enim de Proconsulari imperio.

408 *Aretium mittit*] *Aretium* mille & ducentis stadiis ab vrbe distat, autore Strabone. Censetur Donato Martyre, Guidone Musico, & Leonardo Carolo, Tortelloque viris eximie doctis.

409 *Pisaurum, Fanum, Anconam*] Meminit horum oppidorum Cicero, & Plinius lib. 3. cap. 13. & 14.

XII 410 *Tignium, Thermum prætorem*] *Tignium* est oppidum Umbriæ. Sic namque Lucanus:

Itaq; sui pulso iam perdidit Umbria Thermo.
Hodie, teste Volaterrano, *sancta Maria in Georgio* vocatur. Glareanus *Firmium* legendum opinatur, sed male.

XIII 411 *Decuriones Auximi ad Accium Varum frequentes conueniunt*] De *Varo*, & *Auximo* Lucanus lib. 1. sic ait:

*Varus ut adnota pulsarunt Auximon ala,
Per diuersa ruens, neglecto mœnia tergo,
Quæ sylua, quæ saxa fugit.*

Meminit *Auximatium* & Plinius lib. 3. cap. 13. Porro *Varus* hic in bello Hispaniensi ad Mundam perijt.

XIII 412 *Aperto sanctiore arario*] *Sanctius ararium* antiqui, teste Budæo, vocabant; quod prorsus intactum esset, & ex quo nihil, nisi in extremis necessitatibus, promitteret. Cicero lib. 6. ad Atticum: *Id. Februarii Capuam C. Cassius Tribunus plebis venit, attulit mandata ad Consules, vt Romam venirent, pecuniam de sanctiore arario perferrent, statim exirent, vrbe relicta.*

413 *Cn. Pompeius &c. ex vrbe profectus*] Consulium Pompeii in vrbe relinquenda valde damnat Cicero ad Atticum lib. 7. epistola 10. & epistola sequenti:

414 *Nihil citra Capuam tutum esse*] Idem docet Lucanus lib. 2. de Pompeio loquens:
*Mœnia Dardani tenuit Campana coloni:
Hac placuit belli sedes &c.*

415 *Iulia lege Capuam deducti*] Cæsar in primo consulatu agrum Campanum plebi diuisit, Capuamque colonos deduxit.

416 *Gladiatoresq; quos ibi Cæsar*] *Gladiatorum* Cæsaris meminit Cicero ad Atticum lib. 7. episto-

la 13. idque factum de interceptis illis Pompeio tribuit, multumque in eo Reipub. prouisum esse, scribit.

417 *Etiã ex Cingulo*] *Cinguli* oppidi præter Cæsarem meminerunt Cicero & Plinius. Straboni mons est.

418 *Quod oppidum Labienus*] Labienus, Cæsaris legatus in bello Gallico, initio dissensionis ciuilibus defecit ad Pompeium, nunquam postea felicè fortunam expertus. Vnde apud Lucanum Cæsar lib. 5. his verbis vitur:

*Vir fortis in armis
Cæsareis Labienus erat, nunc transfuga vilis
Cum duce prælato terras atq; agrora lustrat.*

419 *Asculum Picenum*] *Asculi* meminit Plinius lib. 3. cap. 13. & Lucanus lib. 2. his verbis.

depellitur arce

Lentulus Asclea

Est autem hic *Lentulus Spintber*, ad quem extant epistolæ Ciceronis famil. lib. 1.

420 *In Vibullium Rufum*] Vibullii res gestas id temporis maximas esse iudicatas à Pompeio, scribit Cicero ad Atticum lib. 8.

421 *Camerino fugientem*] *Camerinum* oppidum munitissimum, situm est in Apennini iugo, teste Volaterrano.

422 *Velleum Hirrum*] *Opinor* legendum, *Lucillum Hirrum*, est Manutius hunc *Lucium* vocat. Est autem hic *Hirrus* ille, qui Ciceronis in auguratu, & M. Cæli in ædilitate competitor, vtrobique repulsam passus est.

423 *Corsinium magnis itineribus*] *Corsinium* oppidum in Pelignis quondam metropolis, cui in bello Marsico seu sociali *Italica* nomen inditum fuit. Vide Strabonem lib. 5.

424 *Quadragesima in singulos iugera*] Recte dubitat de hoc numero Glareanus, maualtque pro *quadragesima*, *quaterna* legere.

425 *Equisq; à rege Norico*] Volunt quidam, quorum extant publicatæ commentationes, *Noricum* Hercul's filium fuisse, quo, quæ nunc *Baunaria* est, & finitima ad exortum solis regio, *Norici* appellationem induerit, ac successionem pertigisse continua Noricos reges, seu principes, vsque ad tempora Tiberii Cæsaris. Sed isti sententiæ quantum tribuendum sit, lectoris iudicio permisissimum: De illo non dubitamus, quin *Noricum* regem hoc loco *Voccionem* intelligat, cuius sororẽ ab Ariousto rege ductam, victo illo, in fuga perijisse, traditum est supra Commentario belli Gallici primo sub finem.

426 *HS LX quod aurum adduxerat Domitius*] *Sestertia sexaginta* faciunt monetæ Fracice mille & quingentos coronatos. Quod si legas *sestertia sexages*, iam erunt centena & quinquaginta millia coronatorum, quæ summa aliquanto magis ad fidem rei & continentia Cæsaris laudem asurgit. Hanc nostram castigationem etiam Glareanus editis annotationibus postea comprobauit.

427 *Septem omnino dies ad Corsinium commoratus*] Cæsarem à Corsinio profectum Feralibus post meridiem, scribit Cicero ad Atticum lib. 8. Porro Feralia celebrabantur Romanis duodecimo Calend. Mart.

428 *Per fines Aarruciorum, Ferentinorum*] Horam populorum meminit Plinius lib. 3. cap. 11. & 12. sed qui *Ferentini*, apud eum *Frentani* vocantur.

XXIV 429 *Cui praeerat Biuius Curius*] Pro *Biuius*, legendum *Vitius*: nam sic appellatur apud Fabium lib. 6. cap. 4. Ceterum transitionis harum sex cohortium ad Curium, quae in via Numitia facta sit, meminit Cicero ad Atticum libr. 9. epistola 4.

430 *Cn. Magius Cremona*] Hic *Magium* Velleius Patereulus testatur auum sibi fuisse, cumque post mortem Pompeii Bruto adhaesisset, illius quoque praefectus fabricum, eo victo in Italiam rediisse, ac demum bello Perusino sibi manum attulisse.

431 *Brundisium sit venturus*] Cæsar Brundisium venit vii Calend. Mart. ut est in ipsius literis ad Oppium & Balbum, insertis li. 9. epistolarum ad Atticum.

XXV 432 *Consules Dyrrhachium profectos*] *Dyrrhachium*, oppidum Illyrici ducentis & viginti millibus passuum a portu Brudusino distat, quemadmodum auctor est Plinius lib. 9. cap. 11.

433 *In potestatem habere*] *In potestatem habere* dixit, quomodo Cicero, *in potestatem esse*, & Terentius, *in honorem esse*.

434 *Quorum operum haec erat ratio*] Huius operis meminit Cæsar in literis ad Q. Pedium, quae litterae extant inter epistolas Ciceronis ad Atticum lib. 9.

XXVI 435 *Magium &c. ad se non remitti*] Mirum à Cæsare tradi hoc loco, non remissum Magium; cum in literis, quas ad Oppium & Balbum dedit, missum illud ad Pompeium de pace, seque, quae visa sunt, respondisse scribat: atque etiam Cicero queratur, Pompeium, etiam Magium pro pace miserit, tamen à Cæsare oppugnari.

436 *Scribonii Libonis*] Hic *Scribonius Libo* confocer erat Pompeii: filiam namque suam Sex. Pompeio, Magni filio, uxorem collocaret.

XXVII 437 *Aduaria nauigia relinquere*] Pompeius ad xyi. Calend. Aprilis Brundisio soluit: quod illius consilium Themistoclem Pomponius Atticus & Cicero valde semper improbarunt, & ideoque illum & urbem & Italiam reliquisse, scribentes.

X XVIII 438 *Deprehensa, excipiunt*] Hic demum rubuit *ciuili sanguine* *Nereus*, ut est apud Lucanum, qui profectioem Pompeii & irruptionem Cæsaris describit in fine secundi.

XXIX 439 *Anni tempus*] Significat tempus verum, quo sol delatus ad Arietem, magnas maris commotiones excitare solet.

440 *Duas Hispanias confirmari*] Varro de viua populi Romani lib. 4. Cæsarem, inquit, reuersionem

fecit, ne post occipitum in Hispania exercitus, qui erant, relinqueret, quo se coniceret Pompeius, ut incipit auergeretur bello. Haec citantur à Nonio Marcello in voce, *Anceps*.

441 *Valerius legatum*] Hic est *Valerius Orca*, ad quem sunt epistolae libro familiarium decimo tertio.

442 *Caralitani*] De *Caralitani*, de quibus tota Sardinia, vide Plinium li. 3. ca. 7. & Strabonem li. 5. cui digniores urbes Sardiniae *Caralis*, & *Sulchi* nominantur.

443 *Cato in Sicilia naues longas*] Cato, qui Siciliam tenere nullo negotio potuit, Syraculis profectus est ante diem octauum Calend. Maii. Cicero ad Atticum lib. 10. epist. penultima. Sed & Appianus & Plutarchus auctores sunt, simulatque Afinius Pollio Messaniam appulisset, Catonem sponte profugisse, cum iam Pompeii fugam ex Italia cognouisset.

444 *Tiberonem portu atque oppido prohibere*] De *Aetio Tiberonibus* patre & filio, deque *Aetio Vare*, per quem Africa prouincia sunt prohibiti, vide Ciceronem in oratione pro Q. Ligario, & Pomponium Iuriconsultum in Pandect. tit. de origine iuris.

445 *Expectato legitimo tempore*] Romae cautum erat lege annali, Ne quis eundem magistratum caperet, nisi interiecto decennio.

446 *Ipsa consule Pompeio*] Tertium Pompeii Consulatum accipit, in quo haec gesta sunt, quem consulatum ob id Cicero ad Atticum scribens ironice *diuinum* appellat.

447 *Illis se honori non defuturum*] Haud dubie legendum, *oneri*. Glareanus mauult, *se suo honori non defuturum*.

448 *Legatos ad Pompeium de compositione*] Cicero hanc Cæsaris orationem de compositione & pace, *meram & sperantissimam simulationem* scribit ad Atticum lib. 10. epistola undecima.

449 *Infectis iis qua agere destinauerat*] Omittit hic Cæsar prudens, quod tamen ab aliis non taceatur, extractum à se sanctius ararium, omnemque populi censum & quasi patrimonium raptum, & militi concessum, frustra repugnante Metello Tribuno plebis. Vide Lucanum lib. 3. Appianum secundo, Florum quarto, Plutarchum in Cæsare, & Plinium lib. 33. cap. 3. qui quanta vis auri & argenti prolata sit, numeratim subiicit.

450 *Aldo occupatum Massiliam*] *Massilia*, Phocentium colonia fuit, cuius meminit Hieronymos in epist. ad Galat. Hanc à seueritate morum & bonis institutis laudant Cicero pro L. Flacco & Valeri^o li. 2. Sed & Plaut^o *mores Massilienses*, pro laudatis & incorruptis accipit. Varro *Massilienses trilingues* vocat, quod Graece, Latine, & Gallice loquerentur. Hanc ciuitatem Cæsar postea in triumpho vexit, id quod Cicero testatur & dolo Officiorum secundo. Plura de hac ciuitate meminit Strabo libro quarto. Nominis etymum pete

cx E.

ex Eustathio, & Volaterrano.

XXXV 451 *Inorunt*] Quos hic Cæsar *Iluos* vocat, Plinius *Heluos*, Liuius *Heluates* siue *Iluates* appellat. Sunt autem populi Liguria.

452 *Bellio victas Gallias attribuerit*] Absurdum est intelligere, Gallias à Cæsare donitas & victas Massiliensibus attributas esse. Quare fortassis legendum est, *victas Salyas*. Nam hi populi fuerunt Galliae, Massiliensibus vicini, & semper infesti, quos verisimile est in gratiam Massiliensium à Cæsare subiugatos, & illis dono concessos.

XXXVI 453 *Arelata*] *Arelate* colonia Sextianorum inter Salyes commemoratur Plinio lib. 3. hodie *Ar-la* dicitur.

454 *Armatisque diebus triginta*] Nota celeritatem temporis, vincentem omnia exempla antiquorum, quae commemorat Plinius lib. 16. capite 39.

XXXVII 455 *Pyreneas saltus occupari*] *Montes Pyrenaei* Galliam & Hispaniam determinant. De his videtur Plinium lib. 4. cap. 20. Strabo in his Pompeii trophaea ponit.

XXXVIII 456 *Missum in Hispaniam demonstratum*] Hispaniam graphice describit Plinius initio tertii, qui duas eius partes facit, citeriorem, quam & Tarraconensem vocat, & vteriorem, quam in Beticam & Lusitaniam diuidit. Beticam hodie regnum *Granatae*, Lusitaniam *Portugalliam* vocant. Tarraconensis regna quatuor habet, Castellae, Galliciae, Nauarrae, & Arragoniae, iam in unum redacta. Strabo, ut hoc addimus, Hispaniam describens, corio bubulo eam similem esse, ait.

457 *Ad Ilerdam*] *Ilerdam* describit Lucanus li. 4. Sita est ad Sicoriam fluium, nunc *Lerda* vocatur.

XXXIX 458 *Et cetrata vterioris Hispania cohortes*] *Cohortes cetratae* appellantur: *cetra*, scuti genere; quomodo & *scutatae*, quae plumbatis & massilibus armabantur, teste Vegetio.

459 *Per Mauritaniam*] *Mauritania* pars est Africae, opposita Hispaniae, intercurrente freto Herculeo seu Gaditano, quod qua angustissimum est, vix septem millia passuum obtinet.

XLII 460 *In oppido Ilerda*] Legendum *sub oppido Ilerda*, vel quemadmodum mauult Glareanus, *inter oppidum Ilerdam & proximum collem*.

XLVI 461 *Ex primo hastato*] *Hastatus primus* erat, qui duas centurias, id est, ducentos ducebat in acie secunda, teste Vegetio, cuius scriptoris aetate idem *Ducenarius* dicebatur.

XLVIII 462 *Ut supra demonstratum est*] At huius nomenclaturam supra mentio facta est. *Sicoris* meminit Cæsar, *Cinga* non item.

463 *Ut sine vtribus ad exercitum non eant*] Idem testatur Liuius Decadis 3. libro 1. de Hannibale, Rhodanum traicientē, loquens: *Hispani*, inquit, *sine vlla mora in vtrius vestimentis coniectis, ipsi cetris superpositis incumbentes flumen transfugerunt*. Et aliquanto post de transiitione

Padi agens: *Ut iam*, inquit, *Hispanos omnes in flumē transfugerint vtrius*.

464 *Ad denarios quinquaginta in singulos modios*] Exemplaria castigata à Beroaldo habent, ad denarios *quadragesima*. Valebant autem apud Romanos *decem denarij* vno coronato. Porro *modius* continebat sedecim sextarios. Liqueat itaque, *in singulos modios* ad quinq; seu quatuor coronatos excreuisse; cum apud Siculos, teste Cicerone, in summa vilitate, non nisi tres denarii conferrentur.

465 *Atagni domum concursus ad Afranium*] *Domum ad Afranium* dixit, pro ad domum Afranii; quomodo Terentius in Eunuchis, *Eamus ad me*, in domum meam.

466 *Ac statumina ex leui materia*] *Statumina*, sunt pedamenta & aduinctula vitium. Hic ligna dicuntur nauim sulcentia. Plinius lib. 8. verbum hinc usurpat *Statuminare*.

467 *Haec ad insulam, quae est contra*] Primam & proximam intelligit: nam plures sunt. Graeci & Massilienses ipsi ab ordine *Σπυράδος* vocantur.

468 *Pilorum, traquularum, reliquorumque telorum*] De appellationibus telorum vide A. Gellium notitium Atticarum libro decimo, capite vicesimo octauo.

469 *Remos transcurrētes detergere*] Sic Liuius li. 28. de quinqueremi Romana: *Vnius praelata impetibus lateris alterius remos deterest*.

470 *Illurgauoneses*] Quos Cæsar *Illurgauoneses*, T. Liuius & alii *Ilergaones* vocant.

471 *Vadumque in co flumine efficeret*] Quod Cæsar compendii gratia fecit in extenuando Sicoris, idem fecit Cyrus rex Persarum in Gynde flumine, commotus ira, cumque ob abreptum sacrum equum, in trecentos sexaginta riuos diduxit. Vide Herodotum lib. 1. & Senecam de ira lib. 3.

472 *Et in Celtiberiam bellum transferre*] *Celtiberia à Celtis*, accolis Iberi dicta, inter duo maria media est, teste Liuius lib. 28. Mediterraneum videlicet & Oceanum.

473 *Qui ad aquandi causa longius*] Liuius lib. 27. *Misit ad flumen ubi aquabantur, ubi excipiant liqui possent & notari oculis*.

474 *Et vasa militari more conclamari*] *Mos* fuit veteribus, ut moturi castra clamore tolli iuberēt, quo milites admoniti suas res in sarcinas colligerent, mox educendi. Id scriptores historiae *vasa colligere*, & *vasa conclamare*, & simpliciter quoque *conclamare* vocant. Cæsar Commentario huius belli tertio: *Puruoque spacio intermisso, ut militum institutum seruaretur, & ne cui istiusmodi profectio cognosceretur, conclamari iussit*. T. Liuius li. 27. *Proxima nocte iussis militibus vasa silentio colligere, mota castra*. Et lib. 27. *Figilia prima dato signo, ut taciti vasa colligerent, signa ferri iussit*.

475 *Mittitur L. Decidius Saxo*] *L. Decidius Saxa* (sic namque legendum) ex vltima Celtiberia prognatus, quomodo scribit Cicero, Cæsaris ca-

strorum metator fuit, cuius beneficio postea Tribunus plebis factus est. Vide Philippicam vndecimam decimam, & decimam tertiam.

LXIX 476 *Conclamat ad arma*] Sic & Livius lib. 21. *Exemplo datum e speculis signum, & in oppido ad arma conclamatum est.*

LXXIII 477 *Et cohortium alariorum*] *Cohortes alarias* vocat, quæ legioni à lateribus, quomodo & *Equites alarij*, adiungerentur, non secus atque in auium & volatilium corporibus alæ.

LXXIV 478 *Per Sulpitium legatum*] Sergium Sulpitium Galbam accipit, qui Cæsaris legatus & in Gallico & civili bello, postea cum Cassio & Bruto in eum conspiravit.

LXXV 479 *Armat familiam*] Totus hic locus grauitate & copiose tractatur à Lucano lib. 4. vbi quam *familiam* Cæsar hic vocat, Lucanus *famulas dextras* appellat. Intelligit autem seruitium Petreii.

LXXVI 480 *Petreius manipulos circum*] *Manipulus*, collectio est militum vnum vexillum sequens. Ouidius:

Pertica sustentos portabat longa maniplos, Inde manipularis nomina miles habet.

LXXVII 481 *Conquiri & remitti iubet*] Lucanus est parum æquus in Cæsarem per totum suum poema, hoc tamen loco Cæsarem commendat à fide & humanitate, eumque belli causam meliorem habere, dicit:

Tu Cæsar quamuis spoliatus milite multo, Agnoscis superos, neque enim tibi maior in armis Æmælia fortuna fuit, nec Phocidos vnus Massilie, Phario nec tantum est aquore gestum. Hoc sequidem solo civilis crimine belli, Dux causa melioris eris.

LXXVIII 482 *Tarraco aberat longius*] Apparet ex hoc loco, Petreium & Afranium nihil dum scisse de Tarracensium cum Cæsare gratia, & quod eius partes sequerentur.

LXXIX 483 *Quam remane cohortes*] Fortassis legendum *quæternæ*, nam, *quam*, particula, plane vacat, [nec] aliud quam turbat sententiam.

LXXX 484 *Ad Varum summen*] *Varus* fluvius Italiam Galliamque Narbonensem determinat. Autor Plinius lib. 3. cap. 4.

LXXXI 485 *Stipendium flagitarentur*] Græcorum consuetudo est, accusatos alicuius passivis tribuere, vt *μεγαλὸν δ' αὖτις ποτ' ἀδικησέωμεν*.

LXXXII 486 *Q. Fufium Calenum*] Hic *Q. Fufius Calenus* postea Cæsaris ope ad Consulatum pertigit cum P. Vatino, anni belli civilis tertio. Perit tempore belli Perusini, relicto eiusdem nominis filio *Q. Fufio Caleno*. Crebro huius *Fufii* fit mentio in orationibus Philippicis.

IN C. IVLII CÆSARIS COMMENTARIORVM DE BELLO CIVILI LIBRUM II Annotationes

IOANNIS GLANDORPII
MONAST.

ARGVMENTVM.

*Denique toties bello terræq; mariq;
Massilia populis, frena iugumq; capit.
Sic quoq; desertus sociis legioneq; Varro,
Cæsaris exorat deditioe fidem.
At nimium pulso fidens sibi Curio Varo,
Concidit infestis saeva per arma Iuba.
Hæc est materia & libri farrago secundi,
Non minus ad stomachum fecerit atq; prior.*

487 *Vineas*] *Vineas* intelligit factas ad constituendum aggerem. Quo modo autem vineæ, & id genus aliæ machinæ militares, fabricantur, docet Vegetius lib. 4. cap. 14. & 15.

488 *Nauibusque*] *Naualia*, Græce *ναυαία* *ναυαία*, loca sunt vbi stant & fabricantur naues.

489 *Interim L. Nasidius*] Hic *L. Nasidius* superstes Pompeio & Cæsari, post bellum Philippense contulit se ad Sextum, Pompeii filium, cuius rebus tandem desperatis, concessit ad Antonium. Autor Appianus lib. 5.

490 *Vt inuisis, latitantibus &c.*] *Inuisis* dixit, vt pro, non visis: quemadmodum Cicero, *Sacræ maribus inuisis*, in de haruspicum responsis.

491 *Vehementiusque exterræmur*] *Exterrari*, nonnunquam est accendi & inflammari, vt apud Virgilium,

—exterritus æstu.

492 *Quantum tectum plutei*] *Plutei*, tabulæ sunt, quibus aliquid præsepitur, Græce *πλωτα* dicuntur.

493 *Centonesque insuper iniecerunt*] *Centones*, velum est ex lana confectum ad eludendos ictus.

494 *Storias autem ex funibus anchorariis*] *Storia*, *στορία* *στορία*, id est, à sternendo dictas voluit Grammatici. Latinis etiam *tegetes*, & *matte* vocantur.

495 *Inter se capreolis &c. coniungunt*] *Capreolis*, x voce vitur Vitruuius lib. 4. cap. 2.

496 *Inermes cum insulis*] *Insula*, ornamenta erant sacerdotum; item victimarum, præterea supplicij & deprecantij, fasciæ videlicet cum vittis dependentibus.

497 No-

XIV 497 *Notris languentibus*] *Languere*, est desidiosum esse, & torpore affici. Cicero: *Cum è via languerem.*

498 *Portis se foras erumpunt*] *Portis se foras erumpunt*, actiue dixit, quomodo Cicero ad Atticum lib. 16. *Ne in me stomachum erumpant.* Et in Oratione pro Sylla, *furorè conceptum erumpere.*

499 *Puncto temporis interijt*] *Punctum temporis* dixit, pro spacio breuissimo. Plutarchi est: *πυκνὸν χρόνον πᾶς ἔστιν ὁ βίος*. id est, *Punctum temporis est tota vita nostra.*

XVII 500 *Fiduciarum operam*] *Fiduciarum operam* vocat bona fide creditam & acceptam. Sic Livius lib. 30. de Philippo, Macedonum rege loquens: *Optimum*; inquit; *ratus Nabidi* [Lacedæmoniorum Tyranno eam] (civitatem videlicet Argiuorum) *veluti fiduciarum dare, vt victori sibi restitueret: si quid aduersi accidisset, ipse haberet.*

XVII 501 *In Hispali*] *Hispalis*, oppidum Hispaniæ & colonia populi Romani; cognomine *Romulensis*, memoratur Plinio lib. 3. cap. 1.

502 *In oppidum Gades contulit*] *Gades* Pomponius Mela lib. 3. duo habere promontoria scribit ad Oceanum spectantia, super quorum vno eiusdem nominis oppidum sit diues & opulentum, super altero *Herculis Aegyptii* celebre templum, in quo eius ossa sita dicantur. Huc Hannibal, priusquam in Italiam tenderet, profectus vota exolvit, teste Livio. Sed & Lucullus rerum suarum decimas misisse dicitur.

503 *Callianique Gallonum equitem Romanum*] *Gallonum* gentem nobilitavit luxu & gula sua *P. Gallonius*, notatus ob id grauitate à Lucilio poeta.

504 *Ad Rempub. administrandam HS. xc millia*] *Sestertium nonaginta millia* sunt quatuor millia coronatorum; præterea septingenti & quinquaginta, quæ summa cum nimium sit exilis, & plerique in vetustis libris negent adiectam vocem *millia*, legendum erit haud dubie *sestertium centies nonagies*, quæ pecunia ad quadraginta septuaginta quinque millia coronatorum excrecit.

505 *Tritici modios cxx millia*] *Sex modij*, reddunt vnum medimnum: ergo *centum viginti millia modiorum*, viginti erunt millia medimnorum.

XIX 506 *Cum Q. Cassio Tribuno plebis*] Hic est *Q. Cassius*, qui vna cum M. Antonio & C. Curione transfugit ad Cæsarem, initio belli civilis.

507 *Esse præsto Corduba vellet*] *Corduba*, oppidum Hispaniæ Beticæ; & populi Romani colonia, cognomente *Patricia*, deducta à M. Marcello, teste Strabone, duorum Senecarum & Lucani patria fuit, vt est auctor Martialis.

508 *Ipse Cordubæ conuentus*] *Iuridici conuentus* in Hispania vltiore quatuor erant; *Gaditanus*, *Cordubensis*, *Astigitanus*; & *Hispalensis*. Plinius lib. 3. cap. 1.

509 *Colonica appellabatur*] *Colonicus* dicitur Latinis à *colonia*; quæadmodum apud Græcos *γεωργικὸς* à

γεωργία. Varro *colonicarum legum*, *Columella colonici pecoris*, Suetonius *colonicorum Decurionum*, meminere.

510 *In Italiam venturum*] Legendum, in *Italiacam*, & quidem ea sermonis figura, qua supra in Hispali. Est autem *Italica* commemorata Plinio inter ciuitates Hispaniæ lib. 3. c. 1. similiter & *Suidæ*, scriptori Græco; vnde *Silium Italicum* poetam originem & nomen duxisse, voluit.

511 *Sext. Cæsarem mittit*] Hic *Sext. Cæsar*, Cæsaris dictatoris propinquus, post aliquot annos interimitur in Syria fraude *Cæcili Bassi*.

512 *Panico enim vetere*] De *Panico* vide Plinium lib. 18. cap. 7.

513 *C. Curio in Africam profectus*] *Curio* vt *Sicilia* recepta in Africam protinus exercitum traiceret, à Cæsare mandatum habebat, quemadmodum demonstratum est supra Commentario primo.

514 *Copias P. Actij Vari despiciens*] *P. Actius Varus Auximo* pulsus, ex ea fuga in Africam se contulit; prouinciamque, etsi forte *Tuberoni* debitam, sibi vindicauit, tenuitque repulso *Tubero*. Et hoc supra commemoratum est Commentario primo.

515 *Ex alto refugerat*] *Concinnius* erat dicere, *refugit*, & *profugit*, tempore præterito perfecto.

516 *Hanc remulco abstraxit*] *Remulco* trahitur *nauis*, quæ à scapha religata fune ducitur, veteres id *Remulcare* dixerunt.

517 *Ad castra exploranda Corneliana*] *Bagrada* fluius, & *castrorum Cornelianorum* præter Plinium meminit & *Lucanus* lib. 4. qui ea *P. Cornelii Scipionis Africani* bello *Punico* secundo fuisse scribit.

518 *Imperator appellatur*] *Mos* fuit Romanis missum in prouinciam ducem, seu præsidem, simulatque cladem aliquam insignem hostibus intulisset, ab exercitu salutari Imperatorem; quod videlicet omnium iudicio dignus imperio iudicaretur qui se recte imperare posse, euidenti exemplo docuisset. Sic *M. Tullius Cicero* epistolam familiarum lib. 2. ad *M. Cœlium* scribens, iusta se victoria Imperatorem appellatum apud *Illum*, memorat.

519 *Auribus Vari seruiunt*] Quod hic *Cæsar seruire auribus* dicit, apud *Ciceronem* in epistolis *auribus dare* dicitur. Vtrunque est assentari, & quæ quis libenter audiat, dicere.

520 *Sex. Quintilius Varus*] Hic *Quintilius Varus* perit post cladem acceptam in *Philippis* suis ipsius manu; cuiusque filius fuit *P. Quintilius Varus*, qui cum tribus legionibus cæsus est in *Germania* non procul à *Luppia* flumine; & saltu *Teutoburgensi*, vt habet *Tacitus*.

521 *Ciuile bellum, genus hominum*] *Locus* est haud dubie *mutius* & *deprauatus*, quem plerique castigare conati; plus etiam perturbauerunt. *Solum* vetus aliquod & manu scriptum volumen o-

pem afferre queat. vbi ex ingenio profecta diuinationes tam male cedunt.

XXXII 522 Vos enim vestrumq; factum, inquit, &c.] Oratio est dissuasoria, quam orditur à laude militum, deinde inuehitur in hostes, postremo de rebus à se gestis differit.

523 Siciliam atq; Africam] Nam vtraque provincia frumenti feracissima est: & Pompeianorum consilium fuisse, vt Italiam fame conficerent, testis est locuples Cicero in epistolis ad Atticum.

2 524 Et capitis diminutione sublatum est] Diminutio capitis, est prioris status commutatio, quæ erant triplex. Vide Institutionum lib. I. cap. 7.

3 525 Iam me offenditis] Ioannes Riuus Attenditoris indicat legendum, Iam in me offenditis, quasi d. cat. Ego displiceo vobis, & est forte quod de me queramini; decetq; Ciceronem sic subinde eo verbo vium esse.

XXXIII 526 Consensu suo constituit Curio] Arbitramur legendum, cum sensu suo constituit. Sic enim loquimur, constitui mecum, cum animo, cum sensu meo. Cicero in epistolis: Si quid consilium cum podagra habes, fac in alium diem differas.

XXXIII 527 Ex perfugis quibusdam oppidanis] Hos subornatos miserat Iuba rex, vt simulatione mutati consilii temerarium, & nimis credulum Curionem falleret, vt testis est Frontinus lib. 2. cap. 5.

XLIII 528 Pauci lenunculi] Lenunculus, nauigium est piscatorium. Cæterum nauium genera & nomina recenset A. Gellius lib. 17. cap. 25.

XLIV 529 Prosequentibus compluribus Senatoribus] Notat aduersarios suos, ostendens potius quam secum in gratiam redirent, regi barbaro & superbissimo ferre maluisse.

530 Seruius Sulpitius] Seruius Sulpitius, si locus recte habet, haud dubie diuersus est à Consulari & Iuriconsulto, qui per bellum ciuile in Italia remansit.

531 Licinius Damasippus] Hic postea in eadem Africa cum Scipione perit, vt liquet ex Commentario huius belli quinto.

Nec mora, conscensis transmittit nauibus aquor, Pompeium recta, Dyrhachiumq; petit. Pulsus vbi mox Thessalici se credit arenis, Hic Magnum superat, regnaq; solus habet. Ille ad Nilusca delatus littora terra, Perfidiosorum, pro pudor, ense cecidit.



532 Dictatore habente comitia Cæsaris] Sic & L. Posthumius interrex cum haberet comitia, & Q. Fabius Dictator, se Consules dixerunt. Vide Liuium lib. 7.

533 Consules creantur &c.] Apud Plutarchum est: ὕπατοι ἀποδείξας ἑαυτῶν τὸ σάτυρον.

534 Ad timorem nouarum tabularum tollendum] Nouarum tabularum approbatio, debitorum condonatio est. De his vide Ciceronem in Officiis, & Cælium Rhodiginum in lectionibus antiquis.

535 In integrum restituit] Restitui in integrum est reduci in eum statum, in quo quis erat, priusquam laderetur. De hoc multa Iuriconsulti Pandect. lib. 4. & Codicis lib. 2.

536 Et feris Latinis] De feris Latinis, quæ inter conceptiuas erant, vide Macrobijum Saturnalium primo.

537 Exercitum valetudine tentauerat] Tentare, Latini nonnunquam pro lacerare vsurpant, quæ admodum Græci τενάζω. Plinius lib. 31. tentare valetudinem dixit. Cicero in Tusculanis Cæsaris constructionem referens: Animi valentes, inquit, morbo tentari non possunt, corpora possunt.

538 Societates prouinciarum] Societates publicanorum & negociatorum intelligit. De societatibus multa Iuriconsulti lib. 4. C. & Pandect. li. 17. vtrobiq; titulo, pro socio.

539 Illis Antonianos misit] C. Antonii copias accipit, quæ cum suo duce in Illyrico in hostium potestatem venerant, autoribus Liuii lib. 110. Suetonio in Cæsare, & Appiano lib. 2. Cæsar ipse hoc lib. 3. supra relatum sibi hæc historiam scribit: vnde Commentarium secundum mutilum & imperfectum esse constat.

540 Sadalem filium suum] Lucanus lib. 5. Sadalem vocat: Tunc Sadalem, fortemq; Cotyn, fidumq; per arma Deiorarum, & gelida dominum Rasipolinora, Collaudant &c.

541 A. Gabinus &c.] A. Gabinus proconsul Ptolemæum regem Ægypti, pulsum à suis, iussu Pompeii, in regnum restituit, Archelao, quem sibi regem ascuerant Alexandrini, interfecto.

542 Adduxerat DCCC.] Quædam exemplaria habent DCCC, proximo deinde numero, CCC videlicet, carent, & post vocem Gallogracia, habent tantundem, vt intelligas DCCC, quemadmodum annotauit Glareanus.

543 Decius Lælius] D. Lælius, & C. Triarius hi sunt,

sunt, quos Cicero in libris de finibus colloquentes inducit.

544 Cum C. Pomponio] Malim legere C. Coponio. Sic enim appellatur infra; licet ibi prænomen sit Quinti. Sed & apud Ciceronem lib. I. de diuinatione Rhodiæ classis præfectus C. Coponius legitur.

VI 545 Legionibus VII.] Ex hoc loco coniecimus supra, vbi de angustia nauium loquitur, pro xv millibus, legendum xxv millia legionariorum militum. Septem namq; legiones minus frequentes, & assiduis bellis exhaustæ, si commode numeres, xxv millia efficiunt, quæ totæ & plenæ xxviii millia, atq; etiam amplius continerent.

546 Qui appellatur Pharsalia] Legendum Palestis, qui locus est Epiri. Liqueat id ex libro quinto Lucani, vbi Cæsaris traiectione describitur: fluctuq; secundo.

Lapsa Palestinas uncis confixit arenas. Eandem lectionem comprobant & vetusti codices, quemadmodum testatur Paulus Marsus in quartum Fastorum Ouidii.

VII 547 Lucretius Hissillo] Legendum, Lucretius Vespillo; estq; idem hic Lucretius cum eo, cuius meminit supra Commentario primo, haud dubie filius Q. Lucretii Vespillonis iuris periti, de quo Cicero in Bruto.

VIII 548 Iracundia erupit] Erumpere, pro exardescere posuit. Cicero etiam cum accusatiuo construxit: In me stomachum erumpant.

549 Salonia] Salonia, oppidum est Illyrici maritimum. Lucanus à situ vocat longas. Has postea, dominantibus Triumuiris, expugnauit Asinius Pollio, filiumq; recens natum ob eam victoriam Salonilium appellauit.

IX 550 Post discessum Liburnarum] Apparet hic quedam deesse, & superioris temporis historiam texi, quemadmodum liquet ex sequentibus, vbi antehyemem hæc gesta scribit: Cæterum Liburnæ, vel Liburnica naues sunt leuitate & celeritate præstantes, à Liburnis populis appellatione accepta.

551 Hissam à Cæsaris amicitia] Hissæ insulæ Dalmatiæ cum oppido ciuium Romanorum eiusdem nominis meminit Hirtius Commentario 4. [de bel. Alex.] Plinius 4. Ptolemæus 2.

552 Seruosque omnes pueros liberauerunt] Idem factum est a Romanis bello Punico secundo. Vide Liuium lib. 22. & 23.

553 Præscitis mulierum crinibus] Et hoc factum Romæ legimus in obsidione Capitolii, ac similiter Carthagine bello Punico tertio. Autores sunt Lactantius Firmianus, & Strabo in fine decimi septimi.

X 554 Italia atque Hispania ciuium Rom.] Arbitramur legendum interposita præpositione: Cohortibus ex Italia atq; Hispania ciuium Romanorum &c.

555 Demonstratum est Vibullium] Plutarchus scribit, Vibullium huc vsque captiuum habitum.

apud Cæsarem, & cum mandatis ad Pompeium dimissum.

556 Deditione ad Corcyram] Deditionem C. Antonii & eius cohortium intelligit. Vide Liuium lib. 110. & Florum lib. 4.

557 Vibullius his expositis &c.] Accipimus, Vibullium Cæsaris postulata Corcyræ Pompeianis ducibus exposuisse. Nam quod Glarcanus locum suspectum habet, quoniam supra Pompeium Dyrhachii fuisse traditur, id nihil est, cum multum interea temporis intercesserit, & Cæsar illic autumnii vel æstatis, hic hyberni temporis res gestas persequatur.

558 Eo tempore in Candania] Candaniæ montes ex occidentis latere Macedoniam cingunt, autoribus Strabone & Plinio.

559 L. Torquatus] Hic est L. Manlius Torquatus, L. Manlii Torquati filius, contra quem P. Cornelium Syllam Cicero defendit. Perit postea in Africa cum Scipione, vt habet Commentarius quintus [de bel. Afric.].

560 Apolloniam proficiscitur] Apollonia sita erat à mari septem millibus passuum Plinio, sexaginta stadiis Straboni, quod idem fere est.

561 At Pompeius &c. Dyrhachio timens] Pro operationem Pompeii & Cæsaris ad Dyrhachium diligenter commemorat Appianus.

562 Flumen Apsum] Quem Cæsar, Dion & Lucanus Apsum vocant, Plutarchus Anium, Strabo & Plinius Aoum, Appianus Alorem appellat, voce nimirum deprauata.

563 Butrotum oppositum Corcyræ] Butrotum oppidum est Epiri maritimum, cuius Virgilius meminit lib. 3.

Et colsum Butroti ascendimus arcem.

564 Ex adilitate & prætura] Cæsar & B. Bulbus collegæ fuerunt primum in adilitate, deinde in prætura, & consulari quoque. De inimicitis ex adilitate & consulari susceptis (nam de prætura nihil traditur) vide Suetonium.

565 L. Luceio] Hic est L. Luceius ille scriptor historicus, ad quem sunt epistolæ Ciceronis lib. 5.

566 Theophane] Theophanem Mitylenæum accipit, rerum gestarum Pompeii scriptorem, à quo ciuitate donatus, multisque opibus auctus est.

567 Fugitiuis ab saltu Pyrenæo] Verisimile est per tempus belli piratici hæc gesta esse, vt tanto magis Pompeii notetur iniquitas, qui facinorosis hominibus concesserit, quod nunc ciuis ipse ciuitibus neget. Qui locum hunc ad copias Afranii & Petreii referendum existimant, falluntur vt qui maxime.

568 A. Varroem profiteri] Opinamur hunc gentis Terentiæ fuisse; horum namq; multi Varrones dicti sunt, etsi cognomentum id. Vifellis quoque usurpatum legimus.

569 Iisdem temporibus Roma M. Cælius] Cælius per tempus Africani belli tumultuari cepit.

IN C. IULII CÆSARIS COMMENTARIORVM de bello ciuili librum III

Annotatio- nes

IOANNIS GLANDORPII M O N A S T.

ARGVMENTVM.

Victor ab occasu Cæsar regressus in urbem, suscipit optatum Consul imperium.

pisse, innuit Cicero in oratione pro Deiotaro rege. Quod eius esse...

570 Vt sexies seni dies] Glareanus admonet in plerisque libris...

571 De rostris deduxit] Quintilianus scribit, Seruilius Consul...

572 Eum in Turinum &c.] Turinum, oppidum est Italiae...

573 Casilinum venisset] Casilinum, oppidum est Vulturno...

574 Vifag, proditio] Legendum, quomodo in plerisque...

575 Cosam in agro Turino] Cosam in Hirpinis staquit Lilius...

576 Q. Pedio prore] Hic Q. Pedius, Iulii Caesaris ex sorore...

577 Cum legione lapide ictus] Locus est nonnihil deprauatus...

578 Insulamq; qua contra &c.] Plinius non vnam insulam...

579 Se in hostes incitauerunt] Incitauerunt absolute dixit...

580 Hyems praecipitauerat] Hyems praecipitauerat dixit...

Nox humida caelo Praecipitat, suadentq; cadentia sidera somnos.

581 Necessario committendum] Ad eundem modum Cicero ad Atticum...

582 Duriusque quotidie tempus] Sensus est: Pompeii duces...

583 Caesar Brundisium ad suos seuerius scripsit] Lucanus libro quinto...

584 Nymphaeum appellatur] Nymphaeum pro-montorium est non procul...

585 Octacilius Crassus] Hic Octacilius Crassus postea victo Scipione...

586 M. Crassum interfecerant &c.] De interitu M. Crassi vide Plutarchum...

587 In prouinciam] Arbitramur legendum, in Asiam cum venisset...

588 Columnaria, ostiaria &c.] Columnaria, & Ostiaria quidam volunt...

589 Publicanis uti non sorte] Legendum haud dubie, publicanis uti...

590 L. Cassium Longinum] Hunc L. Cassium Longinum Cicero pro Plancio...

591 C. Calpurnium Sabinum] Calpurnium tradit Appianus, occurrentem...

nisius postea Africam administravit, & sub Triumuiris ad Consulatum euectus est.

592 Cn. Domitium Caluinium] Cn. Domitius Caluinus vir consularis erat...

593 Q. libera appellatur] Superiorem Macedonia, in qua essent Lyncestus...

594 Calydone] Calydon, oppidum est Aetoliae, fabula de apro Calydonio...

595 Et Naupactio reiectis] Naupactum a pangen dis nauibus dictum esse scribit Strabo...

596 Egesaretus] Cicero hunc Hagesaretum vocat, & Larissium fuisse scribit...

597 Ambraciam versus] Ambracia oppidum est Epiri, unde dictus sinus Ambracius...

598 Haliacmonem] Haliacmon fluuius in Thermanicum sinum exit. Meminit eius fluuii T. Lilius...

599 Q. Varius] Varii reperiuntur in Quintillis & Liciniis, sed quia haec familia...

600 Remulco &c. abduxit] Remulco trahere, vel ducere quid sit, dictum est nobis...

601 Subiectis scutulis] Scutula sunt teretia ligna, quibus subiectis naues...

602 Bibrade atq; Mantinea] Legendum, Bibrade & Amantia, quae vrbes erant...

603 Qui appellatur Petra] Lucanus initio sexti de Pompeio loquens, modiceq; a Caesare dissentiens...

604 L. Canuleii] Canuleia familia Praetoria fuit, in qua emicuit L. Canuleius Diues...

605 Hac expectans] Occasione huius circumuallationis hortatur Ciceronem Dolabella...

606 xv millia passuum in circuitu] L. Florus xvi millia passuum habet. Lucanus tantum spaciae Pompeium occupasse scribit...

Porro Caesaris munitiones Appianus per ducenta supra mille stadia, id est per cetum...

607 Multaq; erant intra eum locum mansata] Farraginem intelligit, & vulgo nota legumina...

608 Aut ex subcoactis] Subcoactos expono pannos ex lana per se coacta. Porro ex lana quae per se coit vestem fieri, testis est Plinius...

609 Subito conspicati] Legendum haud dubie conspicati, quo verbo utitur & Columella...

610 Ad Alexiam] De obsidione Alexiae & Auarici, deq; laboribus & fame ibidem exhaustis, vide belli Gallici Commentarium septimum.

611 Magnam inopiam perpeffos] Huc pertinet illud Coelianum ex epistola quadam ad Ciceronem: Vestras copias non noui, nostri valde depugnare, & facile algere, & esurire consueuerunt.

612 Erant cum Valerio] Arbitramur hunc esse Valerium, quem Caesar legatum misit in Sardinia initio huius belli, quemadmodum patet libro 1.

613 Genus radicis inuentum] Plinius lib. 13. ca. 8. etiam syluestri oleris milites Caesaris pastos esse scribit, idq; D. Iulii carminibus, praecipue vero iocis militariibus celebratum, cum alternis versibus exprobrarent, se apud Dyrhachium lapsa uixisse, praemiorum parsimoniam cauillantes.

614 Quod appellatur chara] Qui hoc loco pro Chara, Charos legendum existimant, eo quod Dioscorides huius meminerit, non item illius, perinde faciunt, ac si quis pro funda, fundum vel fundus dicere malit, quod haec voces Cicero usurpentur, non itidem funda.

615 Vulgo in eos iaciebant] Eodem consilio iactati panes sunt in Capitolio in obsidentes Gallos, teste Lilio lib. 5. Suetonius autor est, Pompeium viso hoc genere panis, cum feris sibi rem esse, dixisse, ac ocyus amoueri iussisse, ne conspecta ea patientia & pertinacia hostis, suorum animi frangerentur.

616 Interim certior factus P. Sylla &c.] Hic est P. Sylla, pro quo extat oratio Ciceronis, L. Syllae Dictatoris propinquus, & aliquando Pompeii Quaestor. Meminit eius & Cicero Officiorum secundo, & in epistolis ad Dolabellam lib. 9. ubi populum Romanum laetatum eius morte scribit.

617 Volcatius Tullus] Volcatius hic Tullus filius fuit viri consularis, & legatus Caesaris bello Gallico. Vide supra librum sextum.

618 Valerius L. filius] Pro L. Valerio Flacco, qui Praetor Asiam obtinuit, extat oratio Ciceronis.

619 Scana centurionis] De M. Scana, qui gente Cassius fuit, & eius fortitudine, vide Valerium Maximum lib. 3. Lucanum 6. Appianum secundo, Suetonium in Caesare, & L. Florum lib. 4.

620 Amphiloehis] Amphiloehi populi sunt vicini Aetolis & Acanianibus. De quibus vide Strab. li. 10.

621 Et Q. Sabinum] Legendum, eiq; Sabinum & Cassium cum cohortibus adiungit. Porro Glareanus abesse cohortium numerum putat, id quod est verisimile.

622 Isthmum praevenire] Achaia ab Isthmo incipit. Est autem Isthmus terra angusta inter duo maria. Vide Erasimum in adagio, Isthmum perferere.

LXVI 623 Mittit ad eum Clodium] Hic est A. Clodius, quem infra Clodium vocat.

LIX 624 Erant apud Caesarem] Narrat duorum Allobrogum, qui fratres erant, transfugiu, quae res occasionem suppeditavit Pompeio feliciter erumpendi, cum hoc omnino sibi faciendum esse decrevisset.

LX 625 C. Volusenum interficere] De C. Voluseno, cui cognomen Q. Adrati fuit, vide supra belli Gallici Commentario tertio & octavo.

LXXII 626 Lentulum Marcellinum] Hic Lentulus Marcellinus patrem habuit Lentulum Marcellinum, virum consularem, qui eo honore septimo anno ante bellum civile functus est.

627 Fulvium Posthumium] Cum Posthumii diversi sint a Fulviis, videndum num forte legi debeat, Fulvius Posthumus. Caeterum custodis, quo loco Pompeiani irruerunt, praefectum fuisse Minutium, indicat Lucanus lib. 6.

LXIII 628 Vallus contra hostem] Vallus Caesari, pro vallum vsurpatur, quomodo & Tibullo: Non arces, non vallus erat &c.

629 Auerfos] Legendum potius, in auersos, quoniam Pompeiani aduecti nauibus Caesarianos a tergo adorti sunt.

LXIV 630 Praeter principem priorem] Praeter Centuriones alios, quibus singulae centuriae committebantur, erant in prima cohorte quinq; ordinarii plurima dignitatis & auctoritatis, Centurio videlicet primi pili, Hastatus primus, Princeps prior, Hastatus secundus, & Triarius prior. Vide Vegetium rei militaris lib. 2. cap. 8.

LXVII 631 Obiectis portis Eritium] Eritium militare propugnaculum solitum fieri ex ligno, ac vndique stylis ferreis armari, indicat Sallustius, cuius verba ex historiarum tertio citat Nonius Marcellus in voce Verutum: Saxa, inquit, ingentia, & axa iuncta trabes per pronum incitabantur, axibusq; eminebant in modum Eritii militaris veruta binum pedum.

632 T. Pulstone] T. Pulso centurio fuit sub Caesare in bello Gallico, ut patet ex lib. 5. vbi virum fortissimum vocat. Eius opera proditum exercitum C. Antonii, cum nusquam supra legamus, certum est eam historiae partem huic Commentario tertio deesse. Meminit tantum Antonianae cladis in conditionibus pacis Pompeio per Vibullium Rufum propositis. Quod autem Glareanus in proximo defectu, vbi aliquot praecia vno die peracta referuntur, eam narrationem perscriptam fuisse opinatur, id somnium est.

LXVIII 633 Cui portam quarent] Locus est palam

mendosus: proinde quidam sic malunt legere: Cum portam quarent, castrorumq; eam munitionem esse arbitrarentur.

634 Duobus his vnius diei praecis] Glareanus hic aliam lectionem affert, quam pro suo iudicio nec probat nec improbat. Rhellicanus quo pluribus eam, ut a Beroaldo profectam, laudibus effert, tanto magis errare se labiq; demonstrat. Nos vulgatam lectionem retinemus, quam ab vno & altero mendo perpurgatam sic restitimus: Duobus his praecis Caesar desideravit milites non centos sexaginta equites quadringentos, & notos equites Romanos Tuticanum Gallum, Senatoris filium, C. Folginatem Placentia, A. Granium Puteolis, M. Sarcinatium Capua, Tribunos militum quinq;, Centuriones triginta.

635 Imperator est appellatus] His verbis indicat Caesar insolentiam Pompeii, qui passus sit se appellari Imperatorem, cum nihil strenue aut fortiter egisset.

636 Insignia laurea protulit] Romani Imperatores re bene gesta, licetorum fastibus lauream addebant, & literas mittebant lauro reuinctas, victoriae & laetitiae nuncias, quae hac de causa laureae vocantur Luitio lib. 5. Lampridio in vita Alexandri, & Marcellino lib. 16. Meminit huius rei & Plinius in fine 15. Sed & Ovidius Amorum primo: Non ego victrices, inquit, lauro redimere capillos, Nec Veneris media ponere in aede, moror.

637 Captiuos tradi iuberet] Plutarchus duos & triginta in portu Caesarem Pompeii ex Caesaris exercitu venisse, scribit.

638 Quod duas Hispanias &c.] Non est obscurum, huic ordinationi aliquid deesse. Proinde participium ereptas, vel al' ud simile interponendum, ut legas: Duas Hispanias bellicossimorum nominum, peritissimis atq; exercitatissimis duobus ereptas, pacatissimas.

639 Vti ad Gergouiam] Caesar ad Gergouiam temeritate quorundam ad septingentos milites amisit. Vide supra Commentarium septimum.

640 Poena loco grauioribus laboribus] Appianus etiam, ut patrio more decimarentur, milites a Caesare petiisse scribit.

641 Flumen Genusum] Genusum fluvius memoratur etiam Lucano lib. 5. quem volucer Genusius, quem mollior Apsus Circumeunt.

T. Luitius Decad. 5. lib. 4. Gemisum vocat; sed perperam & voce deprauata, quando eius Decadis libri mutili palamq; mendosi sunt.

642 Veteribus castris &c.] Caesar & Pompeius primum contulerunt castra ad Apsum flumen, deinde ad Asparagum Dyrrhachinorum, tertio ad Petram, vbi circumvallatus est Pompeius. Inde reditum est ad Asparagum. Postremo in Thessalia confederunt, vbi mox collatis signis de summa rei dimicatum est, Caesari victoriam conferente fortuna.

643 Et Heracleam Senticam] Meminerunt Luitius

ius Heraclea T. Luitius lib. 45. & Plinius lib. 4. cap. 10. sed vterque Senticam, non Senticam vocat. Fuit autem sita ad Strymonem fluvium. Exitit & altera Heraclea ad Erigonem amnem, cum in vniuersum eius nominis vrbes xxxiii forent.

644 Et ad Eginium] Eginium in ea regione erat quae Pieria dicebatur, a nemore indito nomine. Plin us lib. 4. cap. 10. Meminit etiam Eginii Luitius lib. 32.

LXXX 645 Larissam legiones adduxerat] De Larissa vide Strabonem lib. 9. & Plinium lib. 4. cap. 8.

646 Diripiendum militibus concessit] Addit Appianus, magna apud Gomphenfes omnis generis commeatus & vini copia reperta, milites diutina fame confectos liberis sibi indulisse, pluresque in ebrietate prolapsos, maxime vero inter eos ridiculos fuisse Germanos, adeo vno graues & excordes, ut si Pompeius infecurus esset, omnes absq; vilo negotio deleri potuerint.

647 Metropolim venit] Metropoleos meminit & T. Luitius lib. 32.

LXXXIII 648 Classicumque apud eum cani] Classicum non nisi praesente Imperatore cauebatur, vnde & imperii insigne videbatur. Vide Vegetium de re militari lib. 2. cap. 22.

649 Consularis pratorisq; seruorum habere numero] Plutarchus etiam conuiciis Pompeium laceffente, Regem regum & Agamemnonem appellasse, tradit.

650 L. Hirrii] Fors hic est Hirrius, quem postea proscriptu a Triumuiris memorat Appianus li. 4.

LXXXIII 651 Ternas tabellas dixi] Ad eundem modum post aliquot annos Augustus princeps, tum ageretur de falso testamento, praeter duas tabellas, damnatoriam videlicet & absolutoriam, tertiam etiam cognoscentibus dedit, qua ignosceretur graue vel errore ad signandum inductis, quomodo narrat Suetonius. Caeterum causa nulla est, quare locum hunc Rhellicanus castigare debeat, cum & sensus perfectus bonisque sit & auctoritas Plutarchi per illum adducta nostrae quoque lectioni suffragetur.

652 De praemii pecunia] Locus hic arguit Pompeianos valde simul & auaros & crudeles fuisse, de quibus ipsorum vitis vide Ciceronem ad Atticum lib. 11. epist. 6.

LXXXIV 653 Quod satis perspectum &c.] Oratio est maica & mutila, quam duabus dictionibus interpositis sic facile perfecit: Quod satis perspectum habere militum animum videretur.

LXXXVII 654 Magna pars deperit] Confirmat haec ex aliqua parte Caesar ipse initio huius Commentarii tertii.

655 In citiore Gallia] Citriorem Galliam vocat Cisalpinam, siue Togatam, quomodo supra Hirtius quoq; Commentario belli Gallici octavo.

656 Victoriis percipiebant] Legendum, praecipiebant, quo verbo est etiam vsus belli Gallici Commentario septimo, & T. Luitius lib. 2. pro antecapere videlicet, & praesumere.

657 Acie eius instructam] De instructione vtriusque aciei, Pompeii videlicet & Caesaris, vide amplius apud Iulium Frontinum stratagematum lib. 2. cap. 3.

658 Altera tertia appellatur] In fine Commentarii octavi de bello Gallico harum legionum altera, non tertia, sed decimaquinta vocatur.

659 Traductas ab Afranio docimatas] Id nufquam supra traditum legimus: quamobrem & eam narrationem his Commentariis deesse, dubitari non debet.

660 In dextro cornu] Cornu dextrum Pompeii L. Domitius Aenobarbus tenuit. Sic enim habet Lucanus:

tibi numine pugnae Aduerso Domiti dextri frons tradita Martis.

661 Haec erant millia LV] Cum centum & decem cohortes legiones vndecim faciant, & Caesar militum quinquaginta quinq; millia fuisse scribat, patet vnamquaque legionem ex quinque millibus constitisse.

662 Riuis impeditis ripis] Hic riuis dictus est Enipeus, de quo Lucanus:

Sanguine Romano qua turbidus ibit Enipeus!

663 Quae summa erat mxxxi] Attende Caesaris copiarum paucitatem & legionum diminutionem.

664 Castris praesidio reliquerat] Appianus tradit, Caesarem duobus veteranorum millibus missis, castrorum munitiones dirui soloque aequari iussisse, idque factum vtroque exercitu inspectante, non sine suspirio Pompeii, tantam audaciam supra modum admirantis. Idem de demolitione castrorum affirmat Lucanus. Versus Lucaei sunt, loquente ad exercitum Caesare:

Sternite iam vallum, fossasq; implete ruina, Exeat ut plenis acies non sparsa manipulis, Parcite ne castris, vallo tendetis in illo, Vnde acies peritura venit &c.

665 Ex terna acie singulas cohortes] L. Florus harum cohortium milites Germanos fuisse palam scribit, quo nominae habenda illi gratia est, qui hanc nomini Germanico gloriam astruxerit, futuram alioq; ceterorum scriptorum negligentia, ne dicam inuidia, rectam & sepultam.

666 A. Claudium] Qua hic appellat Claudium, supra Clodium vocauit.

667 Erat Craffinus euocatus] Plutarchus interrogatum a Caesare scribit, eoque rei bene gerenda spem haberet, deinde respondisse, protensa dextera: Vincemus clarissime, & hodie, o Caesar, vel vinum me, vel mortuum laudabis. Lucanus per apostrophen sic Craffino imprecatur:

Dii tibi non mortem, qua cunctis poena paratur, Sed sensum post fata tua dent Craffino morti, Cuius torta manu commisit lancea bellum.

668 Admonitu C. Triarii] Triarii gentis erant Valeriae. Porro hic C. Triarius aliquando legatus Luculli fuit in bello Mithridatico, vbi & cladem passus est. Perfit in hoc bello ciuili, quemadmodum testis est Cicero in Bruto.

669 *Milites exanimarentur*] Hoc verbo usus est & Cæsar belli Gallici lib. 2. & 3.

670 *Clamoremq; uniuersi tollerent*] De clamore Romanorum in præliorum congressibus, deq; aliarum quarundam gentium consuetudine, lege nosces Atticus A. Gellii lib. 1. cap. 11.

xciii 671 *Tanta vi in Pompeii equites impetum fecerunt*] Testatur idem L. Florus: *Signo, inquit, dato Germanorum cohortes tantum in effusos equites fecere impetum, ut illi esse pedites, hi venire in equis viderentur* &c.

xcv 672 *Nullum spaciū perterritis dare*] Suetonius autor est, Cæsarem nullum vnquam hostem vixisse, quem non statim quoq; castris exuerit, quares nullum dare spaciū perterritis solitū, ostendit.

xcvi 673 *Triclinia strata*] Hęc lectio multo magis adlubescit, quam quomodo legendum putat Beeroaldus, *relicta strata*, pocula pretiosa celebrataq; intelligens. Vidimus exemplaria, quæ haberent *trichilas stratas*, quæ vox exponitur a quibusdam abacus seu mensa potoria, veluti tria labra & triplices margines habens, in qua vasâ more aulico gradatim disponi collocariq; consueuerunt.

674 *Proiecta hedera*] Bacchus & Alexander ex India victores regressi, exercitus suos hedera coronarunt. Autor est Plinius lib. 16. cap. 34.

675 *Larissam contendit*] Lucanus:

*Vidit prima tua testis Larissæ ruina
Nobile nec vixitum fatis caput*

676 *Paucos suos*] Paterculus, Appianus & Plutarchus, quatuor cum illo fugisse scribunt, duos videlicet Lentulos Consulares, Fauonium Prætorium, & Sextum filium.

677 *A quo genere hominum*] Intelligit equitatum suum, ex barbaris gentibus constatum, de quo recte Lucanus:

*Immemores pugne, nulloq; pudore timendi
Præcipites, fecere palam, ciuilia bella*

Non bene barbaricis vnquam commissis cæternis.

xcix 678 *Optimeq; eum de se meritum*] Appianus scribit, Cæsarem memorem virtutis eius & nauatæ operæ, insigne illi sepulcrum excitari, & munera, quib. amplissimis defunctum donauit, eodem cum illo inferri iussisse.

679 *Circiter millia xv cecidisse videbantur*] C. Asinius Pollio, qui pugna Pharsalicæ interfuit, tantum *sex millia* ex Pompeianis cecidisse scripsit, vt refert Appianus.

680 *L. Domitius ex castris fugiens*] Non sine causa *Domitii* meminit, vt hominis infestissimi, qui successor Galliarum nominatus erat. Cicero Philipp. 2. a M. Antonio occisum memorat. Cæterum præter Domitium perierunt nouem senatores, & equites illustriores circiter xl, quorum interitum Cæsar prudens dissimulat.

ci 681 *Vibone ad fretum*] *Vibo* oppidum erat in Brutijs, Locrorum colonia, antea vocata *Hippo*, teste Plinio & Mela. Strabo *Hipponium* vocat.

cxi 682 *Amphipolis*] *Amphipolis*, oppidum erat Macedonia, quondam Athenicium ditionis,

inde appellatum, quod præterfluente vtrinque Strymone cingeretur. Autor Thucydides.

683 *Mitylenas paucis diebus venit*] Mitylenas, Ægei maris insulam cum oppido eiusdem nominis, Pompeius propter uxorem Corneliam accessit, quam illic vt procul à bellorum tumultib. abesset, seposuerat. Vide Lucanum lib. 5. & 8.

684 *Arcem Antiochiam*] Legendum *arcem ante captam esse*, quomodo in pleriq; libris inuenitur.

685 *P. Lentulo consulari*] Testis huius est P. Lentulus filius apud Ciceronem in epistolis lib. 12.

686 *Adeunda Syria*] De consilio Pompeii super adenda Syria, & diuersa procerum & amicorum sententia, vide Lucanum lib. 8.

687 *Polusium peruenit*] *Polusium*, vnum est ex septem ostiis Nili, Asiam & Arabiam ab Ægypto determinans, iuxtaq; oppidum eiusdem nominis, testibus Mela & Plin. o.

688 *Amicitia patris*] Nam hunc Pompeius per A. Gabinium in regnum restituerat.

689 *Nauiculam parulam in confectum*] Plutarchus autor est, Pompeium ad uxorem & filium hos Sophoclis versus pronunciaffe:

*ὄσ τις ἢ πατρὸς τὸ γένον ἢ υἱοῦ τῆς τῶν
ἀκείνου σὶ δούσος, κἄν ἐλευθερῶ μολῆ.*

690 *Ab Achilla & Septimio interficitur*] Pompeius interemptus est, teste Paterculo, anno ætatis LVIII, pridie natalis. Fuit autem dies eius natalis pridie Calend. Octobris, quemadmodum prodit C. Plinius naturalis historię lib. 37. cap. 2. Cæterum præfagium Ciceronis de interitu Pompeii, & simul de eius innocentia testimonium habes lib. 11. ad Atticum epist. 6.

691 *Item L. Lentulus*] Orosius lib. 6. cap. 15. necesse quem secutus autorem, scribit Pompeianam classem tum quoq; deceptam, omnibus qui in ea fuere crudelissime trucidatis, occiso etiam Pompeio Bithynico. Porro sequenti die comprehensum & necatum L. Lentulum, tradit Plutarchus.

692 *In Asiam venisset*] Cæsar iturus in Asiam, transiit Hellepontum, vbi occurrentem sibi C. Cassium supplicem recepit, vt habet Appianus.

693 *T. Appium*] Hic est T. Appius, quem postea Cicero suis Cæsarisq; familiarium precibus ab exilio restitutum scribit, eamq; fortunam datis literis illi gratulatur epist. lib. 6.

694 *Duobus temporibus*] Nam & antea Scipionem idem conantem nunciatus Cæsaris aduentus absteruit, vt dictum est supra.

695 *Item constabat Elide*] Manifestum est hic quædam deesse, ac fors desideratur Cornelii Patavini sacerdotis admirabile visum, deq; Pharsalici confictus euentu verissimum vaticinium, quod narrat Gellius noctium Articarum lib. 15. cap. 18. nec omnino tacet Lucanus lib. 7. Cæterum Valerius lib. 1. cap. 6. hęc ipsa victoriæ Cæsaris prodigia commemorans, ostenta quoq; quibus Pompeio clades ea prædicta sit, adiunxit.

696 *De Pompeii morte cognoscit*] Liuius & Valerius autores sunt, Ptolemæum regem Cæsari ca-

fari caput Pompeii & annulum obuiam misisse, ad quorum conspectum ille lachrymas non tenuerit. Lucanus tamen eas lachrymas fictas fuisse, contendit.

cvi 697 *Etesius tenebatur*] De *Etesio* vide Strabonem lib. 17. Pompon. Melam lib. 1. & Plinium lib. 2.

cvi 698 *Eunuchus nomine Photinus*] Photinus hic dederat consilium interimendi Pompeium, vt est apud Lucanum, qui ad hoc scelus suadendum appositam ei orationem tribuit.

IN LIBRVM QVARTVM DE BELLO ALEXANDRINO Annotationes

IOANNIS GLANDORPII
MONAST.

699 *Vm superiores Commentarios præter octauum belli Gallici, quem ab Hirtio scriptum constat, C. Cæsaris esse, docti constanter asserant (etsi Franciscus Floridus tres illos de bello ciuili nõ videri Cæsaris existimet) de sequentibus nulli dubium esse potest, quin aliu autorem habeat. Titulus ab Hirtio vel Oppio profectus indicat, quoru vterq; inter Cæsaris familiares & amicos fuit. Ad Hirtium tamen magis propendit animus, quod & in omnibus expeditionibus Cæsari adhasit, & in præfatione octauum de bello Gallico, non tantum Commentarios rerum gestarum Gallia, sed & nouissima & imperfecta ab rebus gestis Alexandria vsque ad exitum vitæ Cæsaris confecisse sese, scribit. Verum huius an illius hi Commentarii sint, in patrio ponendum discrimine est. Illud satis liquet, priores duos, quartum dico & quintum, a docto disertoque viro conditos esse: de sexto non idem affirmari potest, qui præterquam quod mutilus imperfectusq; est, insulam etiam & semibarbaram ditionem habet, quemadmodum cum ad eius enarrationem, quam pleriq; omnes interpretes subterfugere solent, peruentum fuerit, latius docebitur.*

ARGVMENTVM.

*Cæsar Alexandri celebrem cum contigit arcem,
Se quoque fraude videns insidiisq; peti:
Fallacem subigit populum, simul urbe potitur
Et regno, fugiens rex puer amne perit.
Interea Illyrici redimuntur Martæ Vatini,
Turbæ & extremam Cassius Hesperiam.
Quo merso, Domitii gaudent exi cado repulsi,
Cæsar, ubi vidit, Pharmaca fudit, abit.*

De bello Alexandrino sic scribit
Suetonius:

Cæsar Pompeium fugientem Alexandriam persecutus, vt occisum deprehendit, cum Ptolemæo rege, a quo sibi quoq; insidias tendi videbat, bellum sane

difficilimum gessit. neq; loco, neq; tempore aquo, sed hyeme anni, & intra mœnia copiosissimi ac solertissimi hostis, inops ipse rerum omnium atq; imparatus. Regnum Ægypti victor Cleopatra fratriq; eius iuniori permisit, veritus provinciam facere, ne quando violentiorem præsidem nacta, nouarum rerum materia esset.

700

REGE Nabathæorum] De Nabathæis, quorum genus est à Nabath, primogenito Ismaelis, vide Strabonem lib. 16. & Plinium lib. 6. cap. 25.

701 *Rudere*] *Rudus vetus*, est nouorum pauimentorū materia. Communiter tamen lapsoꝝ adificiorum disiectio, materiaq; confusio dicitur.

702 *Aut pauimentis*] *Pauimentum*, est solidamentum, & incrustatio. Plinius pauimenta primū in Italia festucis solita fieri, idq; aperte ipso nomine significari, scribit; varias deinde pauimentorū species recenset; demum ex humo pulsa in camereas tranfisse testatur lib. 36. cap. 25.

703 *Palus à meridie interiecta*] Lacus à meridie Alexandriam alluit: nomen est *Marea* siue *Mareotis*. Hunc Nilus multis fossis è superioribus partibus simul & lateribus adauget, estque portus ibi longe copiosior & ditior maritimo. Vide Strabonem lib. 17.

704 *Pertinet*] *Pertinet* dixit, pro *pertingit*, quomodo supra Cæsar belli Gallici Commentario 1. *Ex eo oppido pars ad Heluetios pertinet*. Et Vlpianus, *Quæ cloaca*, inquit, *ex adibus eius in tuas pertinet*.

705 *Cum vterq; vtriq; insidiaretur*] Locū hunc citat Laurentius Valla elegantiarum lib. 3. nõ ausurus sic loqui, eo quod Cicero & Quintilianus nunquam ita locuti sunt, cum tamen Terentius & Cæsar sic scripserint, idque Græca imitatione, *ἐκαστὸς ἐκαστῶν*, id est, *vterq; vtriq;*, quomodo docet Guilielmus Budæus.

706 *Alexandria est fere suffossa*] Ad eundem modum Romam fuisse pensilem & subternaugatam, tradit Plinius lib. 36. cap. 15.

707 *Vt mihi defendendi essent Alexandrini*] Fortasse legendum, *at mihi defendendi essent Alexandrini* &c. Estque hic euidentis argumentum, Cæsarem huius libri autorem non esse, qui nusquam in superioribus Commentariis de se in prima persona loqui consuevit.

708 *Neq; fallaces essent*] Sententiam hanc de Ægyptiorum & Alexandrinorum moribus confirmat Flavius Vopiscus in Saturnino, & Ammianus Marcellinus lib. 22.

709 *Omnia enim littora*] Physici rationem huius reddunt, quod crassa maris aqua & salsa, neutiquam densa loca penetret? Tenuis autem & dulcis aqua terram facile subeat.

710 *A Parabonio*] *Paratonium* oppidum est & portus iugens xl fere stadiorum, teste Strabone lib. 17. Etymum eius pete ex Hermolao Barbaro.

- X** 711 *Appellatur Cherrhonesus*] *Cherrhonesi* promontorii contra Cretam siti, & portum habentis meminerunt Strabo lib. 17. & Plinius lib. 15. cap. 5. Dicitur autem *Cherrhonesus* peninsula, à *χέρησι*, quod antiquis *terram* significabat.
- XI** 712 *Deinde omnibus Epibatibus*] Dicitur vox quæpiam huic loco. Proinde legendum arbitror: *Deinde nonnulla omnibus Epibatibus nudata*. Cæterum Atticis *Epibata* dicuntur, qui in nauibus depugnant, quanquã etiam ea voce qui remos ducunt, accipi consueverunt.
- XII** 713 *Quibus & superioribus locis &c.*] Indicat Alexandrinos duabus rebus confisos antea bene sperasse, clastiaris videlicet suis, & superioribus locis, sed iam utrisque diffidere.
- XIII** 714 *Omnibus ostiis Nilis*] Nilus undecim habet ostia, sed ex his quatuor falsa vocant, septem vero celeberrima sunt, unde & Nilus *septemplex* & *septemfluitus* & *septemgeminus* à poetis appellatur. Vide Plinium lib. 5. cap. 10.
- XIV** 715 *Cum malleolis*] *Mulleoli*, manipuli sunt, seu fœces ex altera parte picati, qui incensi in hostium naues coniciuntur.
- XV** 716 *Sese ex nauigio eiecit*] Suetonius tradit, Cæsarem per ducentos passus natale elata læua, ne libelli, quos tenebat manu, madeferent, paludamento insuper tracto, ne spolio potiretur hostis. Etsi Dion ac Appianus, vestè ab Alexandrinis interceptam, & loco trophæi suspensam, memorant.
- XVI** 717 *Fiduciarium regno*] *Fiduciarium regnum* vocat, quod aliquando sit restituendum, tanquam bona fide conceditum. Quomodo T. Liuius *fiduciarium ciuitatem*, supra etiam Cæsar huius belli Comment. secundo, *fiduciarium operam* dixit.
- XVII** 718 *Vt ex carceribus in liberum cursum*] In certaminibus repagulum illud, unde sit initium cursus, Latini *carcerem*, vel *carceres*, Græci *βαλῶνα*, & *γερμῶνα* appellant.
- 719 *Gaudium videtur profudisse*] Cur subita magnaque læticia affecti lacrymentur, causam esse Phisici docent, diffusionem & apertionem meatuum, quia cerebro humectati ad oculos humorem deferant. Terentianum est: *Homini ilico lacryma cadunt quasi puero gaudium*.
- XVIII** 720 *Tiberium Neronem*] Tiberius hic Nero Cæsaris in bello Alexandrino Quæstor, & Tiberii Imperatoris pater fuit, qui multum ad victoriam contulisse traditur. Vide Suetonium in Tiberio & Dionem lib. 41.
- XIX** 721 *Mithridates Pergamenus*] Mithridates, natus ex pellice Mithridatis eius, qui rex Ponti bellum diuturnum cum P. R. gessit, Cæsaris fauore & beneficentia, cui in bello ciuili militauit, Tetrarchiam Galatiæ & Bospori regnū assecutus est, interemptus postea à Lyfandro. Vide Strabonem l. 13.
- 722 *Pelusium adducit*] Legendum fortasse *contendit*, seu *peruenit*.
- XX** 723 *Qui nominatur Delta*] *Delta* inferior pars est Aegypti, figura triquetri, fiadente se Nilo undiq; cincta. Vide Strabonem lib. 1. & 17. & Plin. 5. c. 2.

724. *Nam pars quadam &c.*] Locus est nonnihil vitiat, quem sic restitues: *Nam pars quadam fluminis Nili deriuata duobus itineribus &c. mari coniungitur*, præpositione à expuncta.

725 *Quorum impetum Mithridates*] Eadè traduntur à Iosepho lib. 14. cap. 6. sed in gratiam surgentis, & Antipatri, patris Herodis, non ita multum tribuente laudibus Mithridatis, imo contra narrationem Hirtii partam victoriam ad Antipatrum transferente.

726 *Hicq; Carfulenum profecit*] *Carfuleni* opera vsus est & Cæsar in bello Gallico, quemadmodum videre est eius belli Commentario quarto. Perit in conspectu Mutinensi, dum pugnat aduersus M. Antonium. Vide epistolas Ciceronis lib. 10. familiarium, vt vocant.

727 *Fugisse ex castris regem*] Idem tradit Liuius lib. 112. quanquam Strabo lib. 17. casum tradat. L. Florus, in limo, vbi obrutus foret, in honore aureæ lorice repertum refert. Suetonius autor est, veritum Cæsarem Ægyptum prouinciam facere, ne quando violentiorem præsidem nacta, nouarum rerum materia esset. Eadem de causa princeps Augustus redactam in potestatem P. R. non nisi per Equitem Ægyptum administrari voluit, vetitis etiam Senatoribus, ne Ægyptum sine suo iussu peterent.

728 *Deiotarus ad Domitium Caluinum*] De *Deiotaro* rege, qui Pompeianus fuerat, vide orationem Ciceronis, qui reum ipsum coram Cæsare defendit, & secundum de diuinatione, item Strabonem lib. 12.

729 *Pateretur à Pharnace*] Pharnacem, quem Pompeius victor, Mithridate patre cæso, regem Bospori fecerat, per occasionem belli ciuilis inter Pompeium & Cæsarem ad vniuersum regnum recuperandum animum adieciisse, scribit Dion, ac primum quidem regionem omnem Colchorum sibi subiecisse, deinde ablente Deiotaro, cum is esset in castris Pompeii, totam Armeniam cum nonnullis Cappadocia & Ponti tractibus & ciuitatibus Bithynicæ præfecturæ contributis, occupasse, atque hæc omnia Cæsarem neglexisse, quod tum in Ægypto hærens nondum eam constitueret, haberetq; spem, per alios Pharnacem reprimi coæceritq; posse, eoq; Domitio Caluino totam Asiã cum omnibus exercitibus quotquot in ea forent, commisisse. Vide Dionem lib. 32.

730 *Ad C. Prætorium*] Legendum, *ad C. Plætorium*, quomodo & in fine Commentarii quinti. Etsi ibi de Plætorio Pompeiano loquitur.

731 *Paciscium*] Opinor eundem esse, quem Cicero epistolarum lib. 11. & Appianus 2. *Paciscum* vocat. Defecit hic postea ad percussores Cæsaris, cumq; iis interiret.

732 *Comanis conuenerunt*] *Comana Pontica* accipit, de quibus multa Strabo lib. 12. nam sunt & *Comana Cappadocia*, de quibus idem Strabo in principio duodecimi, & Plinius lib. 6. cap. 3.

733 *Causa integra Cæsari seruaretur*] *Integram*

rem aliquam, seu *causam*, seruari relinquere, dicimus, in qua nihil commutatum aut decisum sit.

734 *In insidiis collocatis*] Quid si legas, *in subsidiis collocatis*? Solent enim in subsidiis constitui, qui festis opem ferant. Adhæc de insidiis earumque successu nulla postea mentio fit.

XI 735 *Se in Asiam recipit*] Intelligit Asiã proprie dictam, quæ pars est Asiæ minoris, quomodo & Pontus, Cappadocia, & Armenia minor.

XII 736 *Supplicio constituit in eos*] Confirmant hæc succedentis ætatis scriptores. Nam & Plutarchus *ἀπαλῆσας*, id est, *immoderate* victoria vsus, & Dion capta direptaq; Amiso, puberes omnes occidisse, & Appianus pueris quoq; manus præcidisse, tradunt.

XIII 737 *Q. Cornificius*] Hic est *Q. Cornificius*, ad quem extant epistolæ Ciceronis libro familiarium, quomodo vocant, 12. Perit post eadem Cæsaris in Africa, cum Ciceronis & Senatus partes tueretur.

738 *Propratore*] Qui hodie appellantur *Proprator*, *Proconsul*, apud veteres dicebantur *Propratore*, *Proconsule*.

739 *Ostanius*] M. Ostanius tempore belli Pharsalici cum Scribonio Libone Achaicæ classis præfuit, partes Pompeii summo studio defendens, quemadmodum supra demonstratum est Commentario tertio.

740 *Hiadertinorum*] Hiadertinorum oppidum est *Hiadera*, vicinum Apolloniæ & Salonis, teste Pomponio Mela lib. 2. iuxta quod præterlabitur *Iader* fluius, cuius meminit Lucanus. Pro *Hiadera* bellum diuturnum fuit inter Paanonios & Venetos: sed hoc recentioris est historia.

XIII 741 *In agmine dimicare sit coactus*] *Agmen* hoc loco significat incessum seu progressum & iter exercitus quopiam tendentis, quemadmodum apud Virgilium lapsus aquæ seu fluminis: *leni fluit agmine Tiberis*.

XIII 742 *Oppugnantem Epidaurum*] *Epidaurus* in Illyrico P. R. colonia fuit, quam postea diruerunt Gothi. Ex eius ruinis *Racusia* condita est, ciuitas libera, Turcæ tamen tributaria.

XIV 743 *Thauridem*] Præter Hirtium hoc loco nescio quis *Thauridis* insulæ meminerit. Nam apud Strabonem, Melam, Plinium nihil de ea proditum est.

XV 744 *Dicrota octo*] *Διχροτα* Græcis *biremis* dicitur. Hanc primum inuenisse Erythraeos, autor est Demosthenes apud Plinium lib. 7.

XVI 745 *Prælio Pharsali*] *Pharsalus*, siue *Pharsalia*, oppidum est Thessaliæ, iuxta quod Cæsar Pompeium vicit.

746 *Q. Cassius Longinus*] *Q. Cassius*, cum exardesceret bellum ciuile, Tribunus plebis fuit, Cæsaris partium vna cum Antonio & Curione defensor, quem Cæsar, domitis legatis & exercitibus Pompeii, vltioris Hispaniæ Propratorem constituit, quatuor illi legionibus attributis, quemadmodum narratum est supra Commentario secun-

do. Notandum autem eodem tempore duos fuisse Cassios in Hispania, nempe hunc Propratorem, & illius Legatum, sed Propratori cognomen *Longini*, non item Legato tribui, videmus. Fuit & L. Cassius Longinus Cæsaris in bello ciuili legatus, quem Quinti fratrem fuisse arbitramur. Adhæc C. L. & Q. Cassii, & ipsi fratres; Pompeii partes secuti sunt.

747 *Sestertia C. militibus*] In plerisque exemplaribus legitur *sestertios C.*, genere masculino, qui faciunt duos coronatos & coronati vnus dimidium.

748 *Vadimonio teneretur*] *Vadimonium*, spon-

sio est se sistendi in iudicio, unde *obire* & *deserere* *vadimonium* dicimus.

749 *In Africam exercitum traicoret*] Liuius, L. Cassium propter Bogudem transmittere in Africam iussu scribit: *Quo tempore*, inquit, *firmamdi regni Bogudis causa, exercitum in Africam velotiter traicere comatus est*. Citantur hæc apud Priscianum libro sexto cum nonnullis aliis de hoc ipso Cassio.

750 *Sestertia se daturum*] Dicitur numerus, centum opinor, quem numerum supra legimus.

751 *In Basilicam iret*] In Basilicis concilia, iudicia, & negotiationes exercebantur, quas debere fore adiunctas esse, docet Vitruuius.

752 *Berones*] *Berones*, Hispaniæ populi sunt, Celtiberis proximi, teste Strabone lib. 3.

753 *Laterensis*] Hic est *M. Iuuentius Laterensis* familiaris Ciceronis, cuius ipse meminit in oratione pro Cn. Plancio & in epistolis familiaribus lib. 10.

754 *Militibusque vernaculis*] Vernacula legio antea Pompeio militans, à Varrone eius legato ad Cæsarem defecit.

755 *Cognoscit L. Racilius*] Legendum, *indicio Minurii cognoscit L. Racilius, M. Laterensem, & Annium Scapulam &c.* Hos autem etsi interficij iustos, tamen vixisse Cassio superstitibus, sequentium annorum historia demonstrat, Cæterum *T. Annium Scapula* vir equestris, postea tumultus huius excitari pœnas à Cæsare metuens, eiecto è prouincia C. Trebonio, Q. Cassii successore, nouum bellum, Hispanicè videlicet, quod sexto Commentario describitur, excitauit, quemadmodum autor est Dion lib. 43.

756 *Affectus L. Mergilio*] In plerisque exemplaribus est hæc lectio: *Isdem cruciatibus affecti L. Mergilio & L. Squillus nominant plures*.

757 *Sestertius decem cum Calphurnio paciscitur*] Huius feritatis & auaritiæ meminit etiam Valerius Maximus, lib. 9. ca. 4. Verum idem non *decem sestertius* cum Calphurnio, sed *sexaginta sestertius* tranfactam scribit, quam lectionem hoc loco recipiendam esse arbitramur. Porro *LX sestertia* faciunt mille & quingentos coronatos.

758 *Exercitum lustrat*] *Lustrare exercitum*, est recensere & recognoscere exercitum, eumque expiare. Vide T. Liuium.

- 759 *Hispalim accedit*] *Hispalis*, colonia populi Romani fuit, cognomento *Romalis*, hodie vocari volunt *Sibiliam*.
- LXVII 760 *Nunciat fama*] Fors erit, *nunciat famam esse*, aut *fama divulgatum*.
- 761 *Leptim*] Quid si legas *Hispam*? Nam *Beti* adiacent *Hispalis*, *Hipa*, & *Corduba*, teste *Strabone* lib. 3.
- 762 *Carbonam contendit*] Legendum haud dubie *Carmonam*, cuius oppidi in hoc tractu meminit supra *Cæsar* Commentario secundo.
- 763 *Cohortes quatuor*] In quibusdam codicibus est, *cohortes quatuor ex quinta legione*.
- 764 *Ad Obuculam*] *Obucula* meminit *Plinius* lib. 3. cap. 1. *Diuersum* oppidum est ab hoc *Obulco*.
- 765 *Ad flumen Silicem*] Apud *Plinium* refertur *Singulis* fluiuis in *Betim* se exonerans, quam vocem hoc loco deprauatam esse, suspicamur.
- LXVIII 766 *Et forsitan etiam* &c.] Locus est non nihil luxatus. Arbitramur autem legendum: *Et forsitan etiam hoc voluit odio Cæsaris & amore Pompeii &c. sed tamen id, qua mente commotus fecerit, coniectura sciri non potest*.
- LIX 767 *Literas ad regem Bogudem*] *Bocchus* & *Bogud* Maurorum reges fuerunt, Romanis amici, teste *Strabone* lib. 17.
- LXI 768 *Vllam contendit*] *Vlla* oppidum est *Hispaniæ* vterioris, teste *Ptolemæo* tabula secunda.
- LXII 769 *Pugnatur vtrinque acriter*] Huc pertinet *Liuium* illud quod extat apud *Priscianum* lib. 6. *Cæstra* quoque diuersis partibus *Cassius* & *Bogud* adorti, haud multum abfuerunt, quin perirunt.
- LXIII 770 *Neque opinantibus omnibus*] Eodem loquendi modo vtitur *T. Liuius* *Decad.* 3. lib. 4. *Statutus est comitiis dies, quo nec opinantibus omnibus vnus ex vltima turba, &c.*
- LXIV 771 *Narbonem sub idem tempus*] *T. Liuius* lib. 35. inter maritimas vterioris *Hispaniæ* ciuitates *Carbonem* & *Bardonem* recenset, quarum altera haud dubie accipienda reponendaque est, nisi *Carmonam* malis. Nam de *Narbone Martio*, cum ille sit in *Gallia*, nihil est quod cogitemus. Sed nec *Narba* quicquam huc facit, vtpote in *Lusitania* sita, & ab itinere *Trebonii* auerissima.
- 772 *Vt cognouit Cassius*] Hic rursus *Liuius*, citante *Prisciano*, *Cassius*, inquit, *gessisset cum Trebonio bellum, si Bogudem regem trahere in societate sceleris potuisset*.
- 773 *Malacam contendit*] *Malaca* meminere *Strabo* lib. 3. vt vrbis maritimæ, *Plinius* lib. 3. & *Ptolemæus* tabula prima *Europæ*.
- LXV 774 *Multa Roma male & inutiliter administrari*] Male fuisse *Rempub.* in vrbe administratam absente *Cæsare*, indicat *Liuius*, qui libro 113. *P. Dolabellam* *Tribunum* plebis legem tulisse scribit, de nouis tabulis, per quam cum seditio excitata esset, inductis in vrbem à *M. Antonio* Magistro equitum militibus, octingenti ex plebe cæsi sunt. Sed & *Plutarchus*, *Colsonium* & *Galbam* *Prætores* à militibus interemptos tradit, ac præter
- Dolabellæ* furerem versas in opprobrium *Cæsaris* expilationes *Amatiæ* & ebrietates *Antonii* & *Cornificii*. De *Antonio* notum est ex *Plinio*, post pugnam *Pharsalicam* leones ad currum iunxisse, atque ita vechum cum *Cytheride* mima per *Italiam* non sine graui ostento: Cuius rei & *Cicero* meminit in epistolis ad *Atticum*.
- 775 *Reges, Tyrannos, Dynastas*] Gradatim *reges, tyrannos, dynastas* coniungit, quomodo *Cicero* in *Philippicis* *reges, tetrarchas & dynastas* memorat. Cæterum per *tyrannos* non violentos & sanguinarios, sed legitimos principes & paulo regibus inferiores, quomodo tum erant *tetrarchæ*, & apud nos hodie *duces* sunt, accipit. Nam nomē id olim honestæ appellationis erat, quemadmodum ostendit *Virgilius*, apud quem *Dido* lib. 4. ad *Æneam* inquit:
- Te propter Libyæ gentis Nomadumq; tyranni*
Odere
- Et lib. 7. *Latinus* rex de ipso *Ænea*, quem tantopere a pietate laudat poeta:
- Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.*
- Proinde frustra hoc loco tam anxie quidam de discrimine regis & tyranni disserunt.
- 776 *Sex. Cæsarem*] Hic *Sex. Cæsar* etiamnum superstiti *Cæsare* *Dictatore* interemptus est fraude *Cæciliæ Bassi*, equitis *Pompeiani*, quemadmodum notum est ex *Liuiio*, *Paterculo* & cæteris.
- 777 *Euocat Tarsum*] *Tarsum* oppidum valde commendat *Strabo* lib. 14. tanquam optimarum artium ac eruditissimorum virorum alumnarum. Ab hoc oppido, quod ibidem & natus & educatus esset *D. Paulus*, *Tarsensis* appellatur.
- 778 *Maxaca commoratus*] *Maxaca* sub monte *Argeo* sita est, postea nuncupata *Cæsarea*. Commemoratur *Straboni* lib. 12. & *Plinio* libro sexto cap. 3.
- 779 *Venit Comana*] De *Comanis*, & religione templi, & sacerdotii eadem *Strabo* non procul ab initio lib. 12. Fuerunt & *Comana* in *Ponto*, eadem templi & *Deæ* religione clara, de quibus idem *Strabo* aliquanto post eodem lib. 12.
- 780 *Nicomedi Bithynio*] *Nicomedes* plerunque dicti sunt *Bithyniæ* reges, quorum vltimus, propter quē *Cæsar* aliquando male audiuit, Romanos regni hæredes reliquit. Eius propinquum hunc fuisse *Nicomedem* nomen indicat, ac *Cæsarem* ob demortui regis gratiam benefecisse, consentaneum est.
- 781 *Fratrem autem Ariobarzanis Ariaratem*] Horum fratrum meminit & *Cicero* epistolarum 15. vtpote qui alterum alteri reconciliari, ac natu maiorem *Ariobarzanem* in regno confirmari, quorum pater *Ariobarzanes* *Cappadociæ* regnum obtinuerat, posteaquam *Mithridates* rex *Ponti* *Ariaratem* regem interemit cum maiore filio, minore pulso, qui paulo post ex animi motore decessit.

LXVII 782 *Gallo græcia*] *Gallogræcia* tres gentes fuerat, quarum vnaquæque in tres tetrarchias diuisa fuit: ita totius populi *Tetrarchæ* fuerunt duodecim. *Strabo* lib. 12. tradit sua ætate ad tres duces delatâ esse, postea ad duos, deinde ad vnum *Deiotarum* totam potentiam deuolutam, cui successerit *Amyntas*, post *Amyntam* Romanos *Gallogræciam* in prouinciam redegeisse.

783 *Exercitibus imperiisq; coactus in Cn. Pompeij castris fuisse*.

LXX 784 *Representaturus esset*] *Representare* quid sit, dictum nobis est supra Commentario belli *Gallici* primo, nempe præfens oculis ostendere, seu in remi præsentem perducere.

785 *Qui prouidisset ne vinceretur*] *Elegans* inuersio est, quasi diceret, Non missis auxiliis *Pompeio*, tibi, non mihi profuisti, cauisti enim ne cum cæteris vincerere.

LXXII 786 *Quorum editissimus vnus*] Huius monti nomen est *Scorabo* apud *Appianum*.

LXXV 786 *Falcata regia quadriga*] *Falcata* quadriga, seu curru *Xenophon* *ἐπιμαχίας ὀπισθεν ἐκβοκα*. Meminit curruum *falcatorum* aliquoties scriptura sacra. Cæterum eorundem descriptio extat apud *T. Liuium* lib. 37.

LXXVI 788 *Pharnaces cum paucis equitibus profugis*] *Pharnaces* paulo post cum in regnum regressus esset, ab *Afandro* victus & occisus est, teste *Dione* & *Appiano*. Idem docet *Strabo*, sed victorem nunc *Lysandrum*, nunc *Afandrum* vocat.

LXXVII 789 *Maximum bellum tanta celeritate consecratur*] *Suetonius* autor est, intra quintum quam affuerat diem, quatuor quibus in conspectum venit horis, vna acie profligasse *Pharnacem*, crebro commemorata *Pompeii* felicitate; cui de tam inbelli genere hostium præcipua militiæ laus contigit. Addit idem, datis in vrbem literis, tribus illam verbis hanc rei gestæ celeritatem expressisse, *Veni, Vidi, Vici*, quæ non multo post etiam in triumpho prætulit. Eadem astruunt scriptores *Græci*, *Plutarchus*, & *Dion*.

790 *Quodq; subiti periculi*] Legendum, quodq; subiti periculi recordatio est latior.

791 *Coelio Vinciano*] Quædam exemplaria habent *Coelio Minutio*, sed perperam. Existimamus autem eundem esse, quem *Coelius Rufus* epistolarum *Ciceronis* octauo *Vicinianum* vocat, & in peritione ædilitatis repulsam passum esse scribit. Cumque ille locus non minus male habeat, quàm hic nos, vtrobique *Vinitianum* appellandum censemus, vt ex gente *Vinitia* in *Cæliam* adoptatum intelligas.

LXXVIII 792 *Mithridatem Pergamenum*] Idem *Mithridates* ab eodem *Afandro*, qui *Pharnacem* occiderat, similiter victus & occisus est post cædem *Cæsaris*.

793 *Possessam paucis ante annis*] *Deiotarus*

post cædem *Cæsaris* omnia sibi ademta armis recuperavit, teste *Cicerone*.

IN LIBRVM QVINTVM DE BELLO Africo Annotationes

IOANNIS GLANDORPII MONAST.

794

DVM *Cæsar* fugientem *Pompeiam* persequitur, *Mac* in *Aegyptum* delatus cum *Alexandrinis* & eorum rege *Ptolemæo* bellum gerit, deinde contra *Pharnacem* per *Syriam* in *Pontum* proficiscitur: superstitis *Pompeii* duces, & *Pharsalica* clade profugi, nacti tempus & otium certatim in *Africam* contendunt, *Attilij Vari* copiis & *Iuba* regis opibus confisi. Quorum illustriores fuere *Q. Metellus Scipio*, *Pompeii* focer, *M. Cato*, *Petreibus*, *Afranius*, *Torquatus*, *T. Labienus* & *Faustus Sylla*. Nobile tum *Catonis* iter extitit, quod cum obsequentiissimo exercitu per desertam *Libyæ* fecit, laudatque eius modestia est, quod ab omnibus belli dux electus, *Scipioni* vt viro consulari pratorius ipse eo munere & honore cedere maluit. *Cæsar* ex *Ponto* victor in *Italiam* regressus, compositis tumultibus vrbis, & militum seditione, missio nem & præmia flagrantium, ne nimis auergeretur hostium vires metuens, non anni tempore, non religione moueri potuit, quo minus mox in *Africam* traiceret. Nam & immolanti cum assuisset hostia, profectionem tamen non disulsi, & cum hyems esset, monerentque vates & augures, ne ante brumam traiceret, constantissime traiecit, cessitque ea res felicissima. Hostes enim quamlibet animis & armis instructos ingenti cade profligauit, & ad vrbem reuersus non huius tantum victoria, sed etiam superiorum, hucusque dilatos quatuor simul spectatissimos triumphos duxit, *Gallicum* videlicet, *Alexandrinum*, *Ponticum*, & *Africanum*.

ARGVMENTVM.

Africa terribili tremere cum terra tumultu,
Pompeii profugos non bene nacta duces,
Cæsar in hanc gelida rapitur per tempora brumæ,
Cade suos hostes, vt sat a grando, metit.
Intervent rigido per mutua vulnera ferro.
Petreibusq; grauis, magnanimusq; Iuba,
Se quodq; transadigit miser, dux *Scipio* belli,
Fortis & ipse suo concidit ense *Cato*.

795



Cæsar] Hoc tempore Cæsar tertium Dictator & Consul designatus erat, collega in utroque magistratu M. Lepido.

796 In Lilybæum peruenit.] Appianus docet; Cæsarē à Rhegio soluentem in Lilybæum per-

uenisse. Plutarchus totum locum sic extulit: ...

797 Apud Ptolemaum legimus insulam ante Siciliam sitam, quæ dicatur Paconia, Paconiamque legendum censemus. Cæterum quod sequitur sic legemus, quæ non longe abest à Sicilia.

798 Alieno pratori] Huic A. Alieno ut proconsuli Cicero scribit epistolarum li. 13. ad finem. Adhæsit postea C. Cassio traditis legionibus, quemadmodum ipse Cassius ad Ciceronem scribens li. 12. fatetur.

799 Clupeam] Clupea in promontorio Mercurii iacente de versus Orientem Neapolis, Adrumetum, Ruspina, Leptis, & ipsa Africa oppida, sita sunt.

800 C. Confidius] C. Confidium Longum dicit, cuius & supra lib. 2. mentio facta est.

801 Cn. Piso] Hic Cn. Piso postea sub Augusto principe, cum & in Cassii Brutiq; partibus fuisset, concessio reditu consulatum gessit. Filius eius fuit, qui Germanicum Cæsarem creditus est veneno sustulisse. Vide Cornelium Tacitum lib. 2. & 1.

802 Exponit exercitum] Tradunt autores, Cæsarem è nauis descendente, collapsum in terram, quod cum militibus omen triste videretur, ipse vertit in melius dicendo, Teneo te Africa, tanquam volens cecidisset. Vide Suetonium, Frontinum & Dionem in fine libri 32.

803 Non nemo culpa eius] Non nemo, significat aliquos, siue nonnullos, ut nemo non, omnes. Cicero pro Murena: Hostis est in urbe, in foro &c. non nemo etiam in illo sacrario Reipub. in ipsa inquam curia non nemo hostes est.

804 Fortuito] Fortuito & fortuito dicimus. Vtroque Cicero vitur, posteriore certe in orationib. Philippicis, & in libris de diuinatione.

805 L. Plancus] Hic est L. Munatius Plancus orator ille & discipulus Ciceronis, ad quem extant epistolæ fam. ut vocant lib. 10.

806 Ruspina] Ruspina meminit Silius Punicorum 8.

Quæq; procul cernit non aquos Ruspina sinibus. Straboni Ruspina dicitur media producta.

807 Leptim] Leptis hæc maritima ciuitas erat, inter duas Syrtis constituta. Diuersa ab hac fuit

Leptis magna trans minorem Syrtim iuxta Oeam oppidum sita, quam D. Hieronymus semibarbaram vocat.

808 Rabirium Posthumium] Opinamur hunc esse Rabirium Posthumium, pro quo extat oratio Ciceronis.

809 Ad Cercinam] Cercinna insula cum oppido eiusdem nominis meminit Plinius lib. 5. cap. 7. & Strabo lib. 17.

810 Cum Salsernis] Salsernæ fratres, Publius & Caius, haud dubie posteri fuerunt Salsernarum patris & filii, quorum ut vetustissimorum post Catonem scriptorum meminit Plinius lib. 17. cap. 23. ac item Iunius Columella in præfatione librorum de re rustica. Cæterum de horum fratrum altero loquitur Cicero scribens ad Atticum li. 14. Salserna collega dignus &c.

811 Præsidioq; firmata] Propter præcedentem negationem malum legere: Sed præsidio firmata ad classis receptacula muniret &c.

812 Cum Sulpitio] De Sulpitio & Vatino vide supra belli civilis Commentario tertio, de Vatino etiam proximo quarto.

813 Magno metu ac tristitia] Et hæc orationis structura non satis commode habet. Aequabilior esset interposita coniunctione ratiocinativa: Proinde magno metu ac tristitia sollicitabantur.

814 Galeari] Apud Ciceronem in de Natura Deorum Minerua galeata dicitur.

815 Duo Pacidii] Pacidiorum præter quam hoc loco non facile mentionem factam inuenias. At Pacidij in gente Furia apud Liuium tres commemorantur. Et familiarum Paciliorum Ciceronis tempore viguisse in Repub. testatur domus Paciliana, quam Q. Ciceronem emere voluisse, indicat M. Frater in epistolis ad Atticum.

816 Intra cancellos] Opinor legendum, velut intra cancellos &c. ut sit metaphoricè dictum, quod alioqui citra figuram verum esse non poterit. Sunt autem Cancelli septa è ferro ligno quincunciale in modum facta ad arcendam repellendamq; turbam, Græce κινκιδία vocantur. Vtuntur hac voce Cicero & M. Varro. Sed & Plinius hinc cancellatam Elephantorum cutem appellauit.

817 Quippe qui in nullo &c.] Legendum, qui in nullo non illorum sibi consideret, altera negatione adiecta, quam sententia cum primis requirit.

818 Legiones veteranas dissentire] Huius seditionis meminimus supra in argumento. Vide super ea Suetonium & Plutarchum in Cæsare.

819 A Brundisio] Malim legere, quos secum à Dyrrhachio transportauerat. Et si enim cum Pompeio ex Italia cedens Labienus Brundisio soluit, tamen post pugnam Pharsalicam reuersus Dyrrhachium, quoscumque potuit ex fuga colligens, cum ex mendacio suis imposuisset de Cæsaris capitali vulnere, in Africam traiecit.

820 Hybridis] Hybridas vocat Romano patre & peregrina matre natos, ab hybridis suis, quos

quos Plinius fero & domestico gigni scribit.

821 Elephantos cxx.] In quibusdam libris tantum est legere xxx.

822 Quater tantis] Quater tantis dixit, quemadmodum M. Varro bis tantum.

823 Hippotoxotis] Hippotoxa dicuntur equites arcibus armati.

824 Post diem tertium] Legendum, post diem quintum. Appulit enim Cæsar pridie Cal. Ianuarias, ut supra patet.

825 Frequentabat] Frequentare hoc loco est augere, & frequentius reddere. Sic & Cicero omnem orationem luminibus verborum frequentandam esse dixit.

826 Ithyreis] Ithyreos Plinius in Cælesyria collocat. Hos, quemadmodum cæteros Orientis populos, bonos fuisse sagittarios, indicat Lucanus lib. 7. sic canens:

Tunc & Ithyrei, Mediæq; Arabesq; soluto Arcu, turba minax, nusquam recessere sagittas, Sed peritur solus, qui campis imminet, aer.

827 Pater istius at. utis] Ætatis tunc habebat Pompeius annum XXI I I testibus Patereulo, & Plutarcho. Nam anno XXIV de Africa recepta triumphauit Eques Romanus, necdum Senator, quod nemini vnquam contigerat, quemadmodum refert abbreviator historiarum Liuianæ lib. 99.

828 Bogudis] Bogudæ rex, Cæsarianus erat, quomodo liquet ex Commentario præcedenti. Dionis Bagoas vocatur.

829 Ascurum oppidum] Apud Plinium li. 5. c. 2. Rhuscium oppidum Tingitanæ prouinciæ legitur, haud dubie idem, voce ut pluribus aliis deprauatore.

830 P. Silius interim] P. Silius accusationem in urbe non ferens, fugit in Libyam, ibiq; comparato exercitu contendens. regibus per partes se miscuit, victoria semper exultans. Orto vero bello Pompeiano, Cæsaris partes iuuuit, occisus demum ab Arabione, Manassis regis filio, teste Appiano lib. 4.

831 Cirtamq; oppidum] Cirta vrbs mediterranea magnitissima, Masinissæ & successorum regia, tantæ magnitudinis ut equitum decem millia, viginti pedum emitteret, quemadmodum autor est Strabo lib. 17.

832 In castris statuis] Statuis castra sunt munitiones, in quibus confidendo bellum ducitur, aut alioqui militis pacis tempore continentur.

833 Æstate inita] Non dicit æstatem tunc initam, cum tempus esset hybernium, sed simulatque venisset ea, quæ quidem Afris: ob solis propinquitatem citius quam Italis incumbit, Cæsarem acceptis interea pluribus copiis in hostem moturum.

834 C. Vergilius Petronius] Huius Vergilii meminit Cicero in epist. ad Attic. li. 13.

835 Salserna cum tribus cohortibus] Supra Salsernam cum sex cohortibus Lepti relictum scri-

bit. Sunt qui velint Labienum tribus cohortibus oppugnationem aggressum: sed is sensus tolerari non potest, nisi coniunctionem intericiat, & connectat, cum parte equitatus & tribus cohortibus.

836 Ad decumanam defixo] Philippus Beroaldus legit: & ad terram defixo. Porro decumanam Latini vocant, quod in quauis re maximum est, & portam in castris decumanam, quæ maxima est, & in aduersa parte castrorum sita, de qua dictum est nobis supra Commentario tertio.

837 Vno tempore progressus] Vno tempore dixit, pro eodem tempore, quomodo Plautus in Milite: Vno exemplo omnes viuunt, id est, eodem.

838 Minutatim] Minutatim vsurpauit, pro paulatim, quemadmodum Varro in libris de re rustica: Vt minutatim assuesciant.

839 Mirabili peritus scientia] Rectius haud dubie legas, mirabili præditus scientia.

840 Styli caci] Stylos cacos, vocat occultos & fallentes, qui quomodo in terram defigantur, demonstratum est supra belli Gallici Commentario septimo, ubi Alexiæ obsidio describitur.

841 Tirocinium] Tirocinium primam militiam appellat. Nam tirocinii voce in omni re primam actionem intelligimus. D. Hieronymus rudimentum vocat.

842 Victoriam propriam] Seruius exponens illud Virgilianum — propria hæc si dona fuissent, proprium perpetuo interpretatur.

843 Cæsar iubet milites &c.] Locus est mendosus, quem ita recte constituas: Cæsar iubet milites, qui extra munitiones processerant pabulandi lignandine causa, aut etiam muniendi gratia vallum petierant &c. Porro vallum petere dixit, quomodo superiore Commentario aggerem comportare & conferri, valli & aggeris materiam intelligens.

844 Beneficio C. Marii] C. Marius, qui primus Romæ septies consul fuit, Iuliam Cæsaris amatam vxorem habuit. Vide Suetonium & Plutarchum in Cæsare, ac item Dionem libro quadragesimo tertio.

845 C. Messum] C. Messio ædile, facienteque ludos Florales, populus ut pro more nudarentur mimæ, præsentem Catone, flagitare erubuit. Autor Valerius lib. 2. ca. 5.

846 Vtica præerat] Vtica magnitudine & autoritate post Carthaginem secunda fuit, quæ excisa metropolis Africa facta est, & receptaculum Romanorum ad res in Libya gerendas. Hanc cum Pompeiani propter fauorem eius in Cæsarem diruere cuperent, idque potissimum suaderet Iuba rex, Cato in diuersa sententia fuit, ac seruandam censuit, quod cum obtinisset, etiam tutor illi & custos impositus est. Autores sunt Strabo lib. 17. & Liuius 113.

847 Ex oppido Tisdræ] Oppidum Tisdræ dixit

quomodo Virgilius *fontem Timaei*. Oppidi Tif-
driniani vt liberi meminit Plinius libro quinto, ca-
pitate quarto.

848 *Triticum modium millia cccc.* Legendum haud-
dubie *modium millia trecenta*, quomodo apud Ci-
ceronem *quadraginta millia modium*: Si *doceo*, in-
quit, *iudices eos qui quadraginta millia modium lu-
crificauerunt* &c. Inuenitur fateor & *modium* genere
neutro, prodente Plinio lib. 18. cap. 14. *Id præstant
in ingera modia vicena*: sed notandum utriusque vo-
ci vel adiectiuum nomen in eodem casu, vel sub-
stantiuum in genitiuo iungendū esse. Nam quod
Valla id genus orationis excusat per appositionem
Grammaticam, non omnibus doctis perinde pro-
batur.

849 *Locato*] Participium id expungendum pu-
to. Nam & vacat & cacophoniam affert.

XXXVII 850 *Propter mare*] *Propter mare* dixit, pro iuxta
mare, quemadmodum Virgilius: *Propter aqua ri-
uum viridi procumbit in herba*.

XXXIII 851 *Atq; in unumquemq;*] Particula *atq;* vel
abundat, cum repetatur; vel pro celeriter & statim
poni debet, vt in illo Virgilio *Georgicorum* pri-
mo:

Atq; illum præceps prono rapit aluenis amne.

XL 852 *Qui partem eius auctoritatem*] Loquitur de
Labieno, cuius auctoritatem secuti sunt Germani &
Galli. Proinde expuncto pronomine legendum
est: *Qui partem Labieni auctoritatem* &c. *secuti e-
rant*.

XLII 853 *Suumq; aciem mediam*] *Lego, Scipio suam
aciem mediam eo oppido tenuit*. Nam hæc de Scipio-
ne dici, sequentia palam docent. Fors locus est mu-
tilus, & nonnulla desunt.

XLIV 854 *Ad Egimurum*] *Egimurus* insula triginta
millia passuum. Carthagine distabat, auctoribus
Strabone, Plinio, & Ptolemaeo.

XLV 855 *Centurio legionis xlv*] Valerius Maximus
hoc factum inter præcipua constantiæ exempla
reulit, ac nomen Centurioni fuisse *Pontio* tradit
lib. 3. cap. 8.

856 *xxxvi annis*] Tot annis fuisse Cæsarem in
imperio, nulla docet historia. Proinde xvi legen-
dum puto. Prætura namque gesta, ex qua forti-
tus est Hispaniam vltiorem resque triumpho di-
gnas peregit, vsque ad hoc tempus, xvi anni colliguntur.

XLVII 857 *Vergiliarum signo confecto*] Sunt plerique
docti homines, qui Vergiliarum occasum Helia-
cum hic intelligendum putent, quorum equidem
sententiam non inuitus sequerer, nisi quæ pagi-
nis aliquot narrantur, in Februatio gesta esse con-
staret, quo tempore Vergilia seu Pleiades procul
à sole remotæ, occidere Heliaæ nondum possunt,
quas Ouidius auctor est in *Aprilii* primis oculis
nostris subduci *Fast.* 4. non multum dissentiente
Columella, qui *Calend.* Aprilis id fieri scribit.
Proinde occasus Acronychus Vergiliarum hoc lo-
co accipiendus est, sole sub piscibus decurrente,
post cuius occasum necesse est ante secundam no-

ctis vigiliam peractam Taurum quoque cum Ver-
giliis occidere, idque tempus noctis mense Febru-
ario significare vult auctor. Quidam publicatis in
Cæsarem annotationibus, vt doceat hoc loco quã-
obrem Vergilia apparere desinat, citat Plinium
de eorūdem ortu & occasu Cosmico, quo nihil ef-
se potest incitius ridiculumque magis.

858 *Mare superiorum Imperatorum*] Legendum
haud dubie, *mare superiorum temporum*. Intelligit
autem tempus belli Gallici.

859 *Se circumspiciendi*] *Circumspicere se* dixit,
pro, sibi consulere & prospicere de rebus necessa-
riis.

860 *Pellibus*] *Pelles* in re militari dicuntur ten-
toria, quod apud veteres ex pellibus conficeren-
tur.

861 *Pilorum cacumina*] De id genus prodigiis
vide libellum Iulii Obsequentis.

862 *Exercitus Scipionis* &c.] Deest huic oratio-
ni verbum: quod etiam Beroaldus cum animadu-
uertisset, adiecit verbum *liberaretur*, sic legens:
Exercitus Scipionis terrore Cæsaris liberaretur.

863 *Erat in castris Scipionis*] Legendum est, *in
castris Cæsaris*, quemadmodum ipsa sententia &
verba sequentia satis docent. Cæterum fuisse ma-
gnum terrorem & formidinem in castris Cæsaris,
ob expectationem aduentus Iubæ regis, cum-
que sublatum stratagemate Cæsaris, qui pro con-
uentione copiarum eius numerum prudens auxerit,
testis est Suetonius in Cæsaris vita.

864 *Facile fuit illatum*] Beroaldus legit, *cuius
facile fuit intellectu*, quem modum loquendi fami-
liarem esse doctis omnibus, sciunt quotquot lites-
ras didicerunt.

865 *Sibi progrediendi*] Legendum haud dubie
Cæsari vel *illi*. Nam ad præcedentem nominatiuū
aduersarij, quomodo debebat, pronomen *sibi* re-
ferri non potest.

866 *Prius necesse* &c.] Legendum haud dubie: *l
cum animaduertisset Cæsarem* &c. *prius necesse ha-
bere conuallum oliuetiq; transgredi*, quo modo lo-
quendi vitur & Cicero.

867 *Abusi*] Arbitror participium hoc vt su-
peruacaneum & redundans expungendum.

868 *Is hac ratione*] Legendum, *id*, quemadmo-
dum concinnitas sententiæ exigit.

869 *Qua res aliter aduersarius cecidit*] Oratio
est manca & mutila. sic igitur eam perficiendam
censensus: *Qua res aliter atq; existimauerunt aduer-
sarijs cecidit*.

870 *Cum Labieno capti*] Syllepsis est, vt & illud
Ouidianum:

Ilia cum Lauso de Numitore sati.

871 *Equites Curiani*] *Equites Curianos* vocat,
qui casu Curione in potestatem Iubæ regis, & A-
ctii Vari, prætoris Africa, venerunt.

872 *Quod in Italia* &c.] Seditionem intelli-
git, quæ ipso Alexandria & in Ponto agente exar-
sit: quod scelus est Cæsaris tunc, cum in Italiam red-
iit, visus est ignouisse, postea tamen per occasio-
nem in

nem in autores animaduertit, atque etiam totas
legiones dissoluit. Sed & quoscunque se absente
prædari solitos accepit, quo cæteri temperantius
agerent, ab exercitu semouit.

873 *Paruulam causulam*] Voce *causula* vitur
& Cicero: *Lysias*, inquit, *paruarum rerum causulas
scripsit*.

LVI 874 *Hyempsalis regis*] *Hyempsal*, & *Adherbal*
fratres cum Iugurtha patrue, notho, Micipsæ
patri, Masinissa filio, diuiso inter se regno succe-
dere, quemadmodum auctores sunt Sallustius & Li-
uius.

LVII 875 *Ad se referret*] Locus est perplexus &
mendosus. Quod si pronomen *se* in *Sasernam* com-
mutare liceret, iam omne sublatum fuerit incom-
modum. Apparet autem M. Aquinium & C. Sa-
sernam collocatos per internuncium.

876 *Quo nuncio*] Notatur seruitus Romanorū
sub rege Iuba.

877 *Sagulo purpureo*] Romanos Imperatores
olim in expedit onibus purpureo vel albo palu-
damento solitos vt, testatur Valerius Maximus li.
1. de prodigiis.

LVIII 878 *Supercilium*] *Supercilium* locum vocat e-
minentiore, quemadmodum *Liuius supercilium
montis*, & Virgilius:

Ecce supercilio, inquit, *clinosi tramitis undam
Elicat* &c.

IX 879 *Cæsaris autem acies*] *Acies Romana* quo-
modo constituta solita. fit, patet ex *Liuius* & *Vege-
tio*.

880 *Secundam aciem*] Lectio est nonnihil de-
prauata, ac videtur interposita coniunctione le-
gendum hoc modo: *Ipsam autem dextrum cornu
& secundam aciem fere in earum legionum & cohorti-
um parte collocauerat*.

881 *Mediam legionem*] *Lego, ad aciei sua media
legiones porrexerat*.

882 *Cornu triplex*] Deest, *esset* vel *videretur*.

LXI 883 *Iter officere*] *Officere* antiquorum more
cum accusariuo iunxit. Nam *Plautus Truculen-
to: iam hercle*, inquit, *ego te hic affatim offi-
ciam*.

LXII 884 *L. Cispium*] *Huius L. Cispij* meminit Ci-
cero epist. lib. 10. ad *Plancum*, vbi tamen perperam
pro *Lucius, Lanius* legitur.

885 *Aquilam*] *Aquilæ* in Pontis reperiun-
tur.

886 *Ex Corhone*] *Corhones*, sunt portus arte
& manu facti. *Seruius* etiam *corhonia* dicuntur.

LXIII 887 *Equo admissio*] *Equi admissi* dicuntur, cum
calcaribus stimulantur ad cursum laxato freno.
Sic *Liuius* inquit: *equum infestum immisit*. Et *O-
uidius* de Ponto:

Nil nocet admissio subdere calcar equo.

888 *Recuperata quinquere mi*] *Mirum* ni vtram-
que recuperarit, cum duas quinquere mi amis-
se, traditum sit. Proinde legere malim: *Vtraq; recu-
perata quinquere mi* &c. deinde *hostium custodibus
cxxx in iusum captis*.

889 *Onustam remigum*] Sic & *Plautus, aulam
onustam auri*, dixit.

890 *P. Vestrius*] *Dubito* num pro *P. Vestrio* le-
gendum sit *P. Vestorius*, vt fratrem eius intelligas
C. Vestorium, cuius sabinde meminit Cicero in e-
pistolis ad *Atticum*.

891 *Est in Africa* &c.] *Idem* solitos facere Ger-
manos, refert *Cornelius Tacitus*, de populis &
moribus Germanorum scribens.

892 *Postero die Iuba* &c.] *Quidam* valde inful-
se hanc Iubæ militarem animaduersionem, seu po-
tius crudelitatem, ad proelium apud *Ruspinam* fa-
ctum refert; cum id temporis Iubam adhuc in re-
gno suo fuisse, constet.

893 *Millia passuum vt*] Vel hic *millia passuum*
octo, vel infra *millia passuum xvi* legendum
est.

894 *Oppidum Zetta*] *Zettam*, vel *Zetā*, *Strabo*
videtur appellare *Zellam* libro *Geographiæ* deci-
moseptimo.

895 *Existunt*] *Existere* proprie emergere, ap-
parere & exoriri est. Cicero pro *M. Caelio*: *Existat
igitur pro hac familia aliquis, & potissimum Cæcus
ille* &c. *qui si extiterit, sic loquetur*. Et in de diui-
natione: *Anguis ab ara cecidit*.

896 *Sed vt lanista* &c.] *Lanista* dicti sunt, qui
laniandis præsent gladiatoribus, eorum videlicet
institutores & magistri, quibus hortantibus
in mutuam necem ruebant, paruo ad iugulatio-
nem conducti. *M. Antonius* *Ciceronem lanistam*
vocauit, quod Cæsarianos inter se tanquam gla-
diatores committere tentaret. Verba eius ex epi-
stola ad *Hirrium* & Cæsarem iuniorem hæc sunt:

*Quod spectaculum adhuc ipsa fortuna vitauit, vt
videret vnus corporis lanista Cicerone dimicantes.*
Quibus Antonii verbis Cicero in Senatu respon-
dens: *Ego*, inquit, *lanista equidem non inspiens. De-
teriores enim iugulare cupio, meliores vincere* &c.
Vide *Philippicam* decimamtertiam.

897 *Ab his insectatus*] *Insectatus* passiuè dixit,
quam verbi vsurpationem non facile apud quen-
quam alium reperies.

898 *Elephantos in Italiam*] *Elephantorum*
terrore *Pyrrhus* contra Romanos, cum ante id
tempus vsq; in Italia non essent, prospere pugna-
uit, auctoribus *Liuius* & *Plinio*.

899 *Pila præpilata*] *Liuius præpilata missilia*, &
Plinius præpilatas hastas vocant, quæ cuspides ha-
beant ferreas, quasi præferratæ, quomodo Græcis
δὲ γερα σιδῆρα appellantur.

900 *Contra Gallos*] *Quæ* hic dicuntur de Gal-
lis, eadem accipienda sunt de Germanis, quando
id temporis bonam partem Galliarum tenuere, &
plurimis cum Cæsare præliis congressi sunt.

901 *Vzita*] Legendum *Zeta*. *Zeta* namque
positus est Cæsar, non *Vzita*.

902 *Oppidum diripiendum*] *Vaccenses* similem
cladem pertulisse bello *Iugurthino*, docet *Sallu-
stius*.

903 *Pridie Non Aprilis*] Cæsar hoc consilio

Thapsum petit, quemadmodum indicat Dion, vt vel auxiliariis oppido Pompeianis prelio congregeretur, vel inspectantibus ipsis urbem caperet. Verba Dionis ex libro 4. sunt: οὐδ' ἔτι Κλεόπαιτρον οὐδ' ἔτι Πτολεμαῖον οὐδ' ἔτι Ἰουλίαν οὐδ' ἔτι Ἄντων οὐδ' ἔτι Ἄντων οὐδ' ἔτι Ἄντων...

904 Loca interiora capere] Nam Thapsus, vt testatur Dion, quodammodo in Chersoneso sita est, hinc mari & inde stagno, modico tantum Istimo intercedente, coniuncta.

905 Affrenate] Affrenates erant gentis Nonie. Accipianus autem hic L. Nonium affrenatam patrem, cuius filius & ipse L. Nonius Affrenas dicitur, consul sub Augusto & principis eius amicitia claris extitit.

906 Scipionis castris] Vox castris hic nullum vsum habet, imo totam sententiam perturbat. Quamobrem ea expuncta, & apriori voce commutata, sic orationem ordino: ἔγὼ περὶ τὴν Καίσαρος πενήτην, ἀνιμᾶδεναι τὴν ἀντιπάλῳ Σκιπίωνος ἰσχυρὰν, ἐπιφανῆντα δὲ τὸν Σκιπίωνα ἐν τῷ κόλῳ τοῦ ποταμοῦ...

907 Oppositis quinque legionibus] Lego: Oppositis in media acie quinque legionibus.

908 Eruptione pugnant] Eruptione pugnant vocat, cum non expectato ducis imperio, milites temere in hostem feruntur ac irruunt.

909 Tubicen &c.] Idem confirmat L. Florus, qui, quod nunquam alias accidisset, ante imperium ducis sua sponte signa cecinisse scribit.

910 Signo felicitatis dato] De signis militaribus, quae Graeci σιγῆματι καὶ σὺμβολα, Romani esseras vocant, legatur Flavius Vegetius libro tertio capite quinto.

911 Vnde praedio erant egressi] Nempe ad VIII millia passuum a Thapso distita.

912 Confugium] Fuga exercitus Scipionis etiam Iubam traxit, tradente idipsum Dione, his verbis: ἰδὼν δὲ τὸν Πτολεμαῖον, ἔτασεν ἑξ ἑταλάων, καὶ ἔδειξεν, ὅτι μὴτε ἐξ ἑταλάων, οὐδὲ ἐξ ἑταλάων, οὐδὲ ἐξ ἑταλάων, οὐδὲ ἐξ ἑταλάων...

913 Gladio proboscidem &c. cadere.] Idem fecit bello Tarentino quartae legionis Centurio C. Minutius, teste L. Floro lib. 1. & Vegetio libro tertio.

914 Umbilici] Umbilicum vocat maris curvaturam, & veluti gremium, oppidum ex bona parte circumdant. Sic & Plinius gemmarum umbilicos appellat, ex auro folliculos, illorum capita comprehendentes.

915 Ducem aliquem requirunt] Nam Scipio dux totius exercitus, ceteris Afranio permittis,

duodecim cataphractis navibus effugere mari contendit, quemadmodum autor est Appianus libro secundo.

916 Peccandi impunitatis] Lego, & spem impunitatis, propter maximas res gestas &c.

917 Trinis castris potitus] Plutarchus haec Scipionis, Afranii, & Iuba fuisse, tradit.

918 Occisus hostium decem millibus] Plutarchus in hac pugna quinque, hostium myriadas, id est, quinquaginta millia intercedita scribit. Ceterum hanc victoriam vi Idus Aprilis consecutus est, de qua Ovidius Fastorum quarto:

Hec ait illa dies Libycis qua Caesar in oris Persida magnamini contudit arma Iuba.

919 Ornamentis, capis] Expungo verbum capit. Nec enim verisimile est tum primum repente castra Caesare, cepisse in itinere elephantos, quos in pugna & in expugnatione castrorum procul dubio intercepti.

920 Id hoc consilio] Legendum, idq.

921 Suavis lenitatem & clementiam] Clementia Caesar nullam admirabilem virtutem habuit, etiam Cicero teste, cuius gratia patat D. Augustinus, Deo sic providente, clarissimum in orbe nomen obtinuit.

922 Paridam] Strabo lib. 17. Pharam vocat: Φαραν ἢ Σικωίαν ἢ Ἰναιεῖς, ἢ Ἰναιεῖς, id est, Pharam vero Scipionis equites incendierunt.

923 Beneficium legis Iulia] Caesarem publica beneficia quaedam Vticensibus contulisse, demonstratum est supra Commentario secundo, vbi explicantur res gestae Curionis.

924 Ante portam belli] Legendum, ante portam bellicam. Nam Vticam portam hoc nomine fuisse, testatur Commentarius secundus.

925 Cidivisti] Accipio centum sestertios cuique donatos, id est, duos coronatos, & d. midium viuis: quod si cui minucius videbitur, & denarios datos velit, decem erunt coronati Francici.

926 In regnum ire contendit] Beroaldus legit: in regnum Iuba &c.

927 Vnecum trecentis] Cato trecentos ciues Romanos Vticae negotiantes in consilium delegat, & natumque vocabat, nec erat quicquam maioris negotii, quod non ad illos, vt pote belli socios, referret, teste Plutarcho.

928 Atque animo praesenti se interemit] Cato excessit e vita anno aetatis XLIX. Mortem eius certatim collaudant scriptores ethnici. At D. Augustinus imbecillioris quam fortioris animi facinus esse, quod seipsum interemerit, affirmat, longeq; illi M. Regulum praefert li. de Civitate Dei primo ca. 23. & 24. Ceterum Caesar vt est apud Valerium li. 5. c. 1. comperta eius morte, invidere se dixit eius gloria, quoniam & ille se invidisset, liberisq; patrimonium incolame servavit.

929 Sepultura afficiunt] Cato sepultus est ab Vticensibus in litore maris, vbi postmodum erecta statua est eiusdem manu tenens, autore Plutarcho.

930 Ligurio] Filius Q. Confidii appellatur Q. Ligurius propter adoptionem, quemadmodum Cato filius ob eandem causam M. Aquinius vocatur.

931 Luncio Regulo] Legendum arbitror, Luncio Regulo. Nam & Cicero Luncio Reguli vt familiaris sui meminit epist. lib. 13.

932 Ceteio] Malim legere duabus dictionibus C. Eteio. Nam & P. Etey vt viri boni mentionem facit Cicero lib. 1. de diuinatione, & T. Etey meminere Valerius ac Plinius, etsi apud vtrumque perperam Eteius legitur.

933 P. Atrio] Hic Atrius diuersus est a superiore, quem captum Zeta legimus.

934 Bis mille sestertium] Bis mille sestertium sunt aurei quinquaginta, monetæ Francicæ, quam pecuniam ridiculum sit trecentis imperatam. Sed nec bis mille sestertia, quæ faciunt aureorum quinquaginta millia, digna trecentis pro salute & rerum incolunitate multa fuerit. Legendum igitur, bis millies sestertium, quæ summa ad quinquagies centena millia coronatorum assurgit, grandis sane & inmensa pecunia, quam tamen si pro rata parte diuidas, neminem ad censum Senatorium multatum comperies, etsi meruerant, qui suppeditata Caesaris hostibus pecunia, Senatores dici & haberi sustinebant, censu Senatorio; id est, vicenis aureorum millibus multati.

935 Aspernari] Aspernari passivè dixit, quemadmodum ante insectatus.

936 Conatus esset] Legendum, cum iam conuatus esset, eaque lectio confirmatur ex L. Floro.

937 Imbecilliorum Iuba &c.] Diuersum tradit Lilius & Florus, nempe Iubam a Petreio interemtum, qui postea suffecerit & sibi.

938 Imperavit] Rectius leges, flagitavit, seu contendit: sequitur enim, idq; obtinuit.

939 Faustus & Afranius interficiuntur] Sic & Appianus: Florus tamen quod miror, diuersum tradit, nempe occisos a Caesare, vt posteris caueretur.

940 Cum Damaspippo] L. Licinium Damasippum accipit. Alius ab hoc est, cuius meminerunt Cicero in epistolis, & Horatius in Sermonibus: Insanit veteres statuas Damasippus emendo,

941 Et Torquato] Hic est L. Manlius Torquatus, quem praefectum Orico in potestatem Caesaris venisse & conseruatum, legimus supra libro tertio. Hunc perisse in bello civili, testatur & Cicero in Brutò.

942 Pictorio Rustiano] Rustiorum, vnde Rustianum in alias familias asciti nominantur, fit passim mentio in veterum monumentis.

943 Hipponem regium] Hippones duo sunt, quorum alter Plinio & Ptolemaeo Ἰππώνοι, alter regium appellatur. Huius praesul & Episcopus fuit D. Augustinus.

944 Ibi Scipio interit] Tradunt Scipionem, vbi nauim suam captam sensit, gladium in viscera adegisse, deinde requirentibus vbi esset Imperator,

respondisse: Imperator bene se habet. Autores sunt Lilius & Florus.

945 Irrogatis] Videtur irrogatis vsurpasse, pro abrogatis.

946 Sallustio P. R. procorisile] Idem memorat & Dion, qui auare & rapaciter Sallustium provinciam habuisse scribit.

947 HS. viginti millia] Sestertium viginti millia tantum sunt quingenti coronati. Proinde malim legere, sestertium vicies, quæ summa est millium coronatorum. Verisimilis certe, & ciuitati mediocri praestabilis.

948 HS. triginta millia] Sestertium triginta millia, seu triginta sestertia, sunt septingenti & quinquaginta coronati. Apparet scriptum: sestertium tricies, quod facit aureorum septuaginta quinq; millia, quam lectionem indocti non satis assequentes mutarunt in triginta millia.

949 Conuentui eorum HS. quinquaginta millia] Sestertium quinquaginta millia, sunt mille ducenti & quinquaginta aurei coronati. At sestertium quinquagies, quomodo hic legendum cenleo, summam centum & viginti quinque millium in auro conficit.

950 Centenis millibus ponderis] Lego pondo. Pertinet autem huc illud Plutarchi, Africana victoria Caesarem tantum agri in ditionem subegisse, vt annuo prouentu percepturus esset fiscus tritici quidem ducenta millia modiorum Atticorum, olei vero pondo tricies centena millia.

951 Caralis in Sardiniam] Sic & Lilius & Strabo & Florus hoc oppidum vocant. Proinde apud Melam & Plinium mendose legi Calarim cenleo.

952 Nasidium] L. Nasidij supra mentio facta est Commentario secundo, vbi agitur de reb. Massiliensium, & hoc Commentario quinto.

953 HS. centum millibus] Sestertium centum millia, seu centum sestertia, sunt coronatorum duo millia & quingenti. Suspicor legendum, sestertium centies, quod assumatur coronatorum ducentis quinquaginta millibus. Porro Caralis & Salschi praestantiores vrbes sunt Sardiniae, autore Strabone lib. 5.

APPENDIX RERVM GESTARVM CAESARIS IN Italia vsq; ad bellum Hispaniense.

954 Caesari ex Africa reuerso singulares honores habitifunt. Inprimis decreta est supplicatio xl. dierum, deinde quatuor triumphus, Dictatura in decennium, & Praefectura morum in triennium. Ipse triumphis actis, Gallico videlicet, Alexandrino, Pontico, & Africano, magna militi praemia,

magna populo congiaria donavit, ludos fecit, epulum dedit, gladiatores & naumachiam in honorem filie Iulia edidit, ad eam Veneri genitrici dicavit, forum sui nominis extruxit. Adhuc Senatui & equestri ordini iudicia communicavit, annum constituit, Senatuum supplevit, patricios allegit. Hæc ex Paterculo, Suetonio, Plutarcho, & Dione.

IN LIBRVM SEXTVM DE BELLO Hispaniensi Annotationes IOANNIS GLANDORPII MONAST.

Vnde natum sit bellum Hispaniense.

955

BELLVM Hispaniense ex ea seditione, quam Cassii concitavit avaritia & rapacitas, enatum est. Metuentes enim civitates, ne rerum per tumultum gestarum, victore Casare, poenas darent, clam datis ad Scipionem literis, partibus illius se adiunxerunt, quibus ille cum alios quosdam ex suis, tum maxime Cn. Pompeium filium misit, ut eo duce rem gereret. Verum morante longius circa Baleares insulas Pompeio, cum interea victus esset Scipio, famam ferret, venire cum classe Didium a Casare missum, communicato consilio, qui male consci erant T. Scapulam & Q. Aponium, ambos equestri ordinis, duces legerunt, a quibus ilico pro consul C. Trebonius eiectus, & tota ulterior Hispania ad defectionem impulsæ est. Nec multo post superueniens Pompeius, cum & rebus gestis, & patris nominis gratia commendaretur, ab omnibus Imperator constituitur. Accurrunt etiam ex Africa profugi cum classe Sextus frater & Labienus & Atilius Varus, quorum copiis auctus, cum etiam aliunde multi, quomodo sit, ad novum bellum confluerent, & vastare provinciam, & palam adversus legatos Casaris bellum administrare cepit. Hæc ex Dionis lib. 43.

ARGVMENTVM.

Pompeij renouat soboles animosa duellum, Qua lauat Hesperios Betis amœnus agros. Concurrunt acies celsæ prope mania Munda, Nulla perinde anceps duræq; pugna fuit. Casaris obiit demum tamen omnia virtus, Mundaq; funestam sanguine vidit humum. Mox etiam alterius iuuenis caput ense recisum Oceis, sed terris non diuturnis, dedit.



956 Harnace superato] Nihil commerci fuit Pharnaci cum bellis civilibus, nisi quod illorum occasione paterno regno recuperando studuit. Proinde videant docti, quomodo hunc locum legendum iudicent. Mihi non displicuerit

pro Pharnace, Scipione legere, eo quod Scipio dux partium in Africa fuerit, quo post aliquot leuiores preclia pugna demum Thapsitana deuictio, quicunque euadere potuerunt, agminatim ad Cn. Pompeium in Hispaniam confugerunt.

957 Cum Cn. Pompeio] Ex veritate historiae ita locus legendus erat: Scipione superato, Africa recepta, qui ex his proclis cum adolescente Sex. Pompeio profugerunt, cum & ulterioris Hispania Cneus frater potitus esset &c. quo facilius praesidia sibi compararet. Cneus, in fidem vniuersi iussit, &c.

958 Muneribus dandis] Quæ spectacula Casar populo dedit post victoriam, meminimus in fine Commentarii præcedentis.

959 Provinciam vastare cepit] Idem his verbis astruit Dion: τὸ πρὸς τὸν διασωθέντα, καὶ πόλεις τὰς ἐν τῷ ἐκπύσει, τὰς δὲ ἀκρόασις ἀποστειλέτω.

960 Inferrebatur causa] Inferre causam Græci vocant ἐπιφέρειν τὸ ἀγρία.

961 Latronum largitio] Latrones apud antiquos conducti milites dicebantur.

962 Maiores augebantur] Legendum magis augebantur copia, vel maiores reddebantur.

963 Casar Dictator tertio] Apud Plutarchum est: ὁ πάτος δὲ τὸν εἰς θεῖς τὸ τρίτον, id est, Consul designatus quartum. Sed facile conuenit, cum Casar vtrunque foret, & consul videlicet & Dictator.

964 Celeri festinatione] Traditum est à scriptoribus, Casarem à Roma Obulconem vicesimo scriptimo die peruenisse in castra, quæ eo tempore fuere ibidem. Vide Strabonem tertio, Appianum secundo, Eutropium sexto.

965 Per idem tempus] Legendum arbitramur: III Per idem tempus Sex. Pompeius frater cum praesidio Cordubam tenebat &c.

966 Vllam] Huius oppidi & superiore Commentario facta mentio est. Dioni οὐδὲν vocatur.

967 Clam praesidio] Beroaldus legit: clam praeser praesidia.

968 Prouincia notum] Notum prouincia dixit, pro gnarum & peritum.

969 L. Iunium Patiecum] Huius L. Iunij Patieci meminit Cicero li. 12. ad Atticum epistola prima, & familiarium, quomodo nunc vocant, lib. 6. ad Leptam; et si ibi corrupte Patiatius nominetur.

970 Dispositis ibi &c.] Lego, Dispositis qui remanerent.

971 Cordubam] Corduba duorum Senecarum & Lu-

& Lucani patria, Betica seu vterioris Hispaniae metropolis, ad Betim amnem sita est.

972 Tripartito traduxit] Sic & Liuius belli Punici lib. 1. Tripartito urbem aggreditur, id est, tribus partibus. Et: Tripartito Iberum copias traiecit.

973 Tenebant aduersus &c.] Locus est non nihil deprauatus, hoc sensu: fuisse constitutas trabes aduersus oppidum è regione pontis bipartito, quæ essent munimentò ponti.

974 Cominus] Si legas pro cominus, commissa, nihil fuerit incommodi.

975 De bello decernere] Decernere de toto bello, est depugnare pro summa rei.

976 Quos ideo à via retraxerat] Locus hic per aliquot versus concisus & mutilus est. Nec enim quomodo à Corduba discesserit Casar, aut quomodo Atequam venerit, quæ ratione Pompeii praesidium illuc introductum sit, narratur. Profecto quod ad praesidium attinet, non nihil huic loco lucis affert Iulius Frontinus Stratagematum lib. 3. cap. 14. cuius verba sic habent: Bello civili cum Atequa urbs in Hispania Pompeianarum partium obsideretur, Maurus interrex, tanquam Casarianus Tribuni cornicularius, vigiles quosdam excitauit, è quibus aliquos euigans, constantia fallacia sua per medias Casaris copias praesidium Pompeii traduxit.

977 Ea die per viarum &c.] In plerisque libris hæc inuenitur lectio: Ea die nactus facultatem per viarum angustias.

978 Partim sub equitatu] Lego, partim suo equitatu; & addo sententiæ perficiendæ causâ: liberio rem partulationem facturum.

979 Circumcludunt] Addendum illum, exigente sic sententiâ, ut Pompeium accipias.

980 Dua fuerunt vernacula] Superioribus Commentariis, secundo & quarto, duarum legionum mentio fit, vernacula videlicet & secunda, quæ sub Varrone, Pompeii patris legato, militantes, Casaris partibus tum accesserunt. Vtrunq; hanc hoc loco vernaculam vocat.

981 Rudere] Derudere dictum supra lib. 4.

982 Distinentur ut ciuitates] Legendum, distinentur ciuitates Hispania, ut non facile &c.

983 Grumus] Grumus dicitur cliuus. Eius diminutio vitur Plinius in naturali historia.

984 Animaduertebat loci difficultatem] Legendum, ob loci difficultatem.

985 Ad subsidium committendum] Legendum, ad subsidium submittendum se committeret.

986 Ut laborantibus succurreret] Lego hic, ut laborantibus succurreret nostris cum appropinquassent, vel, Nostris ut laborantibus succurrerent.

987 Saguntinorum] Saguntus, oppidum est Hispania citerioris, constantia & fide erga populum Romanum cum primis celebre.

988 Suo loco perterritus] Locus est plane deprauatus. Ut autem sensum aliquem commodum eliciamus, lego: Quo loco perterritus Pompeius, quod equites, &c.

989 Babilio] Legendum, Fabio. XII

990 Et a Trebonio transfugerant] Legendum ut qui a Trebonio aufugissent.

991 Præcis manibus] Eius supplicii exemplum commemoratum est supra, belli Gallici Commentario octauo.

992 Simulq; leui armatura] Legendum, leuis armatura. XIV

993 Recepti essent] Fors erit, excepti essent. XV

994 Nec opinantibus venissent] Arbitror interponendum, auxilio, ut legas, auxilio venissent.

995 Hospites &c. iugularunt] Ius hospitii maioribus & antiquis sacrum religiosumq; habitum est, cui & Iouem præfesse crediderunt, hospitalem appellatum. Certe Busris & Diomedes ob id infames euaserunt, quod susceptos hospites iugularunt, quos etiam Hercules ob eam causam intermisit traditur. Cæterum quemadmodum illi crudeliter fuere hi milites, sic aliquanto crudeliores fuere hi milites, qui ciues & oppidanos, à quibus accepti fuere hospitio, iugularunt.

996 Post hominum memoriam] Modus est loquendi Ciceroni familiaris, post hominum memoriam, & post homines natos.

997 Calcatas] Apparet vocem esse deprauatam, ac quidem in plerisque exemplaribus ascriptum est ad marginem crates, quod vocabulum, utpote rei militaris, huic loco recte quadrat.

998 Harpagones] Harpagones, manus ferreas à plerisque dici, scribit Q. Curtius.

999 Nocte tota ultra ibat] Legendum haud dubie, nocte ibat tota trans, vel ultra flumen &c.

1000 Cuniculo] Cuniculus, meatus subterraneus, per quem obfessi fugere aut emittere quempiam possunt.

1001 Catone Lusitano] Forte legendum, cum XVII

C. Antonio Lusitano. Illius enim paulo post, ut comitis Tullii, meminit.

1002 Et propter patria &c.] Et, abundat.

1003 Dedimus hostium numero] Particula præcedens, ut, requirit verbum coniunctiu modi dedimus. Sed non est vsitata phrasî, dedi hostium numero, quemadmodum haberi hostium numero. Legendum itaque, habeamur in hostium numero.

1004 Reuersus est ad portam] Quid si legas? XVIII Quidam reuersus ad portam, hominem apprehendit.

1005 Suo signo] Deest præpositio ex.

1006 Licere castris] Deest præpositio in.

1007 In Casaris castris fugisset] Legendum, in Casaris castra fugerat.

1008 Vitium facit] Elegans loquendi modus XIX est, quo & Cicero in Topicis vitur. Est autem vitium facere, rumpi, frangi, corrucere, ruinamque minari.

1009 Futurum me in te esse] Suspicio, futurum esse, partem fuisse glossæmatis, & à librario in contextum relatum. Certe vacare nemo non videt, qui paulo sit humanior.

1010 Sed circum ea loca] Legendum, & circum XX cum &c.

1011 *Cæsar mouit*] Deest quippiam, puta *similiter*, vel *itidem*.

1012 *Præterito tempore*] Haud dubie legendū, quemadmodum supra, *hoc præterea tempore*. Est enim facilis deprauatio, *præterea*, pro *præterito*, præsertim si sit librarius indoctus.

1013 *Ceruices abscissæ*] *Ceruices* dixit plurali numero veterum more. Nam *ceruicem* in singulari numero primus vsurpauit Q. Hortensius Orator.

XXI 1014 *Postero die equites*] Deest numerus, aut certe nomen aliquod, vt, *complures, nonnulli, vel aliquot*.

1015 *Pompeius percussit securi*] Crudelem & sanguinarium fuisse Pompeium, indicat & Cæsius apud Ciceronem Epistolarum lib. 15.

XXII 1016 *Bursaonenses*] Legendum *Vrsonenses*. *Vrsonem* namque commemorat Strabo inter eas ciuitates, in quibus Pompeii liberi debellati sunt, nisi malis legere *Bursaonenses*: sed hos collocat Plinius in Hispania Tarraconensi.

1017 *Qui fuissent*] Legendum, *erat*.

1018 *Et speculatores*] Oratio caret nominatiuo. Proinde non inuitus legerim: *Vrsonenses vero speculatores miserunt* &c.

1019 *Qui cum certum*] Legendum arbitror: *Qui cum certo comperissent, iuxta legatorum responsa omnia ita esse gesta* &c.

1020 *Illius opera se perisse*] Deest *vociferantes, vel simile participium*.

1021 *Ita vix*] Lego, *ille vix* &c.

1022 *Bona vendere*] Forte legendum, *Nunciauerunt oppidanorum bona vendi, edictumque ne cui &c. nisi discincto*. Quod vero de *discinctis* addit, id eo crediderim pertinere, quod milites olim & gladiis accingi, & in zonis pecuniam gestare, mos esset.

1023 *Iccirco quod*] Abundat particula *quod*.

1024 *Beturiam*] *Beturia*, regio est intra Betim & Anam fluuios Straboni & Plinio.

1025 *Vt si quis*] Lego, *et si quis* &c.

1026 *Non amplius sexdecim*] Non est dubium, quin in bellis ciuilibus plus numeratum sit militi, quam in aliis expeditionibus, aut pacis tempore, cum iuxta leges & præscripta maiorum teneretur exercitus. Certe sub Tiberio, composita Repub. non nisi *decem asses* in diebus solitos accipere milites, tradit grauius autor Cornelius Tacitus. Apparet autem Pompeium per ambitionem, & quia partibus suis sic conducebat, duplum, id est, *vicecos asses*, numerasse. Porro leui armaturæ & transfugis, quod ii pro iustis militibus non haberentur, nec in legione militarent, tantum dedisse *asses sexdecim*.

XXIII 1027 *Detinentibus*] Legendum, *desinentibus*, vt intelligas in opere perstitisse.

1028 *Hic tamen*] Lego, *Hic tum* &c.

1029 *Cum a nostris*] Sensus exigit vt legas *nostris*, & a voce *Centurionum* nouum colon inchoes.

1030 *Ita cum is*] Aut desunt quædam, aut legendum, *alter cum his compar* &c.

1031 *Clodius Aquilius*] Lego, *Clodius Equitius*, vt sit ab equis dictus.

1032 *Inter quas*] Lego, *inter utrosq;*.

1033 *Ab Soricaria*] Lego, *ad Soricariam*.

1034 *Deiectis planicie*] Lego, *deiecti in planiciem*.

1035 *Quibus mons*] Lego, *hostibus mons*.

1036 *Ita pridie*] Lego, *ita pridiana* &c.

1037 *Litata*] *Litata* passiuè dixit, p vindicata; alioq; *litare* est sacrificare, & sacrificio Deos placare.

1038 *Et planicie*] Lego, *et in planicie*.

1039 *Cogitare cepit*] Lego, *clamitare cepit*.

1040 *Hic ut fertur*] Lego; interposita præpositione, *Hic ut fertur de Achillis et Memnonis congressu*. Porro *Memmona* quidam præclarum ducem, Tithoni filium, alii Æthiopia regem fuisse volūt. Laborantibus hic bello Troianis auxilio venit, cumque magnam Græcorum cædem fecisset, cum Achille congressus, occubuit. Diodorus Siculus per insidias a Thestalis occisum tradit. Regiam eius in Æthiopia, sepulcrum apud Ilion extare, tradit Plinius lib. 10.

1041 *Quoniam ferocitas*] Lego, *quoniam autem ferocitas* &c.

1042 *Finem bellandi duorum dirimere pugna*] Locus hic per complures versus valde corruptus mendosusque est. Conuenientius erat, pro *dirimere, allatura* legere.

1043 *Expertorum virorum*] Sensus aliquis tolerabilis fuerit, si legas, *ita auidi cupidis, suarum quisq; partium erant, et anceps infensorum fautorumq; voluntas habebatur*.

1044 *Quorum virtute*] Lego, *cum virtute alacri ad dimicandum*.

1045 *Quorum pugna*] Magna est huius loci mutilatio. Deest enim ipsa monomachia, seu singulare certamen horum equitum, quos nominauit, deinde congressionis fortuna & exitus; postremo, qua ratione ab ipsis è medio discessum sit.

1046 *Cassiana*] Videtur hoc nomen inditum à *Cassio* præfecto.

1047 *Millia XIIII*] *Treddecim millia* vt intelligas *nummum* vel *sestertium*, sunt trecenti viginti quinque coronati. *Decem vero millia*, sunt ducenti quinquaginta coronati.

1048 *Hastenses*] *Hasta*, oppidi Hispaniæ, meminerunt Strabo, Plinius, & Ptolemæus.

1049 *Argento prope lectis*] Lego, *argento prope lectis equis* &c.

1050 *Saonem*] Lego, *Vrsonem*.

1051 *Cohortes animo habeo*] Addenda præpositio *in*.

1052 *Serui transfugerunt*] Male prædicatur, quod iam factum est & præteritum. Proinde totum locum sic legere malim: *Serui, qui transfugerunt, nunciauerunt ad III Nonarum Martii prælio multos transfugisse, ad Soritiam quod factum est*. Cæterum *Soritiam* est, quam supra *Soricariam* vocauit.

1053 Luna.

1053 *Luna hora circiter sexta*] Significat habitum prodigii loco, lunam meridiano tempore cõspectam; liquidem locus est integer: alioqui legi poterat, *Luna noctis hora circiter sexta visa est obscurari*. Cæterum hoc aut illo modo legas, prodigium fuisse sentiendum est; & vnum ex iis, cuiusmodi pleraque commemorat Dion, quibus imminens calamitas Pompeio prænunciata est.

1054 *Ita castris moti*] Hæc de Pompeio dici nõ est dubium, sed magna est orationis & personarum confusio. Rectius sic legatur: *Castris motis, Pompeius præsidio quod reliquit vobis inquit ut incenderet* &c.

1055 *In Carrucam*] Opinamur legendum, *in Caurasiam*. *Caurasia* namque populi Hispanensis conuentus memoratur Plinio lib. 3. Apud Ptolemæum inuenio *Cariassum* oppidum inter Cordubam & Hispalim, vbi fortassis legendū *Caurasiu*.

1056 *Contra Pompeii castra*] Lego, *contra Pompeium* &c.

1057 *Fuste percussus*] *Fuste percussus*, genus est supplicii.

XXV III 1058 *Vrsonensium ciuitati fuissent*] Lego, *Vrsonensium ciuitati qui erant*.

1059 *Tumulis contineri*] Lego, *tumulis continentur*.

XXX 1060 *Hominum auribus*] Lego, *omnium auribus*.

1061 *Magno tamen periculo*] Non conuenit huic loco aduerfatiua particula, *tamen*. Proinde legendum: *Vt magno in periculo* &c. liquidem de Pompeianis locus intelligendus est.

XXX I 1062 *Pugna*] Legendum forte, *Ex utroq; genere pugnantissim*. In quibusdam codicibus vox *pugna* desideratur.

1063 *Tamen propter virtutem*] Vel *tamen*, aduerfatiua particula, abundat; vel pro *eorum*, legendum est *sua*.

1064 *Legio aduersariorum traduci coapta*] Supra dixit, Cæsarianos victoriæ prope diffisos, & res profecto sic habebat. Veterani namq; XIV annis vincere facti, retrocedere cœperunt. Etsi autem nondum fugerent, apparebat tamen pudore magis quã virtute resistere. Hic Cæsar ablegato equo, cassideq; proiecta, vt ab omnib. noscitur, procurrat in primam aciem, ac compellatis militibus, viderent quid facerent. se non nisi victorẽ in castra reuersurum, tanto impetu in hostes irruit, vt per decem pedes eos loco propelleret. Ita animis suorum erectis, & acie restituta, cum Labienus nõ nullas cohortes suis alibi labrantibus subsidio mitteret; Cæsar, vt erat vir callidissimus, fugere hostes exclamauit. Ea voce milites exhilarati, fortius incubuerunt. Pompeiani dum suos fugere credunt, neciam amplius aduersariorum vim sustinent, in fugam conuertuntur. Ita parva victoria est. Cæsar post pugnam ad suos conuersus, alias pro victoria se, tum primum pro vita & salute dimicasse dixit. Hæc ab autore nostro, qui quis fuit, prætermissa, cum magno consensu à C. Velleio Paterculo, Flozo, Frontino, Plutarcho, & Appiano tradantur,

neutiquam transeunda duximus.

1065 *Ad dextrum*] Rectius legas, *a dextro*.

1066 *Cæsaris sinistrum cornu*] Miscet & cõfundit omnia. Nec enim equitatus Cæsaris sinistrum hostium cornu premere potuit, cum ipse in sinistro cornu collocatus, contra hostium dextrum, cornu pugnaret. Lego itaq; *Equitatus Cæsaris qui sinistrum cornu tenebat*.

1067 *At ii eximia*] Lego, *atq; ita eximia* &c.

1068 *Ipsis liberalibus*] *Liberalia* celebrabantur Romanis decimo Calendis Aprilis, teste Ouidio Fast. 3. Plutarchus scribit, eodem die proelium apud Mundam gestum, quo Pompeius ante quadriennium ab vrbis fugerat.

1069 *Ex hostium armis*] Lego, *et collectis hostium armis*.

1070 *Insuper occisi*] Lego, *in super occisis, et gladii et mucrones infixi, et capita omnium ordinatim ad oppidum conuersa, vt vniversa timorem hostium auerent, cum virtutis insignia* &c. Cæterum Mundam humanis cadaueribus circumualatam, tradunt itidem Valerius Maximus libro 7. capite de necessitate, & L. Florus lib. 4. & Appianus secundo.

1071 *Sunt complexi*] In plerisque exemplaribus hæc verba desunt.

1072 *Contendit Cartheiam*] *Cartheia* est in ora Oceani sita, vbi primum è faucibus angustis panditur mare. T. Liuius lib. 28.

1073 *Millia passuum CLXX*] Hæc faciunt miliaria Germanica circiter triginta.

1074 *Circumdata*] Deest vox *Munda*.

1075 *Scapula*] *Quintii Scapula*, vt totius belli concitatoris, meminerunt M. Cicero epistolarum lib. 9. ad Dolabellam, & Dion Græcus autor lib. 43.

1076 *Totius seditionis familia*] Lego voce adiecta, *totius seditionis autor*.

1077 *In presentia familia*] Lego, *in presentia quod erat* &c.

1078 *De tempore cananit*] *De tempore* dixit, pro, *in tempore*; quod an liceat, ignoro.

1079 *Hic legiones que*] Lego, *hic legiones partim ex perfugis conscriptæ, partim ex oppidanorum seruis* &c.

1080 *Occuparunt*] Deest, *oppidani*.

1081 *Ita cum oppidum*] In quibusdam codicibus hæc lectio reperitur: *Itaq; cum ad oppidum sese tuendum ire dixisset* &c.

1082 *Erat bene magnum*] Lego, *Erat intus bene magnum præsidium Pompeianorum admissum*.

1083 *Clam citadati Philoni*] Arbitror legi debere: *Clam ergo quendam Philonem, illum qui Pompeianarum partium foret defensor accerrimus, emisit*. Eiusmodi namq; verbum videtur deesse. Cæterum in epist. ad Atticū lib. 16. mentio fit *Philonis*, liberti Sex. Pompeii, verum haud dubie ab hoc diuersi.

1084 *Lusitaniam*] Deest præpositio *in*.

1085 *Nomine barbarum*] Fors erit, *hominem barbarum*.

- 1086 *Lenium*] *Lenius* fluuius est Lusitaniae Straboni lib. 3.
- XXXVI 1087 *Hispalim oppugnare*] Legendū, *propugnare*.
1088 *Mundenses duces*] Vox, *duces*, videtur vacare, nisi malis legere, *Mundensium duces*.
- XXXVII 1089 *Cæsar in itinere*] Deest aliquid orationi. Proinde legendum arbitror: *Cæsar Carreiam petens, in itinere* &c. Deinde, *Carteiusi pars erat* &c.
1090 *Que Pompeianarū partium*] Lego, *qui*, &c.
1091 *Partes occupant*] Lego, *partes occupant*.
1092 *Gadis classi præfuisse*] Lego, *Gadibus classi præfuerat, simulq; atque nunciis* &c.
1093 *Item quarto*] Lego, *itaq; quarto*.
1094 *Insequuntur*] Lego, *eos consequitur*.
1095 *Qui imparati*] Lego, *at Pompeiani, qui imparati*.
XXXIII 1096 *Equites & cohortes*] Horum præfectus fuit Cæcilius Lento, vt tradit Dion.
1097 *Ita lectica*] Lego, *Itaque lectica à turri, in quam erat allatus, ferebatur*.
1098 *Lusitanus more militari*] Lego, *Lusitanus autem militari more procedens*.
1099 *Accessus loci difficultis*] Lego, *accessus loci difficultis*.
1100 *Quem vix*] Lego, *in quem vix* &c. *descendere possent*.
1101 *Et confestim tardabant*] Lego, *et vulneribus confectos tardabant*.
1102 *Celeri festinatione*] Lego, *pari celeritate & festinatione*.
1103 *Cum animaduersum*] Lego, *id animaduersum*.
XXXIX 1104 *Exclusa munitione*] Lego, *exclusis munitione*.
1105 *Ad conuallem autem*] Redundat particula, *autem*.
1106 *Ita ibi conficitur*] De fuga & cæde Cn. Pompeii eadem tradit Strabo Geographiæ lib. 3.
XL 1107 *Eiiciebatur*] Lego, *eliciebatur*.
1108 *Qui subsidium repeterent*] Locus est mutilus, quod indicat aduerbium *tripartito*, cum tantum duas Lusitanorum partes seu manus nominari. Opinor autem legendum, *incensidq; qui subsidium allatum repellerent*.
1109 *Anullo conspectu*] Lego, *à nullo conspectu omnino*.
1110 *Nonnulli ea pugna*] Lego, *nonnulli ex ea pugna*.
XLI 1111 *Ipse ad presidium*] Deest nomen *Munda*, quemadmodum liquet ex sequentibus.
1112 *Operibus assiduus*] Locus est adeo deprauatus & mutilus, vt illi succurri non possit.
1113 *Hoc accideret*] Lego, *Huc accedebat*.
1114 *Diducebantur nostri*] Lego, *adducebantur nostri, vt à Munda, quod oppidum proxime* &c.
XLII 1115 *Concione aduocata*] Expostulatio est. Commemorat enim beneficia sua, & quidem longitemporis, erga totam prouinciam, pro quibus non modo nullam repositam sibi gratiam, sed contra maximis quoq; se pariter ac populum Romanum iniuriis affectum docet.

- 1116 *Initio Quæsture*] Cæsar Quæstor fuit sub L. Ælio Tuberone Prætoris, cuius filium ipse Prætor Quæstorem habuit.
- 1117 *Prætura*] Cæsar Præturam gessit anno V. C. DCXCI proximo post consulatum Ciceronis.
- 1118 *Metellus imposuisset*] *Metellum Pium* intelligit, qui cum Pompeio aduersus Q. Sertorium in Hispania pugnavit.
- 1119 *Multis legibus*] Lego, *multis legationibus* (prouincialium)
- 1120 *Consulatu*] Cæsar consulatum gessit anno vrbis DCXCV.
- 1121 *Vos iure gentium*] Facit orationem rectam ex obliqua.
- 1122 *Populo Rom. magna transiero*] Legendum, quomodo in plerisque libris reperitur, a Beroaldo castigatis: *Populi Romani magistratibus sacrosanctus vim* &c. *attulistis*.
- 1123 *Semel & sapius*] Legendū, *nō semel, sed sapius*.
- 1124 *Luce clara captum*] Incertum quem dicat, idq; ex defectu orationis.
- 1125 *Desine*] Lego, *desierint*.
- 1126 *Populauit*] *Agros populauit*, dixit, *pro populatus est*, quemadmodum Virgilius: *populatusque ingentem farris acerum*.
- 1127 *Quarum laudibus & virtute*] Multa hic desunt, non orationi Cæsaris tantum, sed integra rerum hoc toto bello gestarum narrationi. Nam cum Cæsar pridie Id. Aprilis Hispalim ingressus tradatur, pridie Calend. Maias indidem literas consolatorias ad Ciceronem, super obitu filiar, dedit, vt restatur ipse Cicero in epistolis ad Atticum libi 13. Deinde dum reliquas vrbes subigit, dum totam prouinciam pacat, menses aliquot transierunt. Octobri namq; denum in urbem rediisse Cæsarem, autor est Velleius Paterculius. Interea multa gesta esse Cæsari apud Hispanos relatu scituq; digna, quis est cui dubium relinquatur?
Sequebatur iam Sylua in Enarratione C. Iulii Cæsaris, de bello Gallico & Ciuili, pronunciata per Io. Glandorpium bonas literas in Saxonibus docentem 1551, quam ob versuum copiam, quodq; operis nostris alias adhuc multum operis restet, omittimus, quod tamen cum venia tua volumus factum.
Dein hæc quoq; ab editore Glandorpiarum Notarum sub ipsum finem libelli post admonitionem de nonnullis erratis typographicis adiecta erant, que omittenda minime duximus.
- 1128 De dictione Pandectæ, quã nos vbiq; integre scripsimus, nō potui non id vnum cōmonendo adicere, ab aliis eam caractere & circumflexo notari. Nec de etymis Germanicarum appellationum prætereundum erat, in iis quasdam significatis concinnioribus reddi posse. Quã de re & aliorū & nostras coniecturas repetere breuiter, visum fuit. GALLI prorsus idem sunt, quod nos dicimus *Wallen*, *peregrinatores*: nec discernenda ab hoc nomine Græca *Γαλλοί* & *Καταί*, vt intelligas Germanica *Waller* & *Gelder*, quorum posterius in ea Belgici parte reliquum est, quam veteres Sicam-

Sicambri attribunt. ORGETORIX facio Saxonico Hertoge *Erich* dictionibus duab. in vnam contractis, & syllabis nonnihil transpositis: Sicuti Galaticum ORTIAGON, itidem ex Saxonico Hertoge corruptum est. BELGARVM nomen conuenit cum Germanico *Welsch*: vt auctores huius veteriores Galliarum colonos credamus, qui quod posterius ibi Belgæ conseruauerint, pro aduenis eos & peregrinis habuerint. Id enim nomini isti significatum inest. Atque oriundos à Germanis Belgas fuisse, Cæsar scripsit lib. 2. de bello Gallico. BODVOGNATVS rectius forte nomen dignitatis seu officii creditur, vt sit Germanicum *Gnab Woit*, vocibus transpositis. Quemadmodum & hæc linguæ nostræ nomina *Wilhelmus*, *Wolfgang*

gus, scriptores in *Helmechildos*, & *Gangolfos* commutarunt. Estq; id locutionis genus hodie etiamnum Sueuis in vsu: & Victor ac Marcellinus inter Alemanorum reges CHONODOMARVM nominauerunt, quasi dicas *Gnab Meyer*. Denotatur autem appellatione *Woit*, veteri Germanica lingua, & hodierna Heluetica, cum qua & aliarum dialecti nonnullæ conueniunt, *dux*, *præfectus*: & in Nariscis forte inde *Voitlandia* nomen mansit, quod à præfectis Imperatorum olim administrata fuerit. In cæteris non est, quod desiderari in auctoris nostri diligentia possit. Atque omnino vti operam in his ponere iucundum est, ita nimium velle *επιβολογείειν*, ineptæ curiositatis reprehensione non caret.

ANNOTATIONVM GLANDORPII IN CÆSAREM FINIS.



IOACHIMI CAMERARII A. D. PABERGENSIS

ANNOTATIONES QUÆDAM IN C. IULII CÆSARIS LIBRUM II & IV De bello Gallico, & III De bello Ciuili.

G. IVNGERMANVS Lectori S.

~~Ioachim Camerarius A. D. Pabergerensis~~
~~Annotations quædam in C. Iulii Cæsaris~~
~~librum II & IV de bello Gallico, & III de~~
~~bello Ciuili.~~
~~Ioachim Camerarius A. D. Pabergerensis~~
~~Annotations quædam in C. Iulii Cæsaris~~
~~librum II & IV de bello Gallico, & III de~~
~~bello Ciuili.~~

~~Ioachim Camerarius A. D. Pabergerensis~~
~~Annotations quædam in C. Iulii Cæsaris~~
~~librum II & IV de bello Gallico, & III de~~
~~bello Ciuili.~~
~~Ioachim Camerarius A. D. Pabergerensis~~
~~Annotations quædam in C. Iulii Cæsaris~~
~~librum II & IV de bello Gallico, & III de~~
~~bello Ciuili.~~

IOACHIMI CAMERARII PABEPERGENSIS ANNOTATIONES IN C. IULII CAESARIS LIBRUM II DE BELLO GALICO.



SECUNDVS liber Commentariorum de bello Gallico C. Caesaris complectitur narrationem rerum gestarum adversus Belgas. Atque profligatis & subactis Sueffionibus, etiam bellicosas deinde ciuitates Nerviorum & Aduaticorum deuicit. Nerviorum & sociorum non sine periculo & clade suorum, quos tamen conseruauit: Aduaticorum autem ciuitatem propter perfidiam deleuit. Et sic pacata eo tempore Gallia exercitus in hiberna ductus, & Romae supplicatio decreta fuit.

Huius libri secundi epitome extat in Dionis libro 39.

Describuntur res gestae anno secundo a Caesare in Gallia, quo & Cicero ab exilio reuocatus fuit, Consulibus P. Cornelio Lentulo Spinthere, & Q. Caecilio Metello Nepote.

2 Teutonos. Teutones & Ambrones cum Cimbris ingente numero hominum peragrata Gallia, & Hispania tentata, ita in Italiam contenderunt, & victi fuere proliis duobus a Caio Mario, C. C. & Qu. Luctatio Catulo: qui una de his triumpharunt anno V. C. DCLII.

3 Magnos spiritus. Ingentes animos, quae est superba confidentia & gloriosa exultatio. Cicero pro Sylla: Res gesta credo mea me nimis extulerunt, & nescio quos spiritus attulerunt. Et contra Rulium Regium spiritum dixit. Eadem ferocia & insolentia status nomine indicatur. Maro. II.

De libertate fundi, statusque, remittat.

De Parisides Oreste.

Vbi flatus remissit.

De hinc veniet.

Indicatur autem his verbis, id quod tu fieri animam tuam, ut ipiritus ercat atq; animi rugetis. Non in processu ventorum aliquid etiam translatione dactam forte putet.

De Brundisium pop. Sicut videntur. P. de Brundisio: Ipse autem, ut a Brundisio profectus, omnem quae in hinc est, no distotum ad Imperium Pop. Rom. Ciliciam adiunxit. Lucullo: Quia potest esse sole maius? Quae mathematici amplius diodevinti partibus confirmant maiorem esse quam terram. Graeci similiter. Thucydides: οὐτὴν δὲ τοῦ οἴου. Item: εἶς δὲν εἰς οὐρανὸν ἔρθη. Item: μὴ αὐτὸν δὲ οὐρανὸν εἰς οὐρανὸν.

5 Suspendatur est. Infinitive id est, res sustentata.

ta, & defensum oppidum. Turbat, res turbatur. Conclamatum est, conclamando res peracta.

6 Testudine. Implicatis & confertis clipeis supra capita porrectis.

7 Accessit. Discessit. Elegans sonus terminationis eiusdem in verbis significationis modo contraria, modo diuersa, quam formam sermonis multum veteres vsurparunt. Pro Sexto Roscio: Non enim mihi tantum derogo, tametsi nihil arango, ut te copiosius quam me putem posse dicere. Diuinatione in Verrem: Non te ex Sicilia literas in Verrem deportare velle arbitrantur, sed, cum iisdem literis illius praturae & tua quaestura consignata sit, asportare te velle ex Sicilia literas suspicantur. Et paulo ante: Siculorum causam receptam, populi Romani susceptam esse arbitror. Et rursum: An debes ita accusare alterum, ut quo minus tute condemnere, recusare non possis? Atque frequentissima est haec figura sermonis in Latinis scriptis.

8 Quot is collis. Varietas. Et secundum hoc ista explicanda sunt, neque alia emendatione opus est.

9 Vincas agere. Inter oppugnatorias machinas Testudines, quibus aries tegebatur, & Vincas fure. supra autem Testudinis facta mentio est, ut diximus, scutorum confertorum & porrectorum supra capita, vel, ut Liuius lib. 3. 4. sibi latis supra capita scutis continuatis inter se, facte. Sed Vincas constructio quadam fuit, subter quam tuti ad munitiones accedi poterat progrediendo; unde & agi illas dicere.

10 Nervii. Hos Tornacenses esse nunc perhibetur. Sed ab Ambianis tamen versus hos interponuntur a Chorographis Atrebatas & Veromandui. Verum haec, ut opinor, plane explicari nequeunt. Exponitur autem res deinceps in Nervius gesta, cum maxima etate exercitus Caesaris, & periculo, quo nullum aliud maius adiit Caesar toto belli Gallici tempore, ipse cum vniuersis copiis indifferimine versatus. Sunt autem in huius libri ista parte admodum luculentae & varietate memorabiles descriptiones locorum in primis & negotiorum rerum gestarum, quas vniuersi quique bonarum artium & literarum studiosi diligenter sepe norant conficiant.

11 X. Leg. Nomen legionibus ademptum fuisse apud Romanos, sed restitutum. Et si non fuisse, licet id eo aliquid non sit, sed in legione non tam edicitur, ex quo non dictos. Vnde Menandrius Plautus. Sed & alia nomina Romanae legiones habuerunt, ut ab eis vna Caesaris Alauda.

12 Insignia. Ornamenta honorum, ut erant, quae alia aliorum fuere, ut Tabulae, Centurionis, Primipili, Primi hastati, Primi principis.

13 Primipilo. De huius nominis forma passim apud autores dubito, itemque de scriptura huius loci. Si est enim, quemadmodum editum videmus, Primipilo verum, erit haec duplex dictio. In Ciceronis scriptis duae voces leguntur primi pili. Ut ad Att. lib. 5. Centurionem primi pili nobilem Asinium Dentonem.

IOACHIMI CAMERARII PABEPERGENSIS IN C. IULII CAESARIS LIBRUM IV DE BELLO GALICO.



IBER quartus Commentariorum C. Caesaris continet res gestas in Gallia anno, cuius ab ipso Coss. nominantur, qui perhibetur septuagesimus ab V. C. Primum autem narratur in Gallia superata, & magna ex parte deletae copiae exagitorum a Sueuis Teucterorum & Vsipterum (qui aliis Vsiptii sunt, non tam virtute illis deuictis, quam fraude oppressis. Qui autem isti populi fuerint, & horum patriam incolentes his temporibus quo nomine appellentur, certum exploratumque non est. Indicari tamen omnibus videntur, illi qui modo nominantur Vestualis, & Angriuarii, & fortasse Hessi quoque. Vbi os autem eos, qui Colonia Agrippinam tenent, esse creditur. A quibus cum auxilium Caesaris imploraretur, & ipsi non negligenda res videretur Rhenum fluium transire per occasionem aliqua mentio de rebus & moribus Sueuorum facta, describitur fabrica portis, quae extracto Rhenum Caesar transiisse narratur. De cuius amnis & origine & fluente ea scilicet commemorantur, quae sando Caesar cognouit. Nam nobis multo certius omnia sunt competita, atque nota. Postquam autem istum veri est simile constructum fuisse illis in partibus, vbi nunc vocata Gelriam alluit Rhenum ad Agrippinam coloniam. Narratur & exercitus primum a Caesare traiectus in Britanniam, quae insula in Oceano occupata aliquando a Saxonibus, nunc Anglia dicitur. Quod autem hoc in libro aliter quaedam exponi videntur, quam in sexto, de eo primum hoc considerandum est, Caesarem res Sueuicas a generali narratione de Germanis quodammodo distinguere, quod ille populus inter Germanos eximius fuerit. Deinde cogitandum est, ea perscripsisse notando Caesarem, quae sermonibus aliquorum fuissent indicata, neque curae cordiue ei fuisse exquirere rerum omnium veritatem; ut nobis quoque, an & quo pacto cuncta inter se congruant non admodum laborandum sit. Perstringunt ista quoque, ut fere cetera, Plutarchus in Caesaris vita, & Dion Nicenus.

14 Aestuarium sunt aquae marinae, aut maiorum fluminum, proxima loca terrarum inundantes, & quasi restagnantes.

18 Ephippia Graecum nomen est, significans istrata equorum, unde Latina forma Caesar fecit Ephippiatos. Modo autem in nostra gente non modo stragulorum in apparatu equestri, sed sellarum usus est. Horatius: Optat ephippia bos, piger optat arare caballus.

Dentonem. Et Centurionis nomine omisso in Philippica 12 nominat Aquilam primipili. Sane primos pilos in lib. 42. Liuii extare cernimus. Ita esset scilicet forma nominis us & um. Integra autem figura sermonis, dixere primum pilum duci. Hic fuit honor militaris, ut Halicarnassicus scripsit lib. 9. eius qui primus centurio esset in legione. Liuius rem exposuit & aliter & obscurius lib. 8. Antepilanos appellabant, quia sub signis alii iam quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo vniuersusque tres partes habebat, earum vnquamque, primum pilum vocabant. Quot enim ille perhibeat ordinem habuisse milites, non plane dicitur, notata etiam scriptura diuersa. Et haec fortasse initio instruendi aciem ratio, postea mutata fuit. id quod, & meam de nominis forma sententiam, in medio relinquo. In Gellii libro quidem 16, ex Cincio de re militari descripta leguntur haec: In legione sunt centuria sexaginta, manipuli triginta, cohortes decem. In Sexto Pompeio haec leguntur: Sex milium & ducentorum hominum primus C. Marius conscripsit legionem, cum ante quatuor milium fuisset, unde etiam appellabatur Quadrata. Polybius legionem septem milium vocauit. Alii Graeci tria milia. In scriptis autem Liuii animaduertitur, ante tempora quoque Marci legiones numero militum auctas, & a quatuor milibus ad quinque, & inde ad VI M expletos fuisse. Quae nobis nota esse, fortasse satis esse poterit.

14 Aestuarium sunt aquae marinae, aut maiorum fluminum, proxima loca terrarum inundantes, & quasi restagnantes.

15 Aries machina fuit bellica ad muros disiciendos, ad portas refringendas comparata.
 L. *oportere, f. p. si legas necesse, aliquid desit ne-*
 esse *est. Flor. tamen habet, necesse, vt praterea post*
 montem *colleq; subito se Casari ostenderat, Et equi-*
 tes *in occulto collocauerat. c. f.*
 LI. *hoc hac ratione, f. p. g.*
 LII. *Casariani vi uniuersa, f.*
 occiderunt, *f.*
 LIV. *constituam. Quapropter C. Auiene, f. g.*
 Tusci *Saliena. T. Aliene, f.*

singulos non amplius singulis additis seruis, f.
 LVI. *emaque quo telum, f. g. p.*
 occasione *accepta, f.*
 cum *autem eius sermonem nuntius ad illum re-*
 ferret & c. g. p. cum *nihilominus eius nuntius ad se*
 referret, *f.*
 qua *vellet ipse perageret, g. p.*
 LVIII. *Et super aliu quenda excelsu natura locu, f.*
 constitit, *g. p.*
 LIX. *acies media à legionariis, g. p.*
 auxilarios, *g. f. p.*
 Praterea *Numidas, g. p. propterea f.*
 Habuit *in sinistro cornu legionem non à Et octaua,*
 in *dextro cornu trigessimam Et vigesimam octauam:*
 quartam *decimam, trigessimam tertiam Et vigesima*
 sextam *in media acie: ipsum autem & c. g. p. f.*
 LX. *Et ita collocarat, uti suum dextrum latu mi-*
 nutionibus *adiuuaretur, sinistrum autem equitatus*
 hostium *multitudini resistere posset, f. melior le-*
 ctio, *mi fallor, & clarior.**
 LXI. *excursionibus officere non intermittit.*

Et iugo, ne à Casare f.
 LXII. *ab Utica progressus, f. g. p.*
 peruenit, *at Aquila, f.*
 Adrumetum *ex Cothone, f.*
 LXIX. *Leuisq; armatura, f.*
 LXX. *passus horu quattuor, g. p.*
 LXXVI. *Thebenam, p. g.*
 LXXVII. *minutatimq; cadebantur, f. cedebant;*
 alii *habent, vt sit, paullatim ac sensim cedebant.*
 Non *optimus auctor Latinitatis supra eadem si-*
 gnificatione *erat aduerbio minutatim vsus; Et mi-*
 nutis *proeliis, hoc est, paruulis.*
 LXXXI. *Quo postquam Casar venit Et animad-*
 uersit *aciem pro vallo Scipionis contra elephantos d-*
 xtro *sinistroq; cornu collocatam, f.*
 LXXXV. *Qua postquam peruenerunt eaq; ipsi ab*
 Iulianis *teneri, vident. & c. p. g.*
 LXXXIX. *Luneio regulo, f. g. p.*
 idem *Cacina, p. g. item, f.*
 XC. *inducturum, p. g. indicturum, f.*
 ex *suo merito, f. p. g.*

LIBELLI VARIARVM LECTIONVM FINIS.

SCHOLIA
 ALDI MANVTII, PAVL
 LI F. ALDI N.
 IN C. IVLIVM CAESAREM.

SCHOLIA
 ALDI MANVTII,
 PAULLI F. ALDI N.
 IN C. IVLII CAESARIS
 DE BELLO GALL. LIB. I.



I. *Ingua*] Vide Strabonem lib. 4.
 2. *Institutis, legibus*] Vide
 Caesarem ipsum, lib. 6. de bell.
 Gal. Ammianum Marcel. li. 15.
 & Strabonem, lib. 2.
 3. *Amicus appellatus erat.*
 Quibus de causis mos hic fue-
 rit apud Romanos, vide Liu. lib. 1. de Bel. Macedo-
 nico.
 VI. 4. *Allobrogum, quiniper Populo R. pacati erat,*
 Cicero in Oratione de Prouinciis consularibus: *C.*
Pontinius fortissimus vir, ortum repente bellum Al-
lobrogum, atq; hac scelerata conuentione excitatum,
procelis fregit, eosq; domuit, qui lacefferant, Et ea vi-
ctoria contentus, rep. metru liberata, quieuit. Ammia-

nus autem Marcellinus, li. 15. Fabium Maximam,
 à deuicta, & prorsus domita Allobrogum gente,
 Allobrogici cognomen consecutum esse scribit.
 5. *Rhodanus fluit*] A Rhodo opido, Rhodiorum
 Colonia, dictus Rhodanus. Vide Plin. 3. cap. 4. Pō-
 ponius vero Melā ita de eius ortu, & exitu, scribit:
 Non longe ab Istri, Rheniq; fontibus Rhodanus sur-
 git, deinde, lacu Lemano acceptus, tenet imperum: Et
 cum se per medium lacum egerit, tantus egreditur,
 quantus venit. Eius descriptionem vide apud Am-
 mianum, lib. 15.
 6. *Ad Idus Apr.*] Vitatius loquendi genus, A. VII
 D. id est, Ante diem. Quod ab aliis quoque obser-
 uatum video.
 7. *Flumen est Arar*] Saconnam dictum hunc XII
 fluuium, tradit Ammianus, lib. 15.
 8. *Magnam partem eorum concidit*] Non à Cæ-
 sare, sed à Labieno, eius legato, Tigurinis supera-
 tos esse, tradit Plutarchus.
 9. *Is Pagus appellabatur Tigurinus*] Pagi, inquit
 Festus, dicti a fontibus, quod eadem aqua vterentur.
 aqua enim, lingua Dorica, παγαι appellantur.
 10. *Hic Pagus vnus, cum domo exisset, Patru no-*
 stroru memora, L. Cassiu Consulē, interfecerat] Epito-
 me Liuliana, l. 65. L. Cassius Consul, à Tigurinis Gal-
 lis, pago Heluetiorum, qui à Ciuitate secesserant, in si-

libus Allobrogum, cum exercitu, caesus est. milites, qui ex ea clade superauerant, obsequibus datis, & diuidia rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur, cum hostibus pacis fecerunt. Idem tradit Orosius, li. 5. cap. 17. In quo, quiddam diuersum a Caesare, & epitome Liuiana, videre licet.

II Sub iugum miserat] Festus: Iugum, inquit, sub quo victi transibant, hoc modo fiebat: Fixis duabus hastis, super eas ligabatur tercia, sub ijs victos distinctos transire cogebant. Vide Liuium quoque, initio lib. 9. ab V. C.

XIV 12 Quo grauius homines, ex commutatione veru, dolerant, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his seculiores interdum res, &c.] Val. Max. li. 1. c. 2. Lento, inquit, gradu, ad vindiictam sui diuina procedit ira, tarditatemque, supplicii grauius atque copiosius. Et Hom. il. d. εἰπὼς γὰρ τὸ ἐὼπὶ κ' ὀλύμπῳ ὀσπὲτέλεισσον.

Εκ τὸ κ' ὀψὲ τελεῖ· σὺ τὲ μὲν ἄλλω ἄπῳπῳσων. Σὺ δ' ὀψῶν κ' ἀφ' αἰθέρι, γυνομένη τε, καὶ τεκέεισιν.

XVI 13 Summo magistratu praerant] Duos ex eadem familia Vergobretos creari non posse, eisque, Aduorum finibus exire fas non esse, tradit Caesar de bello Gall. li. 7. cap. 33. Quo ex loco, acerrimi vir ingenii, omniumque litterarum laude praestans, Nicasius Ellebodius Casletanus, praerant, hic legendum putat, non, praerant.

XVII 14 Aeduis libertatem sint erepturi] Fratres enim sunt a Senatu R. & consanguinei, appellati, infra. Cornelius quoque Tacitus, lib. 11. Hist. sic ait: Primi Aedui Senatorum in urbe ius adepti sunt. datum id fieri antiquo, & quia soli Gallorum Fraternitatis nomen cum Populo R. usurpant. Et Cic. lib. 1. ad Att. Aedui, fratres nostri, pugnant. Epit. Liu. lib. 61. Aedui, socii populi R.

XVIII 15 Reperiebat etiam Caesar, &c.] Antiquus liber Bibliotheca Vaticana: Reperiebat etiam in quaerendo Caesar, quod praelium equestre aduersum paucis ante diebus esset factum, initium eius fugae factum a Dumnorige, atque eius equitibus. Quae melior est lectio, ut mihi quidem videtur.

XIX 16 C. Valerium Proculium] Ita legi in vetustis, & nummis, & lapidibus, non, Porcilium, ostendimus in Orthographia nostra.

17 P. Confulius, &c.] Vide Appianum, li. 1. Bel. Ciu. & in Parthico, & Plutarchum in Sylla, & Crasso.

XXI 18 Idem a Gallicis armis, atque insignibus cognouisse] Liber Gryphii praepositionem omittit. Et sane venustus haec legetur, si abfit.

XXIII 19 Decurionis equitum Gallorum] Vegetius li. 2. e. 14. Quae admodum, inquit, Centuria, & Manipulus, Peditum vocatur: ita inter Equites Turma. & habet una Turma Equites xxxii. & qui huic praest, Decurio appellatur.

XXIV 20 Phalange facta] Q. Curtius lib. 3. Phalange, inquit, Macedones vocant peditum stabile agmen: ita ut vir viro, & armis arma conferta sint. Vegetius autem lib. 2. ca. 2. non tantum Macedones, verum etiam Graecos, & Dardanos, Phalagibus esse scribit: & in vna Phalange 11x armatorum

millia censa esse. De hac autem Germanorum Phalange ita Orosius lib. 6. Pugna maxime grauis ex Phalange Germanorum fuit, quam coniecto in unum agmine, scutisque supra capita contextis, ad irrumpendam Romanorum aciem tui vndique prastruxerant. Sed, postquam aliqui Romanorum militum, agilitate, audaciaque, insignes, supra obductam saliere restudinem, scutisque sigillatim, velut squamis, reuulsis, de super nudos deprehensorum, detectorumque humeros perfoderunt, territi hostes nouo mortis periculo, terribilem dissoluere compagem.

21 Scutis uno ictu pilorum transfixis] Vegetius, lib. 2. ca. 15. Bina, inquit, sunt missilia, unum maius seruo triangulo, unciarum noue, hastili pedum V, & semis, quod Pilum vocabant, nunc Spiculum dicitur.

22 Ab hora v. ad vesperum pugnatum sit] non video, cur alii mutarint. Ad vesperam: cum Plautus Amphitru. (teste quoque Nonio) sic locutus sit: Hac, inquit, illis est pugnatu pugna, usque a mane ad vesperrum.

23 Mazaras, ac tragulas] Cum Sisenna, apud Nonium, dixerit, Galli materibus, Sueni lanceis confidunt: & alii materibus, aut lanceis tam medium perturbant agmen: non inepte ante me natum repository video a quibusdam, Materes, siue Materas. Mazarem apud Helychium, hastam Persicam dicit, dicunt alii. Tragula autem quid sit, docet Festus: cum dicit, teli genus esse, sic dictum, quod scuto infixum trahatur. Nonius vero Marcellus Tragulam hastam esse dicit.

24 Circiter millia hominum cxxx] Centum millia, Plutarchus dicit praelio superfuisse. Eutropius autem lib. 6. tradit, Heluetiis, ac eorum sociis, cxxxvii millia in praelio isto interempta esse. Strabo autem circiter centum millia interuisse, & 11x millia hominum euasisse.

25 Verbigenus appellatur] Alias, Vrbigenus. Quiddam legunt, Vrbienus, vel Vrbinius: ab Vrba, antiquissimo Heluetiorum opido.

26 Prima nocte] Gryphii liber, Prima noctis vigilia.

27 In hostium numero habuit] Re vera occidit: sed mentionem crudelitatis vitare voluit.

28 Boios, potentibus Aduis, quod egregia virtute erant cogniti, ut in finibus suis collocarent, concessit.] Caesar lib. 7. de bell. Gall. cap. 9. sic: Vercingetorix rursus in Bituriges exercitum ducit, atque inde profectus Gergouiam, Boiorum opidum, quos ibi, Helueticis praelio victos, Caesar collocauerat, Aduisque attribuerat, &c.

29 Literis Graecis confecta] Literis, & sermone, quod Strabonis testimonio probatur. Sic enim li. 4. Καὶ φιλέλλωας καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς Γαλατίας, ὅτε καὶ τοὺς σύμβολα καὶ ἄλλα γὰρ φησὶ. Caesar autem, li. 5. cap. 48. Epistolam, inquit, Graecis conscriptam literis, ad Ciceronem mittit, ne intercepta epistola, nostra ab hostibus consilia cognoscantur. Et li. 6. ca. 14. de Gallis: In publicis, priuatisque rationibus Graecis literis vruntur. Confirmatur & a Iustino, qui similiter locutus, addit, Sermonem, ait enim, lib. 20. in extremis Facto

Facto S. C. ne quis postea Carthaginensis aut litteras Graecas, aut sermonem studeret, ne aut loqui cum hoste, aut scribere, sine interprete, posset.

XXXI 30 Ut sibi secreto, in occulto, de sua, &c.] In aliis, Et occulto. Gryphianus liber ad oram, tollit haec duo verba.

31 Transductos plures] Cornelius Tacitus, lib. 20. Caussa, inquit, Germanis transcendendi in Gallias, Libido, atque Auaritia, & mutanda sedis amor, ut, relictis praesidiis, & solitudinibus suis, secundissimum solum possiderent. Idem tradit & Strabo, lib. 7.

XXXII 32 Nihil Sequani respondere, sed in eadem tristitia taciti permanere] Sumpsit hoc a Demosthene, qui simile quid de Stratone contra Midiam narrat; ita autem in eo legitur: Καὶ δὴν ἴδεν εἰρησποδῆος, ἔσθης ἡνὶ σπῆρῃ, καὶ οὐκ ἔδειξον ἀγαθῶν ἢ καὶ ἄνευ ἑαυτοῦ, καὶ καὶ τὸ φέρειν αὐτῶν ἢ ὀδύρεσθαι, καὶ εἰ δὴ καὶ, ἔδειξεν πένοντες, ἔδειξεν τῶν αὐτῶν ἀπὸ τῶν ὑμῶν εἰπῶν.

XXXIII 33 Ut ante Cimbrum, Teutoniamque fecissent] Eutrop. lib. 1. cap. 1. Liu. lib. 67. & 68. Tacitus de situ & moribus Germanorum, & lib. 20. Hist.

XXXIV 34 Si quid ille a se velit] Parisini, Si quid ille se velit, rectius.

35 Emolumento] Molimento, legendum esse, ante quinquennium annotatum est in Variarum lectionum libro, ad calcem Caesaris impresso.

XXXV 36 In consulari suo, Rex, atque Amicus, a Senatu app.] Tractatur hoc idem hoc eodem libro, infra, paullo fusius.

37 Dicendum sibi cognoscendum &c.] Faernus, Dicendum, reponit. Ita autem locutum Terentium obseruauit: Noui, & scio.

XXXVII 38 Treniri autem pagos C. Suenorum] Idem Caesar, de bello Gall. lib. 4. addit, Suenos ex centum pagis suis quotannis singula armatorum millia, bellandi causa, a finibus suis educere solitos. De centum pagis vero Suenorum vide & Tacitum de situ, & moribus Germanorum.

XXXIX 39 Ingenti magnitudine corporum Germanos] Magnitudinis corporum causam reddens Caesar, infra lib. 4. cap. 1. hanc esse dicit, quod, lacte victitates, multumque in venationibus, sint. Et lib. 6. c. 2. 1. Vita, inquit, omnis in venationibus, atque in studiis rei militaris, exsistit: ab paruulis duritia, ac labori, strident: qui diuissime impuberes permanserunt; maximam inter suos ferunt laudem, hoc ali statuta, ali hoc vires, nervosque confirmari, putant. Pomponius vero Mela, lib. 1. Qui Germaniam, inquit, incolunt, immanes sunt animis, atque corporibus, & ad insitam feritatem vultu, & exercere, bellando animos, corpora ad consuetudines laborum: maximo frigore nudi agunt, antequam puberes sint. & longissima apud eos puertia est.

40 Atribunis militum] Tribunus mil. (ait Vegetius, lib. 2. c. 8.) a Tribu denominatur, tribuendoque iure, quia praest militibus, quos ex tribu primus Romulus legit. Graece Χαλιάρχης dicitur, quod mille militibus praest. Duo autem eorum genera esse, tradit idem Vegetius: maiorem, qui per epistolam fa-

cram imperatoris iudicio destinatur, minorem, qui ex labore prouenit.

41 Qui ex urbe amicitia causa, Caesarem secuti] Multos nobiles, & claros. adolescentes Plutarchus fuisse tradit, qui cum Caesare in Gallica expeditione, voluptatis, lucrique causa, se illi adiunxerint.

42 Ut satis commode supportari posset, timere dicebant] Pro, ne. Sic Terentius, Hec. act. 1. sc. 2. Firma haec vereor ut sint nuptia.

43 Aut ei praescribere, auderent] Alias, Videretur. XL

44 Representatur] Beroaldus legit, Tentatur. 2

45 Pratoria cohortem] Vegetius, de Cohorte, & 3

quod in Legione fuerint, lib. 2. cap. 6. Pratoria vero dicebatur cohors, quod a Praetore numquam discederet. Cuius militibus dabatur (ut ait Tacitus, lib. 1.) vini denarii in diem: cum aliarum cohortium milites singulos tantum acciperent, hoc est x asses.

46 Seq. esse ad bellum gerendum paratissimam] In XLII aliis libris legitur, Paratissimam. Quo modo si legas, dictum erit, ut a Terentio illud in Eunuchi Prologo:

--- nunc, quam acturi sumus Menandri Eunuchum ---

& paullo post: --- transtulisse in Eunuchum suam

Ex Graeca. Referuntur enim, ad Comediam.

47 Gratia, dignitate, honore, auctiores velit esse] XLIII Auctores, est ad oram Gryphiani libri.

48 Multis sese nobilibus, principibusque populi R. gratum esse facturum] In his, Catoni Vicensi. Plutarchus enim, in Nicia, & Crassi coparatione tradit, eum censuisse, Caesarem, cum xxx Germanorum millia cecidisset, hostibus dedi. Quod cum ipse Caesar praclare nosset, Anticatoem edidit.

49 Bello superatos esse Aruernos & Ruthenos, a Fabio Maximo] Epit. Liu. lib. 61. Q. Fabius Maximus, consul, Paulli nepos, aduersus Allobroges, & Bituntum, Aruernorum Regem, feliciter pugnavit.

50 Legionis delecta commissum cum equitatu praelium] Commissum, non legitur in varietate lectionis ad oram Gryphiani libri, rectiusque abest.

51 M. Valerium Proculium] Proculium, Gryphius, & Parisiensis, & hic, & infra c. 53. Proculius autem legi in veteribus & nummis, & lapidibus, dixi in Orthographia.

52 Genus hoc erat pugna, &c.] Caesar, lib. 4. initio, eadem ferme narrat de equestri Germanorum praelio: & Ammianus Marcell. lib. 15. vbi pugnam Iuliani Caesaris cum Alemanis describit. Hoc autem pugnae genus ante hoc tempus a Romanis usurpatum, Orosius tradit, lib. 4. c. 18. quo loco de praelio, inter Hasdrubalem, & Romanum exercitum, in Italia commisso, ita scribit: Diu incertus belli euentus fuit, elephantis maxime Romanam infestantibus aciem, qui a militibus R. occisi sunt, quos a volitando, Velites vocant, quod genus militia paullo ante fuerat repertum, ut lecti agilitate iuuenes, cum armis suis, post terga equitum sederent, & mox, cum ad hostem ventum esset, equis desilirent, & continuo pedites ipsi, ex alia parte equitibus, per quos aduersi fuerant, dimicantibus, hostem perturbarent.

3 Si ante novam Lunam proelio contendissent [Idem a Lacedæmonis obseruatū, tradit Lucianus, & Plut. in Cæsare eadem, quæ hic Cæsar de Germanis, scripsit. Huius autem rei causam vide infra, apud hunc eundē, li. 6. c. 11. eos enim, Deos tantum putabant, quorum opibus iuuarentur. Germanos vero huiusmodi vatibus, seu sagis, deditos fuissē. legimus apud Tacitū, de situ, & moribus Germanorum, & lib. 10. de Velleda, & Aurinia, fatidicis.

54 Omnes Alarios &c.] Veget. lib. 2. c. 1. Equitū quosdam hinc Alarios dici putat, quod, ad similitudinem alarum, ab utraq; parte protegant acies. quæ sane suo tempore vexillationes a velo vocarētur, quia velis, hoc est, flammulis, vterentur.

55 Triboces] Plinius lib. 4. c. 17. & Tacitus de situ, & moribus Germanorum, & Eutropius lib. 6. Tribocchos nominat: Ptolemæus vero Tribonos; mendose, vt opinor.

56 Sedusios] Edures, non Sedusii, dicuntur ab Orofio lib. 6. c. 7.

57 Millia passuum ex eo loco circiter v.] Plutarchus studia cō scriptum reliquit.

IN C. IULII CÆ-

SARIS DE BEL. GAL.

Lib. II.

58 Vestiones] Ptolemæus Vessones nominat. alias, Suesiones. nunc, Soissons.

59 Sin minus possent, &c.] Glossema puto verbum, possent. quod si absit, elegantius hoc sit dictum.

60 Per eorum corpora reliquos, audacissime transire conantes, multitudine telorum, repulerunt] Per eorum corpora, Belgarum scilicet. Plutarchus autem, Romanis transitum esse factū per Belgarum cadauera, scribit.

61 Teneris arboribus incisis, atq; inflexis] Curtius, de Mardis, Alexandri exercitū impediētibus, lib. 6. Occultus, inquit, nexus ramorum, velut laquei, perpetua spe itinera claudit, &c. Vide eundem Cæsarem infra, lib. 5. c. 9.

62 Vexillum proponendum, quod erat insigne, cum ad arma cōcurrere oporteret] Extrema hæc libēter tolerē, si vetusti alicui⁹ libri auctoritas suffragaretur.

63 Signum tuba dandum] Hoc etiam glossema puto. non enim hic est locus, in quo signi dati mētio fieri debeat, sed infra, post cohortationē ad milites. Signo enim dato, statim in hostes impetus fiebat. Cæs. de bel. Ciu. lib. 3. Tuba signum dari, atq; in hostes impetum fieri, iussit.

64 Non modo ad insignia accommodanda] Quibus ab hostibus distinguantur.

65 Decumana porta] Post Prætoriam portam sita. Per eam delinquentes milites ad poenam deducebantur. Veget. lib. 1. c. 23.

66 Clamor fremitusq; exaudiebatur] Alias, orie-

67 In his, Primpilo P. Sext.] Vide, quæ annotati xxv, in Sallustii Jugurtham, de Primpilo.

68 Manipulos laxare] Ouid. Fast. lib. 3. Peritica suspensos portabat longa manipulos, Inde Manipularis nomina miles habet.

Veget. lib. 1. c. 13. Cōtribernium, ait, Manipulus vocabatur, ab eo, quod conuenētis manibus dimicabant. Plutarchus in Romulo aliam Etymologiam dicit esse Manipuli. sic enim ait: Εἰς τὸ σπείρας ἐπιείκων αὐτῆς ἀφ' ἧς τὸ ζῆρας, ἢ ἕλας ἀγροὶ ἀπὸ κρητῶν ἀδικειδῶν αὐτῶν. Μαυπηρὰ τε δὲ παλαιῶν καλοῦσι. ἀπὸ δὲ αὐτῶν ἢ ἢ νδν ἐν ταῖς στρατιωτικαῖς τῆς Μαιωνίας ὄνομα ἐστίν.

69 Huius aduētū spe illata militibus] Similia Plutarchus narrat in Julio, & Suet. & Val. Max. 1. 3. c. 2.

70 Ex d. c. ad 111 Senat orēs] Quæ adringentes tantū fuisse Neruorum, tradit Plutarchus: epitome vero Liuiana nonagintaquinq; lib. 104.

71 Ex hominum milibus lx vix ad D.] Non D, sed ccc legitur in epitome Liuiana.

72 Custodiæ ex suis, ac presidio vt millia hominū, vna reliquerunt] Gryphianus liber ad oram, custodiam, & presidium.

73 Plerumq; omnibus Galles] Valerius Paletmus Veronenfis, in studiis literarum non mediocri cū laude versatus, putat hoc loco pro Plerumq;, Plerisque, reponendū. Vt sit, Plerisq; omnibus. Quo modo & Terentius And. Quod pleriq; omnes faciunt adolescentuli. Idē Cæsar, lib. 5. c. 57. Equites plerumq; omnes (inquit) tela intra vallum coniciebant. Quo etiam loco fortasse legendum, Plerisq; omnes.

74 Tanti oneris turrim in muros sese collocare cōsiderent] Parisiensis, in muro.

75 Nostros presidia deducturos] Nostros presidia non induēturos, Parisiensis, rectius.

76 Dies xv supplicatio decreta est] Idem tradit & Plutarchus. Suetonius autem: Plurium, quam quiscquam vnquam, dierum supplicationes impetravit. Supplicia dicuntur a Sallustio. De supplicationibus vero, lege Liui. lib. 2. belli Punici, in principio.

IN C. IULII CÆ-

SARIS DE BEL. GAL.

Lib. III.

77 Antuates, Veragros] Nantuates, vel, Naniuates, & Vnragri, dicuntur a Plin. lib. 3. c. 20. & Strabone lib. 4.

78 Proximis Oceano] Proximus vti mari Oceano, Parisiensis.

79 In Enellos] In Eusubios, liber Gryphianus ad oram.

80 Ceteros antecedit] Reliquos, idē Gryphii liber.

81 Reliquaq; ciuitates] Parisiensis, Reliquaque item ciuitates.

82 Quod nomen apud omnes nationes] Ad, non Apud, Parisiensis.

83 Multum natura loci confidebant] Quod hic Cæsar Naturam appellat, Ingenium non satis pro-

prie dixit Ouidius, Trist. lib. 5. eleg. 10. Nil extra tutum est: tumulus defenditur ipse Maenibus exiguis, ingenioq; loci.

84 Cum ex alto se & stus incitauisset] De Maris exæstuatione, Plinius lib. 2. ca. 99. & 101. Quintus quoque Curtius simile quid narrat de Indici Oceani exæstuatione.

85 Non ab simili forma muralium falcium] Rurarium, Parisiensis. Quæ autem sit forma muraliū falcium, vide Vegetium lib. 4. c. 14.

86 Malacia] Μαλακία, molliem significat.

87 Reliquos sub corona vendidit] Gell. lib. 7. c. 4.

88 In contemptum Sabinius veniret] Contempti- onem legi in aliis libris, annotatum est & in Variis lectionibus. Eodem modo dixit & lib. 5. c. 49.

89 Vt ad bella suscipienda Gallorum alacer, ac præptus, est animus, &c.] Liu. lib. 10. ab V. C. & lib. 4. Belli Macedonici, idem narrat.

90 Animus, &c. mens, &c.] Idem de bello Gall. lib. 6. c. 21. Totus, & mente, & animo, in bellum insitit. Et de bello Ciu. lib. 1. cap. 21. Tanta erat summa rerum expectatio, vt nullus in aliam partē mente, atq; animo, traheretur. Et Terent. And. act. 1. sc. 1. Mala mens, malus animus.

91 Tolosa, & Narbone] Tolosa, Carcasone, & Narbone, Parisiensis.

92 Vocontiorum, & Tarusatum] Vocatum, primus reposuit Sabellicus.

93 Elusates] Volaterranus reponit, Elusates, quod sua quoque tempestate fuerint Comites de Elusso. Fuluius Vrsinus, doctissimus vir, mihi que summa familiaritate coniunctus, Elusatos, ex Plinio, & Claudian. in Ruffin. — muros inuadit Elusa.

94 Eo exercitum adduxit] Duxit, Parisiensis.

IN C. IULII CÆ-

SARIS DE BEL. GAL.

Lib. IV.

95 Sipes] Vespiti, dicuntur a Tacito.

96 Neq; vestitus, præter pelles, habeant;] Habeant quidaquam, Gryphianus liber.

97 Et lauentur in fluminibus] Idem tradit lib. 6. cap. 21. Mela quoque, lib. 3. eos magnam turram in natando ponere, etiam sruissima hyeme, scribit.

98 Quam latissime a suis finibus vacare agros] Vide eundem Cæsarem, lib. 6. c. 23. Et Mela, Germani, inquit, vt circa ipsos, quæ iacent, vacata sint, curat.

99 Condrosorum] Condrosos nominat idem, li. 6. c. 32.

100 Quæ appellatur Vcalos] Gryphianus liber, Vualis: quo modo nominatur & a Tacito, Hist. lib. 2. in initio.

101 Mediomatricum] Mediomatricorum, Parisiensis. Ita eos Strabo nominat. quamuis Ptolemæ-

us, Mediomatras. Idem lib. 7. c. 75. Mediomatricos appellat. Quo in loco variant Parisiensis.

102 Tribocorum] Triboces idem dixit supra.

103 Sicambrorū] Sycambros, a similitudine Germanici vocabuli Sygenberger dictos, facile crediderim. Vnde a Ptolemæo, Συγαμβοί, dicuntur.

104 Immissa in flumine] In flumen, Parisiensis.

105 Cum se inter equitum turmas insinuauere, & ex effedis desil.] Insinuauerunt, ex eff. Parisiensis.

IN C. IULII CÆ-

SARIS DE BEL. GAL.

Lib. V.

106 Agis magnos ibi suct.] Minus magn. Gryphianus liber, ad oram. 107 In alio mari vti assueuerat] In reliquis vtimur mariibus, Gryphianus, & Parisiensis. Præterea Prisc. li. 8. hanc lectionem agnoscit.

108 Omnibus rebus ad Britannicum bellū comparatis] Omnibus ad Britannicū bellum rebus comparatis, Parisiensis pleniore numero.

109 Corus ventus] Ab aliis dicitur, Caurus. Græci, Αὐρίων. Gell. lib. 2. c. 22.

110 Plumbum album] Plinius lib. 34. c. 17.

111 Omnes vero se Britanni luteo insciant, quod caruleū efficit colorem] Alii alia. Mihi Glasfo, non displicet, cum videā Plinium hæc dicere, lib. 22. ca. 2. Simile, inquit, plāragini Glasium in Gallia vocatur: quo Britannorū coniuges, nuptisq; toto corpore oblitæ, quibusdā in sacris & munda incedunt. Æthiopum colorem imitantur. De hoc autē Britannorum more pingendi corpora, vide & Herodianū ad finem li. 3.

112 Opidum autem Britanni vocant, cum siluas impeditas vallo, atq; fossa, munitur] Idem prope modum de Germanis narrat Herodianus, lib. 7.

113 Magnus ibi numerus pecorum repertus] Pecoris, Parisiensis.

114 Cum statisset hyemare in continente, propter repentinos Gallie motus] Cum statisset hyemem in continente, propter repentinos Gallie motus, agere, Gryphianus, & Parisiensis.

115 Et prioris cōmeatus expositis militibus] Nicasius Ellebodus Casletanus delendā putat particulā, Et.

116 Samarobrina] Alias, Samarobriga. Fuluius Vrsinus, Samarobrinus, ex antiquo libro, & Ptolemæo, in quo Σαμοβρινα.

117 Essuos] Nulla de Essuis apud veteres mentio. Ideo nō male quidam opinati sunt reponi posse, Suesiones, vel, vt Ptolemæus, Vessones: de quibus & supra lib. 2. cap. 3.

118 Huius M. Crassum Questorem, &c. præfecit] Nā Publius, eius frater, cum patre in Parthos ierat.

119 Magna manu ad castra oppugnanda venerūt] Magna manu castra oppugnata venerunt, legitur quidā; vel, ad castra oppugnata: mutatione non tantum non necessaria, verum &, vt mihi quidem vi-

detur, quæ non multum elegantia habeat. Cum in aliis optime legatur, Magna manu ad castra oppugnandi venerunt. ut intelligatur, causis. Loquendi genus ab aliis, præcipueq; a Sallustio, usitatum.

XXXIV

120 Erant & virtute, & numero pugnandi, pares nostri] Cū non cohererēt inter se, Numero pugnandi, mutarūt quidam, legendo, Numero pugnantū, vel, Animo pugnandi. Verū rectius in Parisiensi libro: Erant & numero, & virtute pugnandi, pares nostri.

XXXV

121 Sperare se, ab eo suam, ac militum, salutē impetrari posse] Parisienses, sperare se, ab eo de sua, ac militum salute impetrari posse.

XL

122 Muralium pilorum] De pilis muralibus, vide Vegetium, lib. 1. cap. 20.

123 Ut ultro militum concursu, ac vocibus, sibi parcere cogeretur] Ultro, passivè dixit. Quo modo & Cicero, Fam. li. 7. ep. 10. Subinvideo, inquit, tibi, ultro etiam accessitum ab eo, ad quem ceteri, non propter eius superbiam, sed propter occupationem, aspirare non possunt.

XLII

124 x millium passuum circuitu munitionē perfecerunt] Parisienses, x millium passuum in circuitu munitionem pedum xv perfecerunt.

XLIV

125 Et verutum in balteo defigitur] De Veruto, vide Vegetium, lib. 2. cap. 15.

XLVII

126 Veritus, &c. ut hostium impetum sustinere non posset] Ex Latini sermonis consuetudine tollentem particulam non, yel ne, pro ut, legerem.

XLIX

127 Confedit, &c. quam equissimo loc. pot. &c.] suspicor de mendo. non enim hæc apte coniunguntur. Parisienses alio modo legunt superiora. sed neque eo modo mihi satisfaciunt.

LII

128 Neq; etiā parvulo detrimento illum locū relinqui videbat] Dionysius Lambinus, homo de litteris bene meritus, hoc loco putat legendum esse, Vllam locum relinqui volebat. Quod ita Cæsar dixerit lib. 6. cap. 42. Ne minimo quidem casui locum relinqui debuisset. Quæ lectio optime huic loco convenire videtur.

129 Diutina letitia] Letatio, Gryphianus liber, ad oram.

LXV

130 Multo minorem superesse dicerent partē] Dele, Partem, venustior erit lectio.

IN C. IVLII CÆ-

SARIS DE BEL. GAL.

Lib. VI.

131



Acramento rogauisset] i. iureiurando adstrinxisset. Sic locut⁹ & Iu. li. 2. Belli Macedonici: Lucius, inquit, Cornelius Lentulus Prator, cū Legatis profectus est: obuios in agris, sacramento rogatos, arma capere, ac sequi, cogebat.

132 Et amicitia, tribuisset] Iulia enim, Cæsaris filia, & Pompeii vxor, perierat.

LII

133 Finitimos, atq; Germanos] Gryphius, & Pa-

rifenses, Finitimos Germanos.

134 Aut ex eo, quod metuerat, odio civitatis motus existat] Parisienses, aut ex eo, quod in eum erat, odio civ. &c.

135 Difficili transitu flumen, ripisq; præruptis] Mosella; quod Ptolemæus Obrincum vocat.

136 Demonstravimus] In initio lib. 5.

137 Si amplius obsidum vellet, dare pollicentur] Si amplius obsidum vellet dari, pollicentur. Parisienses.

138 Vbiorum satisfactionem] Vbi horum, Parisienses. Verum prior mihi lectio magis arridet.

139 De his duobus generibus] Tria genera ponit Strabo lib. 4. Bardos, Vates & Druidas.

140 Ambactos, clientisq;] Ambactus inquit Festus, apud Ennium lingua Gallica acies dicitur. Idē Cæsar in fra, cap. 19. Serui, & clientis, dixit.

141 Si res in suspicionem venit] Sic locutus Doblarella, in Ep. Fam. Et si, ait, nunquam tibi in suspicionem venire debuit.

142 Iustis funeribus cōsecris] Cum eadē sint Iustis, quæ Funera, recte opinatur Fulvius Ursinus, vel, Iustis funebribus, legendū, vel, Funeribus, tollendum, tanquā glossēma ad, Iustis. Ita locutus est & Livius.

143 Quam latissimis circum se vestitis finibus solitudines habere] Quam latissimas, Parisienses.

144 Harum est consimilis capris figura] Plinius, lib. 8. c. 15. longe aliā, ac Cæsar, Aleis figurā tradit.

145 Vri appellantur] de Vris, Plin. lib. 8. c. 15. Macrobius autem Sat. lib. 6. c. 4. Vros dicit Gallicā vocem esse, qua feri boues norantur.

146 Sed hoc quoq; factum est, &c.] A best, quod, a Parisiensi libro.

147 Taxo &c.] De Taxo veneno, consule Plinius, lib. 16. cap. 2.

148 Quam legionariorum, periclitaretur] Parisienses, quam legionarius miles periclitetur.

149 Cuneo factō] De Cuneo, Vegetius lib. 3. c. 19. & Ælianus de instruendis aciebus.

150 Fide non haberēt] Parisienses, fidē nō faceret.

151 Durocortum] Durocortorum, Parisienses. Fulvius Ursinus, Durocortorum: cum Ptolemæus, Δυροκόρτων. Emendatq; Strabonem, in quo corrupte Δαυκόρτων legitur.

152 More maiorum, supplicium sumpsit] De hoc more, vide infra, de bell. Gall. lib. 8. cap. 38.

IN C. IVLII CÆ-

SARIS DE BELL. GAL.

Lib. VII.

153



Vam a maioribus acceperāt] Acceperint, Parisienses.

154 In presentia de obsidibus cauere] A best particula de a Parisiensi libro.

155 Opinione præceperat] Ita legendum; non, ut in aliis, percerat. Sic idem locutus, de Bello Ciu. lib. 3. Ac iam animo

animo victoriam præcipiebant. Livius quoq; Dec. 4. Nec se ad bellum Achaicum, aut rem ullam, quæ sua quisq; opinione præcipere posset, crederent missos esse. Et: Consul quia non pugnam cominus, sed locis oppugnandis, suturam præceperat animo. Virgilius lib. 6. Omnia præcepi, atq; animo meo ante peregi. Et IX. Excelsatq; animus, & spe iam præcipit hostem.

156 Omnibus suis inopinantibus] A best verbum, omnibus, a Gryphii libro.

157 Quæ sit necesse accidere victis] Sallustius, Catilina, in oratione Cæsaris: Quæ belli scuitia esset, quæ victis acciderent, enumerare: rapi virgines, pueros; diuelli liberos a parentum complexu: matres familiarum pati, quæ victoribus collibuisse: fama, atq; domos, spoliarī: cadem, incendia, fieri: postremo, armis, cadaveribus, crurore, atq; luctu, omnia compleri.

158 Reliqua, quæ ad oppugnationem opidi pert.] Reliqua, quæ &c. Parisienses.

159 Fortuito] Fortuito, Parisienses. Quo modo item, de bello Africo, cap. 3.

160 Ab ariete materia defendit] Arietis formam vide apud Veget. li. 4. c. 13. & apud Ammian. li. 23.

161 Conspectum multitudine fugerat] Ita locutus Sallustius, Iugurtha, pag. 141. Metellus conspectum Marii fugerat. Et Terentius, Heaut. act. 3. sc. 1. Tuum conspectum fugitat, ob peccatum.

162 Etiam ad se euocauit] A best verbum Etiam, a Parisiensi libro. Antiquus liber Bibliotheca Vaticana, Ad se etiam. Alius Fulvii Ursini, Decetiam euocauit. Optime nam Antoninus in Itinerario suo huic sce opidi mentionem facit. Quod ipse Fulvius de Cæsare primus obseruauit.

163 Castris pro opido in monte positis] Parisienses, & Gryphii liber ad oram, Castris prope opidum in monte positis.

164 Imperio natus] Ita locutus Sallustius, Iugurtha, pag. 87. Vos, Quirites, imperio nati, equo animo seruitutem toleratis. Quamuis in aliis libris præpositio in legatur, hoc modo, in imperio nati. Quod non admodum probo.

165 Ad Cæsarem disceptaturi] Placet, quod in Parisiensi libro legitur, ad Cæsarem disceptatum.

166 Matres familias] Parisienses, Matres familias, & hic, & cap. seq.

167 Negotiandi, aut itineris causa] Antiquus liber ornatissimi viri, Io. Vincentii Pinelli, non habet illa, aut itineris. Et sane abfuit a Parisiensi libro, & Gryphii.

168 Ut ab re frument.] Si ab re frument. Gryphius, & antiquus liber Io. Vincentii Pinelli. Si a re frument. Parisienses.

169 E. Prouincia] Nicasius Ellebodus Castellanus delenda putat hæc duo verba; vel legendum, in prouinciam.

170 Segusianisq;] Segusiaci dicuntur a Ptolemæo.

171 Minus idoneus equis] Cæsar, supra, lib. 4. c. 2. sumeritis, quibus maxime Galli delectantur, quæque impensè parant pretio, Germani importatis non videntur, sed, quæ sunt apud eos natura praua, atq; deformia, hac, quotidiana exercitatione, summi ut sint laboris, efficiunt.

172 Tribunis Mil. reliquisq; Equitibus R.] Annotatum etiam est in Variis lectionibus, in aliis libris legi, Tribunis Mil. reliquisq;, sed & Equitibus R. Quæ mihi lectio non displicet.

173 Confidebat] Confidat, Parisienses. recte. LXVI

174 Pugnatur una omnibus in partibus] Gryphii liber, Pugnatur una tum omnibus in partibus. LXVII

175 Ad summum fastigio] Parisienses, & Gryphii liber, ad infimum fastigio. LXXIII

176 Aulercis] Aulercos nominat Ptolemæus. LXXV

177 Xanthomibus] Parisienses, Santonibus. Santones, non Santoni, dicuntur ab eodem Cæsare, lib. 1. de Bell. Gal. cap. 10.

178 Fiducia pleni] Fiducia, Gryphii liber. LXXVI

179 Quid ergo mei consilii est? facere, &c.] Gryphius, & Parisienses, Quid ergo? Mei consilii est, facere, &c. Recte. LXXVII

180 E castris, longurios, musculos, &c.] a castris, quidam. Alii Præpositionem omitunt. Parisienses, ac castris, longurios, musculos, &c.

181 Aggere, & cratibus, aditus expediunt: falcibus vallum, &c.] Parisienses, & Gryphii liber ad oram: aggere, & cratibus, fossas explent: falcibus vallum, &c.

182 Huius anni rebus cognitis, &c.] Parisienses, x His litteris cognitis, &c. Gryphii liber, ad oram, His rebus litteris Cæsaris cognitis, &c.

IN A. HIRTII DE

BELLO GALL.

Lib. IIX.

183



Quitatus præsidio] Equitū præsidio, Parisienses. LX

184 Veliocassos] Veliocassos, Parisienses. LXI

185 Ut, si diceretur &c. venire, offerrent se ad dimic.] Parisienses, Si, ut diceretur, &c. venire, offerre se ad dimic.

Gryphii vero liber, in aliis cum Parisiensi libro facit, præterquam, quod in eo, offerrent, legitur.

186 Permanerent] Permanere, Parisienses.

187 In vallo colloc.] In ipso vallo, Parisienses. LXII

188 Copias armatorum, castrorum vias instruit] Antiquus liber Pinelli, Copias armatorum pro suis instruit castris. LXIII

189 Superioribus Commentariis declaratum est] Hoc nusquam reperiri in Cæsare, alii obseruauit. Videndum igitur, an mendum aliquod sit.

190 Partes aduerterēt] Parisienses, animaduverterēt. LXIV

191 Circumdare conatur] Moratur, Pinelli liber. Recte. XXXV

192 Quæ mœnibus æquaretur] Loquendi genus postulat, ut legamus, Quæ mœnibus æquaret. Ita locutus Pacuuius, apud Gell. lib. 14. cap. 1.

Nam si qui, quæ euentura sint, præuideant, Æquiparent Ioui.

Et Cicero noster, lib. 1. Offic. pag. 8. Non solum, in-

quit, *Orationes meas, sed etiam de Philosophia libros, qui iam illis fere equarunt, studiose legas.* Ita enim legendū cenſeo, ex antiquis libris. Quod tamen cum vidiffet Dionyſius Lambinus, locutionē non affectus, improbavit. Vide, quæ ſcripti in illū Salluſtii locum, Catilina, pag. 5. *Regium imperium in ſuperbiā, dominationemq; conuertit.* Ibi enim huiusmodi multa, apud Scriptores a me obſervata, poſui.

¶ 193 *Ab incendio reſtinguendo*] Sic Salluſtius, Catilina, pag. 24. *Incidium meum ruina reſtinguam.* Vide, quid eo loco dixerim.

194 *Paratiſſimo ſuſtinebant animo*] *Fortiſſimo, Pariſienſes, & Gryphii liber ad oram.*

¶ 195 *Conuertiſt hoſtem pellere*] *Conuerſis equis hoſtem pellere, Pariſienſes.*

196 *L. Paulo & C. Marcello cof.*] Gryphii liber ad oram, *L. Lentulo, & C. Marcello cof.* Recte.

L 197 *Inſequentis anni*] Alii legunt, *In inſequentis anni.* Pariſienſes, *Sequentis anni.*

¶ 198 *Ibiq; exercitum luſtravit*] De hoc luſtrandi exercitum more, vide Liu. lib. 34. ab V. C.

199 *Sed etiam per ſe diſceſſionē facere cepit*] Hunc locum cum mendofum eſſe non ſolū alii obſervarint, verū & ipſe ſemper duxerim, de eo, deque aliis ſimilibus, vt meus mos eſt, non ſolum amicos, & litteratos viros, verū & veteres libros, cum eos inſpiciendi copia fuit, conſului. Tandemq; Veronate quadrienniū antiquum reperi Cæſaris exemplar, in quo mendofe, ſed vnde tamen elici veritas facile poſſit, totus hic legitur locus. Sic autem in eo erat: *sed etia per ſe diſceſſionem facere cepit. Quod cum vidiffem, ſtatim venit in mentem, illud extremum ſe, Senatus ſignificare.*

200 *Conſules, amiciq; Pompeii, iuſſerunt*] Alii, *ſuaſerunt.* Octavius Pantagathus, acerrimo vir ingenio, *interceſſerunt*, legit.

¶ 201 *Cæſari eam, tamquam ex ſuo numero dedit*] Ab eſt, eam; a Pariſienſi libro.

IN C. IVLII CÆSARIS DE BEL. CIV.

Lib. I.

202 *Litteris a Fabio C. Cæſaris conſulibus redditis*] Offendebar Cæſari prænomine; cum Cæſar, de ſe ipſo loquēs, numquam prænomen addere conſueverit. Verum poſtea reperi, quod mihi ſcrupulum hunc eximeret. Pariſienſes enim ita ediderunt: *Litteris a C. Fabio Cæſaris conf. red.* Quæ mihi placet admodum lectio.

203 *Referunt Conſules de Rep. in Civitate*] Abſurdum, quaſi Conſules, vbi civitas non ſit, id eſt, multitudo civium, referre de Rep. poſſint. Locus igitur mendo non vacat: nec facilis diu'natio eſt.

204 *Tribuni Pl.*] Hiſ Curionē addit Appianus.

¶ 205 *Completur urbs ad ius comitorum*] Longe diſtabat a menſe Ianuario, quo hæc geſta ſunt, comitorum tempus, quare libri veteres, conſulendi;

206 *Dolor repulſe*] In conſulatu. epit. Liu. li. 108. Falſum autem hoc eſſe, dicitur inque a Cæſare, inuidiæ cauſa, tradit Plutarchus, in Vticenſis vita.

207 *Adulatio, atq; oſtentatio ſui, & potētium*] Sic veteres libri: nec obſcura ſententia. hoc enim dicitur: Cū ipſe ſibi, vt ſolent inanis gloriæ cupidi homines, adularetur, ſeq. oſtendat, & eorum amicitia, qui tum in rep. iudiciūque, plurimū pollebant.

208 *Neminem dignitate ſecum ex æquari volebat*] Velleius lib. 2. *Pompeius, ait, vt primum Remp. aggreſſus eſt, non quemquam animo parem tulit. & in quibus rebus primus eſſe debebat, ſolus eſſe cupiebat. neq; eo viro quiſquam aut alia omnia minus, aut gloriā magis, concupiit.* Lucanus:

Nec quemquam ferre poteſt, Cæſarve priorem, Pompeiusve parem.

209 *Neq; etiam extremi iuris interceſſionem retinendi, quod L. Sylla reliquerat, facultas tribuitur*] *Interceſſionem*, gloſſema videtur, nam *extremū ius*, eſt *Interceſſio*, quam Sylla tribunis pl. reliquit, Pompeius ademitt.

210 *Latorum audacia*] Suſpicatus ſum aliquādo, reponi poſſe, *Latorum*. Sed nec, eo modo ſi legas, plane mihi ſatiſfacio. Abſunt hæc a veteri Pinelli libro.

211 *Quibus Proconſules ſunt ad urbē*] Hunc locū, ante multos annos, emendavit Pater meus, ex hiſtoria: quamquā ſcripti libri haberēt, *Conſules nō, Proconſules.* Cicero, eadem de re, in episto'a ad Tironem; *Postea quā Senatus Conſulibus, Prætoribus, Tribunis pl. & nobis, qui proconſules ſumus, negotium dederat, vt curarem, ne quid Reſp. detrimenti caperet.* Et in oratione pro De otario: *Cum audiſſet, Senatus conſentientis auctoritate arma ſumpta, conſulibus, prætoribus, tribunis pl. nobis imperatoribus reſp. defendendam datam.*

212 *V primis diebus, quibus haberi Senatus potuit*] xv diebus, non v haberi Senatus potuit, a Kal. Ian. ad vi Id. reliqui tres comitiales dies ſunt, quod ex veteri Kalendario, cum Orthographia noſtra inpreſſo, liquet.

213 *Suis leniſſimis poſtulat*] Quibus a Senatu reſponſum non eſt: quia Cæſaris litteræ, a C. Fabio Cōſulibus redditæ, recitatæ quidē in Senatu ſunt; vt vero ex iis ad Senatum referretur, a Tribunis pl. qui Cæſari fauebant, impetrari non potuit. quod initio huius libri dictum eſt.

214 *Faustus Sylla Proprætor.*] Cum eſſet in omnibus libris, *Proprætor*, Pater reſpoſuit, *Proprætor*. id eſt, *Proprætor*. A Vaticano abeſt, *Proprætor*.

215 *Marcellus vero, paſſurum ſe in præſentia, negat*] Conſulatū garebat cum L. Lentulo: erat autem Cæſaris affinis, vxore ducta, nepte Iulie, ſororis Cæſaris, Octavia, quæ ſoror Auguſti fuit, & ex hoc Marcello peperit eum, de quo Virgilius:

Tu Marcellus eris.

216 *Provincia priuatis decernuntur*] Cum ſoleant magistratum gerentibus decerni: vt magistratū functi proficiſcerentur in prouincias.

217 *Scipioni obuēnit Syria, L. Domitio Gallia*] Vtraq; cōſularis. Sed Domitio vltior tantū obtigit Gal-

Gallia: nam ceterior Cōſidio Noniano, teſte Cicero in episto'a ad Tironē, in qua ſunt hæc: *Feruntur condiciones ab illo, vt Pompeius eat in Hiſpaniā; delectus qui ſunt habiti, & præſidia noſtra, dimittantur: ſe vltiorem Galliam Domitio, ceteriorem Cōſidio Noniano (his enim obtigerunt) traditurum.*

218 *Philippus, & Marcellus, priuato cōſilio, prætereuntur*] Quia Cæſaris affines. nam L. Philippus Atiam, Iulia, ſorore Cæſaris, natam; C. Marcellus, vt ſupra diximus, Octaviam, Atiæ filiam, in matrimonio habebat.

219 *Ad populum referatur*] Conſuetudo Latini ſermonis poſtulat, *feratur*. nam, *referre ad Senatum, ferre ad Populum*, dicimus.

¶ 220 *Tribunos pl. qui ad eum conſugerant, conuenit*] M. Antonium, Q. Caſſium Longinum, quibus intercedendi facultas crepta erat, ſignificat. Cicero ad Tironem: *Antonius noſter, & Caſſius, nulla vi expulſi, ad Cæſarem cum Curione proſeſti erant.*

221 *L. Cæſar adoleſcens*] Quē poſtea victor Cæſar occidit. Suetonius: *Nec ulli perſiſſe, niſi in prælio, reperitur, exceptis duntaxat Afranio, & Fauſto, & L. Cæſare iuuenē. ac ne hos quidē voluntate ipſius interemptos putant.* Cicero ad Varronē: *Vt aduini de L. Cæſare filio, mecum ipſe, Quid hic mihi faciet patri?*

222 *Cuius pater*] Auunculus M. Antonii. Cicero, in episto'a ad Dolabellam.

¶ 223 *Populi R. beneficium*] *Pro beneficio*, legi in aliis libris, eſt in Variis lectionibus.

224 *Ipsi exercitus dimittantur*] *Dimittant*, eſt in Variis lectionibus.

¶ 225 *Legiones alienas*] Quia mitti deberent ad Parthicum bellum ſupra: *Retineri Legiones 11 qua ab ſe ſimulatione Parthici belli, ſint abductæ.*

226 *Cum 11 Legionibus ſubiſtit*] Nicaſius Ellebodius Caſletanus, ex obſervatione hiſtoria, legendum putat, *cum v Cohortibus.*

¶ 227 *Tignium*] *Tigniorum*] *Tignium*] Cum Curio in Umbria pro Cæſare militaret, recte Steuchus Eugubinus, probatæ doctrinæ vir, reponendū putauit ante me natum, *Inguium*, quod videret hoc opidum ita a Plinio lib. 3. c. 14. nominari. *Tignium* autem eſt in Piceno. Cum vero in antiquo lapidē non *Inguium*, ſed *Iguuium*, nominari ego videam, ita quoque hiſ in locis reponendum ſtatuo. Eius exemplum ſequitur.

Fulginei.

P. ÆLIO. P. F. PAPIR MARCELLO. CENT.

FRVM. SVB. PRINCIPI. PERGRINORVM. ADSTATO ET. PRINCIPI. ET. PRIMIPLO LEG. VII. GEM. PIÆ. FEL. ADLECTO. AD. MVNERA. PRÆFF. LEGG. VII. CLAV. ET. PRIMÆ ADIVTRICIS. V. F. FLAMINI LVCVLARI. LAVREN. LAVINA PATRONO. ET. DECVRIONI

COLONIE. APVLESIYM. PATRONO CIVITAT. FOROFLA. FVLGINIA ITEMQVE. IGVVINORVM. SPLENDIDISSIMVS. ORDO. FOROFLAMCVIVS. DEDICAT. DECVRIONIBVS ET. LIBERIS. EORVM. PANEM ET. VINVM. -S-S- XX. N. ITEM MVNICIPIBVS. -S-S- IIII. N. DEDIT

228 *Cn. Pompeius pridie eius diei ex urbe profectus*] Mendum hic eſſe, putat Nicaſius Ellebodius Caſletanus: cū c. 10. Cæſar dixerit, Pompeiū Capuē eſſe. Locus eſt diligenti animaduerſione dignus.

229 *Auximo Caſar progreſſus*] Nescio, qui venerit in mentē quibuſdam mutandi hunc locū, & legere, *Maximo Caſar progreſſu*. Ita ſi nobis libri emendandi eſſent, omnia certe mutaremus. Verū numquā hoc inſtitutum probavi, neq; probabo. eſt enim nobis retinenda prior lectio, quantum poteſt: neq; mutanda, niſi proſus ſenſus ipſe eā reſpueſe videatur. Locus hic admonet, vt reticendā non putem emendationē quādam in Varronis Eumenid. apud Noniū Marcellum Tiburbigeſem, (ſic enim legendū ego puto, non *Tiburticem*) quam proximis diebus mihi ſignificauit, nobiliſſimus iuuenis, idemque omnium, quos ego vniquam nouerim, doctiſſimus, Claudius Puteanus. Ita autem eſt in Nonio, in verbo, *Cadere*, quod interpretatur, *Occidere*, vel *Maſtare*: Varro Eumenid.

Maximum cadit ferro, ſed cadere Vlyſſem, Cum bacca ſyluam cadit, porcoſq; trucidat.

Dicit Puteanus, Petrum Delbenum, acerrimi iudicii iuuenem, quique multa in optimis auctoriſus emendauerit, putare hoc loco ita legendum, *Aiax dum credit ferro ſe cadere Vlyſſ. &c.*

Quod quam vere cogitet, quamque pulchre locū emendari, doctorum ſit iudicium. mihi quidē ſic probatur, niſi vt magis probari poſſit.

230 *Camerino*] Nomen retinet nobiliſſimū opidum, ex quo viri doctiſſimi prodierunt. Populi *Camertes* dicuntur. De eius antiquitate, & nobilitate, plura dixit Io. Maria Iouius, Camertis, iuuenis, ingenti, doctrinæque, laude, in primis excellēs, mihi que, ob id, maxime carus, in eo libro, quo Camertium antiquitatem perſequitur.

231 *Vlcillem Hirum*] *Hirrus*, duplici RR. ſcriptum, Lucceæ gentis cognomen fuit. Quo ſemper verius ſum, ne *Lucceium*, pro *Vlcillem*, quod certe corruptum verbum eſt, Cæſar ſcripſerit.

232 *Qui erat ab opido millia paſſuum circiter 111*] *Pro erat*, *l. bentus legerem, aberat.*

233 *Xl in ſingulos iugera*] Habebat Domitius xxx cohortes, id eſt militum xv millia: quadrangula igitur in ſingulos iugera ſi diuidantur, iugerum erunt ſexcenta millia: eſt autem Iugeri longitudo, pedes cxxl latitudo cxx. Immanis eſt hic iugerum numerus: cum præſertim dicat, *ex ſuis poſſeſſionibus*; nec Domitii diuitias, vt Crasſi, aut Luculli, quiſquam celebrauerit. Quare ante multos annos Pater *Quatterna* reſpoſit, pro *Quadragesima*.

- XIX 234 *Consultandi causa*] *Consiliandi*, legi in aliis libris, est in Variis lectionibus.
- XXI 235 *Animi confirmatione*] Verbum, *Confirmatione*, mendosum suspicor. est, ne mendosum putetur, potest aliquis hoc dicere: veritum esse Casarem, ne milium animus, qui, cognito Domitii consilio, mutatus erat, confirmaretur.
- 236 *Neque eorum tam remisso, ac languido, animo quisquam omnium fuit*] *Neque eorum quisquam omnium fuit*, ita coniunge. malim tamen, neque, vero. Vaticanus liber, neque, eo. Parisienses, neque, tam remisso, &c.
- 237 *Vt nullus in aliam partem &c.*] *Vt alius in aliam partem* &c. Parisienses.
- XXIII 238 *Filius Domitii*] *Filius Domitius*, legendum puto: quod ita ferat vetus loquendi consuetudo.
- 239 *Quod sibi aperte eorum gratia vclata non sit*] Fortasse rectius, a parte eorum. Quomodo legitur in Parisiensi libro.
- XXIV 240 *Cn. Magius, Cremona*] Patriæ nomen in rerum addebat. Vt lib. 3. C. *Felginatorum, Placentia*. Quo de loquendi genere vide; quæ diximus in Orthographia; in verbo, *Arretium*.
- XXVI 241 *Reliquisq; telis, pugnabatur*] *Pugnabant*, Gryphii liber, ad oram.
- XXIX 242 *Deprehensiq; excipiunt*] Abest particula *que*, a Carrariensi libro. quod legitur in Variis lectionibus.
- XXXII 243 *Vt operibus ante studuerit*] *Ante* sic induerit, Parisienses.
- XXXIII 244 *In Senatu dixerat &c.*] Plutarchus aliam addit causam fuisse; cur Senatus Legationem ad Pompeium, de pace, non misereat. cum, timuisse Senatum, ne Casar ab ipse in pectore clausum, aliud in ore promptum, haberet.
- 245 *Reliquasq; res, quas cumq; agere instituerat*] Hoc loco multa Casar reticet, quæ sine multa ipsius ignominia dicere non poterat. De pecuniis enim, ab ærario ablati, reclamante Metello, scribit Plutarchus, Appianus, & Lucanus.
- XXXIV 246 *Quas Sicilia, & in Cosano*] Quid Sicilia insula cum agro Cosano? Suspicio equidè de mædo: cum presertim veteres libri habeant, *Sicili*, vel *Sigili*.
- XXXIX 247 *Quem ipse petiuerat*] *Quam ipse pacauerat*, Gryphii liber, ad oram.
- XL 248 *Præsidio proprio*] *Proprio*, non legitur in antiquo Pinelli libro.
- 249 *Iumentorum, & aqua magnitudine*] Non opinor: subesse mendum, sed verbum, *magnitudine*, respicere duas res, iumentorum pondus, aquæ impetum.
- XLVI 250 *Ex primo hastato legionis quartadecima*] In singulis legi: omnibus erant *hastati*, principes, triarii. horum deni centuriones erant. qui *hastatorum*, *primus hastatus* dicebatur, *secundus*, *tertius*, usque ad *decimum*: vnde illud apud Liuium, lib. 42. *Virtutis causa mihi T. Quinctius Flaminius decimum ordinem hastatum assignavit*. Sic *primus princeps*, *secundus*, *tertius*, usque ad *decimum*. Ibidè Liuius: *A. M. Acilio mihi primus princeps prioris centurie est assignatus*. Et Cicero, in epist. ad M. Brutum: *Crateri bello octauum principem duxit. Triariorum quoque decem centuriones fuerunt: sed, qui primum inter eos locum*

tenebat, non *primus triarius*, verum *Primipilus*, vel *Primipili centurio*, vocabatur.

251 *Ex inferioribus ordinibus*] non ex priuato milite sed, cum ordines duxisset, id est, centurio inter hastatos fuisset: cum essent nouem præterea. Sic lib. 3. *ab octauis ordinibus ad primum pilum se transducere pronuntiauit*. id est, qui centurio triariorum octauus fuerat, eum primum fecit.

252 *Ex omnibus montibus nix profluit*] *Profliuit*, Gryphii liber. recte. Parisienses, *Proliuit*.

253 *Neq; frumenta in hibernis erant, neq; multum a maturitate aberant*] Nicasius Ellebodus Castetanus, cum videret, ex superioribus hibernum tempus hic non posse designari, idque etiam perspicue ostenderet illud, neq; multum a maturitate aberant, reponendum putat, *in herbis, vel in herba*. Quo modo locutum Ouidium obseruauit: — *tua messis in herba est*. Plinius quoque lib. 18. ca. 7. *Frumenta hyeme in herba sunt*. Et Cicero de Senectute, de Frumentis loquens, *Herbescens vitulidæ* dixit.

254 *His tamen omnibus annona creuit*] *Histum* omnibus, legit Nicasius.

255 *Alagni domum concursus*] *Demum*, Gryphii liber. Probo.

256 *Ita comitatus, & eos qui frumenti causa processerant, tuto ad se recipi*] Antea, *comitatus*. Ego, comitatus, ex antiquo libro, & quia supra: *Neq; maximi comitatus, qui ex Italia, Galiaq; veniebant, in castra peruenire poterant*.

257 *Vt præsidio, sed iudicio sine*] *Præsidio*, Parisienses. 17

258 *Lacerant*] Hos a Strabone lib. 3. & Ptolemaeo *Lucitanos* dici, docuit Fuluius Vrsinus. Quo modo item legi in antiquo suo libro obseruauit. Emendatque *Lunam*, & Plinium.

259 *Ilurgatoneses*] *Lurguonenses*, eiusdè Fuluii liber, & Liuius. Hos putat a Strabone dici *Λιργατωνες*.

260 *Octogesima*] Idem, *Et auisiam* dici a Plinio, monuit.

526 Quomones ad eum perducti. V. C. habet, producti, & paulo post, quique eos armati ex præsidio secuti sunt, non, quinq; eos.

527 Conuentus ciuium Romanorum, qui Lissum obtinebant. Ita V. C. Plinius lib. 3. ca. 22. Promontorium Nymphæum, Lissum opidum ciuium Romanorum edit.

528 Hac eodem fere tempore. Sic habet V. C. item, ipsi iter secundum eas terras direxerant, quod placet, nam in vulgatis est, terras, & inferius pro Asparagium, V. C. vbiq; constanter habet, Asparagium.

529 Scipio detrimentis quibusdam circa montem Amanum acceptis, sese Imperatorem appellauerit. Scipionem Imperatorem appellatum ab exercitu fuisse constat ex eius denariis, in quibus fere omnibus vitur hoc titulo, Q. METELLVS. P. vs. SCIPIO. IMP. sed, ex Africa prouincia fuisse Imperatorem appellatum aliquando existit, quod multi ex iis denariis, in quibus Imp. dicitur, sint in Africa signati. Sed siue ex Africa, siue ex Syria prouincia, quam tunc obtinebat, sese Scipio Imperatorem appellauerit, ridiculum est ob detrimenta circa montem Amanum accepta eo titulo affectum esse. quare mendum aliquod subest, fortasse in verbo detrimentis, pro quo reponendum videretur aliquod aliud verbum, quod opponatur detrimentis. Opponitur autem detrimento emolumentum, vt ostendit Cicero libro tertio de finibus, cum ait, & emolumenta & detrimenta, quæ ἀφελήματα & βλάμματα appellantur.

530 Cuius modo rei nomen. V. C. habet, cuius modi rei nomen, & paulo post, differa præceptis &c. pro eo quod in vulgatis est, conferta præceptis.

531 Ceterasque eius deo statuas. Cum in V. C. qui est apud me, scriptum sit, ceterasque eius dei consuetudines, iam dictum est cum studiosos antiquitatis, lectores admonui, videri mihi legendum esse, certa quo eius rei die constituta, quod ita Cæsar locutus sit libro, septimo de bello Gallico cum dixit, Tempore eius rei constituto, & hoc ipso libro, certumque ei rei tempus constituitur.

532 Adesse Scipionem cum legione. Videtur legendum, cum legionibus, nam duas legiones Scipio in Syria habebat, vt supra dixit. nec verum simile est, si vnã tantum legionem habuisset, ad custodiam impedimentorum octo cohortes relinquere voluisset.

533 Ante frontem castrorum instruit. Sic est in V. C. & inferius, a valle non discedere, pro eo quod vulgati libri habeat, a vallo. Putamus autem

verbum, valle, ex verbo, quod præcedit, campus, profuissse. Paulo post V. C. habet, ex fremitu equorum incussa suspitione.

XXIII 534 Iisq; custodiam nauium longarum tradidit. V. C. habet, iisq; custodiam.

XL 535 Ab Acilio posita. Vel hic, Caninio, scribendum vel supra, Acilio, reponendum, vt historia constet. & ita Faernus emendabat hunc locum.

536 Etiam nauem expugnauit. Legendum, eam nauem expugnauit.

XLII 537 Decertandi potestatem Pompeio facit. V. C. habet, decernendi.

XLIII 538 Comportari imperat. V. C. habet, comportare imperat. item, In Epirum rei frumentaria causa Quinctilium & L. Canuleium legatum misit. cum in aliis desit nomen Quinctilii.

XLIV 539 Quibus interim iumenta pascerebantur. V. C. pascerebantur.

540 Aut ex subcoactis. V. C. habet, aut ex coactis. vide LANARIVS C. ACTILIARIVS in veteri apud me inscriptione.

XLVI 541 Subito conspicari pila coniecerunt. V. C. habet, conspicari, non, conspicati, vel vt alii legunt, conspicari. item pro aduersus pilum, Faernus reponerat, aduersus tumulum, quod non ita placet, vt lectio, aduersus cliuim, quomodo docti viri emendarunt, non longe discedentes a vulgata scriptura.

542 Præcipites Pompeianos egerunt. Post hæc verba in V. C. apud me adduntur hæc, & terga uertere coegerunt.

543 Pauloque circa eum locum morati. Verbum morati, abest a meo libro, & pro, circa, scriptum est, circa eum locum. item paulo post V. C. habet, at contra integras, atque incolumes copias, &c. pro eo quod est in libris vulgatis, at tum integras, &c.

XLIX 544 Est etiam genus radices. De hac radice ita Plutarchus in Cæsare: Ἄλλα ῥίζων ἰσχυρότεροι εἰσὶ καὶ τῶν, καὶ γὰρ ἀλακτι φουδόντες, ποσειφίροντο καὶ ποτε, καὶ ἀλακτιαντες ἐξ αὐτῆς ἀρβυς, καὶ ταῖς αἰσφουλακίς τῶν πολεμίων ἐπιδραμόντες ἐταλον εἶσω, & διέρριπτον ἐπιλέγοντες, ὡς ἀρχαὶ αὐτῆς γηραιώτας ἀφῆρῃ ῥίζας, οὐ πικρόντων πολιορκουμένους Πομπηίων. ὁ δὲ ῥίζα Πομπηίων οὐτε τοὺς ἀρβυς, ἔτε τοὺς λόγους εἰα ῥίζας ἀφῆρῃ εἰα. πρὸς τὸ πλῆθος.

545 Crebroque voces. V. C. Crebraque voces. & paulo post, Prius se cortice & ex arboribus victuros.

546 Quibus quotidie melius succedere tempus. V. C. habet, subterepe, pro succedere.

LI 547 Interim certior factus P. Sulla. Hic vt opinor in veteribus denariis dicitur P. SVLLA, antique, pro P. SVLLA. vt Lucullus, & Cinn. Nisi ad P. Sullam pertineant denarii, qui cum L. Antonio Cos. fuit, Sulla dictatoris fratris filius.

548 Pompeianis magnas ad receptum difficultatem afferebat. Faernus legebat, Pompeianis magnam res ad receptum difficultatem afferebat, pro, magna res. item in V. C. est, Volcatius Tullus, quæ scriptura confirmatur antiquis denariorum monumentis.

549 Donauit milibus ducentis aris. Pro donauit, habet V. C. donatum milibus ducentis, ab octauis ordinibus ad primum pilum se traducere pronunciauit, &c.

550 Etusq; opera. V. C. eiusq; ope.

551 Militaribusque donis amplissime donauit. Militaria dona cuiusmodi fuerint, docet Suetonius in Augusto cap. 25. cum ait, Dona militaria aliquanto facilius phaleras, & torques, quicquid auro, argentoque constaret, quam vallares & murales coronas, qua honore præcellerent, dabat.

552 Fusium Calenum. Diximus supra in V. C. haberi Fusium, & ita nominari ab Appiano libro secundo: Q. vero Subinum, dici Caium ab eodem Appiano, & item supra ab ipso Cæsare, licet in veteribus denariis, quos tamen ipse non vidi, dicant extare Q. Caluissium Subinum.

553 De voluntate ipsarum. Particula, de, non habetur in V. C.

554 Vti ne in eam telo, tormentone adigere possent. V. C. uti ne telo, tormentone adigere possent. & sic omnino legendum.

555 Ex magna parte compellere. V. C. habet, sed magna etiam ex parte compellere.

556 Vt nihil proficere equestratum. V. C. habet, ubi nihil proficere equestratum.

557 Sed etiam fructus ex arboribus deficiebant. Faernus legebat, frondes, pro fructus.

558 Locupletesq; ex egentibus fecerat. Ita V. C.

559 Monuitq; equites. Vox, equites non est in V. C. & certe abundat.

560 Discedere a nostris. V. C. habet, discedere a nobis, & paulo post. Postquam id facinus visum est, &c. pro eo quod vulgati libri habent, postquam id difficilium visum est.

561 Per omnia sua præsidia circumduxit. V. C. non habet illud, per.

562 Et custodiarum vera diligentia. V. C. meus habet corruptissime, in custodiarum viriam animaduersa diligentia, vt videri possit postremam syllabam vocis, viriam, ex sequentis verbi primis litteris geminatam esse ita, anim, cum scriptum fuisset in custodiarum vera animaduersa diligentia, vel quod magis placet custodiarum indiligentia animaduersa. Nam aliis item eodex, qui est apud me, pro voce viriam, habet inuiriã, vt fortasse scriptum fuerit, custodiarum incuria animaduersa diligenter.

563 Atque aggerem iubet comportare. Ita V. C. qui paulo post habet, Fulvium Posthumum.

Lentulus vero Marcellinus, qui a Cæsare hic nominatur, potest esse filius Cn. Lentuli Marcellini Cōsulis anno DEXCVII. qui in argenteo denario LENTVLVS MARCELLINVS Col. dic. tur. Sed siue s, siue alius fuerit, qui Cæsaris Quæstor describitur, a Marcellis omnino adoptatus videtur, cum esset Cornelia familia oriundus. Et fortasse P. Lentulus esse potest is qui a M. Marcello adoptatus, ut in Bruto refert C. cetero, ex ipsa adoptionis formula Marcellinus dictus est. Ad indicandum ve o vtriusque familiae honorem in altera denarii parte, Idææ matris simulacrum Marcellini signare cōsueuerunt, a quo extant apud Ciceronem hæc verba in oratione de Arulpho cum responsis: *Sacra ista maiores nostri ascita ex Phrygia Roma collocauerunt: qua vir accepit is, qui est optimus a Populo Ro. indicatus P. Scipio, si minima autem, qua matronarum castissima putabatur, Q. Claudia. Valer. Max. lib. 7. c. 5. P. autē Scipio Nasica, rogata potentia clarissimum lumen, is qui Consul lugurtha bellum indicit; qui matrem Idæam Phrygiæ sedibus ad nostras aras, fociq; migratam sanctissimis manibus excepit. Liu. us lib. 24. Ouidius lib. 4. Fast. Solinus c. 7.*

- LXIII 564 In interiore vallum] Faernus legebat, anteriorem.
- LXIV 565 Viribus deficeret] V. C. habet, a viribus deficeretur.
- LXVI 566 Atq; opera, ut demonstrauimus, circum muniret] V. C. & Faernus habent, opere, & ita legendum.
- LXVII 567 Eo loco propugnante] V. C. habet, e loco &c. & paulo post: *Et quod eo pulso legio sese receperat, nonnullos ibi repugnantes, &c.*
- LXVIII 578 Cum portam quarerent castrorum, quod eam munitionem esse arbitrentur] V. C. cum portam quarerent, castrorumque eam munitionem arbitrentur.
- LXIX 569 Eundem cursum conficerent] V. C. habet confugerent, pro, conficerent.
- LXXI 570 Pompeius eo prælio Imp. est appellatus] In Cn. Pompeii argenteis denariis, CN. MAGNVS IMP. dicitur ex Hispania prouincia, multo ante hanc victoriam, ut videri possit id nomen pluries obtinuisse. Nam ex Africa etiam prouincia Imperatorem appellatum esse Cn. Pompeium, scribit Plutarchus in Pompeio.
- LXXII 571 Vel Tribuni virio in exercitu esset offensum] V. C. habet, exercitum.
- LXXIII 572 Si non omnia cederent secunda] Legendum, caderent, ut est in V. C.
- LXXIV 573 Pæna loco] Videndus Appianus lib. 2. de bello ciuili.
- LXXV 574 Et ne citissima eius profectio cognosceretur] Faernus legebat: *Et ne citissime.* Sed V. C. habet, *Et quam suetissime.*
- LXXVI 575 Ipsi q; incolumes] V. C. ipsi incolumes, & post: *militisq; omnes intra vallum continuit &c. sine voce castrorum.*
- LXXIX 576 Accessit etiam improuiso] Ex V. C. legendum: *Accessit etiam ex improuiso.* Item: *Heracliam Sinu-*

cam. S. c enim habet Liuus lib. 42. & 45. Plin' us li. 3. c. 10. & Ptolomæus.

- 577 Paucis ante diebus] V. C. pro diebus, habet, mensibus. Et paulo post, *Larisam, & Larissas*, vnico S. quomodo scribendum esse docet antiqua numismata A A P I C A I A N.
- 578 Collata fortuna Metropolitæ cum casu Gomphensium] Faernus legebat, Gomphensi. De Gōphis autem a Cæsare captis, & item Metropoli vide Dionena lib. 41.
- 579 L. Hirrii] V. C. habet L. Hirri. Sed notaui- mus supra ad lib. 1. scribendum esse, Hirrii.
- 580 Ut præstaret quod proficiscens promississet] vet. c. non habet particulam, ut.
- 581 Quod satis perspectum habere videretur] vet. c. habet: *Quum satis perspectum militum animum habere videretur.* & post: *quodnam Pompeius propositi &c.*
- 582 Hoc sperans] vet. c. habet, hac sperans. Sed, spectans, alibi Cæsare dicit. & post in vet. c. est: *ut essent animo parati ad prolium.* Item: *ex delectu horum annorum &c. non, ex delectis.* Et: *Pleriq; sunt ex colonis Transpadanis &c. non, & pleraq; sunt ex colonis Transpadanis.*
- 583 Animo percipiebant] vet. c. meus habet, percipiebant.
- 584 Hæc erant millia] vet. c. meus habet hæc erant numero millia XLV.
- 585 Tametsi erat prælii Dyrrhachinis vehemēter attenuata] Sic habet vet. c.
- 586 Ex dextro cornu procurrat] vet. c. procurrat. Et infra: *infestis pilis procucurrissent.* Item: *uniuersi procucurrerunt.* Et sic Cæsarem scripsisse Charisius tradit.
- 587 Atq; cum milites electi circiter cxx voluntarie] Faernus legebat *voluntarii*, quos Græci ἰλα- ροὶ vocant.
- 588 Quæ studio pugnandi incenditur] Faernus legebat ex vet. c. *qui studio pugnandi incenduntur.* Et infra: *Ordines suos conseruauerunt.* Item: *a latere aperto circumuenire cœperunt.* &c. non, circumire.
- 589 Quam instituerat ex cohortium numero] videtur legendum *sex cohortium numero.*
- 590 A sinistra parte circumuenta] Sic videtur legendum sine verbo, erat. Paulo post vet. c. non habet illa, *quam maxime*, sed tantum, *aliis diffusus.*
- 591 Ut facile existimari posset] vet. c. estimari.
- 592 Querens tantam se opinionem sefellisse] vet. c. habet, *querens tantum se suam opinionem sefellisse.* Quod autem infra est, *uniuersi simul Larissam versus se recipere cœperunt*, vet. c. meus habet, *uniuersi iuris eius Larissam versus se recipere cœperunt.* quomodo in aliis codicibus se reperisse Petrus Victorius testatur. ex quo, *uiris equis*, alii fecerunt. Sed Velleius lib. 2. videtur eo modo locutus cum ait, *Oppressus auspiciis Pompeii, insidiis filii Pharnacis, Mitradatæ vltimus omnium iuris sui Regum præter Parthicos, &c.*
- 593 Militibus suis iussit] vet. c. habet, committit, danit,

- danit, pro, iussit.
- XCIX Sese Sulla similiter dederunt] vet. C. non habet vocem, similiter.
- C 594 Longius productam] Ita vet. C. non, productam.
- CI 595 Cassiusq; ad Sulpicianam] vet. C. Cassius ad Sulpicianam. & post: *Pari atq; antea ratione egit secundum nactus ventum.* paulo supra: *Et eo ipso tempore nuncii &c. sine voce, quidam.*
- CEII 596 Et quantum itineris] vet. C. habet, *Quantumq; itineris.* & paulo post idem liber habet, *arcem ante captam esse*, non, *arcem Antiochiam.* Quod autem dicit: *ciuiumq; Rom. qui illic negotiantur*, id simile est illi formulæ que habetur in veteri inscriptione: *CIVES ROMANI QUI MVITILENIS NEGOTIANTVR.*
- 597 Nam quicumq;] vet. C. Qui cum.
- 598 Nauis soluere cœbantur] vet. C. habet, naues soluerunt.
- EV 599 T. Appium] vet. C. habet, T. Amphium, pro quo Tampium habet Velleius. T. Amphia vero familia nota est ex antiquis denariis, & lapidibus.
- 600 Ut iis testibus summa pecunia vteretur] vet. C. meus habet, *in summam pecunia.*
- 601 Quod ante ipsam Mineruam collocatum esset, & ad simulacrum Mineruæ spectauisset.] Ita legitur hic locus in vet. C.
- 602 Pergami in occultis ac remotis templis] V. C. habet *reconditis*, siue ut est in alio libro, *conditis.*
- CIX 603 Corripit atq; interfici iussit] Sic Faernus legebat. Paulo post vet. C. habet: *qui inueterauerant compluribus Alexandria bellis. hi omnes Ptolemaum patrem in regnum reducerat, Bibuli filios &c.*
- SXI 604 Constrata omnes] vet. C. habet, *rostrata omnes.*
- SXII 605 Quaq; ubiq; naues] vet. C. habet: *quaq; ubi naues.* ut fortasse legendum sit, *quaq; ibi naues.* Item: *nec tractu opidi &c. ut etiam Faernus.* sed forte, *hoc tractu opidi*, legendum est.

NOTÆ
AD LIBRVM QVARTVM HIRTI DE BELLO Alexandrino.

- I **H**ic sperans] Placeret, illud spectans. quomodo alibi Cæsare locutus est. Paulo post vet. C. habet: *magnamq; nuxerum in opidum telorum atq; tormentorum conuexerant.*
- II 607 Integris viribus ad auxiliium ferendum opportuni essent] vet. C. habet, *oppo- ni possent*, pro, *opportuni essent.* & post: *Subiectisq; eas rotis &c. ut illud, eas, ad ambulatorias referatur.*
- III 608 Ut nostri illorum opera imitari viderentur] vet. C. habet, *imitari, non, imitari.*
- VII 609 Ut ad extremum casum periculi omnes deduci viderentur] Ita V. C. meus. qui paulo post habet:

puteis fossis aquam dulcem &c. nam infra dixit ad fodiendos puteos. Item in V. C. est: munitiones nu- dari nolebat &c. non, nudare.

- 610 Cæsare ad terram detraxit.] V. C. detrabit. & post: *si quid granius illi accidisset.*
- 611 Ad naturalem ac domesticum usum refugere cupiebant] vet. C. habet: *ad naturale & domesticum bonum refugere cupiebant.*
- 612 Propterea quod ii qui transissent, ac ad explicandam classem & ad receptum &c.] vet. C. habet: *qui intrassent & ad explicandum & ad receptum.* Item: *Quam reliquam classem potueris explicare &c. xv pro, possis.*
- 613 Reliquis etiam esset cadendum] vet. C. habet: *Reliquis etiam esset cauendum.*
- 614 Neq; numero nauium præstantibus] vet. C. Neque numerum nauium præstantibus. quod magno preplacet.
- 615 Capitur hoc prælio quinqueremis una, & biremis] Ita vet. C. & paulo post in vet. C. habetur: *Et illa in urbe vno tempore tentari posse confidebat.* Item: *Distinenda manus causa confratis nauibus aggreditur, præmissisq; magnis propositis &c.*
- 616 Neq; vero diutius ipsi ex munitione se continere] videtur legendum, *in munitione.* & post: *pugnabatur a nobis, non, nostris.* & paulo ante V. C. habet: *decc passuum intervallo* &c. pro *xviii intervallo.*
- 617 Cohortium trium qui in ponte] V. Cod. xx habet, *qua in pōre.* & paulo supra: *Quorum fuga incitati Alexandrini, plures ex nauibus egrediebantur.* Item infra: *Nonnulli felicioris exitu expeditas ad ancoram naues consecuti, incolumes discesserunt. Pauci alleuatis scutis, & animo &c.*
- 618 Aut suo prore consilio] vet. C. *Aut suo priore consilio, per occultos nuncios Regi probatos &c. & sic alibi secretis nunciis, ut est in vet. C.*
- 619 Bonitate tantum adductus, ac non prudentissimo consilio] Ita V. C. & post: *Sine quo nulla unquam dimicatio maritima, nulla etiam parum feliciter confecta erat.* Item: *Et illi tremem hostium perforassent, ac demersissent.*
- 620 Planities ex omnibus partibus subiecta] V. C. habet, *planities.* antique.
- 621 Cæsare re præclarissime gesta] Ita paulo post locutus est. hic tamen vet. C. habet: *Cæsare præclarissime re gesta.*
- 622 Non quod id minori numero militum consequi difficile factu putaret.] Videndū an legi debeat: *Non quod id minori militum numero difficile factu putaret.* & paulo post V. C. habet: *vna, quam liberum accessum habere demonstrauit.*
- 623 Magnam multitudinē hostium interfecerunt] V. C. habet, *magnam multitudinem hostiū in castris interfecerunt.* (V. C.)
- 624 Atq; ea opidi parte victor introit] Sic habet
- 625 Ad C. Platostum quaestorem] Sic legendum ut in V. C. non, *Platostum.*
- 626 Interim legati a Pharnace responsam referunt] V. C. habet, *responsa.* Itē paulo post: *has esse opportunitates.*

XL 617 Cum extra fossam in comitatum Regis.] V. C. in equites Regis.

XLI 628 Ea q̄ qua essent morte miseriora] Placet vt legatur, ea, pro, eaque.

XLII 629 Se reliquis ex fuga collectis, compulsisse audiret] vet. C. habet: se reliquis ex fuga collectis contulisse audiret. & post: Crebro incommoda accipiebāt.

XLIII 630 Litteras in Achaia ad Calenum misit] Placeret, Litteras in Achaia ad Kalenum misit, vt sibi classem mitteret &c. non, mitterent. sic enim est in vet. C. & Casar lib. 3. de bello ciuili dixit: Altera quam ex Achaia a Fusio, siue Fusio, vt nos legimus, legato euocauerat. quo loco vet. C. male habet, ex Achaia atque Fusio. Kalenus vero Fusio familiaris cognomen est.

XLVI 631 Neque numero parem esse futura dimicatio- ni] vet. C. fortuita. non, futura. quod placet. sequitur enim: fortuna rem committere noluit.

XLVII 632 Pentiremem vnā] vet. C. Penteremem.

XLVIII 633 Proelio Pharsali rem solliciter &c.] Legendū, & Palaopharsali rem &c. auctoritate libri mei.

XLIX 634 Ita magna etiam sollicitudo periculorum ad iacturas, & detrimenta rei familiaris adiungebatur] Ita vet. C. & paulo post: Augetur otium ex ipsa delectu &c. sine copula, &.

LII 635 Eoq̄ ipso die meridiana hora] V. C. tempore post-meridiano & post: Inter saxa, qua iacebant in itinere. Item: Relato domum Cassio &c. sine particula, ad. Mamilius autem Tuscus puto mendosum esse, & scribendum: Mamilius Tusculanus. Liuius facit mentionem Mamiliū cuiusdam Tusculani, id cognomen adepti, quod familia Mamilia Tusculo oriunda esset.

LIII 636 Secundarii veriti] vet. C. Secundani.

LIV 637 Nam palam festertius decem cum Calpurnio paciscitur, & cum Q. Sextio L.] vet. C. habet: Nā palam S. S. X. cum Calpurnio paciscitur, & cum Q. Sextio L. &c. hoc est, festertium decies centena millia cum Calpurnio, & festertium quinquagies cum Q. Sextio paciscitur.

LVI 638 Virum nil timere] vet. C. timeret.

LVII 639 Totum exercitum lustrat] vet. C. habet, notum. vt legi possit, nouum.

LXIII 640 Interim Thorius] vet. C. Thorius. & ita est in veterib. denariis, qui ab ipso Thorio signati circumferuntur. In nominata etiam Græco, quod putamus in Ætolia cūsum esse a Proconsule ibi Thorio; inscriptū est: ΕΙΗ ΑΝΘΥΡΑΤΟΥ ΘΥΡΑΤΟΥ, in cuius altera parte Calydonius aper signatus est ad Ætolos per Melaegrum pertinens in altera Iunonis Sospitæ caput, quæ Lanuuii colebatur, vnde oriundus erat Thorius, cum inscriptione, ΗΡΑ ΔΑΝΟΙΑ ΠΡΟΜΗ, quod nostram de Lanuuii opinionem mirifice adiuuat, quæ habetur in libro de familiis, Lanuuii scilicet, non Lanuuii Iunonem Sospitam cultam fuisse. Illud autem ΗΡΑ ΜΗ videtur respondere Latino verbo, REGINA, quod habetur in argenteo Thorii denario, in quo est, I. S. M. R. hoc est vt nos interpretamur, LVNO SOSPITA MAXIMA REGINA. pro

quo in Græco est, IVNO LANVINA REGINA. Videndus liber de familiis in Papiā gente.

641 Sed id qua mente commotus fecerit coniectura fieri non potest] vet. C. meus aliter habet, & quidem diuerso sensu, ita: sed id qua mente, communis erat coniectura. Paulo post: frequens legionibus conuictus obuiam prodit &c. pro legionibus, legi posset, legionariorum.

642 Lepidus eodem tempore, Marcellusq̄, Cor- duban cum suis proficiscitur, Cassius Narbonam. Sub idem tempus Trebonius Procos. &c.] Ita legitur hic locus, & interpungitur in meo vet. C. cum in vulgatis præter malam interpunctionem desit nomen Cassius.

643 Itaq̄ indulgentia Trib. mil.] vet. C. habet, indiligentia. & paulo post: Quæ maiore sunt dignitate, non, maiores. Item: legionibus Surisq̄, proficiscitur.

644 Imparatusq̄, oppressus] vet. C. Imparatusq̄, oppressos &c. & post: Quodq̄, subiti periculi recordatio lætior.

645 Cælio Vintiano] vet. C. habet: Viniciano, quomodo scribendum aliquando existimaui, ductus auctoritate veteris argentei denarii, in quo nomē Vinicia familiæ notatum est. Ita Cæli quoque locum in epist. ad Ciceronem 4. lib. 8. corrigendum puto, vbi est: M. Calium Vinicianum &c. nam ibi male legitur Vintianum. Opinor autem e Vinicia familia à Cælio adoptatum, Calium Vinicianum dictum fuisse, ex vitata illa adoptionum formula, qua etiā Q. Cæcilius Pomponianus Atticus est appellatus. Crassus etiam quidam Iunianus apud Ciceronem in epistola ad Q. fratrem nominatur, quod esset e Iunia familia in Liciniā adoptatus. cuius & in argenteo quoq̄ nummo mentionem inueni hac inscriptione: CRASSVS IVNI. Id autem quod esset ignotius, occasionem aliquibus dedit deprauandi potius, quam corrigendi cognominis.

646 De controuersis cognoscit & statuit, iura in retrarchas, Reges, ciuitates distribuit. Pergamenum Mitradatē, a quo rem feliciter, celeriterq̄, gestā &c.] Ita hic locus legitur & interpungitur in meo V. C.

NOTÆ
AD LIBRVM QVIN-
TVM DE BELLO A-
FRICO.

647 E IN DE Alieno] Alieno, scribendum est ex veteribus eius familiaris denariis. in quibus A. hic ALLIENVS designatur Sicilia PRO COS. C. Casare iterum Cōsule, ex signo trium crurum, à quib. ea insula dicta est Trinacria. De eo ita infra: Alienus interim Procos. & Lilybaō in naues onerarias imponit legiones XII, & XIY. &c. Idem tamen, vt ex hoc

ex hoc Hirtii loco apparet. Prætoriam primum potestate Siciliam prouinciam, deinde Proconsulari obtinuit. Ad quos honores indicandos in altera denarii parte, Siciliæ symbolum expressum est, vt diximus, tria crura.

648 Et a Clupea] vet. C. & Clupeis. quomodo habetur apud Casarem lib. 2. de bello ciuili. vbi est: hic locus abest a Clupeis &c.

649 Quod neque certum locum gubernatoribus, prefectisq̄, quem peterent] vet. C. habet: Quod neque circum loca gubernatoribus profectis, quid peterent &c. & paulo post, fortuito.

650 Venio à Casare] vet. C. Immo à Casare.

651 Et subito exeunt] vet. C. exeunt. & paulo post: fieri posset necne, locum nullū excusatio haberet & mox: Regium enim equitatum Scipio & prouincia Africa aliebat.

652 Cælo albente] Ita vet. C. pro eo quod in vulgatis est, albescente. & ita infra. & paulo supra: Tanta homines esse dementia.

653 Qui in præsidis relictis sui milites fuissent, vt nihil preper suorum paucitate &c. Ita vet. C. & paulo post: Progressus esset a castris. Item: Quorum paruus e castris exierat numerus, acersi atque ordinatum signa se leniter conseq̄ui, &c. & ad eam pugnam parari &c.

654 Artificio magis, quam viribus decertandum videret] vet. C. habet: decernendum. & paulo post: Subito ex cōdensis turmis pedites Numida &c. Item: Dum equites rursus cursu renouato.

655 Casariq̄ equites, iumenta ex nauis recenti, siti, languore, paucitate, vulneribus defatigata ad insequendum hostem, perseverandumque cursum tardiora habent] Ita vet. C. & post: Maxima autem auxilia haberet Numidarum equitum, leuissimæ armatura. Item: Præterea ex fuga, prælioq̄ Pompeiano, Labienus quos secū a Brundisio transportauerat.

656 Germanisq̄, DCCC] vet. C. meus, ∞ DC. & paulo post: Auxilii adhibito militibus ∞ DC peditum, ac leuis armatura quater tanto.

657 Vltro citroq̄, commeare] vet. C. habet, commeatu. & paulo post: cum copia legionum IIX, & equitum III millium esse nunciabantur. vulgata lectio habet, IV millium.

658 Etiam animaduertebat] vet. C. & animum etiam aduertebat. & post: frumento se in Africa nisi importatio uti non posse. Item: Aliquantum frumenti numerum. & Iubet in plosris deligatos Adrumetum deportari. & Incendebant, atque expugnabant.

659 Istius atatis cum esset.] Istius atatis, est in meo libro.

660 Et aqua dulci elota] V. C. eluta.

661 Cum antea constitisset in staniis castris.] In meo codice est: Cum antea constitisset.

662 Oculos mentemq̄, ad mare depositos] Dispositos, est in meo libro.

663 His se miseris] V. C. vis se in miseris. & paulo

post: C. Vergilius Pratorius, pro eo quod in vulgatis corrupte est Petroni. sic infra: C. Decimus Quæstorius & Tullius Rufus Quæstorius. & Velleius ita saepe locutus est.

664 Eidem scaphas de nauibus] V. C. addit copulam, & vt sit: & eidē scaphas. &c. & paulo post, pro, mutuis præliis, habet, mutuis præliis. quomodo Hirtius infra locutus est cum dixit: Præliis minutis communis dimicabant. Item: Despecta patientia Casaris, exercitusq̄, eius, Iuba vniuersis copiis &c. In vulgatis deest, nomen, Iuba.

665 Neq̄, pabulandi aut lignandi, aut etiam muniendi gratia vallem peterant] Ita V. C. potest tamē retineri vulgata lectio, vallum, ob verbum, muniendi.

666 Etiam vndiq̄, ad Casarem veniunt] V. C. XXXII habet disunctim, & iam vndiq̄, &c.

667 C. Decimus Quæstorius vir] V. C. Decimus Quæstorius, sine voce, vir, vt supra. C. Vergilius Pratorius, & infra Tullius Rufus Quæstorius.

668 Auxiliiq̄, tandem suis exhilaratis animo atq̄, leuata sollicitudine] V. C. Auxiliiq̄, tandem suis hilaratis, amonēq̄, leuata sollicitudine.

669 Occis vulneratq̄,] V. C. conuulseratq̄, & paulo post: In eo loco, quo paulo ante commemorauit. Itē: Et in acie in cornu dextero ac sinistro, & iniquiore loco &c.

670 Q. Cominius] Q. Cominius scribendum ex veteribus libris. & ita habet Parisinus codex.

671 Itera altera nauis trinemis] V. C. retinet Græcum verbū, Trieris. & paulo post habet: Apud Thasum custodia causa in salo esse iusserat. Sed vulgati libri non habent verba, in salo.

672 Exercitum transportauerat] V. C. habet, transportabat.

673 Corisq̄, contextis] V. C. contextis. Sed placeret, contexti. Deinde sic est in V. C. Itaq̄, subito imbre, grandineq̄, consecuta, grauata pondere, tenebris aquaq̄, omnia subruta, dissecta nocte &c.

674 Magnus terror & expectatio] Ita V. C. non, expectatione. & post: Suspensiore animo. Item: Spelum ca in modum subrutis. & Transgredienda, pro, trans-eunda.

675 Et, præterea post montem colleq̄, subito se Casari ostenderat, & equites in occulto collocauerat] Ita V. C. & paulo post, oblatā facultate, non, ablata. sic infra: Qua facultate oblata.

676 Partim viuis sunt potiti] V. C. partim viuorum &c. & sic infra locutus est: partim occiderunt, partim viuorum sunt potiti.

677 Is hac ratione opes instruebat] V. C. si hac ratione &c.

678 Puteiq̄, ibi nonnulli fieri complures poterant] Ita V. C. & paulo post, acie, pro, acies, appaiauit, vt illud Virgil. Libra die somniaq̄, pares vbi fecerit horas.

679 Equites Casariani vniuersi &c.] Ita V. C. & post: in quas quisq̄, poterat regiones.

680 Et quantum potes, proficisci iubeo] V. C. habet, quantum potes, pro, potes, tū hic, tum infra, vbi

est; quantum poteris. cuius formula extat exemplum veteris scriptoris apud Agellium.

681. *Itensq; te A. Focet quod trib. mil. &c.*] *M. Fortius Trib. mil.* in argenteis denariis habetur, sed non hic est, de quo nunc Casar.

LVI 682. *Et singulis non amplius singulos additos servos* &c.] Ita vet. C. & paulo post; *Necessitateq; coactus.* Item: *Proximę locum Vz it a locata.*

LVII 683. *Cum nihilominus eius sermonē nunciis ad se referret, restaretq; ut reliqua, qua vellet, perageret*] Ita est hic locus legendus ex meo codice. Deinde est in vet. C. *viator prater ea.*

684. *Nam cum Scipio*] vet. C. *Namq; cum Scipio* &c. Item: *ut procul simplex esset acies media a legionariis* &c.

LX 685. *Ipsū autem dextrum cornu*] Videtur addenda vox, *circa*; ut sit, *circa ipsum aut dextrum cornu.* & paulo post legendum ex vet. C. *Idē consilio fecerat, ut suum dextrum latus munitionibus adiuvaretur.* Item vet. C. habet: *Freyatus autem Labieni eques.* &: *Multiq; equis faucis.*

686. *Et ne iugo a Casare excluderentur, adpropere*] Ita vet. C. & post videtur legendum *summittit, non sui mittit.* ut sit L. *Cispium cum classe xxvii navium ad Thapsū versus in stationem presidii gratia commeatū summittit.*

687. *Ad Leptim egressis militibus*] Sic habet vet. C. Item: *Quibus rebus Varus ex perfuga cognitis.*

LXI II 688. *Ibiq; moratus, omnes ut se naues consequerentur, primum &c.*] vet. C. habet: *Ibiq; moratur.* ut fortasse, *hortatur*, legendum sit. Sed cum pro *primum*, habeat vet. C. *postea*, videtur omnino verbum, *moratur*, vel *moratus*, retinendum.

LXIV 689. *Se a Nasidii classe captum*] Ita vet. C. Deinde habet: *Quod postquam Casar ex perfuga cognovit.* Item: *Primo impetu legionum.* &: *non totos centum passus horis quatuor &c.*

LXX IV 690. *Per id tempus de eorum voluntate*] vet. C. habet, *per idem tempus Deorum voluntate studioq; erga Casarem &c.* nam, *de eorum, pro, Deorum, manifestum mendum.*

LXXV 691. *A Scipionis circiter duum millium*] vet. C. habet, *a Scipione.* & paulo post: *Posteroq; die, &c.* item *tricenos, pro, trecentos.* &: *desiit, pro, desistit.*

LXXVI 692. *Fortiter repugnante P. Cornelio Scipione evocato*] vet. C. habet *Scipionis evocato.* quod placet. & post *Ad aquam facit castra.*

LXXVII 693. *Orantq; ut suis fortunis prasto, quod benemeriti essent, auxilium ferret*] vet. C. *orantq; ut suis fortunis, quod P. R.* (sive ut in alio, quod de Po. Rom.) *benemeriti essent, auxilium ferret.*

694. *11x millib. passuum*] vet. C. *xx millib. passuum.*

LXXIX 695. *Turmas Iulianas circumfundere*] vet. C. *Turmas Iulianas circumfundendi.*

LXXX 696. *Cælo albescente.*] vet. C. *albente.* ut supra.

LXXXI & paulo post vet. C. habet, *tubicina, pro, tubicen.*

LXXXII 697. *Premiis ac fortissimo cuiq; &c.* ut videatur legendum: *Totum exercitum veteranorum donavit; premiisq; fortissimo viro cuiq; ac benemerenti pro suggestu tribuit.*

Faernus ex vet. C. legebat: *exercitum veteranum premia fortissimo cuiq;.*

698. *C. Rebello*] vet. C. habet, *Rebilo*, sine pronomine.

699. *Atq; in regnum ire contendit*] vet. C. *pro ire*, habet, *suba.* & post: *qui tum ei Proquafore fuerat.*

700. *Vt aliquid sibi ex ea re auxilii pararet*] Ita vet. C. & paulo post: *Ligario, C. Confidio filio.* Item: *Liuneio Regulo.* ut habet etiam denarius argenteus eius familiae.

701. *M. Epio*] *M. Eppio*, V. C. M. autem hic *Epipus* Scipionis in Africa legatus dicitur in argenteo denario. Q. METELL. PII. SCIPIONIS. IMP.

702. *Ita tamen qui eorum ipsi sua bona redemisset*] Ita vet. C.

703. *Catonem Trica sibi ipsum manus attulisse.* Item: *Regem vagum a suisq; desertum*] Ita vet. C. deinde videtur legendum: *Platorio Cepsano.* Ita enim est in argenteis denariis. Nisi *Ruffiano* retineamus, ut est in vet. C. ut sit *Ruffius* aliquis in *Platoriam* familiam adoptatus, & ex formula *Ruffianus* dictus. Paulo infra legendum: *Ibi Crispo Salustio Proconsule relicto &c.* nam verba, *Popidi Romani*, sunt adiecta.

704. *Duodecesimo die*] vet. C. habet, *Tricesimo, antique, ut remissa QVA DR AGENSIMA, in areis numinis.* Contra in aliquibus nominibus, *n*, litteram antiqui reiciebant, ut Cicero qui *Hortensium* dicebat, non, *Hortensium*. Videndus Velius Longus de Orthographia.

NOTÆ

AD LIBRVM SEX- TVM DE BELLO Hispaniensi.

Nonnulla portas contra cludebant] Ita vet. C.

706. *Legati clam prater presidia*] In vet. C. vno est *clam presidia.* & in alio *clam prater presidia.*

707. *Ab opidanis sunt recepti pedes equitesq; nocte.* Sed dispositis partibus, oppidani & equites & pedes clamore sublato, eruptione in adversariorum castra fecerunt.] Ita vet. C.

708. *In equis recipiuntur*] vet. C. *cum equis non recipiuntur.* & post omnino legendum: *Pari item conditione Pompeius.* Item ex vet. Cod. ut modo hi, nonnunquam illi, &c.

709. *Hic alter alteri non solum mortem*] vet. C. habet: *Sic alter alterius non solum mortem &c.*

710. *Id cum animaduerneret adversarios minime velle*] Ita vet. C. cum in aliis desit dictio *id*.

711. *Et una facta ex colonis*] vet. C. *ex colonis.* & post:

XX post: *Pompeius quod eodem iugo tegebatur.* Item: *non esse commissurum Casarem, ut in tanta loci difficultate ad subsidium submitendum se mitteret.* &: *suo loco prateritus est.* Item: *Babio*, non, *Babilio.*

XXII &: *Opido potiri posse sperarent.*

712. *Quin irruptionem*] vet. C. *eruptionem.*

713. *Aversati sunt praelium facere*] Ita habet vet. C. pro eo quod est in vulgatis, *adversati.*

714. *Qua stramentitia ab nostris hibernorum causa adificata erant*] Ita vet. C. & post habet *idem* vet. C. *cuius funesta laudes, quoniam ad hanc fortunam reciderunt.* Item: *eum qui ita locutus esset.*

715. *Ita facturus*] V. C. *Ita fune crure.* quod est mendosum ad veram tamen lectionem licet corruptis vestigiis a iquo modo duci.

XXII 716. *Sequenti luce*] Sic in vet. C. habetur. Post habet vet. C. *L. Munatius*, non *Minucius.*

XX 717. *Servi sunt in crucem sublati, militibus ceruices abscissa.*] Ita V. C. & post: *Reliquos versus opidum insit deducti.*

XXII II 718. *Ex legione v flumen transgressi duo*] Ita vet. C.

719. *Ex utroq; genere pugna complures sunt vulneribus affecti*] *Ex his utroq; genere pugna &c.* liber meus. Deinde ex V. C. ita interpungendum: *Gloria se effereat postero die ab Soricaria, &c.*

XXIV 720. *Centurionum interitio*] vet. C. *interitio.*

XXV 721. *Et planicie in aquo loco constitierunt*] V. C. & planicie iniquiore loco constitierunt. & paulo post: *In aquum locum non sunt ausi descendere.*

XXVI 722. *Celerius quam opinio vestra fert, bellum* &c.] Sic in V. C. & inferius: *Praelium ad Soritiam quod factum est, &c.* sine verbo, *affore.* Item: &

contra *Hispalim in oliueto constituit.*

723. *Loca excellentia tumulus continet: interim nulla planicia diuidit: quod eo incidit tempore*] Ita legitur hic locus in V. C. Deinde habetur, *ut quicquid post horam cras fieret, &c.*

724. *Ne quid temere culpa sua admitteret*] Ita xxx videtur legendum, inducta voce, *secus.* & paulo xxx post, *telorumq; missu, non, missus.*

725. *Ex hostium cadaueribus sunt complexi*] V. xxx C. *circumplexi.* & post legendum videtur: *Quis castris ante a Pompeio prepositus esset.*

726. *Item optimis insternendam vestimentis*] Ita xxx vet. C. & paulo post habet vet. C. *Resnam & nardum identidem sibi infundit.* &: *castra contra opidum posuit.*

727. *Vt clamor in castra nostra perueniret fere inter Casarianos & Pompeianos.* Erant hic legiones, &c.] Ita in vet. C. legitur & interpungitur.

728. *Clam quendam Philonem, illum qui*] Sic xxx vet. C. habet. Item: *Hic clam presidia.*

729. *Qui imparati a Carcia profecti sine aqua fuissent*] Sic videtur legendum. Item ex vet. C. infra legendum: *Atque exesum locum, ut in speculuncam Pompeius se occultare cepit.* & post: *Cum Casar Gadibus fuisset, Hispalim pridie Id. Apr. caput allatum, &c.*

730. *More Barbarorum Populo Romano magna transiero, &c.*] Locus sine dubio corruptus restitui aliquo modo potest si legatur: *More Barbarorum Præ. Tribuniq; sacrosanctis manus, &c.* Vel: *Tr. Pl. sacrosanctis manus &c.* Vel: *Populi Romani magistratibus sacrosanctis manus, &c.* Loquitur autem de Cassio Longino Propr.

NOTARVM F. VRSINI IN CASAREM ET HIRTIVM FINIS.

PETRI CIACCONII TO-
LETANI IN CÆSARIS COMMENTARIOS,
& adiunctos HIRTHII libros Notæ.

DE VITA SCRIPTISQUE
PETRI CIACCONI.



PETRVS CIACCONIVS Tolæti Carpetanorum natus est anno, vt accepimus, MDIOXXVII a Christo nato parentibus tamen re tenui, per honestis ac probis. A quibus iam inde a primis annis in ludum litterariam missus, breui tempore, vt ingenio erat prompto ac facili, eos in studiis progressus fecit, æqualibus suis longe vt antecelleret, non sine præceptorum admiratione. Ex æphebis vix excesserat cum vtrumque parentum mors occupat. Quæ de causa Optimatibus opera data, aliquandiu se ruebatur. Cum mox otii pertæsus, studiorum causa, quorum ingenti flagrabat desiderio, ad vberiore ingenii cultum Salmanticam Gymnasiũ Hispaniæ celeberrimum se contulit. vbi & Mathematicas disciplinas, & Græcas litteras sine doctore ita didicit, vt biennio vix exacto, ad easdem de superiore loco docendas a S. P. Q. Salmanticæ honorario publico inuitaretur. Ille vero ea conditione vti recusauit. & sacris, quibus iam initiatus immori quoque decreuerat, totum se consecrauit. Theologus itaque summus breui euasit. sic tamen vt interiores litteras horis subseciuis identidem respectaret, domique nobilem virum Almeidam Lustanum optimis & litteris & moribus informaret.

Atque iis quidem Salmanticæ intentus cum mox ad summum studii fastigium Laureamque domi forisque differendo peruenisset, Romam hortantibus amicis profectus, vrbis statim ac Gregorio Pont. Max. ingeniorum vero parenti innotuit iuxta ac placuit (virtus enim latere non potest) qui nec opinantem, nedum ambientem Hispalensis ecclesiæ sacerdotio ornauit, quo sacris in studiis conuiescere, & quæ in rem posteritatis essent, elaborare in otio posset. Iuris itaque Pontificii decretis a Gratiano olim collectis eiusdem Pontificis iussu & auctoritate emendandis, vna cum aliis viris doctissimis, in his Michaele Thomasio Baleari, occupatus facile omnes ob singularem eruditionem, in sui admirationem rapuit, cum quod vnus plura, quam ceteri omnes quotidie conferret, tum quod summa ingenii & memoriæ felicitate, qui centones vnde consarcinati essent a Gratiano, vere prompteque ostenderet. Dehinc in Diuisidori Hispalensis Episc. Origines seu Erymologias, compositis aliquot Neapolitanæ bibliothecæ Codicibus antiquis, Obseruationes scripsit; quibus ex Seruio Masonis interprete, Festo, Nonio, Diuo Augustino, ceterisque melioris notæ auctoribus ad verbum pleraque transcripsisse ostendit. Nauauit & insignem operam, Ant. Caraffe Card. rogatu, in Ioannis Cassiani Asceticis illustrandis, quæ in eam diem mendorum vi, a paucis legebantur, a paucioribus intelligebantur. Post Arnobii aduersus gentes libros septem Romæ antea mendose editos, ex Clemente Alexandrino ceterisque adhibita etiam coniectura, meliores fecit, cum Minutii Felicis Octauio.

Sex.

Sex item Pompeium Festum de verborum significatione Fuluius Ursinus homo doctissimus foras dedit. Cui & de Triclinio Romano Ciacconii postremum Commentarium supplemento auctum acceptum ferimus. Tertullianum postea aggressus, durum licet scriptorem, vt Africanum, cetera doctum & perantiquum, innumera in eo vulnera sanauit, obscura dubiaque explanauit, quæ & ipse nuper Latinus Latinus antiquæ vir & doctrinæ & fidei in lucem edidit. Scripsit & Annotationes in Columnæ rostratæ C. Duilio Romæ primo bello Punico a S. P. Q. R. in foro positæ inscriptionem a se coniectura factam, spectaturque hodie ad Capitolii gradus. Donauit quoque olim Benedicto Ariæ Montano Hispalensi Theologo insigni, Kalendarium Rom. explanationem ex veterum sensu Plantinianis typis (quibus & Columnam rostratam C. Duilii habemus) euulgatam. Quod & ipsum marmoreum monumentum vetustate fractum Romæ in Farnesiana bibliotheca conspicitur. Edita & Romæ a funere, quæ de ponderibus & mensuris Atticorum & Romanorum ad ciuiam suorum Hispanorum rationem ingeniose accurateque reuocauit. Et hæc quidem Ciacconii monumenta typis magno cum fructu excepta leguntur demptis Gratiani notis, quas, vt erat insignis gloriæ contemptor, disciderat. Nunc quæ apud doctos viros adhuc latent, quæque expectare, votisque optare possumus, referamus. In M. Terentii Varronis togatorum doctissimi, quem ipse suo seculo retulisse mihi visus est, libros de lingua Latina ad Ciceronem: item in rei rusticæ volumina Commentarium copiosum scripsit. Vt & in Sallustium, Cæsaris item Commentarios Notas. Assidue vero quotidiano conuicio efflagitur a doctis, quod apud Ludouicum Castellæ virum clarissimum asseruatur Plinii maioris tam vastum pæne, quam ipsa natura est, opus. Comparauit enim diligenter singula partim cum antiquis libris calamo exaratis, partim cum Aristotele, Theophrasto, Dioscoride, ceterisque innumeris Græcis Latinisque scriptoribus. Hunc enim auctorem potissimum delegerat, in quo recensendo, cum a sacrarum litterarum studio animum recreare, & in naturæ, hoc est, conditoris, rerumque conditarum contemplatione conuiescere velleret, ingenii neruos intendere.

Adhuc de Ciacconii scriptis, quæ cognoscere licuit. Nunc de moribus viuendique consuetudine pauca. Fuit natura solitudinis amans, & libris deditus, quos & fidos socios, arcanorum custodes, nec intempestiuus colloquiis, vt amicorum plerumque sermones, importunos appellare solebat. Honoris & ambitionis imprimis expers. Paucos ingenii sui conscios in amicitiam ex Philosophorum consilio adsciscere, adscitos officii retinere solitus. In his Guilielmo Sirleto & Ant. Caraffa purpuratis Senatoribus doctissimis bene de re omni litteraria meritis vsus est. Latino item Latinio Viterbiensi, & Fulvio Ursino Romano. Potentiores vero adeo non sectabatur, vt fugeret potius, qui paruo contentus nihil ambiret, repetens identidem illud Horatii:

Dulcis in expertis cultura potentis amici,

Expertus metuit.

Obiit Romæ annos natus LVI, VII Kal. Nouemb. MDIO LXXI. cum ægrotantem Cardinales, inter quos & Sirletus, non raro inuissent: relictis ex testamento fortunæ bonis templo D. Iacobi alendis gentis suæ pauperibus. Elatus autem honorifice ingenti ciuium suorum & Itolorum doctorum pompa comitante, magno sui relicto desiderio. Conditus est in æde B. Iacobi Apostolo Hispaniæ tutelari sacra, vbi dignum hoc elogium marmori inscriptum legitur, effigiesque ad viuum expressa spectatur:

4

PETRO CIACCONIO

PRESBYTERO TOLETANO
IN QVO MULTIPlicIS DOCTRINÆ
COPIA CVM VITÆ AC MORVM
INTEGRITATE CERTABAT
QVI A GREGORIO XIII. PONT. MAX.
SANCTORVM PATRVN LIBRIS
SACRISQ. CANONIBVS ET SACROSANCTIS,
BIBLIIS PERPVRGANDIS,
PRÆPOSITVS.

IN EO MVNERE OBEVNDQ.
ERVDITIONE IVDICIO FIDE
AC DILIGENTIA PRÆSTITIT
ECCLESIA S. IACOBI HISPANORVM
QVI VRBEM COLVNT HERES AB EO
INSTITVTA MONVM. HOC P.
VIXIT ANNOS LVI. OBIT ANNO CIO IO LXXXI.
VII. KAL. NOVEMB.

LATINVS LATINIVS

VITERBIENSIS

Quid monumenta loco, licet ære & mole superba,
Conclusa Petro construis Ciacconio
Auriferi generosa Tagi gens accola? nonne
Spectata virtus hominis, & vis ingeni?
Famaq. iam latum celebris diffusa per orbem
Casura nullis, sæculorum sæculis?
Clarior ad seros sed peruentura nepotes
Satis modesto gloriæ peperit viro.
Ambiat ista tumens, & querat inania vulgus,
Cuius superstes fama nulla est funeri.
At tibi Petre nouos per sæcula semper honores
Vbiq. statuet eruditorum chorus.

INDEX SCRIPTORVM PET. CIACCONI

Toletani, Romæ & alibi editorum.

Festus Pomp. de verborum signif.
Kalend. Rom. veteris explanatio. Antwerp. Plant.
Inscriptionis columnæ Rostratæ C. Duillii Comment.
& de ponderib. & mensur.
De Triclinio Rom. cum appendice F. Vrsini.
In Sallustium notæ, & in C. Cæsaris Comment.

Anno

1589

1568

1586

1588

Arnobii

Arnobii aduersus gentes lib.7. cum Minutii
Felicis Octauio & notis ad oram. 1583
In Ioan. Cassiani opera doctissimæ annotationes. 1580
In Originum siue Etymologiarum Beati Isidori
libros coniecturæ. Paris. 1584
In Tertulliani Opera coniecturæ, quas suis etiam
additis edidit Lat. Latinus.

DESIDERANTVR ET
expectantur:

Notæ: { In M. Varronem de lingua latina & rusticæ.
In Pömpon. Melam.
In Plinii Maioris naturalis historię libros docta Commentaria.

PETRI CIACCONI
TOLETANI
IN PRIMVM COM-
MENTARIORVM C. IVLII
Cæsaris de bello Gallico

NOTÆ



Gallia est omnis diuisa in partes
tres] Gallia omnis, quæ medi-
terraneo & Oceano mari, Pyre-
næis montibus, atque Alpibus,
& Rheno flumine continetur,
in duas partes à Geographis di-
uiditur. Quarum ea, quæ medi-
terraneo mari apposta est, Braccata prius, Narbo-
nensis deinde, & Prouincia dicta est, siue ulterior
Gallia. Ea vero, quæ Oceano alluitur, à Græcis
Celtica, à Latinis nunc totius regionis nomine
Gallia, nunc cognomine apposto Comata Gallia
appellatur. Habitat hæc à tribus præcipuis
gentibus, quæ maximis fluminibus terminatur. ex
his Aquitani Pyrenæis montibus subiacent, & ad
Garumnæ flumen pertinent. Celta, quos Cæsar
Gallos appellat, ab eo ad Sequanam. In ead. Rhenu
Belga pertingunt, & Germanis finitimi sunt. Sed
aliter ex Commentariis Cæsaris vniuersam Gal-
liam diuidit Strabo initio libri 4. ex quo totam
hanc Gallię diuisionem aliter à Cæsare scriptam
apparet.

2. Heluetij reliquos Gallos virtute præcedunt.]
Non omnes in vniuersum Gallos, nam horum o-
mnium fortissimos Belgas dixerat. Sed Celtas, quos
à Cæsare peculiari vocabulo Gallos nominari di-
ximus, & eam regionis huius partem, quam hi ha-
bitant, Galliam.

3. Cum aut suis fratribus eos prohibent.] Lego, dum
ut libito quinto, dum circumuenio filio subuenit, in-
terficatur.

4. Eorum una pars] Eius una pars, rectius erat,
vt vnã partem totius Comatæ Gallię intelli-
gemus. nam, eorum, ad Helucios, de quibus pro-
xime institutus est sermo, referri potest. sed ita di-
xit eorum una pars, vt supra, horum omnium for-
tissimi sunt Belgæ.

5. Aquitania à Garumna flumine.] Præpositi-
onem in causâ fuisse credo, vt hic locus à librari-
is, non recte subsequentibus verba dicentis, mi-
nus fideliter redderetur. Legerem: Aquitani à
Garumna flumine, ad Pyrenæos montes, & eam par-
tem Oceani, qui vergit ad Hispaniam, pertinent, spe-
ctat ad occasum solis. vt de Belgis dixerat. Quamuis
Pömpon. Mela lib. 3. cap. 6. scripserit, inter septen-
trionem, occidentemque proiecta, de Britannia: &
item Plinius lib. 4. cap. 16. Verus C. spectat ad oc-
casum solis.

6. Quod undique loci natura Heluetii continen-
tur] Alii legunt, continentur. ego ex ingenio e-
mendaueram, continentur, atque ita reperi scri-
ptum in manuscripto exemplari, quo paucis ho-
ris mihi vt licuit, & in codicibus aliquot ab Aldo
olim excusis. Strabo hos semper ἡλιουθίωνος vo-
cat, Ptolemæus ἡλιουθίωνος, Plutarchus ἡλιουθ-
ίωνος.

7. Lacu Lemano] Apud Strabonem vitiose legi-
tur ἡλιουθίωνος λιμνῆ. sed apud eundem in extre-
mo lib. 4. est: τῶν λιμνῶν τῶν λιμνῶν. Ptolemæus
habet ex Strabone: τῶν λιμνῶν καλοῦσθην λι-
μνῶν. Ergo ex antiquis Cæsaris, Melæ, Pliniique
codicibus, Lemano, scribendum.

8. Qui in longitudine milliâ passuum] In longitu-
dinem est in scripto libro, & impressis quibusdam,
vt infra, in latitudinem.

9. Ad eas res conficiendas biennium sibi satis esse
duxerunt] Non nihil dubitare cogor de integra-
te huius loci, quod in eadem pæne linea bis sit
confirmare, & ad eas res conficiendas, & quod ver-
ba transposita esse videntur, nam ad comparanda,
quæ ad profectiōem pertinerent, biennium satis es-
se duxerunt, ad confirmandas vero amicitias cum
proximis ciuitatibus Orgetorix delectus est. Sed

que librorum veterum auctoritate nihil mutare aulim.

10 Non esse debium In scripto libro est, nec esset dubium. & infra: scilicet suis copis.

11 Et regno occupato per tres potentissimos at firmissimos populos totius Gallia sese potiri posse sperat. Nescio quid hic damnare poterant Heluetii. quare existimo Orgetorigem regnum tum suae civitatis, tum totius Galliae affectasse, sperasseque se id consecuturum Aduorum & Sequanorum auxilio adiutum. ob eam rem incitati Heluetii armis insuam exequi conabantur. Infra lib. 7. Similitudine ibi Vercingetoris Casticus filius, Arvernus, summa potentia adolescens, cuius pater principatum Galliae totius obtinuerat, & ob eam causam, quod regnum appetebat, ab civitate exstiterat interfectus. Quod si recte coniecto, legendum erit: & regno, per tres potentissimos ac firmissimos populos, totius Galliae sese potiri posse sperat. Quia esse ostendit Orosius lib. 6. cum ait: Heluetiorum animos Orgetorigis quidam Princeps gentis: spe totas invadendi Gallias in arma accenderat. Quo cateni operimatus correpto, & ad mortem coactus & c. tum infra hoc lib. 1. eo consilio, profectos Heluetios dicit, ut totius Galliae imperio potirentur.

12 Ex vinculis causam dicitur] Liuius lib. 29. Sententiam deinde truncam orationi adiecit: Pleminium legatum, vinculum Romam deportari placeat, & ex vinculis causam dicere, ac si vera forent, qua Locrenses querebantur, in carcere necari bonaque eius publicari. & Papinianus l. 1. D. de custod. & exhib. reorum. Quod si non defendatur, in vincula publica conijci iubetur, ut ex vinculis causam dicat.

13 Reliqua priuata aedificia incendunt] Liber scriptus: & reliqua priuata. & infra: domo asserere.

14 Rauriscis] Plinius & Ptolemaeus Rauricis. & Latobrigis legitur in lib. scripto, & infra hoc lib. 1. cum dicit: Latobrigos in fines suos, unde erant profecti, reuerti iussit. & post: Tulingorum millia xxxv, Latobrigorum xlv.

15 Iuram montem] Ptolemaeus i' ερεσος hunc appellat, Strabo i' ερεσος, sed in extremo lib. 4. i' ερεσος. Et infra est in lib. manuscripto, vix quo singuli carri ducebantur. li. 3. vix ut his rebus, quas consistuissent &c.

16 Qui nuper P. R. pacati erant] Cicero in oratione de prouinciis Consularibus: C. Pontinus, fortissimus vir, ortum repente bellum Allobrogum, atque hac scelerata coniuratione excitatum, praecis fregit, eosque domuit, qui lacefferant, & ea victoria contentus, Rep. metu liberata, quieuit. fu t autem qui lacefferat, Catignatus Allobrogum Dux, qui post coniurationem Catilinae rebellauerat, pacati vero fuerunt anno vrbis conditae dccciv. biennio ante quam Heluetii sunt domo profecti. ideo ait, nuper. Narrat id copiose Dio lib. 37. & non nihil Epitome Liuiana lib. 103. licet ibi mendose sit C. Potitius, pro C. Pomptinus. Triumphum tamen non egit de Allobrogibus. Pomptinus vsque ad annum V. C. dcccxi. Dio extremo libro 39. Sed videndum an

hic voces, Pop. Rom. adiectae fuerint. postea reperi in duobus vetustis codicibus desiderari.

17 L. Cassium consulem occisum] Genitum hoc anno vrbis dcccxlvi. Epitome Liuiana l. 65. L. Cassius Cos. a Tigurinis Gallis, pago Heluetiorum, qui a civitate secesserant, in finibus Allobrogum cum exercitu captus est. Milites qui ex ea clade supererant, obsidibus & dimidia rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur, eum hostibus pacati sunt. & Orosius libro 5. cap. 15. Isdem Iugurthini belli temporibus, L. Cassius Cos. in Gallia Tigurinis vsq; ad Oceanum persecutus, rursusq; ab eiusdem insidiis circumuentus, occisus est. L. quoz Piso vir consularis legatus Cassii Cos. interfecit. Q. Publius alter legatus, ne residua exercitus portio, qua in castra confugerat, deleteretur, obsides & dimidiam partem omnium rerum Tigurinis firmissimo foedere dedit. Appianus in Celticis: Tigurini superiore tempore Pisonis & Cassio ducente exercitum Romanos praecis superatos sub iugum miserant, quemadmodum in antiquis monumentis Paulo Claudio visum est. Quid sit autem sub iugum mittere, declarat Liuius lib. 3.

18 Diem se ad deliberandum sumpturum] Sic Cicero l. 2. de orat. sumere sibi tempus ad cogitandum, dixit, & li. 4. de fin. spatium sumam ad cogitandum.

19 Ad idus April.] Legendum esse, A. D. Id. April. idque ante diem Iduum Aprilium, & ipsis Idibus significare, plures docti viri suis in scriptis tradidere. sed haud scio an id rationibus euicerint necessariis. nos eam rem collatis auctororum in se locis ita esse ostendemus, ut nulla amplius dubitatio interponi possit. Igitur Suetonius in Claudio, de eius morte sic scribit: Excessit 11 Idus Octobris Asinio Marcello, Acilio Auiola Cos. & de eodem Cor. Tacitus in extremo l. 2. Tunc medio diei, tertio ante Idus Octobr. forib. palatii repente diductis, comitatus Burro, Nero egreditur. Seneca in libello de morte Claudii, quem Διηρολογοντων inscripsit, teste Dioneli. 66. Quid, inquit, actum sit in caelo ante diem tertium Id. Octobr. Asinio Marcello, Acilio Auiola Cos. anno nono, initio saeculi felicissimi, volo memoria tradere. Ex quibus locis aperte ostenditur, tertio Id. Octobr. tertio ante Id. Octobr. ante diem tertium Id. Octobr. eundem diem significare, nempe eiusdem mensis, ut nunc numerare consueuimus, decimum tertium. Praeterea Plinius lib. 3. cap. 5. scribit in hunc modum: Namque diua Angerona, cui sacrificatur ante diem x. Kal. Ianuarii, ore obligato, ob signatoque simulacrum habet. Macrobius l. 1. Satur. c. 10. Duodecimo vero Kal. Ianuarii seria sunt diua Angerona, cui Pontifices in sacello Voluptatis sacrificium faciunt. In Calendario quo Augusti tempore in marmoreo sculptum fuit, seruaturque nunc in aedibus Farnesianis, ad eum diem, hoc est, x. Kal. Ianuarii, appositae sunt hae feriarum notae d. i. v. hoc est, Diualia, siue, diua Angerona feria. Ergo ante diem x. Kalend. & x. Kalend. Ianuar. idem est dies, ab ipsius mensis initio x. Item Plinius libro 18. cap. 27. Robigalia, inquit, Numa constituit anno regni sui

qui sui xi. qua nunc aguntur ante diem vii. Kal. Maij. Itaque in Calendario, quod supra nominauimus, ad eum diem, nempe vii. Kal. Maij. ad scriptum est, Robigalia. Quin Varro li. 5. de lingua Latina, scribit: Vinalia rusticana dicuntur ante diem x. Kal. Sept. Festus tamen, Rustica vinalia, inquit, appellantur mensis Augusto quatuordecimo Kalendas Septembris. atque in marmoreo Calendario ad x. Kal. Sept. est Vin. hoc est, Vinalia. Neque tamen Varronis codex emendandus est, quod quidam docti viri contendunt. Nam libri illi Varronis, antequam Caesar annum ad Solis cursum emendaret, scripti fuerunt. eoque tempore Vinalia x. Kal. Septemb. fiebant. postquam vero Augusto mensis, siue, ut tunc dicebatur, Sextili, Caesar duos dies addidit, ut tradit Macrobius, ceepa fuerunt agi x. Kal. Sept. Emendandus igitur Plinius libro 18. ca. 29. cum ait: Vinalia altera, qua aguntur ante diem xi. Kal. Sept. & legendum, ante diem xi. Kal. & constituendum ante diem x. Kal. & x. Kal. eundem diem significare, qui sit ipsius mensis Augusti x. x. Varro item lib. 5. scribit Nonas esse appellatas, quod ante diem nonum Idus semper sint, cum tamen inter Nonas & Idus septem sint tantum dies. Plurima alia exempla afferre possem, nisi haec satis esse crederem. Illud vero non abs re fuerit, annotasse, ut consueuerunt Romani ante diem tertium Kal. ita dicere, ut vnus tantum dies ab ipsis Kalend. intermitteretur, ita post diem tertium consueuisset dicere, ut vnus tantum dies medius interfit. quod aliquot auctoritatibus est probandum. Et ne ab eo Calendario: cuius ope infinitis prope auctorum locis lux est allata, discedamus, Varro li. de lingua Latina 5. scribit Saturnalia dicta a Saturno, quod eo die ferire eius, ut post diem tertium Opalia, Opis, cum in eodem Calendario inter Saturnalia & Opalia vnus tantum intercedat dies. nam sic in eo legitur, ut in margine adscripti. Cicero item Philippica 2. Neque te illo die neque postero vidi, neque vllam societatem optimis ciuibus cum importunissimo hoste foedere vilo confirmari posse credidi. Post diem tertium veni in ad Telluris, equidem munitus &c. Porro tertio die postquam Caesar est occisus, hoc est, xvi. Kal. April. Senatium in aede Telluris conuenisse, ibique Ciceronem elegantissimam & optimo eius dignam orationem habuisse tradit Appianus li. 2. bellorum ciuiliu. Praeterea Hirtius de bello Alexandrino, Caepit, inquit, ex eo praecio petirem, postero die ibi fuit, dum suas, captiuasque naves ibi reficeret. Post diem tertium contendit in insulam Issam. Varro quoque libro quinto ita tradit: Quinquatrus, hic dies vnus a nominis errore obseruatur proinde, ut sit, quartus siue quintus dictus: ut ab Tusculanis post diem sextum Idus similiter vocatur sextatrus, & post diem septimum, septimatrus: sic hic quod erat post diem quintum Idus, quinquatrus. Idem scribit Festus. & in Calendario marmoreo mensis Martio quinto ab ipsis Idibus die est

quin. hoc est, Quinquatrus. Ergo post diem vi. Idus dicebant, cum tres tantum inter Idus & Quinquatrus dies intercederent. Plutarchus in Romulo de Roma: οπι εδρ η κτιο is ημερα ερηστο η αε ενδεια καλαυδον Ματων, ομολογειται. Cato de rusticis, capite (exagelesimo quinto: Postridie aut post diem tertium, quam lecta erit).

20 Suo sibi beneficio] In antiquo libro manu scripto, & item in impresso Roberti non est vox: sibi. Et infra: ut obsides inter se dent.

21 Garoceli] V. C. Garoceli, ut fortasse Graioce li, scribendum sit; nam Alpes Graia ibi sunt, & Ocelum infra.

22 Eodem tempore quo Adui.] Nullum exemplar vetus hanc lectionem habet. omnia, eodem tempore Adui & Ambarri. aut eodem tempore Heluetii. Fortasse Heluii, qui finitimi erant prouinciae, ut est lib. 7. de bello Gallico, & lib. 1. de bello ciuili. Sed cum infra tantum Aduos, Ambarros & Allobroges nominet, videndum an legi debeat, Eodem tempore Ambarri, ut, quo Adui, glossicima sit.

23 Incredibili lenitate] Quidam legunt leuitate, interpretanturque celeritate. Sed Plinius, ut eam interpretationem non recipiamus, facit. ait enim lib. 3. cap. 4. Rhodanus fluius ex Alpibus sese rapiens per Lemannum lacum, segnemque deferens Ararim, nec minus seipso torrentem Isaram, & Drumentiam. Mela lib. 3. cap. 5. Araxes labitur placidus ac lenis, neque in utram partem eat, quamuis intruere, manifestus.

24 In quatuor pagos diuisa est.] Prouinciae ut olim in partes diuidebantur seu praefecturas, quas Aegyptii νομοις, Thracae & Armenii εραρχιαις, Iudaei πραιφαις & νωαρχαις appellabant: ita Heluetii & Sueui in pagos diuisi erant, non quod, ut ait Festus, eiusdem νομης, id est, fontis aqua vterentur, adeo enim late Heluetii patebant, ut quatuor pagi duodecim vrbes, & vicos quadringentos habitarent, sed quod ita suae regionis partes appellabant. sic lib. 6. non solum in omnibus ciuitatibus atque pagis partibusq; sed paene etiam in singulis domibus. Pagos vero pro opidis dixit lib. 4. in eos pagos Morinorum, a quibus ad eum legati non venerant.

25 L. Cassium consulem] De L. Cassio, & L. Pisonis diximus supra.

Ut flumen transirent] Dubito an haec verba Caesaris sint.

26 Bello persequi perseueraret] In Carrariensi libro est persequi perseueraret. & ita Caesar loquitur infra libro quarto, cum ait: neque longius prosequi poterunt item l. 5. longius prosequi veritus, & alias. sed rursus lib. 5. in principio, sese bello ciuitatem persecuturum. & libro septimo, persequamur eorum mortem, qui indignissime interierunt. ut vtra sit lectio verior, discerni non possit.

27 Quod improviso vnum pagum adortus esset.]

Ε. S. A. T. H. C. Α. O. P. A. L.

Nescio quid ipsa oratio desiderare videtur, vt sit perfecta. Scriberet: quod improviso vnum pagum ador-

28 Vt magis virtute, quam dolo contenderet, aut infidiis niteretur. Posset etiam legi contendere. ita enim aiebant se institutos a maioribus vt niteretur magis contendere virtute, quam dolo aut infidiis, sic lib. 4. illi omnia experti, cum neque vi contendere, neque clam transire possent. distinguendum itaque post infidiis. non tamen damno lectionem vulgaram.

29 Interuisione exercitus. In caeterorib. codicibus semper apud Caesarem legitur interuisione. atque ita in Vitruuii antiquissimo codice reperi scriptum l. 8. & l. 2. c. 2. sed quoniam is locus, in omnibus quae videri, exemplaribus corruptus est, non putauit esse alienum ab instituto nostro cum oblata occasione corrigere. Vitruuius igitur cum dixisset Democritum voluisse Atomos, quas nostri in diuisa corpora vocarunt. omnium rerum esse principium, alios vero elementa, nempe ignem, aerem, aquam & terram: addit idem sensisse Democritum, sed ea elementa Atomos vocasse, quod cum simplicia sint & incommixta, diuidi minime possint. Eius verba sunt: Ergo Democritus, etsi non proprie res nominauit, sed tantum in diuisa corpora proposuit, id eo quod dixisset videtur, quod ea cum sint diuisa, nec leguntur, nec interitionem recipiunt, nec sectionibus diuiduntur, sed sempiterno auro perpetuo infinitam retinent in se soliditatem. Legendum autem existimo: quod ea cum sint diuisa neque ligentur, neque interitionem recipiunt. & hoc sensu: Atomum cum non sint ligata, neque inter se coherent, sed disuncta manent, neque diuidi possunt, neque exitum fortitur: cum vero miscentur, tunc interitioni subiectae fiunt, vt elementa quoque, atque ea ratione elementa Atomum nominantur. Seruius in 6. Aeneid. Omnia uisibilem, in est, composita exitum fortuntur, unde & Atomos proprias dicunt, quia simplices sunt, nec recipiunt sectionem. Laetius de Democrito: οτι η βριστη αυτη ουκ εστιν εν τω ορατω, ουδ εν τω ορατω. Vt tunc hoc interitionis verbo Cicero aliquoties in Verrem orat. 3. quum bis in eadem prouincia magna fugitiuorum copia uersata sunt, tamen aratorum interitio facta nulla est. Sic enim auctoribus antiquis libris reposuit Lambinus. & sic legitur in vulgatis etiam libris apud Nonium Marcellum hic locus in voce Interitus.

30 Aut memoriam proderet. Alii legunt: aut memoria proderetur. sed nimirum loca, in quibus aliqua insignis clades accepta est, ipsius cladis memoriam posteris produunt, & propagant, vt Cannae, Thrasimenus &c. & hoc loquendi modo Cicero saepe utitur, vt in Verrem 7. Ob earum rerum laborem & sollicitudinem fructus illos datos, antiquiorum in Senatu sententia dicenda locum, rogam praetextam, sellam curulem, ius, imagines ad memoriam posteritatemque prodendam. lib. 2. de officiis. Danda est opera, vt hos beneficiis quamplurimis

afficiamus, quorum memoria liberis posterisque prodatur, vt iis ingratis esse non liceat. & ad Q. fratrem li. 1. epist. 1. praesertim cum amplissimis monumentis consecrare uolueris memoriam nominis tui, sed ea tibi esse communicanda mecum, prodenda liberis nostris. Itaque nihil de vulgata lectione mutandum videtur.

31 Quas legati Heluetij commemorassent. Cum supra dixerit, his (nempe Legatis) ita respondit, uoces (legati Heluetij) abundare uidentur.

32 Merito Pop. Ro. accidisset. Legerem, accidisset, & ita est in ueteri codice Achillis Stati & impresso Roberti Steph.

33 Qui summo magistratu praerant. Cum lib. 7. Caesar scribat: Legati ad eum Principes Aeduorum uenit oratum, ut maxima necessario tempore ciuitati subueniat, summo esse in periculo rem, quod cum singuli magistratus antiquitus creati, atque regiam potestate annis obtinere consueverant, duo magistratum gerant, & se uterque eorum legibus creatum esse dicat: legendum existimabam, qui summo magistratu praerant, & Licium tantum Vergobretum esse esse sebam. Nunc uideo Aldum Manutium scribere Nicasium Ellebodium in eadem esse opinione. Praeterea, magistratu, legendum est ex Gellio l. 4. c. 16. qui tradit Caesarem in libris Analogicis cetera omnia isti modi nomina dandi casu sine littera esse dicenda.

34 Qui priuati plus possent quam ipsi magistratus. Cum constitutum iam sit, uel Vergobretum esse apud Aeduos, legendum uidetur: qui priuati plus possint, quam ipsi magistratus. & quidem in libro Parisiensi, priuati, legitur.

35 Principatum Gallia obtinere non possent. Alii, possunt. olim autem Principatum obtinebant. sic infra: harum alterius principatum tenere Aeduos. & post: ut omni tempore hunc Gallia principatum Aedui tenuissent. & l. 6. quod summa auctoritas antiquitus erat in Aeduis.

36 Propinquas suas nuptum in alias ciuitates collocasse. V. C. nuptum. sed ita loquitur Papinianus in l. 62. D. de ritu nupt. Quamquam in arbitrio matris pater esse uoluerit, cui nuptum filia communis collocaretur. & Paul. l. 59. eiusd. tit. Senatusconsulto, quod cautum est ne tutor pupillam uel filio suo uel sibi nuptum collocet. & Scruola in l. 41. §. testamento. D. de leg. 3. Pater uirginem suam nuptum collocauit.

37 Imperio Pop. Rom. Infra: quod in tanto imperio Populi Romani, urpissimum sibi esse ardebat. & l. 2. qui minus in imperio nostro eam rem consequi potuerunt. & Sallustius in Iugurthino bello nihil minus quam vim aut bellum expectantem imperio uespere. Cicero tamen in Verrem 6. ut imperio nostro quae ornatissimi florentissimiq; essent, dixit.

38 Reperiebat etiam Caesar. Codex Vaticanus, Reperiebat etiam in quarendo Caesar, quod praelium equestre aduersum paucis ante diebus, esset factum, initium eius fuga factum a Dumnorige atque eius equitibus. forte, reperiebat etiam in quarendo Caesar, initium fuga praelii equestris aduersum a Dumnorige atque eius equitibus factum esse eorumque fuga &c.

39 Equitatu praerant. Legendum, equitatu praerant.

praerant, uide Gellium lib. 4. cap. 16. 40 Per C. Valerium Proculum. Liber Fuluii Ursini, Proculum, meum. Troacillum. sed infra in eisdem libris est, M. Valerius Proculus. At lib. 7. C. Valerius Donatarius. in aliis est, Troacillum, & Troacillum.

41 Et ostendit. Haec uerba abundant in codice antiquo. [Sic. olim edebatur: Et ostendit, quae sep. Vel ipse de eo causa cognita statuatur.] Ipse, Caesar paulo supra.

42 Consolatus rogat sinem orandi faciat. Pro, rogat, substituendum est aliud uerbum, ut infra uerbum, ostendit, abundare uidetur.

43 P. Confidius. Appianus in Parthico. Plutarch. in Sylla: Craffo.

44 Prima luce. Quod Polybius dixit, αμα το πρωι, Lilius lib. 8. prima luce uerit. Cicero cum prima luce, dicere solet. Plautus cum Lilio magis ad Graecam formam accedens in Mercat. cum lucis simul. & Terentius Adelphi. cum primo luce.

45 Cui exercitus frumentum metiri oporteret. Singulis mensuris stipendium soluebatur militibus. & frumentum metiebatur. Polybius li. 6. οψωνιον η οιστρον λαμβανουσι η τερας δυο οβολων. οι η παλαιαροι διαλα. οι η παλαια δαχρυλα. σποροτροπον η οιστρον η παλαια κρηδων η παλαια μεδινας εις ημελια, ποροδον η δυο η σιμερον, οι η παλαια τοισαν. οι η παλαια ποροδον η παλαια κρηδων η παλαια μεδινας εις ημελια, ποροδον η δυο η σιμερον, οι η παλαια τοισαν. οι η παλαια ποροδον η παλαια κρηδων η παλαια μεδινας εις ημελια, ποροδον η δυο η σιμερον, οι η παλαια τοισαν. Idem omnino, scribit Festus.

46 Decurionis equitum Gallorum. Tradit Veget. li. 11. c. 14. Turmam equitum equites xxxi i habere, & quilibet praefit. Decurionem uocari. In primo tamen libro de lingua latina 4. Turma, turma est, inquit, quod tordenti equites ex tribus tribub. Tatiensium, Ramnium, & Lucerum fiebant. Itaque primi singularum decuriarum decuriones dicti, qui ab eo in singulis turmis sunt. etiam nunc terni. Idem omnino, scribit Festus.

47 Discedere a se existimarent. A se, non legitur in meo libro. & infra, sine eo quod, eo, abundat.

48 Qui sustineret hostium impetum, missi. Liber meus: sustinere hostium impetum iussit.

49 Legionum quatuor ueteranorum. Veteranarum, solet dicere. & ita est in libro manuscripto. & infra, collocaret, & impleteret.

50 Phalange facta. Phalangen facere peditum agmen dicebatur, cum scuta scutis ita conferebant, ut unum aliud supraueneret, eamque pro muro hostibus obiciebant.

51 Caesar primum suo, deinde omnium, e conspectu remotis equis. Suetonii in Iulio ca. 60. Anticipit praelio equos dimittebat, & imprimis suis, quo maior permanendi necessitas imponeretur auxilio fugae erepto. quare dictiones, e conspectu, oculos uidentur: Sallustius in Catione. Deim remotis omnium equis, quo militibus exequat periculo animus amplior esset, i-

ipse pedes exercitum pro loco atque copiis instruit.

52 Milites e superiore loco pilis missis. Legerem, pilis emissis. ut li. 2. pilis emissis, cursu ac lassitudine exanimatos. Porro Romanis, ut ait Vegetius li. 2. ca. 15. binae sunt missilia, uel maius, ferro triangulo, unciarum nouem, hastili pedum quinq; & semis, quod Pilum uocabant, nunc Spiculum. Aliud minus ferro triangulo, unciarum quinq; hastili triu pedum & semis, & tunc Verriculum, nunc Veruū dicitur. Infra: ut spatium pila in hostes coniciendi non daretur, reiecit pilis comminus gladius pugnatum est.

53 Quod pluribus eorum scutis uno ictu pilorum transfixis. Duob. n. aut simul pluribus scutis pilorum ictu transfixis, & inter se colligatis, fiebat ut milites illi, quorum erant scuta, aut simul oēs pugnare, aut scuta dimittere, & nudare corpora cogerentur, si sigillatim decertare uellent. non enim pila euellere poterant, quod ferrum eorum se inflexerat.

54 Romani conuersa signa bipartito intulerunt. Alii libri, tripartito. Carrariensis codex, partita intulerunt. sed uidetur legendum: Romani conuersa signa intulerunt. reliqua glossema sunt. uide infra l. 2. Tribunos militum monuit, ut paulatim se legiones coniuugerent, & conuersa signa in hostes inferrent.

55 Diutius cum nostrorum imperium. Sic quidem loquitur alias Caesar. sed cum incipit praelio diu acriterque pugnari dicat, uide nunc hic pro, diutius, legendum sit, demum, praecipue cum ab hora septima ad uesperum pugnatum sit.

56 Ad multam noctem etiam ad impedimenta pugnatum est. Plutarchus ad media noctem uel legit apud Caesarem, uel intelligit, nam sic ait: οτι τε τω μαχλω μοδισ εις μοδισ νυκτες τελεωθησαι.

57 Maxaras ac tragulas subiciebant. Legendum existimo, tragulas abiciebant. ut dixit l. 5. de bello Gal. monet ut tragulam abiciat. & de bello Africo. uide etiam de bello ciuili li. 2. Pro Maxaras, autem meliores codices, materes, habent. Sifenna; apud Nonium: Galli materibus. Sueni lanceis configunt, & Alii materibus, aut lanceis tamen medii perturbant agmen. Strabo l. 4. & ματαρας ακατα η εδω. Iulius Pollux de armis Barbaricis. Lilius uero: lauo humero materibus prope traiecit. De tragula uide etiam Festus ac Nonius. Mataras, uetus codex. etiam ab Aldo olim excusus habet.

58 Nullam partem noctis itinere intermisso. Alii libri, nulla parte noctis. ut lib. 3. de bello ciuili. parua parte noctis itinere intermisso. sed legi etiam potest, nullam partem noctis, ut l. 5. statim proficiscitur, neque diem neque noctem intermittit.

59 Qui si iunissent. Sic l. 7. qui si indiligentiores fuerint.

60 Prima nocte. Alii libri: prima noctis uigilia. sed ita locutus est lib. 2. de bello ciuili: Equitatum omnem prima nocte ad castra hostium mittit. & l. 3. Impedimenta omnia silentio prima nocte ex castris Apolloniam praemisit.

61 Quorum per fines ierant. Ierant, potius legerem. & ita uidetur legisse Dio lib. 38.

62 Nihil erat quo famem tolerarent. Sic Lilius.

lib. 26. nec famem tolerare servitia ac plebs poterant. ipse tamen Caesar libro septimo extremam famem sustentare dixit. & item vitam tolerare, eodem libro septimo: eorum corporibus, qui atate inutilis ad bellum videbantur, vitam toleraverunt. Tacitus: multos militia, quosdam exercitū ad agros tolerare vitam. Sallustius præterea in Jugurth. quæ in agris manuum mercede inopiam toleraverat.

63. In parem iuris libertatisque conditionem Appellauerat Senatus Æduos fratres consanguineosque, ut dicitur infra hoc libro. Deducti vero sunt Gergouiam, ut Caesar scribit libro septimo cum ait: inde profectus Gergouiam Boiorum opidum, quos ibi, Heluetico prælio victos, Caesar collocauerat, &c.

64. Litteris Græcis confecta] Sic libro sexto: Neq; fas esse existimant ea litteris mandare, cum in reliquis fere rebus publicis priuatisque rationibus, Græcis litteris utantur. & Strabo libro tertio addit, & Φιλῆλλυος ἡγετον δὲ τῆς Ἰαλίας, ὡς ἐ πὶ συμβόλαια ἡλλυοῖσι γέγραπται.

65. Heluetiorū millia ccl. i. i. & infra: ex his qui arma ferre possunt ad millia xc. i. i.] Mira varietas in his numerandis apud auctores reperitur. Plutarchus in Casare: τετρακισχίλια καὶ πεντακισχίλια ὄντες, εἰκοσι τὴν ἑκατόμυριάδα δὲ οὐσιν. Appianus ad c. c. millia. Orofius c. lvi. i. millia edit. & infra, summa omnium fuerat, legendum videtur, ut supra, summa erat. Sed Strabo l. 4. ait: ἐν τῷ αὐτῷ περὶ ἡλικοντα μισθῶδες σαμῆτανδρῶν φησὶ ἄλλοι πρὸς εἰκοσὶν καὶ τρεῖς ἑκατόμυριάδας.

66. c. x.] Idem fere Plutarchus. nam supra c. millia fuisse ait numerū eorum. qui domum redierunt. Orofius ex c. lvi. i. millibus cecidisse in bello xlvi. i., reliquos domum rediisse. sed & ipse Caesar scribit, ex prælio superfuisset cxxx. millia. ex quibus vi. millia hostium numero habuit. relinquebantur ergo cxxiv. millia, qui domum redierunt. sed reliquam multitudinem Boiorum esse intelligo, qui apud Æduos remanserant.

67. Qui ante fuerant] Hac abundare videntur.

68. Harudum millia hominum xxiv.] Ptolemæus inter Germaniæ populos numerat χερσίδες, Charnudes. Item vox, hominum, abundare videtur.

69. Neq; enim conferendum esse Gallicum cū Germanorum agro.] V. C. Achilles: Gallicum Germanorum agro. Rectius videtur permutatis dictionibus legendum: neq; enim conferendum esse cū Gallico Germanorum agrum. sequitur enim: neque hanc consuetudinem victus, nempe Gallicam, cum illa comparandam. Sic lib. 6. Galli paulatim assuesciti superari, multisque victi præliis, ne se quidem ipsi cum illis virtute comparant. Et eo sensu Cicero versuspauit vocem victus ad Atticum libro 12. epist. 25. cum ait: Præterea nostri Nicia nostri imbecillitatem, mollitiam, consuetudinem victus. Alibi tamen pro nimia familiaritate posuit, ut pro Milone cum ait: non enim mea gratia familiaritatibus contineatur, quæ late patere non possunt: propterea quod con-

suetudines victus non possunt esse cum multis. Victus verba, inquit Vlpian. in l. verbo victus. de verbo. sig. continentur quæ esui potuique, cultuiq; corporis, quæq; ad viuendum homini necessaria sunt. Vestem quoq; victus habere vicem Labeo ait.

70. Quorum opida] Meus liber: quorumq; opida. Neq; sibi homines ferocis ac barbaros obtemperatos existimabant, quin] Ita habet lib. Rob. Stephani. & Tacitus hist. lib. 3. Qui nuper Bedriaci victoria obtemperassent. Omnino legendum censeo: temperaturas existimabant, quin. Sic Cicero in Verrem. 6. qui reus lege, & reus conperendinatus, re & opinione hominum fere dānatus, sibi temperare non potuerit maximo consuetu, quin L. Pisonem argentum tractaret. & pro Flacco: ut qui ante dictum testimonium sibi temperarit, quum tamen aliquid assequi possit. & ipse Caesar supra: neq; homines inimico animo, data facultate per prouinciam itineris faciendi, temperaturos ab iniuria & maleficio existimabat. Sallustius in Catil. quippe secunda res sapientium animos fatigant, ne illi corruptis moribus, victoria temperarent.

71. Cimbrī Teutoniq;] Indifferenter Teutonos, & Teutones vocat Caesar. lib. 2. quanquam alii codices ibi habent Teutonas. & lib. 7. Cimbrorum Teutonumq;. De eorum aduentu in Italiam Eutropius lib. 4. & 5. Epitome Liuiana lib. 67. & 68. & Tacitus hist. lib. 4. & de moribus German.

72. Locum medium utriusq; colloquio deligeret.] Legendū, medium utriusq; colloquio deligeret.

73. Sine magno commentu atq; emolumento] Codex Florentinus: emolumento. forte molimento, hoc est, molimine. Liuius lib. 5. motam certe sede susstantiam scilicet Iunonis Regina) parui molimenti adimiculis, sequentis modo acceptum leuemet ac facile translato fuisse. & videndum an pro commentu, legi debeat, comitatu, ut lib. 1. belli ciuilib: neq; maximi comitatus, qui ex Italia Galliaq; veniebant &c. item: magnos comitatus, qui iter habebant ad Casarem. &c. & comitatus, & qui frumentum causa processerant, tunc ad se recepit.

74. Neq; de communi re dicendum sibi, & cognoscendum] Quidam legunt, discendum. Sed de communi re Caesar dicere volebat, & ab Ariouisto cognoscere. sic infra lib. 5. habere se qua de re communi dicere vellent. & supra [ca. 34.] postulant, pro postulerent, fortasse legendum.

75. M. Messalla & L. Pisonem Coss.] Legendum, M. Pisonem, ut initio huius libri. Nam L. Pisonem Cæsaris socer Consul fuit cū A. Gabinio. fuerunt autē hi consules anno vrbis D cxxxiii. Dio lib. 37. & ita est in veteri codice & Roberti.

76. Si in eo manerent quod conuenissent] Legendū existimo, conuenissent, Mela li. i. ca. 7. Postquam in eo conuenerat, non manebatur. & ita est in libro Achilles Statii & Roberti Stephani.

77. Longe iis fratrum nomen P. R. absuturum] Quidam legunt: Longe futurum fratrum nomen P. R. Virgil. 12. Æneid. Longe illi Dea mater erit, qua nube fugacem Fortinica tegat,

xxxii

xxxiii

xxxiiii

xxxv

xxxvi

& O.

& Ouidius 8. Metamorph.

ne te fiducia formæ

Decipiat, ne sit longe tibi captus amore Auctor. — sed absit, dixit idem Ouid. lib. 4. Hinc quoq; vade procul, longe tibi gloria rerum, Quas mentiris ait, tibi longe Iuppiter absit.

78. Pagos centum Suenorū] Diximus supra pagos dici huius regionis partes & quasi præfecturas. De his Caesar lib. 4. hi centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula milia armatorū bellandi causa suis ex finibus educunt. & Cor. Tacitus de moribus Germ. adicit auctoritatem fortuna Semnonū. centum pagis habitatur: magnoq; corpore efficitur, ut se Suenorum caput credant.

79. Vfontionem] Ita quidem Dio Latinus lib. 38. Sed Ptolemæus Vfontionem.

80. Quæ ad bellum sui erant] Sic li. 2. quæ ad oppugnandum vsui erant. sed utrobique legendū vsu, ex Agellio, ut supra diximus. & paulo post, facultas, legunt quidam, non, difficultas. ut liber Faerni.

81. Flumen Alduabis] Ptolemæus & Strabo, Dubis. liber Achilles, Alduadubis.

82. Quia flumen intermittere] Alii libri, quia flumen. Infra lib. 7. ad eam opidi partem, quæ intermissa à flumine & patude, aditū habebat. ut legi etiā possit, quæ à flumine intermitteretur.

83. Alius alia causa illata] Forte allata. Cicero ad Atticū l. 15. ep. 15. quoniam iusta causam affers, quod te hoc tempore videre non possim. & in Lælio: hanc, ut sibi ignoscerem, causam, afferebat. & infra lib. 6. huius rei multas afferunt causas.

84. Vi timoris suspicionem vitarent] Sic supra: monet ut omnes suspensiones vitet.

85. Omniumq; ordinū ad id conciliū adhibitis centurionibus] De hoc multa lib. 3. de bello ciuili scripti. Nunc illud addā ex Polybio li. 6. singulis ordinibus. Hastatorum. Principū, Triariorū denos Cētiones solere eligi: ex his vero eū qui primus electus sit ab Imperatore, in conciliū adhiberi solere. nūc autē Cæsar omnes omnīū ordinū Centuriones in conciliū adhibuit. quod quia extra ordinē factū fuit, ideo ab eo notatur. Alibi legatos tamē & quæstorē adhibet, ut infra li. 4. consilio cū legatis & quæstore communicato. & eod. lib. quæstor, legatis, præstitiq; distribuit.

86. Non minorē laudem exercitus quā ipse Imperator C. Marius meritis esse videbatur] Aliter legisse videtur hūc locū Plutarchus. nā sic scribit in Casare: ἐπὶ τοῖς βαρβαρίοις πολεμοῖς, ἦν τε κρείσσοι μὲν ἡλίου Κίμωρον μὲν καὶ πολεμικῶν, ἢ τε αὐτῶν ὅν Μάξις χεῖρα εἶχε. Eadē verba refert Zonaras tomo 2. & fortasse fuit scriptū: factū eius hostis periculū partū nostrorū memoria Cimbris & Teutonū pulsus; cū nō minorē laudē exercitus, quā Imperator meritis videbatur. i. nō minorē laudē debent exercitū Cæsar, ipsiq; Cæsari Imperatori ob delectos Heluetios, quā Mario eiusq; exercitū ob pulsos Cimbrōs. De Cimbris Plutarchus in Mario, ut Liuiana epitome li. 67. & 68.

87. Nusper in Italia seruilium tumultu] Epitome Li-

niana l. 97. M. Crassus Prætor primū cum parte fugitiuorum, quæ ex Gallis Germaniq; constabat, feliciter pugnauit, casis hostium xxxv. millibus, & duce eorū Gramico. Cum Spartaco deinde bellauit, casis cum ipso millibus xl. Id autem fuit gestum circa annum vrbis D c lxxx. Ideo ait, nusper. Vide Sigionium.

88. Nostro exercitū] Liber Achilles palam habet, exercitū.

89. Se continuisset] Libri scripti, se tenuisset.

90. Qui suum timorem in rei frumentaria simulationem] Legendū existimo, qui sui timoris simulationem in rei frumentaria angustiasq; tēneris conferent. Sic libro secundo de bello ciuili, simulationem timoris dixit: Atque his imperat, ut simulatione timoris paulatim cedant. Liber Achilles sui habet:

91. Quod in longiorem diem collaturus esset, representaturū] Alii tentaturū, legunt. Cicero li. 5. epist. 16. neq; expectare temporis medicinā, quam representare ratione possimus. & li. 16. ad Tironem epist. 14. Conserua te mihi, dies promissorū adest, quā etiam representabo, si aduenieris. frequens etiam hoc verbum apud Iuriconsultos. præterea in Achilles libro pro esset, est, fuisse.

92. Quod ex aliis Gallis ei] V. C. C. ex aliis ei. XLII. maximam. forte, ex Gallis ei.

93. Pollicitum esse in cohortis] Deesse videtur, se. ut sit: Pollicitum esse se in cohortis prætorie loco. vel pollicitū eū esse. Liber Achilles: pollicitū se in cohortis prætorie loco. Et honesti laudatūq; fuisse, equo moreri, quā ordines ducere, ait Cicero Phil. 1. Nō quō ro, inquit, istos: quicūq; ordinem duxit, iudicet. At si ferretis, quicumq; equo meruisset, quod est laudatū, nemini probaretis. Festus: Prætorie cohors est dicta, quod à Prætorē non discedebat. Scipio. n. Africanus primus fortissimum quereq; delegit, qui ab eo in bello non discederent, & cetero munere militia vacarent, & se quiplez stipendium acciperent. & Aconius Cohortem prætoriam, comites Cōsulares esse ait, quod veteres omnem magistratū, cui pareret exercitus, Prætorē appellarint, atque inde Prætorū tabernaculum eius dici: quod ab ipso etiam Festo traditur.

94. Ad equum rescribere] Alii legunt, & nunc ad equum rescribere. sed quid sit ad equum rescribere, quarendum.

95. Quod munera amplissima missa] Liuius lib. 36. Munera quæ legati ferrent Regi, decreuerunt sagula purpurea duo cum fibulis aureis singulis & lato clauo tunicis & equos phaleratos, bina equestria arma cum lorice, & tabernacula militaremq; supellectilem, qualem præberi Consuli mos est. De Masinissa loquitur. & li. vigesimo septimo de Syphace: Legati dona tulere, rogantque & tunicam purpuream, sellam eburneam, pateram auream ex v. pondofactam. Tacitus Annal. libro quarto: Cognitis dehinc Ptolemæi per id bellum studiis, repetitus ex vetusto mos, missisq; e Senatoribus, qui scipio-

xxxvii

xxxviii

xxxix

xl

xli

xlii

xliii

xliiii

xlv

xlvi

xlvii

nem eb: urneum, togam pictam, antiqua patr um mu- nera daret, regemq; & socium atq; amicitia appellaret.

96. Illum cum neq; aditum, neq; causam postulã- di iustam haberet; Sic l. 5. locutus est. Tunc, inquit, qui aliquem sermonis aditum causamq; amicitia cū Cicerone habebat. & l. 2. belli ciuilib: per quem quisq; aditum commendationis haberet.

XLIV 97. Sed defenderit] Videtur legendum, sed illatū defenderit. Sic l. 2. cum, inquit, alias bellum inferret, alias illatum defenderent. & l. 6. aut ipsi iniurias inferrent, aut illatas propulsarent. & eodē libro: cum bellum ciuitatis aut illatum defendit, aut infert.

98. Quod ex S. C. Aeduos] Carrariensis & Florētī nūq; liber: quod fratres à se & amicos Aeduos appella- tos diceret. recte Robert. à senatu.

99. Quod si discessisset] Alias: quod si recessisset.

XLV 100. A. Fabio Maximo] Strabo l. 4. Ad costumen- tem, inquit, sursu & Rhodani G. Fabius Maximus Emilianus cum xxx millium hominum summam non haberet, ccc millia Gallorum concidit, tropha- umq; ibi statuit ex albo lapide. Eutropius vero l. 4. id bellum cū Bituito Rege Aruernorū gestū fuisse ait; vt & Paulus Orosius l. 5. ca. 14. & partim in prælio, partim in ipso flumine. c. l. millia Gallorū periisse. & hoc bello nomen Allobrogici reportauit anno vrbis d cxxxii. Vide Sigonium. Appianus in Cel- tico ait Q. Fabiū cxx millia Celtarū vno prælio oc- cidisse, ex suis xv tantum desiderasse.

XLVI 101. Legionis delecte] Legerem legioni.

102. Posteaquam in vulgus militum relatum est] Alii libri habent, elatum. vti. l. 6. quod neq; in vulgus disciplinã efferrī voluit. & Tacitus li. 12. elatq; vox eius in vulgus. libro vero 3. belli ciuilib: qua opinio er- rat edita in vulgus.

XLVII 103. Retineri non poterant] Alii libri, non potue- runt.

104. Legatum ex suis] Consules, Proconsules, Prætores, & Proprætores, cū ad bellū aut in puincias pñificebatur, legatos secū ducebant, quorū consilio atq; opera Rēpublicā administrabant. Varro de lingua latina: Legati, inquit, qui lecti publicè, quorū opera consilioq; uteretur peregrina magistratus. hos Ci- cero in Vatiniū vocat nuncios pacis ac belli, curato- res, interpretes, bellisci cōsilij auctores, ministros prouin- cialis Senatus. Appianus lib. 1. belli ciuilib: Legatos Romani appellant, quos prouinciarum rectoribus ad- dunt, vt eis subsidio sint.

105. M. Valerium Prociliū] In trib. libris manu- scriptis est, C. Valerium Procillum. & à viris doctis idem esse æstimatur qui supra interpretis fuit. Cæsa- ris. sed ille est Princeps Gallia prouincia, hic summa virtute & nobilitate adolescens: illius pater filietur, huius C. Valerius Caburius nominatur. præterea in infra lib. 7. huius frater dicitur C. Valerius Dono- taurus. & cū fratres pñominib. distingui soleāt, videant eruditi nū. M. hic sit potius, vt in vulgatis li- bris legitur, quā C. Valerius, vt in scriptis quibusdā est pñertim cū infra in fine huius libri M. iterū vocet & in aliqub. mss. nullum prænomen additum sit.

106. Qua multa iam Arioniſtus longinqua cōſue- tudine utebatur] Scriptus liber, longi, habet, non longinqua. Legerem: qua multum Arioniſtus longa in cōſuetudine utebatur. & paullo infra in codicib. scriptis & Parisiensi est, utebatur, vsus erat, nam multum re aliqua vti C. cero sepe dicere solet.

107. Conantes dicere] Liber meus: causam conā- tes dicere.

108. Ab his castris idoneum locum delegit] Dicitio - XLIX nes, ab his, abundare videntur. alias: ab eis.

109. Quattuor reliquas] Quattuor, non legitur in Carrariensi libro, nec in Florēt. no. sed infra est, sex reliquas.

110. Acceptis & illatis vulneribus] Refert Dio l. 38. Arioniſtum propemodum castris positū, eoq; successu elatum, spreto mulierum vaticiniis præ- lium sequenti die non detrectasse.

111. Non esse fas Germanos] Plutarchus in Cæ- sare de vaticiniis mulierū Germanarum: π η μά- λον ων ες ημεσ λικωσ τω καυτ δματα πτερον γυωμωδω, αι ποταμων διναισ ποσθ λειπουσαι, η ρδματων ελι- γμοις η ψοφοις τεμακροδω αι ποσθ εσοσαι, οτι ε- ασαι μαχλω τ ιδεσθαι, πσιν επιδωστω νεωσ σελδωω. Tacitus histor. lib. 4. vetere apud Germanos more, quo plerasq; faminarum fatidicas, & augete super- stitione arbitrentur deas.

112. Tribocis] Tacitus & Orosius Triboci, Plini- us Tribochi, li. 4. c. 17. Ptolemæus Τριβοκω, Stra- bo, τριβοκχο. Cæsar ipse li. 4. Tribocorum. legendū videretur Triboccos, non Triboces. atq; ita habet Pa- ris. codex.

113. Sedusios] Plinius inter Alpinos Sedunos no- minat, & ipse Cæsar initio lib. 3. Ptolemæus, Μα- κρομαυνοι ὀφ' ες Σουδωοι. sed legendum videretur apud eum Σηδουοι, & hic etiam, Sedunos.

114. Flentes implorabant] Flentes summopere orabant.

115. Cæsar singulis legionibus singulos legatos & quæstore præfecit] Videtur ex hoc loco colligi posse plures quæstore Cæsa rem habuisse. vt rursus lib. 5. interim, inquit, ab omnibus legatis quæstoribusq; quibus legiones transdidit, certior factus est. sed legendū quæstoreq; vt ibi noto. & cum plures es- sent legiones, quam legati, vni eorum quæstorem præfecit. itē l. 4. quicquid præterea longarum nauū habebat, quæstorei, legatis, præfectisq; distribuit. cum tamen in singulas prouincias singulos quæstore mitti mos fuerit. qui curabant publi- cam pecuniã & prædam, st pendiumq; exercitui soluebant. nec ab ipso imperatore potestate delegatam habebat, vt legati, sed à Republica, Imperatorq; erant fili- orum loco. Cicero orat. in Verrem. 3. Tu cum quæstor ad exercitum missus sis, custos non solum pe- cunie sed etiam Consulis, particeps omnium rerum consiliorumq; fueris, habitus sis in liberum loco, sicut mos maiorum ferebat, repente relinquant deseras? ad aduersarios transcas. Verum vnum tantum fu- isse, ostendit lib. 4. consilio, inquit, cum legatis & quæstore communicato.

NOTÆ

IN LIBRVM SECVNDVM DE BELLO GALLICO.



120

Vi ripas Rheni incolunt] Melio- res libri, qui cis Rhenum incolūt. vt lib. 4. cis Rhenum dispositis præsidis.

121. Ne Sueffones quidem] Plini- us lib. 4. c. 17. & Strabo, Sueſſi- ones, & scripti quidam codices, & Orosius. Ptolemæus autem mendose Ούισσινες, pro, Συσσινες, quanquam & apud Strabonem se- mel ita legatur. & Hirtius lib. 8. Sueſſiones. & ita ha- bent meliores codices.

122. Solosq; esse] Strabo lib. 4. Ὁύταν ἡ ἑὺς Βέλγας ἀρίστους φασί, εἰς πέντε κείδεται ἔθνη διηρημένους, τὰ με- τὰ τὴν Πέλοπον καὶ τὴν Αἰγύπτου παροικούντας τὸν Ἰου- κωνί. ὡς ἐμοῦσ ἀντιλέγειν ποσθ πλὴν τῶ Γερμανῶν ἔφο- δον, Κιλικίαν καὶ Τευτινῶν, αὐτῶ γδ τῶ Βέλγων, Βελδοάκωνε ἀρίστους φασί, μετὰ τῆς ἑὺς Συσσινεσιν. τῆς πολυαυθρω- πίας σημεῖον. εἰς λ' γὰρ μυριάδων ἐξήτα ἑθνη φασί τῶ Βελγῶν ποσθ περὶ τῶ δωαμδῶν φέρον ἔπλα.

123. Nunc esse regem Galbam] Supra d' xerat 2 Sueffiones fratres cōsanguineosq; Rhemorū, eodem iure, iisdemq; legibus vti, vnum cum ipsis magistra- tum habere: nunc vero eorum esse Regem Galbam, ad quem summa imperii deferatur. Quare dubito an recte Sueffiones hoc loco legatur. licet ita sit etiã apud Orosium lib. 6. Præterea Dio l. b. 39. hunc A- dram vocat, si codex non fallit, non Galbam, quæ Romana est familia, Ἄδραν ποσθ ησιν ἄδροι.

124. xv millia Arrebatas] Accipit hunc locum a Cæsare Orosius. sed paulo aliter apud eum legi- tur, nempe: Arrebatas etiam & Ambiani x millia, Morini xxv millia, Menapii ix mill. Caleti x mill. Velocasses & Veromandui aque x mill. Atuatice xix millia, Condrusi, Eburones, Caresi, Camani, qui vno nomine Germani vocantur, xl millia. Et ita fuisse referuntur ccc lxxii millia armatorum lectissima. Strabo vero lib. 4. eos ccc mill. fū sic ait: & liber meus habet Morinos xxv. & Robertus, Aduaticos vero xix. sed liber scriptus xviii.

125. Caletes, Verocasses] Legendum, Caletos, &, Velocasses, ex Orosio & scriptis libris. Adrianus Tur- nebus aduersarior. lib. 9. c. 8. contendit Caletos esse in suprema Normania vltra Rothomagum ad o- stium Sequanæ, hodieq; Caletēs appellari, quorū opida sunt Deppa, Portus & Iuliobona, quam Vil- lambonam ipsi appellant: Velocasses vero esse citra Rothomagum, & etiam hodie Vilcastinenses appel- lari.

126. Carnacos] Libri scripti, Atuatice. atque ita eos appellat Orosius lib. 6. & Strabo lib. 4. Apud Ptolemæum in Gallia Belgica, Tungrorum ciui- tas est Atuatium. & ipse Cæsar infra, eos Adu- ticos vocat. Porro Carēfos non reperiō. Infra lib. 6.

LIII

116. Qui in phalanges insilirent] Hæc sic narrat Orosius lib. 6. ex Suetonio, vt initio operis fate- tur, accepta: Pugna maxime grauis ex phalange Ger- manorum fuit, quam coactio in vnum agmine, scutis- que supra capita contextis, ad irrumpendam Roma- norum aciem tui vndiq; trastraxerant. Sed postquã Romanorum aliqui militum agilitate audaciaq; in- signes supra obducta saliere testudinem, scutisq; velu- ti squamis, sigillatim reuulsis, desuper nudos detestō- rum humeros perfoderunt, territi hostes nouo mortis periculo, terribilem dissoluere compagem.

117. Millia passuum ex eo loco circiter quinq; per- uenerunt] Orof. ibid. exinde in fugam versi per quin- quaginta millia passuum insatiabiliter cæsi sunt. & Plut. ἐπι τὰ δὲ τετραγώνια ἄρσεν ἑδ' ὅ τ' ἰωσ δὲ ὡξωσ. Sed in a- liis legitur τὰ δὲ τὸ τετραγώνια, recte. nã quadringē- ta stadia, millia passuum sunt quinquaginta, vt Orofi- us scribit, & apud Cæsarem omnino legendum est. error ex notis natus l. v. Iam vero occisorum nu- merum a Cæsare non esse traditū, testimonio sunt Orofi verba, qui ait, neq; conici numerus Germano- rum potuit vel quantus pugna affuerit, vel quantus fuerit occisorum. Plutarchus occ sorum numerum lxxx millia fuisse ait, quod & Appianus tradit in Celtico. & Zonaras tomo 2.

118. Vtrum igni statim necaretur] In meo libro est, utrumne statim necaretur, an in aliud tem- pus.

LIV

119. Ad conuentus agendos profectus est] Procon- sules Prætoresq; qui prouincias cum exercitu obtinebant astatem re: militari dabant, h' emem iu- risdictioni & conuentibus peragendis tribuebant. sic Cicero ad Atticum, erat mihi in animo recta pro- fecti ad exercitum, æstius menses reliquos rei mili- tari dare, hibernos iurisdictioni. & ad Cæsarum lib. 2. mihi erat in animo quoniam iurisdictionem consece- ram &c. profecti in Ciliciam nonis Maii; & cū pri- mum æstius attingissem, militaremq; rem collocassem, decedere ex S. C. Et quoniam in singulis prouinc is erant constituta ciuitates, in quibus conuentus fi- erent, Proconsul per omnia opida, que illis conue- tibus attributa erant, edictum proponebat, aut et- iam per totam prouinciam, quo decreto prouin- ciales ad conuentum euocabat, certa eius rei die constituta Liuius, Siculorum ciuitatibus Syracusas aut Messanam, aut Lilybaum indicitur concului, con- uentus agitur, eo imperio euocati conueniunt. & ipse Cæsar lib. 2. de bello ciuili, Cæsar, inquit, edictum præmisit, ad quam diem magistratus, principes- que omnium ciuitatum sibi esse præsto Corduba uellet.

lerio & M. Horatio Confl. anno urbis conditæ ccciv Sabinius deuctis in unum diem supplicatio decreta est. Rurfus Furio Camillo Veis captis in quatruiduum, quod ante nulli. Liuius lib. 5. *Ingens gaudium Roma fuit, & priusquam Senatus decerneret, plena omnia templa Romanarum matrum gratias diis agentium erant. Senatus in quatruiduum, quot dierum nullo ante bello, supplicationes decernit, &c.* Cn. Quinctio ob victoriam ad Cynccephalas, quinque. Cn. Pompeio, confecto Mithridatico bello, dierum xii. Cafari hic, xv, extremo lib. 4. viginti, & totidem lib. 7. Demum Hirtio, & Panfæ, & Cafari iuniori, Mutina colonia liberata, dierum quinquaginta supplicatio decreta est, vt Cicero Philip. 14. auctor est. In ea autem decernenda & magnitudinis victoriæ, & Imperatoris dignitatis ratio habebatur. Ciceroni togato supplicatio decreta est, quod ante eum nemini. Cicero ipse in Catil. orat. 3. *Atque etiam supplicatio Diis immortalibus pro singulari eorum merito, meo nomine decreta est, Quirites: quod mihi primum post hanc urbem conditam togato contigit, & his decreta verbis est, quod urbem incendiis, eade ciues, ita aliam bello liberasset.*

NOTÆ
IN LIBRVM TERTIVM
DE BELLO GALLICO.

170



N Antuates, Veragros, Sedunos]. Ipse Cafar infra lib. 4. *per fines Nantuatum.* Plinius lib. 7. cap. 20. *Nantuates, Seduni, Veragri.* Strabo lib. 4. *Οὐραγροι & Ναντιάται.* Quare omnino hic legendum, in *Nantuates.* & infra semper. Apud Ptolemæum corrupte legitur, *Οὐραγροι.*

171 *Qui appellatur Octodorus*] Ab Orofio lib. 6. qui hæc a Cafare, vt videtur, desumpfit, *Octodorus,* dicitur. & opidanos Plinius *Octoduranos* appellat lib. 3. c. 20.

172 *Gallis ad hiemandum concessit*] Viderur legendum: *Gallis concessit, alteram vacuam ab his relictam, ad hiemandum cohortibus attribuit.*

173 *Neq; eam plenissimam*] *Plenissima* dicitur legio, cum omnes milites, Tribunos, Centurionesq; habet. quomodo *plenissima* dicuntur cohortes a Cicerone ad Appium Pulcrum lib. 3. epist. 6. *Illud me mouet, in tanta militum paucitate, abesse tres cohortes, quæ sint plenissima.* His contrariæ dicuntur *infrequentes*, lib. 3. de bello ciuili in principio. & *attenuata*, eodem lib. 1.

174 *Cum neque opus hibernorum, munitiones plene essent perfecta*] *Vox, opus*, abundare videtur. aut legendum, *cum neque opus hibernorum plene*

esset perfectum, vt infra lib. 5. V. C. habet tempus, pro, opus. sed omnes codices, *munitionesque essent perfecta.*

175 *Euentum experiri*] *Euentum expectare*, solet alias dicere. vt lib. 3. de bello ciuili, & *tamen euentum expectans.* & lib. 7. *euentum pugna expectabat.* Et infra, *collocandis.* Sic Hirtius de bello Alexandrino, *Sic rebus omnibus confectis & collocatis.*

176 *Ad extremum perducta casum*] Hirtius de bello Alexand. *vt ad extremum casum deducti omnes viderentur.* & supra lib. 2. *si in eum casum deducerentur.* Quare videndum an legi debeat, *deducta*, pro, *perducta.*

177 *Eos qui in spem potiendorum castrorum venerant*] Videndum an legi debeat, *eos qui spe potiendorum.*

178 *Proximis Oceano in Andibus hiemabat*] *Qui dam libri habent, Proximus mari Oceano.* quidam viri docti reponunt, *Proximus mare Occanum.* Sed Cafar scripsit, *Proximus Oceano.* vt infra, *qui proximi Rheno sunt.* & lib. 6. *qui proximi Oceano fuerunt.* & Orofius lib. 6. qui hæc omnia pane totidem verbis describit, *Dum P. Crassus adolefens cum legione vii Oceano tenet apud Andeganos hiemat.*

179 *Præfectos*] In Romano exercitu plures Præfecti fuere, vt ab auctoribus traditur, apud quos *Præfecti castrorum, Præfecti evocatorum, Præfecti fabricum, Præfecti equitum, Præfecti socium* celebrantur.

180 *Missus in Venelos*] Diximus supra legendum esse *Venelos.* Sed quoniam plures libri scripti habent *Eufubios*, videndum an ii sint, quæ supra lib. 2. vocauit *Sesiuuos*, & an vtrobiq; legendum *Lexuuios*, vt illic docui.

181 *In magno impetu maris atq; aperto*] Legendum existimo, *in mari magni impetus atque aperto.* nam *apertum mare* sæpe vocat *Oceanum*, conclusum nostrum. infra, *longe aliam esse rationem in concluso mari atque in vastissimo ac aperitissimo Oceano.* item, *vasto atque aperto mari.* & *tantas tempestates Oceani, tantos impetus ventorum sustineri.*

182 *Ab his sit initium retinendi Silii*] *Legerem, ab his sit initium.* alibi, *oritur*, dixit. vt infra lib. 1. de bello ciuili, *cum his agit ne initium inferendi belli a Massiliensibus oriatur.* sed lib. 7. in principio, *ne facto initio belli a reliquis deserantur.* & lib. 2. nostri autem, *si ab illis initium transeundi fieret, &c.* & paulo inferius, *vbi neutri transeundi initium faciunt.*

183 *Eundemque omnis fortuna exitum esse laturos*] *Libentius legerem, omnes, & infra, acceperint, pro, acceperant.* 6. *atque eundem omnes ferunt casum.*

184 *Ambiliates*] Orofius lib. 6. *Socios sibi ad id bellum Ofsimios, Lexonios, Narnetes, Ambibaritos, Morinos, Diablantes & Menapios adiscunt.* recte, nam *Ambibaritorum* meminit lib. 4. & lib. 7. codex tamen scriptus habet *Ambianos.* item Ptole-

maus

maus *Ναρήτας* vocat. Plinius, nisi me codex fallit, *Narnetas.* *Quin* & scriptus codex præfert *Diablantes*, vt Orofius. Ptolemæus mendose fortasse *Διαβλίται*, pro *Διαβλίται*, nam & Plinius agnoscit *Diablantos.*

x i 185 *Et Santonis*] *Santonis*, legendum. & indifferenter Cafar *Santonos* eos & *Santonas* appellat. vt lib. 1. in *Santonum fines.*

xii 186 *In extremis lingulis*] *Meliores libri habent, linguis.* Festus, *Lingua promontorii genus non excellentis, sed molliter in planum deuexi.* & Pacuuius in Anchise, *Id promontorium cuius lingua in alium proiicit.* Gellius libro quarto, cap. 17. & Liuius sæpe.

187 *Cum ex alto se estus incitauisset*] Sic lib. 4. vt quo maior vis aquæ se incitauisset.

188 *Isdè opportunitatibus loci defendebant*] *Loci*, abundare opinor. Robert. *loci opportunitatibus.*

x i i 189 *Actantia onera nauium*] Contra lib. 2. dixit, *tanti oneris turrim.*

x i v 190, 191 *Portu profecta*] Non displicet quod apud Orofium legitur *progressa portu.* Cōtinuo, inquit, c c x x *naues eorum parata, ac omni telorum genere instructissima, progressa portu, ex aduerso resisterunt.* Dio vero ait Venetos nullum telorum genus secum adduxisse, tanquam minus necessarium. cum tamen Dio ea omnia ex Cafare transtulerit.

192 *Aut qua ratione pugna insisterent*] alii codices, *aut quam rationem.* quod placet. Terentius, *aut quam insistant viam, incertus sum.* Cafar supra libro secundo, *proximi iacentibus insisterent.* Sed videndum num legi debeat, *quam rationem pugna insisterent.*

193 *Qui antennas ad malos distinebant*] *Distinebant*, est, deligabant. infra lib. 4. *Binis vtrimq; subulis, ab vtraq; parte distinebantur.* & lib. 1. de bello ciuili: *Has quaternis anchoris ex quatuor angulis distinebat, ne fluctibus mouerentur.*

194 *Adductique erant*] Quomodo hunc locum Orofius intellexerit ex ipsius verbis, quæ sunt lib. 6. scripta, patebit. Hoc, inquit, plurimum auxilio fuit, quod *falces acutissimas non pertinaciter contis præfixas, funibus autè subnexis parauerat, quibus, cum opus esset, apprehensos emittes rudentes, subductis hastilibus per funem falcem trahendo, succiderent.* His celeriter expeditis *disrumpi hostilium antennarum armenta precepit, ita antennis rudentibus* &c. Strabo lib. 4. *ῥα μάλιστα ἀέτιας φερομένης, οἱ ῥα μάλιστα τὰ ἰσία δροσώρετα ἄνω, ἢ ἄνω στυπία, ἀπὸ τῶν βίαιων ἐπιμύει, &c.*

x v 195 *Tanta subito malacia extitit*] Festus, *Flustra dicuntur, cū in mari fluctus non mouentur, quæ Græci μολακία* vocant. Alioqui *malacia* est Plinio redundatio stomachi, defectioque mulierum prægnantium. Plin. lib. 23. cap. 6. *experitur*, inquit, *in gravidarum malacia* & quoniam gustatu moueat infantem. Nisi eadem ratione dicta in gravidis sit *malacia*, quando infantis motus non sentitur, vt in mari cum fluctus non mouentur.

196 *Sub corona vendidit*] Vide Gellium lib. 7. c. xv 4. & Festum dictione, *Sub corona.*

197 *Aulerci, Eburonices*] *Lego sine distinctione Aulerci Eburonices.* ex Orofio lib. 6. Plin. lib. 4. cap. 18. Ptolemæo. sed de his inferius agam latius. Robert. *Aulerci, Eburonices.*

198 *Legato dimicandum non existimabat*] *Vox legato*, minus necessaria videtur.

199 *Occasionē negotii bene gerendi amittendā non esse*] *Dimittere* solet dicere alias, vt lib. 5. in fine, *ne quam occasionem rei bene gerendæ dimittit eret.* & lib. 3. de bello ciuili, *ne reliqui negotii gerendi facultatem dimitterent.* Supra lib. 2. *ne, in quarendis suis, pugnandi tempus dimitteret.*

200 *Velut explorata victoria*] Sic lib. 5. *quasi parata iam atq; explorata victoria.*

201 *Exanimatiq; peruenierunt*] Sic lib. 2. *Cursu ac lassitudine exanimatos.* & lib. 3. belli ciuilis, *vt duplicato cursu Cesaris milites exanimarentur, & lassitudine conficerentur.*

202 *Vt ne unum quidem nostrorum impetum ferrent*] *Errore notaram factum existimo, vt unum, pro primum, sit hoc loco scriptum.* sic supra dixit, *ne primum quidem posse impetum suum sustineri existimabant.* lib. 5. *quod primum hostium impetum &c. fortissime sustinuerint.* & lib. 6. *ac vix primum impetum cohors in statione sustinet.* Liuius lib. 30. *Tū vero Masasylis non modo primum impetum, sed ne contestum quidem signorum atque armorum tulerunt.*

203 *Quæ sunt ciuitates Gallia provincia finitima*, xx *ex his regionibus nominatim euocatis*] *Lego, Gallia provincia finitima his regionibus.* sic infra, *ad eas ciuitates legati quæ sunt citerioris Hispania, finitima Aquitania.* vel, *quæ sunt ciuitates Provincia finitima, nominatim euocatis.* sic infra lib. 7. locutus est, *Æduis Segusiensisque, qui sunt finitimi ei provincia.*

204 *In Sontiatium fines*] Plinius lib. 4. cap. 19. *Sotiates* hos appellat. Dio lib. 30. *ἑὶς Ἀπιδίας* habet mendose, pro *ἑὶς Σολιάταις.* & infra. *opidum Sontiatium* Orofius vocat.

205 *Cuius rei sunt longe peritissimi*] Agellius lib. 9. ca. 14. *sed C. Cafar in libro de analogia secundo huius die & huius specie dicendum putat.* ergo scribendum hic, *cuius rei sunt longe peritissimi, & alias semper.*

206 *Æraria sectura sunt*] *Alias strictura.* sed sine additione dixit libro septimo, *quod apud eos magna sunt ferraria.* vt & hic, *æraria sunt*, legi debet.

207 *Adcantuannus*] Florentina editio satis antiqua *Adiantum* habet. Legendum vero *Adiantomus* ex Nicolao Damasceno, quæ citat Athenæus libro sexto, *Ἀδιάντων τῶν Σωπατρῶν βασιλέα, ἐν τῷ ἵερῷ Κελύκον, ἐξαχσίου ἔχον λογάδους ἀεὶ ὄντ, οὗς κληθεῖσιν ἀπὸ Γαλατῶν, τῆ πατρίῳ γλώττῃ Σιλοδομίους. τούτῳ δὲ ἐστὶν Ἐδλιμισὶ βυζαντινοί.* Ex quo videndum an apud Cafarem legi debeat *Soli-*

dunos item an hæc verba, quæ post longam parentiam repetuntur, delenda sunt, cum is Adcantu- annus.

208 Quorum se amicitia desiderunt] Forte, de- nouerunt, vt paulo infra, cuius se amicitia deuouif- set. & supra, cum sexcentis deuotis, dixit. Sallustius hoc Celtiberis tribuit, scribens, Celtiberi se Regibus denouent, & post eos vitam refutant. idem Valerius Maximus lib. 2. cap. 6. Celtiberi nefas esse ducebant, proelio superesse, cum is occidisset, pro cuius salute spiri- tum deuouerant.

XXIII 209 Vocantiorum & Tarusatum] Pro Vocanti- crum, recte, Vocatum, est in lib. scripto & Parisien. Tarusates vero Plinius lib. 14. cap. 19. appellat La- tusates, nisi fallor. Videndum quæ sit lectio corre- ctior.

210 Citerioris Hispania finitima Aquitania] Vocem, Aquitania, abundare existimo. sic supra emendandi Ciuitates Gallia prouincia finitima. ergo hic legendum, citerioris Hispania finitima.


XXIV 211 Et sub sarcinis infirmiore animo adoriri] Su- pra lib. 2. hanc (legionem) sub sarcinis adoriri. alii li- bri habent, infirmiores animo. Hirtius libro octa- uo, sub sarcinis in itinere aggressi. vnde hic for- te legendum, sub sarcinis in itinere adori- ri.

212 Cum sua cunctatione atque opinione timidi- ores hostes, nostros alacriores effecisset] Codex Fuluii Ursini, cum sua cunctatio. atque opinio. Le- go: cum ipsa cunctatio. Liuius libro septimo hunc imitatus, locum sic ait, Denique cum ipsa cun- ctatio, & is animos minuisse, & auxisset ho- stis.

XXVII 213 Tarbelli, Bigerriones] Ptolemæus & Luca- canus Tarbellos nominat. Plinius vero modo Tar- bellos, modo Tarbellos; & Bigerros vt infra, Cocossa- res. Parisiensis cod. Bigeriones.

214 Elusates] Verus codex Elusates habet, vt apud Plinium legitur lib. 4. cap. 19. addo Ammia- num Marcellinum lib. 15. qui scribit, Nouem popu- los Ausci commendant, & Elusates (alii Vasata edunt) & Antoninū, qui in itinerario, in Aquitania ponit, Elusaticum. in eodem vetere codice Gates est, pro Gentes.

XXIX 215 Diutius sub pellibus milites contineri non possent] Libro tertio belli ciuil. & sub pellibus hie- mare constituit. Sic Cicero libro quarto Academ. quæst. qui Lucullus est, vt non multum Im- peratori sub ipsis pellibus otii relinquatur.



NOTA IN LIBRVM QVARTVM DE BELLO GALLICO.



216 Sipes Germani & item Ten- litheri] Corn. Tacitus annali 13. extremo, & Histor. lib. 4. & in vita Agricolæ hos Vspios vocat. & de moribus German. Vspios ac Tenchteros. tamen lib. 1. annal. Vspetes. Apud Ptole- mæum sunt Ουιοπετι & Τιρρασοι. Ουιόνπετας & Τιρρ- ειδας, vocat Plutarch. in Casare. Dio & Appian. Vspitas.

S. d. privati ac separati agri apud eos nihil est] La- tius hæc lib. 6.

217 Vno in loco, incolendi causa] V. C. colendi causa, recte.

218 Et immani corporum magnitudine homines efficit] Veteres codices nō habent, corporum. Pom- pon. Mela lib. 3. cap. 3. ita de his scribit, Qui habi- tant, inquit, immanes sunt animis atque corporibus, & ad insitam feritatem vaste utraque exerant, bel- lando animos, corpora ad consuetudines laborum: ma- ximo frigore nudi agunt antequam puberes sunt, & langissima apud eas pueritia est. quamuis sua hyeme, nandi non patientia tantum illis, studium etiam est &c.

219 A suis finibus vacare agros] Meus lib. vasa- ri agros. Sic Pomponius Mela lib. 3. c. 3. Sed vt circa ipsos qua iacent, vasa sint. infra tamen, circiter de millia passuum agri vacare dicuntur.

220 A Suenis] Si Sueuorum sunt hi fines, qui conuenit a Suenis dicere? V. C. a suis. ego eas voces abundare existimo, vel scribendum, ab iis.

221 Vt est captus Germanorum] Sic Terent. A- delph. Vt captus est seruulorum non malus neque in- ers. Et Afranius in Simulante, is vt seruorum captus est. Cicero Tuscul. lib. 2. Græci autem homines non satis animosi sed prudentes, vt est captus homi- num, satis hostem aspicere non possunt, & iidem mor- bos tolerant, atq; humane ferunt.

222 Et paullo, qui sunt eiusdem generis, etiam ce- teris humaniores] Parisiensis liber & V. C. habet, paullo quam sunt. alius, paullo quam sunt eiusdem generis ceteris humaniores. Lego, & paullo quæ sunt eiusdem generis, ceteri etiam humaniores. Robert. quam sunt eiusdem generis & generis humaniores. V. C. qui paullo sunt.

223 Multiq; ad eos mercatores uentitant] Meus liber, multumq; ad eos. & V. C. multumq; mercato- res uentitant.

224 In eadem causa fuerunt Vspetes] Sic Cicero lib. 1. de finib. in eadem causa sunt, qua anteaquam nati. & alibi, Negat Platonem si sapiens non sit, eadē esse in causa, qua Dionysium tyrannum.

225 Cum...

225 Cum incertis rumoribus seruiant, & pleriq; ad voluntatem eorum facta respondeant] Existimo legendum, Cum incerta, vt eorum auribus seruiant, & plerumq; ad voluntatem eorum facta respondeant. sic lib. 2. de bello ciuili, de Curionis perfugis scri- bit, si seu vere, quam habuerant opinionem perferūt, siue etiam auribus Vari seruiant. Neq; tamen sum nescius dixisse Plautum in Trinummio, nec tuis de- pellor dictis, quin rumori seruiam.

226 Condrusonum] Supra lib. 2. Condrufo. & infra lib. 6. Condrufo ex gente & numero Germano- rum. itaque legendum, Condrufo.

227 Quæ appellatur Vacalos] Scripto l ber, Wa- lis. Cor. Tacitus annal. lib. 2. Vakalis. Nam, inquit, Rhenus uno alneo cōtinuus, aut modicus insulas cir- cumiens, apud principium agri Batani, velut in duos amnes diuiditur, seruatq; nomen & violentiam cur- sus, qua Germaniam praeuehitur, donec Oceano mi- sceatur, ad Gallicā ripam latior & placidior adfluens, verso cognomēto Vahalem accola dicitur: mox id quodq; vocabulum mutat Mosā flumine, eiusq; immenso ore eundem in Oceanum effunditur. Videndus Plinius lib. 4. cap. 15. V. C. habet, Vacalis. liber Cardinalis, Valus. alius, Vachalis.

228 Atq; ouis auium vinere existimantur] Mela lib. 3. c. 6. In his esse Oonius, qui ouis auium palustris, & auenis tantum alantur. Plinius lib. 4. c. 13. Feruntur & Oons, in quibus ouis auium, & auenis incola viuunt.

229 Multisq; capitibus in Oceanum influit] Ca- put hic Cæsar: pro ostio posuit, contra quam reliqui fere scriptores, qui flumini siue aquæ caput fontē ipsum appellant. Vlpianus in l. 1. D. de aqua cotid. & est. Caput aquæ illud est, vnde aqua nascitur. Si ex fonte nascatur, ipse fons. Si ex flumine &c. Pomponi- us item Mela lib. 2. ca. 4. Interfluit Timaneus nouem capitibus exurgens uno ostio emissus. & lib. 3. cap. 2. Rhenus ab Alpibus decedens, prope a capite duos lacus efficit.

230 Cum ipsi non amplius dccc equites haberēt] Codex Fuluii Ursini habet cccc equites. sed Plutar- chus locum citans ex ipsis Cælaris ephemeridi- bus dccc scribit. eius hæc sunt verba, ἡ δὲ ἰσχυρία ἐν τῷ ἐπιπέδῳ ἦν ἑκατὸν τριάκοντα. ἐν τῷ ὄρει δὲ ἑκατὸν ἑξήκοντα. ἡ δὲ ἰσχυρία ἐν τῷ ὄρει ἦν ἑκατὸν ἑξήκοντα. Appianus Latinus habet tantum d.

231 Contra atq; esset dictū] Sic supra lib. 1. eo, vt erat dictum, ad colloquium uenerunt. & lib. 1. de bel. ciu. proinde vt esset dictum, prouincis excederent.

232 Pristini diei perfidia incitari] Gel ius lib. 10. c. 24. M. Tullii atate die quinte, & die quinti pro ad- uerbio copulate dictum est, non die quinto. Diuus etiā Augustus memoriarum veterum exsequentiissimus, lingua Latina non nescius, munditiarum patris sui in sermonibus sectator, in epistolis plurifariam significa- tione ista dierum nō aliter usus est, die noni, die quinti &c. & paulo post, Die pristini quodq; eodem modo di- cebatur, quod significabat die pristino, id est, priore.

quod vulgo pridie dicitur, conuerso compositionis or- dine, quasi pristino die. Hæc ille. legendum ergo hoc loco ex Gellii siue potius ipsius Cælaris sententia, die pristini perfidia incitati, præcipue cum ipse in lib. de analogia 2. doceat dicendum esse huius die, non huius diei, teste eodem Gellio lib. 9. c. 14.

233 Reliqua fuga desperata] Sic lib. 3. de bel. ciu. xv magis de reliqua fuga, quam de castrorum defensione cogitabant.

234 Numerus capitum cccc millium] Orofius lib. 6. c. x. Plutarchus eos qui periere, cccc mil. in Cæsare, sed in Craffo ccc mill. fuisse ait.

235 Rationem igitur pontis hanc instituit] Sic lib. 1. bel. ciu. in presentia similem rationem aperis insti- tuit.

236 Non publica modo directæ ad perpendicularum] Publica Volscorum lingua trabes sunt, vnde Romæ pons publicus ab Anco Rege factus, cuius aliquoti- es meminit Liuius. Hæc fissuris machinisque in ter- ram adigebantur. Vitiuius lib. 1. cap. 3. Publicæq; machinis adigantur. Festus tamen non publicus sed sublices eas appellare videtur, adducto Salustii testi- monio ex historiis, qui sublicib. cauata dixit. Leo Albertus in huius pontis descriptione sublicas vo- cat, seu quod ita in Cæsare legerat, seu adductus auctoritate Gellii, qui sublices aut oblices ab anti- quis dictas affirmat lib. 4. cap. 17. Videndus Festus Pompeius, & Nonius. In antiquo lexico Latino- græco legitur, Sublica ἡ ἀπὸ τῶν ὑβῶν, οἱ δὲ τὸ ὑβὸν τὸ ὑβῶν ἔστι τὸ ὑβῶν ἔστι τὸ ὑβῶν.

237 Essent a Barbaris missa] Magis placet, im- missa.

238 Priusquam periculum faceret] Lego, prius qui periculum faceret. hoc est, tentaret. eum enim ad id negotium idoneum existimabat. sic lib. 3. de bello ciuili, Hunc pro suis beneficiis Cæsar iudicauerat idoneum, quem cum mandatis ad Cn. Pompeium mitteret.

239 Obsides dare atque imperio Pop. Ro. obtempe- rare] Dare, & obtemperare, pro daturos, & obtempe- raturos, dixit. vt lib. 7. necessario dispersos hostes ex a- dificiis petere. & supra lib. 2. illi se qua imperarent, fa- cere dixerunt.

240 V die ad Cæsarem reuertitur] Si ad normam antiquitatis scripta Cælaris redigenda sunt, scri- bendum hic die quinti ad Cæsarem. vide Gellium lib. 10. c. 24.

241 Qua ex eo loco millibus passuum iix vento tenebantur] Meus liber ab millibus. atque ita loqui solet Cæsar. vt lib. 5. a millibus passuum circiter li.

242 Atq; ita in montibus angustiis mare contine- batur] Mihi hic locus suspectus est. montium an- gustiis, libentius legerem, vel, atq; ita montibus ma- re continebatur.

243 Vt rei militaris ratio, maximeq; vt res mari- tima postularent, vt qua celere] Parisi. lib. habet, vt qua celere. sed totum hunc locum ita legendum existimo, vt militaris ratio, maximeq; res maritima postularent, vt quoniam celere. & infra lego, his di- missis.

- XXV 244 Et motus ad usum expeditor] Forte, & usus ad motum expeditor.
- XXVI 245 In uniuersos tela coniciebant] Lego, in auersos.
- 246 Item speculatoria nauigia] Quæ sunt Speculatoriæ naues ostendit Lilius l. b. 22. Polybii locum vertens. nam cum hic scripsisset, πρὸς πέντε ἢ ἑξήκοντα ἡμέρας δὲ οὐκ ἔλαττο πρὸς τὴν ἑξήκοντα Μασσαλιωτικῆς, ille transtulit, inde dicit Massiliensium speculatoria præmissa. sunt ergo exploratoria.
- XXIII 247 Deicerentur] Pau'us l. 7. De lege Rhod. cum depressa nauis aut deiecta esset. uideretur idem esse quod eicere. forte, reicerentur, ut infra l. 5. reliqua fere omnes reicerentur.
- 248 Aduersa nocte] Cicero in Verrem libro secundo, satisque feliciter iam aduerso tempore nauigassent.
- XXI 249 Ex euentu nauium suarum] Suarum, uideatur abundare.
- XXII 250 Et conferta legione] Sic lib. 5. neque a tanta multitudine coniecta tela conferti uitare poterant.
- XXIII 251 Paullum e prælio excidunt] Meus liber, paulatim e prælio excidunt.
- XXIV 252 Secuta sunt continuos plures dies tempestates] Carrariensis codex habet, continuo complures. Sed supra lib. 1. dixit, ex eo die dies continuos quinque, & alibi, dies continuos xxx.
- 253 His diebus celeriter magna multitudine coniecta] Alii codices, his rebus. ut & liber meus.
- XXIX 254 Reliqua neglexerunt] Atque hac interposita causa infrequenti anno. in Britanniam exercitum transtulit. Dio lib. xl.

- 259 Pirusta legatos ad eum mittunt] Pirustarum meminit Ptolemæus in relatione Illyrici, & Strabo lib. 7. Πειροσται. Tirustas uero gentem Dalfaretiorum, qui Illyricis sunt finitimi refert Lilius lib. 45. cum ait, non solum liberos, sed etiam immunes fore Iffenses & Taulantios, Dassaretiorum Tirustas, Rizonias, Olcinias, &c. ubi nescio, an Tirustas dicitur pro Pirustas.
- 260 Paratos esse demonstrant] Lego, demonstrarent.
- 261 Accepta oratione eorum] Alias, ratione accepta. satisfactione, dixit lib. 6. Vidorum satisfactionem accepit. excusatione alibi, ut eod. lib. 6. in principio, excusationemque accipit.
- Arbitros inter ciuitates dat] Hoc est, inter Pirustarum ciuitatem, & eos qui eam uastauerant. Sic Cicero lib. 1. de legibus, Ego plane uellem me arbitrum inter antiquam Academiam & Zenonem datum.
- 262 Qui litem astimant, pœnamque constituent] Alconius in Verrem 3. Repetendarum causarum ita se habet, ut si conuictus reus atque damnatus sit, pecuniam reddat astimata litæ, hoc est, in pretium redactis omnibus furtis, quam summam pecunie proscriptis eius bonis sectores curabunt. Verum hic non solum pecuniam reddi uoluit Cæsar, sed pœnam etiam iniuriarum constituit. quod in iudicio repetundarum Romæ aliquando fiebat. Idem Alconius in Verrem 2. Lis astimata sit, inquit, hoc est, pecunia de qua lis fuit, & propter quam condemnatus est, in summam redacta, qua de eius rebus redigeretur. Dua enim res consequebantur damnationem, altera redditio pecunie iis ad quos pertinebat, in quo uel simpli, uel dupli, uel quadrupli ratio ducebat: altera exilii. Valer. Probus, interpretatur has notas A. L. E. Arbitrium liti astimandum, cum ex hoc loco esse uideatur, Arbitrium liti astimande, uel Arbitri.
- 263 Neque, multum abesse ab eo, quin paucis diebus deduci possent] Supra lib. 3. neque longius abesse, quin proxima nocte. Sabinus clam ex castris exercitum educat. & Cicero ad Atticum lib. 2. epist. 15. Proxime nihil abest, quin sim miserimus. uidentur ergo auoces, ab eo, abundent. Lilius lib. 9. Luceriam omnibus copiis circumferre, neque procul abesse, quin uideantur.
- 264 Quid fieri uelit ostendit] Quidam hic, uellet, legunt. sed toties apud Ciceronem legitur, quid fieri uelit, ostendit, ut uitio librorum factum, non sit uerisimile. lib. 3. quid fieri uelit, edocet. & eod. lib. extremo, quid fieri uelit, ostendit. lib. 5. extremo, quæque fieri uelit, præcipit. & li. 3. de bello ciuili, quid a quoque fieri uelit, præcipit.
- 265 Ad portum Iccium] Scriptus liber & Strabo lib. 4. Itium. Ptolem. tamen Ἰκίων ἀκρον, Icium promontorium tantum esse, non portum ait. atque ita legitur in omnibus libris excusis & aliis manuscriptis Itium.
- 266 Circiter millium passuum xxx] Dio lib. 39. Britannia millibus passuum minimum lvi a Gallia parte

NOTÆ

IN LIBRVM QVINTVM DE BELLO GALLICO.

255 Subductionesque] Al. subductionis. que.

256 Quam quibus nostro mari] Lego, quam quibus in nostro mari. sic infra, quam quibus in reliquis maribus utimur.

257 Omnes actuaris imperat. fieri] Actuaris naues sunt, quæ remis aguntur. Lilius lib. 38. Tradito & nauis, armamentaque earum, neque plures quam decem naues actuaris, nulla quarum plus quam triginta remis legatur, habeto.

258 Ea qua sunt usui ad armandas naues, ex Hispania apportari iubet] Plinius lib. 19. ca. 2. de Spar- to, quod in Hispania citeriore nascitur, Keruntamen complectatur animo, qui uolet miraculum asti- mare, quanto sit in usu omnibus terris, nauium ar- mamentis, machinis adificationum aliisque desiderijs uita. Ad hos omnes usus quæ sufficiant minus xxx mill. pass. a litore Carthagini nonæ in latitudinem, annisq; in longitudinem esse reperientur.

- parte ea, quam Morini habitant, distat. Sed Strabo lib. 4. millia xl habet. nam hæc sunt eius uerba: ὑπὸ τῶν δὲ ἀνθρώπων, & τῆς ὕστερας κατ' ἑπὶ τετραπύρην ἀ- γων τῆς εἰς πέντε ἡμέρας, τὸ ἀπὸ τοῦ τελείου. Plinius inter utrumque medius ait, Britanniam a Gessoria- co Morinorum gentis litore proximo traiectu abesse millia passuum l. lib. 4. cap. 16.
- II 267 Induciomarus] Dio lib. 40. Ἰνδίου μάρτυρος αὐτῶν αὐτῶν τῶν. & ita habent scripti quidam & excusis libri.
- 268 A flumine Rheno ad initium Rhemorum pertinet] Libro 6. Arduenna, inquit, ab ripis Rhem finibus. Treuitorum ad Nervios pertinet.
- 269 Induciomarus legatos ad Cæsarem mittit] Induciomarus, abundare uideatur.
- VI 270 Quod dictum Aedu grauius ferebant] Non tam id dictum Aedu grauius ferebant, quam factum Cæsaris. Legatos tamen ad eum mittere non audebant, qui Dumnotigem Regem recufaret aut deprecarentur. Ergo inducenda uideatur uox, dictum, & scribendum: tamē neque recufandi, &c. sed dictum pro factum, uti & factum, pro dictum, sæpe ponit Cæsar, ut lib. 3. belli ciuili: Bello perfecto ab his Cæsar hæc facta cognouit, qui sermone interfuert.
- VII 271 Quod tantum ciuitati Aedu dignitatis tribuebat] Legendum existimo permutatis casibus, quod tantum ciuitatis Aedu dignitatis.
- 272 Nihil hunc se absente pro sano facturum] Plautus Menæchmis: Hoc quidem ad eum haud pro insano uerbum respondit mihi. & paulo post, Satis hæc pro sano male dicta male dictis respondeo?
- 273 Ille autem reuocatus resistere] Codices scripti, ille enim, habent. sed uideant doctiores, num legi debeat: ille enim uero resistere. quauis ea particula sic uatur lib. 2. de bello ciuili: Desertos enim se ac proditos a uobis dicunt.
- IX 274 Quæ Arrium præfecit] Legendum uideatur, præfecerat.
- 275 Et aggere ad munitiones adiecto] Infra, & quodam loco turri adiecta, & contingente uallē. Videndum ergo an ita hic legi debeat, & infra, magna diei parte consumpta.
- XI 276 Ad laborem militum intermissis] Sic infra, nulla pars nocturni temporis ad laborem intermit- titur.
- 277 Quæ antea præsidio nauibus fuerunt] Scripti libri, quas ante, præsidio nauibus relinquit.
- 278 Cassiuellano] Orofius Cassiuellano Dio lib. 40. hunc Suellam appellat, nisi uitiosus est codex.
- XII 279 Aut anulis ferreis] Forte, lamina ferreis, le- gendum est. aut lamina ferreis, siue lamellis legit Faenius.
- XIII 280 Insula natura triquetra] Sic Pomp. Mela lib. 3. cap. 6. de Britannia: Triquetra & Sicilia maxi- me similis. & naturam Cæsar pro figura posuit. Est autem figura triquetra, quæ trigona dicitur. Gellius lib. 2. ca. 21. Id quoque Varro addit dubitare se an pro- pterea magis hæc septem stella. Triones appellat & sint, quia ita sunt sita, ut uerna stella proxime quæque inter

se faciant trigona, id est, triquetras figuras. & lib. 1. ca. 20. qualia sunt triquetra & quadrata. Strabo lib. 4. de Britannia τριγωνῶν ἢ τετραγώνων. Infra lib. 6. eadem est fœmina marisq; natura.

281 Hibernia dimidio minor, quæ Britannia, sed pari spatio transmissus, atque ex Gallia est in Britan- niam] Tacitus in uita Agricole: Spatiū Hibernia, si Britannia comparatur, angustius. nostri maris insu- las superat. At Mela lib. 3. cap. 6. Super Britanniam Iuerna est, pene par spatio, sed utrimq; æqualis, tra- ctu litorum oblonga. Plinius lib. 4. cap. 16. refert Agrippam credere Britannia longitudinem dccc passuum esse: latitudinem cccm. Eandem Hibernia latitudinem, sed longitudinem ccc passuum mino- rem. De spatio uero transmissus cum dixisset Plin- ex Gallia in Britanniam esse l m passuum, Hibernia tantum x m esse scribit.

282 Percuntationibus] Alii libri, percuntationi- bus. legendum uideatur, percuntati omnino reperie- bantur. & infra, nisi quod certis, in aliis libris abun- dat, quod, recte.

283 Omnes uero se Britanni luteo inficiunt, quod caruleum efficit colore] Mira est hoc loco & lectio- num ueterum codicum & interpretum uarietas. Nam libri quidam habent, glasto inficiunt, alii ul- tro, nonnulli nitro, maior pars uitro, quæ lectiones fere omnes suos sunt assertores nactæ. Sunt enim qui glastum probent, quod scribat Plinius lib. 20. cap. 1. Simile plantagini glastum in Gallia uocatur, quo Britannorum coniuges natusq; toto corpore obli- ta quibusdam in sacris & nuda incedunt, Æthiopum colorem imitantes. Sed id aliis non placet, quod non caruleum, ut est apud Cæsarem, sed Æthiopum colo- rem efficiat. & quod eo nō Britanni omnes aut sem- per, ut ait Cæsar, sed fœminæ, quæ uiris iunctæ sunt, & in sacris tantum quibusdam oblini solent. Sed præcipue, quod in nullo Cæsaris exemplari paullo uetustiori glastum reperitur. Sunt qui ex ul- tro parua mutatione luteo fecerunt, auctoritate Vi- truui aduerti, qui lib. 7. cap. 14. ita scribit: qui non possunt chryso colla propter caritatem uitæ, herba, quæ luteum appellatur, caruleum inficiunt, & ueruntur uiridissimo colore. Sed id propterea non admittitur a uiris doctis, quod luteum non efficiat caruleum co- lorem, ut Cæsar ait, sed caruleus luteo infectus uir- dem reddat colorem. Ac uidi, qui nitro legendum esse contendunt, quod apud Vitruuium lib. 7. cap. 11. nitro caruleum temperetur. Verum cum ea tem- peratura non solo nitro fiat, sed arena in super & are Cyprio, nihil Vitruuius hac parte iuuat, neque si quis nitro corpus inficiat, caruleus efficitur color. Cum autem in codice Fuluii Ursini, qui antiquior mul- to emendatiorque aliis est, legatur uitro, eaq; scri- ptura in aliis manuscriptis reperitur, ea lectio om- nino uera esse uideatur. est enim uitrum herba, quæ in Gallia frequentissima nascitur, quæ caru- leum colorem efficit, eam Græci Ιλατιν uocant, Galli ipsi pæstel. Vitruuius, ut quidem legitur in duob. manuscriptis, quibus sum usus: & uno anti- quæ editionis, lib. 7. cap. 14. sic scribit: Idem propter

inopiam coloris Indici, cretam Selinusiam, aut amul-
 riam, vitro, quod Graeci Isatim appellant, insipientes
 imitationem faciunt coloris Indici. In aliis duobus
 libris item manuscriptoris erat visallin aut visalim,
 in nullo vero ἰαλον, ut quidam imprimendum cu-
 rarunt. Quin vero apud Vitruvium legi debeat
 Isatim, dubitari non potest, cum Oribasius scribat
 Isatim infectores Vitruvii appellare. Plin. lib. 35. c. 6. de
 Indico loquens sic ait: Qui adulterant vero Indici,
 stercora columbina, aut cretam Selinusiam, aut amu-
 lariam vitro insciunt. Sic enim legitur in exculis
 Herodianus lib. 3. de Britannia: τὸ δὲ σίματι τὸ ζο-
 ται [ἰαφῆς ποικίλων ζῶων πωλοῦσθαι εἰς τὸν ὄφιν εἰδὲ
 ἀέφινουται, ἢ αὐτὸς ἐπέσει τὴν σάμαλον τοῖς γοφῶσι].
 Ergo apud Melam lib. 3. cap. 6. cum de Britannis
 ait, incertum ob decore, an quid aliud vitro corpora
 insciunt, reponendum est vitro.

284 Per medios audacissime proruperunt] Legen-
 dum, perreperunt: est enim frequens apud Caesare.
 & ita habet Paris lib.

285 Q. Laberius Durrus] Labienus, est apud O-
 ros. nescio quam recte. & in V. C.

286 Toto hoc in genere pugna] In, abundare vi-
 detur.

287 Trinobantes] Ptolemaeus Τρινοβάντες, cuius
 ciuitas sit Camulodunum. Cor. Tacitus Trinoban-
 tes, & Camalodunū. Orofius Trinobantes quidem,
 sed Androgonus ab eo dicitur adulescens, non
 Mandabratius.

288 In continentē Galliam venerat] Vox, Gallia,
 abundat. ut supra lib. 4. Caesar questus, quod cum ul-
 tro in continentem missis legatis pacem a se petissent,
 item, breviores esse noctes, quam in continente. & sa-
 pe alias.

289 Cenimagni, Segontiaci] Locus videtur man-
 cus. Orofius lib. 6. quod exemplum secuta urbes alia
 complures in fœdus Romanorum venerunt.

290 In Effusus] Hi esse videntur, qui a Plinio lib.
 4. cap. 18. vocantur Iresui, in Gallia Lugdunensi, hoc
 est, in Gallia Celtica Aquitaniae finitima. adeoque
 pacatissimi nam partem eam esse, & longe a Belgio
 distare scribit Marilianus.

291 Quoad legiones collocasset] Liber meus, col-
 locatas, munitaq; hiberna cognouisset.

292 Interim ab omnib. legatis quaestoribusq;] Cū
 vnus esset tantū quaestor in vna prouincia, & Cae-
 sar vnum tantum haberet, ut vidimus lib. 4. cum
 dixit: Consilio cum legatis, & quaestore communicato;
 videndum num hic legi debeat, quaestoresq;. De hoc
 supra lib. 1. sub finem nonnihil diximus. & ita le-
 gitur in duobus codicibus manuscriptoris.

293 Ad castra oppugnanda venerunt] V. C. oppu-
 gnatum, alias, pugnatum. reponuit quidam, castra
 oppugnatum venerunt, sed supra lib. 1. dixit, omnes
 Gallia ciuitates ad se oppugnandū venisse & Hirtius
 de bello Alexand. milites ad oppugnanda castra suc-
 cedere noluit. & Caes. lib. 5. magna manu ad castra
 oppugnanda venerunt.

294 Non hostem auctorem sed rem spectare] Le-
 gendū videtur, non se hostem auctore, sed rem spectari

debere. sed se, etiam defuit in superioribus, dum ait,
 Caesarem arbitrari profectum in Italiam.

295 Ariouisti mortem] Atqui Ariouistum mor-
 tuum fuisse, huc usq; non dixit.

296 Ardere Galliam] Sallust. lib. 1. histor. arde-
 bat omnis Hispania citerior.

Vnam esse in celeritate positā salutem] Sic Virgil.
 Vna salus victis. & infra: tamen vnū communis sa-
 lutis auxilium in celeritate ponebat. & Cor. Tacitus
 annal. 1. temporis ac necessitatis mouet. Vnam in ar-
 mīs salutem, &c.

297 At sapiēter si quid grauius acciderit] Alii li-
 bri fere omnes, hi sapiēt, & si quid grauius acciderit.

298 Perendino die] Gellius li. 1. ca. 24. cum scri-
 psisset Ciceronē, Caesarem, aliosq; eius & superioris
 ætatis viros die quartā, die quintā semper dixisse,
 & die crastini, addit etiā tum Sacerdotes Pop. Ro.
 cum indicerēt in diem tertium, die perendini dixisse.
 Quare omnino Caesarem hoc loco die perendini
 scripsisse existimo.

299 Pronunciatur prima luce iteros] Lego, iter. xxxi

300 A millibus passuum circiter 11] Sic lib. 2. ad
 castra Caesaris cum omnibus copiis contenderunt, & a
 millibus passuum minus 11 castra posuerunt. & lib.
 6. positis castris a millibus passuum x. & alias saepe.

301 Erant & virtute & numero pugnandi pares
 nostri, tamen si a duce, &c.] Quidā reponūt ex inge-
 nitio, numero pugnantium. Faernus delet vocem pu-
 gnandi. Parisiensis liber, erant & numero & virtute
 pugnandi pares nostri. Sed verisimile n est Romanos
 Eburonibus pares fuisse. supra enim dixit, magna
 manu Ambiorigem ad castra oppugnanda venisse,
 & infra, neq; a tanta multitudine coeclitela conser-
 ti vitare poterant. neq; hi, nisi multis partib. plures,
 quam Romani fuissent, sperassent se castra oppu-
 gnaturos. Quare in hanc sententiam conforman-
 dus est locus. Erant & loco & numero superiores: no-
 stri tamen si a duce, &c. sic lib. 6. cum hostes & loco &
 numero, nostri virtute confiderent. ut supra dixerat,
 & iniquissimo loco praelium committere ceperunt. &
 infra de bello Hispan. & virtute & numero nostri è-
 rant superiores. Cor. Tacitus annal. li. 2. Quis & In-
 guionerum tota volitantē acie fortuna magis, quam
 virtus deserebat.

302 Quoties quaq; cohors procurrerat] Codex xxxvi
 Carrar. procurrerat.

303 Cn. Pompeium] Supra C. Carpiacium seu
 Arpinium ad Ambiorigem misit.

304 Inq; eam rem se suamq; fidem interponere] E-
 mendaueram, se suam fide interponere. ac postea re-
 peri ita esse scriptū in vet. codice. & Roberti: in quā
 rem se suam fidem interponere. Sallust. Iugurth. Pri-
 uatim praterea suam fidem interponit. Cicero pro
 Sex. Roscio: Si hanc ei rē priuatim Sex. Roscius man-
 dauisset, ut cū Chryfogono transigeret, atq; decideret,
 inque eam rem fidem suam interponeret.

305 Centrones, Grudios, Lenacos, Pleuomstos, xxxix
 Gordunos] Hos non reperio apud Geog. aphos.

306 Loricæque] Vide Vitruuium. xl

307 Qui aliquem sermonis aditum, causamq; a- xli
 micitia

micitia cum Cicero habebant] Sic lib. 1. cum neq; adi-
 tum, neq; causam postulandi iustam haberet. & lib.
 2. de bello ciuili. Per quem quisq; aditum commen-
 dationis haberet ad Caesarem. & vide num vox ser-
 monis, abundet.

308 Ambiorigem ostentant] Fortasse, Arpinium,
 qui supra interpres Cottæ erat.

309 Se se tamen scire hoc esse in Ciceronem] In a-
 liis libris tam scriptis, quam exculis, non legitur,
 scire, recte.

310 Vllam accipere ab hoste armato conditionem]
 In quibusdam libris non est vox, vllam.

311 Vallo pedum x] Orofius lib. 6. pedum x. &
 ita habet scripsit codex Achillis Statii.

312 Qua esset ad hunc usum idonea] Lego esset.
 ut ad ferramenta referatur. & ita est in Gryphii
 libro.

313 Nam minus horis tribus decem millium pas-
 suum circuitu munitionem perfecerunt] Faernus ex
 V. C. legebat, decē millium in circuitu munitionem
 pedum xv perfecerunt. & quidem pedum xv habet
 Parisiens. Sed supra dixerat Caes. Nervios hiberna
 circuisse vallo pedum x, fossa pedum xv. ut hic tantum
 de circuitu, quem munitione fuerant complexi, a-
 gendum fuerit. Florentina editio. iam olim hunc
 locum pene incorruptum dedit. nam sic habet, mi-
 nus horis tribus millium pedum xv in circuitu muni-
 tionē fecerunt. Quod si pro pedum, legas, passuum,
 (P enim & pedem & passum significat) nihil deside-
 rabis. Codex Achillis Statii, millium p. xv in circui-
 tu. Orofius lib. 6. Multitudo hostiū ex hoc colligi po-
 tuit, quod cum in obsidione castrorū vallum circum-
 dandum esse a captiuis Romanis docerent, & instru-
 menta ruralia non haberent, gladiis concidendo ter-
 ram, & sagulas exportando, vix tribus horis vallum
 x pedum, & fossam pedum xv per millia passuum xv
 in circuitu perfecerunt. & videndum an ex eodem
 Orofio. cor. cidare, pro, circumcidere, apud Caesarem
 sit legendum.

314 Feruentis fusili ex argilla glandes] Orofius
 ibid. testas feruentis intorsere fundis, flammamq; so-
 cis tela, ac mox concepto igne rutilantia intra castra
 reuerunt.

315 Demigrandi causa de vallo decederet nemo]
 Restinguendi causa, magis continere videtur.

316 T. Pulsio] Lib. 3. de bello ciuili, T. Pulsionis
 opera exercitus C. Antonii proditus fuit. quod si
 hic idem cum illo est, videndum vitro loco rectius
 legatur.

317 Sic fortuna in contentione, & certamine utrū-
 que seruauit] In meo libro scriptum reperi, in certa-
 mine & a contentione utrumq; seruauit.

318 Ut alter alteri inimicus auxilio] Vocem, ini-
 micus, abundare existimo. ait enim voluisse fortu-
 nam illo die eorū controuersias diiudicare. sed ad-
 huc illos in contentione & certamine versari. non
 potuit enim cognosci vter vtri anteferendus foret
 cum alter alteri auxilio & saluti fuerit. licet sup-

dixerit, succurrit inimicus illi Varenus.

319 Suamq; ei fidem prestiterat] Id est, fidelis fue-
 rat. Cicero Philip. 2. minime mirum est eos commu-
 nicata Rep. fideles esse, qui etiam expertes eius, fidem
 suam semper prestiterunt.

320 Quas sibi iter faciendum sciebat] Meus liber
 atq; itē alii, qua sibi sit iter faciendū, scribit Labieno.

321 Vt hostium impetū sustinere non posset] Meus
 liber habet, ne hostium impetum. Sed vereor ne ab
 aliquo sit mutatum, qui non existimaret satis Lati-
 ne dici, vereor: ut non. cum Cicero sic loquatur in
 lib. de legibus, quo cum vereor committore, ut nō be-
 ne prouisa principia ponantur. & in Tuscul. & tamen
 veremur, ut hoc natura non patiatur.

322 Hanc Græcis conscriptam litteris mittit, ne
 intercepta epistola nostra, ab hostib. consilia cognoscā-
 tur] Idem refert Dio lib. 40. Atqui supra lib. 1. Hel-
 metiorum tabula reperta sunt litteris Græcis conscripta.
 & infra lib. 6. Galli omnes in reliquis rebus publicis
 priuatiq; rationibus Græcis litteris vtuntur. Quod
 & Strabo etiam tradit. Sed fortasse Græcis litteris,
 non item lingua.

323 Tum quoniam liberatum obsidione Cicero-
 nem sciebat, aquo animo remittendum] Paris lib. quia
 liberatum obsidione Ciceronem sciebat, eorū omnino
 remittendum. &c. videtamen.

324 Neq; etiam paruulo detrimento illum locum
 relinqui videbat] Laudo coniecturā Dionysii Lam-
 bini qui legendum existimat, neq; etiam paruulo
 detrimento locum illum relinqui volebat. nam ipse
 Caes. sic loquitur lib. 6. ne minimo quidem casu lo-
 cum relinqui debuisse. & lib. 7. ait, se exploratam vi-
 ctoriam dimisisse, ne paruulo modo detrimento
 in contentione propter iniquitatem loci acciperet. & in
 meo libro est, neq; enim paruulo detrimento. fortal-
 se, neq; enim vel paruulo.

325 Legione producta] Sic lib. 1. belli ciuili, cen-
 turionatim producti milites idem iurant.

326 Incredibili celeritate] Modum nuncii per-
 ferendi tanta celeritate habes infra lib. 7. statim in
 principio.

327 Neq; vllum fere totius hiemis tempus.] Meus li-
 ber, neq; vllum fere totius hiemis tempus.

328 Cimbratum qua Aremorica appellatur] Aliter
 Plinius lib. 4. cap. 17. Inde, inquit, ad Pyrenæi mon-
 tis excursum Aquitania, Aremorica ante dicta.

329 Quos praecipuo semper honore Caesar habuit] Liv'
 Titius lib. 38. Chios agro donarunt, & in omni pra-
 cipuo honore habuerunt.

330 Cum se bis expertos dicerent] Vox, dicerent,
 inferius post, tentant uros, collocada videtur. Rober-
 tus tamen tentandam, habet.

331 Magra proponit iis, qui occiderunt, pra-
 mia] Occiderent, legendam
 videtur.

NOTÆ
IN LIBRVM SEX-
TVM DE BELLO
Gallico.

332



Quos ex Cisalpina Gallia Consul sacramento rogauisset] Superiore anno Pompeius Cōsulatum gesserat cum M. Crasso. Hispaniaque illi prouincia obuenerat. Atqui lege latum fuerat, vt eam prouinciā propter novos

quosdam exortos in eamotus, per quinquennium obtineret, delectum tam in vrbe, quam tota Italia haberet. Igitur missis legatis & alibi & in Cisalpina Gallia milites sacramento rogarat. Sed quoniam rumores Hispaniē clementiores esse cōpere, Pompeioque rei frumentariæ cura demandata fuit, legatos suos in Hispaniam mittit, ipse in vrbe manfit eo anno Cōsul, sequenti vero Proconsul ad vr-
bem. Dio lib. 39. Ergo legendum hoc loco: quos ex Cisalpina Gallia Consul sacramento rogauisset. non enim Consulā alicuius, sed suo nomine per legatos delectum habuerat. Petiit igitur Cæsar a Pompeio Proconsule, vt quoniam ad vr-
bem manebat, neq; in prouincias proficisci debebat, milites conuenire iuberet. & ad se vt proficisceretur, curaret. Quid sit autem sacramento rogare, dixi lib. 1. belli ciui. Liuius lib. 2. Itaq; quanquam per dictatorem delectus habitus esset, tamen quoniam in Consulum verba iurassent, sacramento teneri militem rati, ex vrbe educi legiones iusserunt.

333 Duplicatog; earum cohortium numero] Copula, que abundare videtur. præterea cohortium, legendum. vt supra lib. 5. & cade cohortum cognita, sic enim in omnibus fere exemplaribus legitur. & sic scripsisse Cæsarem testis est Charisius lib. 1. qui tradit Cæsarem in Analogicis libris præcipere vt partum scribatur, non partium. Porro cum Titurio amiserat legionem vnā & duas cohortes, hoc est, integras xv; nunc autem adductæ erant legiones xii, hoc est, cohortes xxx. (nam legionem x cohortes continere ex Gellio alibi notauimus) duplicauerat ergo numerum cohortium.

334 Obsidibusq; de pecunia cauent] Sic infra lib. 7. quoniam in presentia de obsidibus cauere non possunt, ne res effaratur, vt iureiurando ac fide sanciat, petunt. Sed quoniam eo loco in optimo exemplari Fuluii Vrsini non est præpositio, de, videndum an hic verba, de pecunia, abundant. an vero sic Romani loqui consueuerunt? Cicero 2. de Inuentione: Ita lex diligenter perscripta esse demonstrabitur, ita cautum vnaquaq; de re, ita quod oportuerit, exceptū, &c. & ibidem paulo supra, dare operam oportebit, vt de eo quod aduersarius intelligat, alia in lege cautum

esse doceatur. est autem hic cauere, satis accipere. Cicero in Bruto: At vero, inquam, tibi ego Brute, non solutam nisi prius a te cauero, amplius eo nomine neminem, cuius petitio sit, petiturum. Non me Hercule, inquit, tibi repromittere istuc quidem ausus sum. Sed apud Cæsarem aliquis fortasse existimauerit legēdum esse, obsidibusq; & pecunia cauent. vt Parisiensis lib. habet. Vide Budæum in Annotatio. poster.

335 Senones ad imperatum non venire] Sallust. Igitur Iugurtha ubi armis virisq; & pecunia spoliatus est, cum ipse ad imperandum, Tifidium vocaretur. Et Cicero lib. 9. epist. 28. nunc ades ad imperandum, siue ad parendum potius. sic enim antiqui loquebatur. ex quibus locis nō incommode hic legi potuit, Senones ad imperandum non venire. & lib. 7. imperarent, pro imperarentur, positum videtur cum dicit: vt omnia quæ imperarent, sibi patiēda & perferenda existimarent.

336 Concilium in Lutetiam] Plures libri, in, non habent.

337 Finibus suis recepisset] Recepissent, Menapii; vt aut supra pro si, legendum qui.

338 Iamq; ab eo non longius bidui via aberat] Elegantius esse iudico, non longius bidui aberat. sic enim loquitur Cicero ad Atticum lib. 5. epist. 16. Nos in castra properabamus, quæ aberant bidui. & rursus epist. 17. hanc epistolam dictavi sedens in rēda, cum in castra proficiscer, a quibus aberam bidui.

339 Quoniam Germani appropinquare dicuntur] Leg. dicantur.

340 Gallorum equitatus] Meus liber, Gallorum equitum.

341 Tribunis militum primisq; ordinibus conuocatis] Hos alias primorum ordinum Centuriones dicere solet, vt lib. 1. de bel. Gal. Reliqua legiones per tribunos militum, & primorum ordinum Centuriones egerunt, vt Cæsari satis faceret. & lib. 5. L. Aurunculeius, compluresq; Tribuni militum, & primorum ordinum Centuriones, nihil temere, &c. & Sabinius quos in presentia Tribunos militum circum se habebat, & primorum ordinum Centuriones. & lib. 1. de bello ciuili: Legatosq; de pace primorum ordinum Centuriones ad Cæsarem mittunt. Alias primos ordines, eos milites dixit qui his primorum ordinum Centurionibus parent. vt lib. 7. de bel. Gal. cum primi ordines hostium transfixa pilis concidissent, & lib. 1. de bello ciuili: Hunc ex primo ordine pauci Cæsaris consecuti milites consistere cogunt. Ceterum primos ordines pro Centurionibus primorū ordinum iterum dixit lib. 5. cum a Corra, primisq; ordinibus acriter resisteretur, & erant in ea legione fortissimi viri Centuriones, qui iam primis ordinibus appropinquarent.

342 Ne speratam prædam] Forte, paratam, aut, insperatam tantam dixit infra hoc ipso libro: sequē ipsi adhortantur, ne tantam fortunam ex manibus dimittant.

343 Cheruscos a Suenis, Suenos a Cheruscis iniuriis incursonibusq; prohibere] V sitati? est: Cheruscos a Sueno-

a Suenorum, Suenos a Cheruscorum iniuriis, Sallust. ab iniuria manuum prohibet.

344 Ad quorum arbitrium summa omnium rerum consiliorumq; redeat] Sic lib. 1. de bello ciuili in principio, seq; alterū fore Syllam inter suos gloriatur, ad quē summa imperii redeat. & lib. 3. Ad neminem unum summa imperii redit. & Terent. Phormio. Id de summa solū Phormio rerum redit.

345 Magnis iacturis pollicitationibusq; perduxerunt] Hirtius extremo bello Alexand. Magnis enim iacturis sibi quæ eorum animos conciliabat. hæc vero narrantur ab Aëdulis lib. 1. de bel. Gal. libi: Gallia factioes esse duas.

346 Quos quod adæquare] Adæquare, habent plures libri. & meus intelligebat, pro, intelligebatur.

347 Eorum decreto non stetit] Meus liber, non steterit. & infra, in fines Carnutum, pro, in finibus.

348 De deorum immortalium vi ac potestate disputant] Sic infra: Mercurii ad quæstus pecunie mercaturæq; habere vim maximam. Sed Pomponius Mela lib. 3. cap. 2. cum ea omnia, quæ de Druidibus Cæsar scripsit, exponeret: Hi, inquit, terra mundiq; magnitudinem, & formam, motus cæli & siderum, ac quid dii velint scire proficuntur. De Druidibus vide Diodorum.

349 Ita plurimos circū se ambactos clientesq; habet] Festus: Ambactus apud Ennium lingua Gallica seruus dicitur. item: Seruus ambactus, id est, circumactus. Inde in veteri lexico Latinogræco; Ambactus, exponitur δούλος περιπατῶν, ὡς ἐννίω. Itaque vocabulum est Gallicum, ab Ennio tamen vsurpatum, & seruum significat. sic infra Cæsar: Ac paulo supra hanc memoriam serui & clientes, quos ab iis dilectos esse constabat &c.

350 Admodum dedit a religionibus] Melius eam gentem Pompon. Mela superstitiosam vocat. Gentes, inquit lib. 3. cap. 2. superba, superstitiosa, aliquando etiam immanes, adeo vt hominem optimam & diis gratissimam victimam caderent. & pro Fonteio Cicero: Postremo his quicquam sanctum ac religiosum videri potest, qui etiam si quando aliquo metu adducti Deos placandos esse arbitrantur, humanis hostiis eorum aras ac templa funestant: vt ne religionem quidem colere possint, nisi eam ipsam prius scelerè violarint? Quis enim ignorat eos, vsq; ad hanc diem, retinere illam immanem ac barbaram consuetudinem hominum immolatorum. Hæc Cicero. Sua tamen ætate eam consuetudinem abolitam esse Pomponius Mela lib. 3. cap. 2. tradit. Manent, inquit, vestigia feritatis iam abolita, atque vt ab humanis cadibus temperant, ita nihilominus ubi denotatos altaribus admonere, delibant. Strabo lib. 4. de sacrificiis Gal-

lotum: Ἄστροποι γὰρ καὶ ἀστρολόγοι πάντες εἰς νότον μαχίρα, τελευτῶντες ἐν τῷ σφαιροσμίᾳ. ἔθνον δὲ ἐκ αὐτοῦ Δριδῶν. καὶ ἐπὶ δὲ αὐτῶν περὶ θυσίῶν εἰδη λέγεται. Ἐγὼ καὶ τῶν ἑσπερίων καὶ αὐτῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς. καὶ κατὰ τὸ δούλων καὶ ἄλλων ἄλλων ἐξ ὧν, ἰμβραλόντες εἰς τῶν βοσκήματων, καὶ πᾶσι τοῖς ἰσθμοῖς καὶ ἀστροποῦς ὠλοκαύθων.

351 Supplicia eorum, qui in furto aut latrocinio] Supplicia, pro victimis & immolationibus posuit, quoniam iis supplicabatur Diis: sic Sallustius Catilinar. bel. In supplicis Deorum magnifici, domi parci, in amicos fideles erant. Varro lib. 2. de re rustica cap. 5. de bubus: Tametsi quidam de Italicis, quos propter amplitudinem præstare dicunt, ad victimas faciunt, atq; ad Deorum seruant supplicia. Vide Nonium.

352 Deum maxime Mercurium colunt] Legem, Deorum maxime. aut; Deum, pro, Deorum positum. Tacitus de morib. German. Deorum maxime Mercurium colunt, cui certis quibusdam diebus humanis quoque hostiis litare fas habent.

353 Ea qua bello ceperunt plerumq; deuocent: qua superauerint animalia capta immolant] Legendum existimo, qua bello ceperint. Nam cum constituerunt bellum aliquod gerere, pro victoria impetranda. Marti quæcumque ceperint, vouent. Deinde lego, cum superauerint, hoc est, post victoriam animalia, quæ ceperint, immolant, reliquas res in aceruum collatas consecrant. Scribo igitur, huic quæcumq; bello ceperint, deuocent plerumque, cum superauerint, animalia capta immolant, reliquas res in unum locū conferunt. & ceperint, est in libro Achillis Statii.

354 Aut posita tollere audeat] Lego, audeat.

355 Et de morte si res in suspicionem venit] Dictiones de morte, adiectæ Cæsari videntur.

356 Omniaq; quæ vitæ cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt] Pompon. Mela lib. 3. cap. 2. Itaq; cum mortuis cremant ac æfodiūt grata viuētib; sic enim est is locus legendus.

357 Ac paulo supra hanc memoriam serui & clientes] Sic Mela: Olim negotiorum ratio etiam & exactio crediti differēbatur ad inferos. Erantq; qui se in rogos suorum, velut vna victuri, libenter immitterēt. Olim, dixit Mela; quod Cæsar paulo supra hanc memoriam.

358 Iustus funeribus confectis, vnâ cremabantur] Quidam docti viri, quod arbitrentur idem esse, iusta, & funera; aut vocem, iuribus, delendam censent, aut pro ea, funebribus, reponendum quorum sententiæ libet cederem, nisi Ciceronem eodem modo locutū esse comperissem in oratio. pro Sex. Roscio, hunc miserum luctu perditum, qui nondum etiā paterno funeri iusta fecisset (alij, soluisset, edunt) nudum eiicit domo: & iusta funerum dixisse lib. 2. de de legib. Sed videamus, inquit, Platonem, qui iusta funerum reicit ad interpretes religionum.

359 Qui distissime impuberes permanserunt] Tacitus de morib. German. Sera iuuenum venus, ideoque inexhausta pubertas.

360 Hoc ali staturam, ali hoc vires] Alii libri, ali vires, recte.

361 Ne qua oriatur pecunia cupiditas] Meus lib. ne qua oriatur.

362 Vt animi aequitate plebē contineant] Cicero 1. de offic. 2. eaque est summa ratio & sapientia boni ciui, commoda ciuium non diuellere, atque omnes aequitate eadem continere.

363 *Quam latissimas circum se vastatis finib. solitudines habere*] Pompon. Mela lib. 3. cap. 3. *Bella cũ finitimis gerunt, causas eorum ex libidine arcessunt, neq. imperitandi prolatandiq. que possident (nam ne illa quidem enixe colunt) sed ut circa ipsos qua iacent vasta sint.*

364 *Vt vitæ necisq. habeant potestatem*] Legendum credo, & vitæ necisq. id est, deliguntur magistratus, qui simul & bello præfiat, & in omnes vitæ necisq. habeant potestatem.

365 *Latrocinia nullam habent infamiam*] Mela: *Ius in viribus habent, adeo ut ne latrocinii quidem pudeat, tantum hospitibus boni.*

366 *Vicisq. comunicatur*] Meus liber, *victumque communicant.*

367 *Vulgo Teetosages*] Veteres quidam libri volūt, *Volca Teetosages*. Ptolemæus Ουόλακω Τεετοσάγας. Sed in Narbonensi provincia. Hispaniaq. finitimi suat, quo loco etiam collocaatur a Plinio lib. 3. cap. 4. *Agatha*, inquit, *quondam Massiliensium, & regio Volcarum Teetosagum*. Ceterum qui eos inter Germaniæ populos numeret, inueni neminem. Strabo eos Pyrenæis montibus, ut reliqui, vicinos esse ait.

368 *Gallis autē propinquitās & transmarināriū rerū notitiā*] Meus liber, *propinquitās provinciarum & transmarinarum. forte, provincia propinquitās. & ita habet codex Roberti Stephani.*

369 *Latitudo 1x dierū iter expedito patet*] Pomp. lib. 3. cap. 3. *Siluarum Hercynia est maxima: aliquot etiam sunt, quæ nomen habent, sed illa dierum sexaginta iter occupans, ut maior aliis, ita & notior. quare videndum an legi debeat, 1x, ut paulo infra: aut an hic de latitudine, ibi de longitudine agat.*

370 *Recta fluminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorum*] Q. Curtius lib. 7. *Ceterum Scytharum gēs haud procul Thracia sita ab Oriente ad Septentrionem severtit. Recta deinde regione alium ultra Histrum iacētem colit, & lib. 18. India tota ferme spectat Orientem, minus in latitudinem, quam recta regione spaciōsa. & li. 7. Sogdiana regio & c. 1x x x fere stadia in longitudinem vasta solitudines tenent, ingens spatium recta regionis est. Cæsar lib. 7. recta regione, si nullus anfractus intercederet. Est ergo recta regione, per ipsam Danubii fluminis longitudinem. RECTO RIVO dicitur in tabula ænea, qua Genæatium fines terminantur, quæ Genææ etiam nunc visitur.*

371 *Et Anartium*] Ptolemæus in Dacis locat *Anartes*. quare hic legendum *Anartium*. in V. C. est *Anartium*.

372 *Eadem est fœmina marisq. natura*] *Natura* hic pro figura posita videtur. ut lib. 5. de Britannia: *Insula natura triquetra*. siue pro specie, ut infra dicit: *specie & colore & figura tauri.*

373 *Quæ appellantur Alces*] Pausanias in Boeotiis: *Est enim fera quam Alcem dicunt, media quadam inter ceruum & camelum specie gignitur in terra Gallia*. Plinius lib. 8. cap. 15. *Machli siue Achli*

notæ in Scandinavia insula feræ in nostro orbe non visa, tribuit quod Cæsar Alci.

374 *Quam conspexerunt, parant*] Alii lib. *conspexerunt.*

375 *Ad bellum Ambiorigis profectus*] Quidam delēdam esse vocem *profectus*, dicunt. sed infra hoc libro extremo, *Cæsar ad vexandos rursus hostes profectus*, scribitur.

376 *Ad Nervios pertinet*] Supra in principio lib. 5. *ad Rhemos pertinere*, dixit. Vide vtra lectio sit verior. Certe Orosius li. 6. *Nervios habet. & pro, millibusq. amplius D*, apud Orof. est *L. Totius*, inquit, *Gallia Arduenna silua maxima est, atq. a ripis Rheni finibusque Truivrorum ad Nervios usque pertingit, & in longitudinem plusquam L. millibus passuum patet*. atq. ita omnino est legendum Strabo lib. 4. *ἡ ἄλλη ῥῆξις ἐστὶν ἐκ τῆς ἡπείρου διὰ τὴν ἰσθμὸν τῆς Ἰσθμῆος, ὅθεν οἱ σκυροφῆεις εἰσὶν, περὶ τῆς ἰσθμῆος ἑκατὸν ἑξήκοντα ἢ ἑβδομήκοντα πορθύωνται*. porro *stadia cccc*, i. millia passuum sunt.

377 *Minutium Basilium*] Hunc *Basilium* appellare videtur Cicero aliquoties. Appianus *Minucii Basilium* inter Cæsaris interfectores numerat.

378 *Nam magno accidit casu*] Meus liber, *nam sicut magno accidit casu, ut in ipsum incautum atque etiam imparatum incideret, priusque eius aduentus ab hominibus videretur, quam fama aut nunciis afferretur, sic magna fuit fortuna.*

379 *Ipsam effugere mortem*] Mortem, omnino abundare iudico.

380 *Ambiorix an copias suas iudicio nō conduxerit*] Quidam legunt *iudicio nō conduxerit, an & c.* Sed Virgilius: *An Phœbi soror, an Nympharum sanguinis vna*, dixit, & Cicero ad Atticum II. epist. 6. *Is dicit vidisse an euntem, an iam in Asia*. Et Varro lib. de re rust. cap. 3. *Ars an sit, an quid aliud*. Cicero in Bruto: *Paucis aut equam mortuus est, an diebus, an mensibus*. Et infra vbi est, *prohibitus fuerit*, in aliis libris, fuerit, non legitur.

381 *Sed certe*] Vox, sed, delenda videtur. Virgilius post superiora, *o dei certe*.

382 *Scaldium flumen*] *Scaldim* legendum. alii *Sabin* legunt; quod hic influit in Mosam, Scaldis non item.

383 *Quam ad diem*] Infra, *quem ad diem Cæsar ad impedimenta legioneq. reueri constituerat*. & ita legendum, infra vero, *ad eum diem*.

384 *Nullo etiam nunc vsu rei militaris percepto*] Vox, *percepto*, abundat.

385 *Ne minimo quidē casu locū relinqui debuisset*] Hic locus plane ostendit apud Cæsarem omnes huiusmodi nominum datiuos casus sine i littera esse scribendos, ut ipse in libris analogicis scripserat, teste Gellio lib. 4. cap. 16. Et est alius locus lib. 7. vbi Vercinætorix pollicetur se *unum consilium totius Gallia effecturum, cuius consensu ne orbis quidem terrarum possit obsistere*. & lib. 3. de bello ciuili, in meo libro, & omnibus fere antiquis legitur: *receptu suo timens*.

NOTÆ IN LIBRVM SEPTIMVM DE BELLO GALICO.



Bi cognoscit de P. Clodii cade] Existimo legendum, *ibi de P. Clodii cade*: nam, *ibi*, est in omnib. fere libris. & Parisiens. codex non habet præpositionem, *de*. & V. C. de *Clodii cade* habet, ut Ald. quoq. vetus.

396 *Vt omnes Italia iuniores coniuuaret*] Asconius in argumento Milonianæ: *Itaq. primo factum erat S. C. ut interrex & Tribb. pleb. & Cn. Pompeius, qui Procos. ad urbem erat, viderent, ne quid detrimētū Resp. caperet, delēctam autem Pompeius tota Italia haberet*. De cædē vero Clodii idem Asconius ibidē: & Dio lib. 40. multa scribunt.

397 *Addunt ipsi & affingunt rumores Gallis*] Lego, *addunt ipsi, & affingunt rumores*. nam ipsa fama ex sese ferebat detineri urbano motu in Italia Cæsare, ipsi vero Galli addebant & affingebant rumores, in Gallia cum venturum non esse, sic lib. 1. de bel. ciu. *Hac Afranius Petreiusq. & eorum amici pleniora etiam atq. uberiora, Romam ad suos perscribebant, multa rumor fingebat, ut pane bellum confectum videretur.*

398 *De obsidib. cauere*] Alii libri non habent, *de*: sed supra lib. 6. est *obsidibus de pecunia cauere*. atque illic non nihil diximus.

399 *Genabim dato signo concurritur*] Scribo, *Genabum*. Ptolemæus: *Καρύστου, ἢ πόλις αὐτῶν, Καρναβου*. apud Orosium I. 6. corrupte legitur *Cenapum*; Strabo lib. 6. de Ligeri fluuio, *ῥυεὶς ἐστὶν ἕως παρὰ τὴν ἡβου*. & *Καρναβου ἰμπεριον*. Infra hoc libro: *Genabum Carnutum proficiscitur*.

400 *Lutetium Cadurcum*] *Lutetium* vocat. infra lib. 8. huius sit crebra mentio, sed semper *Lutetium* scribitur.

401 *Virtute Cn. Pompeii*] Is enim creatus Consul post Clodii cædem legibus ferendis iudiciisq. faciendis Remp. constituerat. & *Deorum virtute* dicere solebant. Plaur. Aulular.

Ego virtute Deum & maiorum nostrorum diues sum satis. & in Trinummo:

Ædepol. Deum virtute dicam pater, & maiorum & tua.

Multa bona bene parta habemus. Sallustius Iugurth. *Virtute & Diis volentibus magis & opulenti estis.* & in oratione Cottæ: *Multa pericula repuli Deorum auxilio & virtute mea*. Cæsar lib. 5. *quod beneficio Deorum immortalium & virtute eorum expiato incommodo, & c.*

402 *In provinciam Narbonem versus*] Sic infra: *ex Biturigibus mouet in Aruernos versus*. nisi distinguas, in provinciam, *Narbonem versus*. ut est in Parisiens.

386 *Barbaros auertissent*] Libentius legerem *auertisset*, ut ad fortunam referatur. & ita habet Paris. liber.

387 *Vt si qui etiam in presentis se occultassent*] Dictionem, *etiā*, e superiore loco detractam ante verbum, *deducto*, colloco, ut sit, *tamen iis etiam deducto exercitu*.

388 *In fugam circumspicerent captiui*] Alii libri non habent, *circumspiceret*. sed locus corruptus videtur.

389 *Atq. ille latebris*] Legendum existimo, *quū ille latebris aut siluis, aut saltibus se eriperet, & noctu alias regiones, & c.* non enim se noctu occultabat, sed noctu alias regiones partesq. petebat.

390 *Durocortium Rhenorii*] Recte legitur in libro Fuluii Vrsini & Vaticanæ, *Durocortium*. apud Strabonem vero li. 4. sic est scriptum: *ῤυροῦρτον*. & ἡ ἰσθμὸς πόλις αὐτῶν Δυροῦρτον. sed idem fere esse videtur. Parisiens. lib. habet: *Durocortia*, ut a Ptolemæo appellatur *Δυροῦρτον*. & a Stephano, qui sic scribit, *Δυροῦρτον* & πόλις Γαλατῶν ἢ περὶ σβαρῶν, ὁ ἰσθμὸς Δυροῦρτον.

391 *More maiorum supplicium sumpsit*] Suetonius in Nerone ca. 49. *inter moras perlato a cursore Phaontis codicillos prapripuit: legitq. se hostem a Senatu iudicatum, & quari ut puniatur more maiorum. Interrogauitq. quale esset id genus pœna. Et cum comperisset nudi hominis cervicē inseri furca, corpus virgis ad necem cadi, contempsit, & c.*

392 *Quibus cum aqua & igni interdixisset*] Lactantius Firmianus lib. 2. ca. 9. *Exulibus quoq. aqua & igni interdici solebat, adhuc enim videbatur nefas, quamuis malos homines, capitis supplicio afficere. Interdicto igitur usu earum rerum, quibus vita constat hominum, perinde habebatur, ac si esset, qui eam sententiam exceperat, morte multatus*. Cicero pro domo sua, *qui erant rerum capitulium condemnati non prius hanc ciuitatē amittebant, quam erant in eam recepti quo vertendi, hoc est, mutandi soli causa venerant. Id autem ut esset faciendum, non ademptione ciuitatis, sed tecti & aqua & ignis interdictione faciebant*.

393 *Agēdici in hibernis*] Ptolemæus: *ἢ ἀγῆδικα ἢ ἀγῆδικα ἢ ἀγῆδικα*. videndum vtra lectio sit verior. certe meus liber *Ageduum*, habet. hoc est, *Agedicum*. & V. C. Achilles Statio *Ageduce*, semper.

394 *Vt instituerat in Italia ad conuentus peragendos profectus est*] Sic statim initio lib. 7. *Quæta Gallia Cæsar ut constituerat in Italiam ad conuentus agendos proficiscitur*. sed cum in superiori commentario nunquā scripserit constituisse eum in Italiam proficisci, existimo aut legendum esse, *ut consueuerat*, quemadmodum lib. 5. dixit, *discedens ab hibernis Cæsar in Italiam, ut quotannis facere consueuerat*, aut *constituere, vale*. consueuisset. Vt lib. 3. belli ciu. Crastinus ita suos milites adhortat, *Sequimini me manipulares mei, qui fuistis, & vestro Imperatori quæ constituitis, operam date, hoc est, consueuistis.*

403 In Ruthenis provincialibus] Sine distinctio- ne legendum, in Ruthenis provincialibus. Sunt enim Rutheni, alii in Narbonensi provincia, quorum meminit Plinius lib. 3. cap. 4. Rutheni, inquit, Samagenses, Tolosani. Alii vero in Aquitania, ad quos paulo supra dixit missum fuisse Luterium Cadurcum, & de quibus Plinius lib. 4. cap. 19. ait: Rurjns Narbonensis provincia continetur Rutheni, Cadurci, Antobroges. Sed apud Plinium, ex hoc loco Cæsaris & Ptolemæi legendum est, Nitobriges, non Antobroges, Ptolemæus in situ Aquitaniæ, Nitobriges, & Strabo lib. 4. apud quem Rutheni leguntur & Γαλαται, ut Plinius etiam Gabales. Ptolemæus tamen Γαλαται cum Cæsare.

404 Volcis, Arcomitici] Coniuncte idem legendum, Volcis Arcomitici. & ita est in lib. Paris. Nam Volcarum alii sunt Testages, quorum meminit Cæsar lib. 6. alii Arcomitici, quorum hic, & lib. 1. de bello ciu. meminit. Strabo lib. 4. de Rhodana flumine, τῆς δὲ ἐν τῷ ποταμῷ μέγῃ τῆς ποταμῷ οὐλοῦσας λέγουσιν τὴν πλείων, εἰς Ἀρκομιτικούς ποταμοὺς ὡς πλείων δὲ ἰπίνων ἢ Νερόων λέγεται. δικαιοτέρον δὲ καὶ τὸ ἄλλως, &c. ut infra, ὡς δὲ τὸ Κέρμενον ὄρος συνίστανται, ἐπιλαμβάνοντες δὲ τὸ νότιον πλάγρον αὐτῆς μερῆς τὴν ἀκρωτηρίαν οἱ εἰσὶν, τὴν δὲ οὐλοῦσας οἱ Τεκταίους καλεῖσθαι, & ἄλλοι πινεσ.

405 Helios] Hos lib. 1. belli ciu. Helios, appellat, quorum alter, inquit, agros Volcarum Arcomitiorum & Heluorum publice iis concesserit. Sed Strabo sine aspiratione eos Ἑλιούς vocat, & scriptus Cæsaris liber Helios. ut vera lectio esse videatur Helios.

406 Mons Gebenna] Plinius lib. 3. cap. 4. Montibus Gebenna & Iura. & Græci omnes Κέρινον dicunt. Supra autem discludit lego, pro dividit. In veteri vero codice Achillis Statii semper legitur Gebenna.

407 His constitutis rebus omnibus, suis inopinantibus] Delent quidam vocem omnibus, sed superioribus iungi potest, ut sit, his constitutis rebus omnibus, suis inopinantibus. Hirtius de bello Alexan. Sic rebus omnibus confectis.

408 Gergonia Boiorum opidum] Aut aliud est opidum Gergonia in Aruernis, quo Vercingetorix expulsus est, supra in principio huius libri; & quod obsidet Cæsar infra: aut hoc loco Gergonia corrupte legitur. & ne quid dissimulæ a Strabone Aruernorū Γεργόνια dicitur, nisi codex fallit. Sed hoc loco meus codex habet Gergobinam Boiorum. & Paris. codex. vide Marlianum. alias Gergoniam semper.

409 Nouiodunum] Biturigum Urbicorum opidum Nouiomagum appellat Ptolemæus. Nouiodunum opidi, in finibus Sueffionum meminit lib. 2. de bel. Gal. ad opidum Nouiodunum contendit. & alterius gentis Æduorum in ripis Ligæris positi infra hoc lib. Sed hic de Biturigibus Cubis agere videtur, quorum opidum est Auaricum, etiam Ptolemæo.

410 Hoc spatium a Bona quoquo versus] Legendum existimo, hoc spatium ab hoste quoquo versus.

411 Adire posse videantur] Adiri est in melioribus, quare videatur vtro modo sit legendum.

412 Prædam, tollendam] Vox tollendam, abunda e videtur.

413 Pecore e longinquiorebus vicis adacta] Scriberem, abacta. Cicero in Pisonem: Pecus abegerunt. & alibi, abacti greges equarum.

414 Extremam famem sustinentarent] Sic supra lib. 1. domi nihil erat, quo famem tolerarent.

415 Nulla tamē vox est ab iis audita] Ab iis, pro, eorum, dixit, ut lib. 3. belli ciu. crebroq; voces militum in vigiliis colloquiisq; audiebantur: prius se cortice victuros, quam Pompeium e maribus dimissurum. & supra lib. 3. de bello Gallico, atq; omnium voces audirentur expectari diutius non oportere. & apud Gellium lib. 2. cap. 3. nulla vox illius miseri inter dolores crepitumq; plagarum audiebatur, nisi hæc, Cuius Romanus sum, nisi, edita, hic potius sit legendum, ut Cicero in Tusculanis, quas hic voces apud Sophoclem in Trachinis edit?

416 Parentarent] Lego Parentare. ut perferre, supra.

417 Proditionis insimulatus] Meus liber, insimulatur.

418 Summam victoriæ consistare] Videt lib. 3. belli ciu. eius diei victoriam in eorum cohortium virtute consistare. Cicero pro P. Quintio: In hoc summa iudicii causisq; tota consistit. & in Academicis, preferim cum in eo summa consisteret.

419 Quas cum destinauerant] Longe alia significatione huius verbi usus est lib. 1. de bel. ciu. Cæsar infectis iis, qua agere destinauerat, ab urbe proficiscitur. & haud scio an Cæsar scriptum reliquerit, quas cum destinauerant, id est, laqueis alligauerant. Supra lib. 3. de bello Gallico, falces, inquit, non ab simili forma muratum falcerum: his cum funes, qui antennis ad malos destinabant, comprehensi adductiq; erant, &c. Sed & Apuleius aliquoties destinare, pro alligare ponit, ut lib. 4. At illi arreptum melo, loro quam valido ad ansulam quandam destinatum, rursum cadēdo confecerunt. & lib. 8. vincētis stramentis me renudatum, ac de quadam quercu destinatum flagro verberantes, pene ad extremum confecerunt, Vt forte aliis locis destinauerant apud Cæsarem legendum, hic certe in lib. veteri impressio Lugduni distinuerant legitur.

420 Commissis suarum turrium malis] Legendum existimo, turrium alis. Alarum in ædificiis rationem habes apud Vitruuium lib. 6. cap. 4.

421 Et apertos cuniculos] Hirtius lib. 8. Eodem tempore tectos cuniculos ad caput fontis: quod genus operis sine villo periculo, & sine suspitione hostium facere licebat. Ergo apertos cuniculos his rebus, quas hic Cæsar enumerat, morari poterant hostes; tectos vero non poterant. huiusmodi etiam res proponit Lucanus lib. 3.

Sed super & flammis & magna fragmine molis, Et sudibus crebris, & adusti roboris æstu Percussaque cadunt crates

422 Ea renuincuntur extrorsus] Carratiensis codex

codex & alius, introrsus, habet, ut paulo infra: qua perpetuis trabibus pedes quadragenos plerumque introrsus reuincta neque perrumpi &c.

423 In illo vestigio temporis positam] Sic Cicero in Pisonem: Atque eodem in templo, eodem & loci vestigio, & temporis, arbitria non mei solum, sed patria funeris abstulisti.

424 Scorpione a dextro latere traiectus] Scorpionis & Catapultæ fabricam exsequitur Vitruuius lib. 10. cap. 15. Ammianus lib. 23. existant & Ctesibii, Apollodori, Athenæi de bellicis machinis libri, sed corruptissime scripti.

425 Atque omni parte submotis hostibus,] Meus liber: omni ex parte.

426 Vix dccc, qui primo clamore audito] Orosius lib. 6. Quadraginta milia hominum ibi fuisse referuntur, e quibus vix Lxxx per fugam lapsi ad castra proxima Gallorum venerunt.

427 Disparandos deducendosq; ad suos curaret] Gallos generatim dispositos in castris fuisse supra dixit hoc libro. & ex omnibus copiis opportunum auxilium x mill. hominum missum Auaricum supra hoc lib. 7. Vercingetorigis vero a castris procul in via dispositis, ii qui ex fuga euaserant ad suæ cuiusq; ciuitatis homines in castra deducebantur.

428 Vt omnia que imperarent, sibi patienda existimarent] Supra lib. 2. illi se que imperarent, facere dixerunt. & hic legendum existimo: ut homines insueti laboris omnia, que imperarentur, sibi facienda existimarent.

429 Etiam ad se euocauit] Vaticanus codex, ad se etiam. liber vero Fuluii Vrlini: Decetiam. recte, ut & duo alii Codices.

430 Cum utriq; utriq; exercitui esset in conspectu] Meliores libri rectius, exercitus, habent.

431 Reliquas copias cum onanib. impedimentis] Existimo vocem, copias abundare. quod alias sic loquatur Cæsar, ut lib. 1. duas ibi legiones reliquit, & partem auxiliorum, quatuor reliquas in castra maiora reduxit. Sed ibidem paulo ante sic dixerat: circiter hominum numero xvi millia expedita cum omni equitatu Aruonibus misit; qua copia nostros detererent. & inferius: legionibus transductis reliquas copias reuocauit.

432 Demptis quartis quibusq; cohortibus] Cæsar sex legiones duxit, cum duabus ex his in occulto restitit, quatuor vero præcedere iussit, ex quibus demptis quartis quibusq; cohortibus, efficiebantur 111 cohortes, quæ duarum legionum speciem præbere non poterant. quare videndum an legi debeat: demptis quatuor, aut, quaternis e quibus, vel quibusq; cohortibus. nam eo pacto cohortes essent xvi. quæ duarum legionum etiam plenarum speciem hostibus præbere poterant, vti numerus legionum sex constare videretur, & Vercingetorix Cæsarem in occulto restitisse non suspicaretur. Sic lib. 1. de bello ciuili: Sed primam aciem quaternæ cohortes ex quatuorq; legione tenebant. Faernus ait hæc tria verba, demptis quartis quibusq; nō esse in duobus libris scriptis. ipse reposuit, captis quibusdam,

atq; ita est in V. C. Cardinalis Borromæi.

433 Iis quam longissime possent progredi iussis.] Dio lib. 40. hæc verba Cæsaris sic accepit, quasi legiones quam longissimo agmine procedere iussisset. sic enim ait: iussitq; in longum quam maxime explicato agmine proficisci, ut totius exercitus speciem præberet. ego vero puto iussisse Cæsarem, ut eo die quam maximo itinere se extenderent, ut Vercingetorix, qui semper castra castris opponebat, a pōte, quem reficere Cæsar instituebat, longius abesset, eoq; minus perferire posset.

434 Quintis castris] hoc est, quinto die. Nam quod Polybius ἐπι ἐπίταξος ἡμέρας dixit, Liuius quartis castris vertit lib. 21. & quod ille δεκατῆρας, Liuius, decimis castris. cum enim iter faciebant, quotidie castra faciebant.

435 Non nimis firmo tenebatur] Omnino delenda est vox, non.

436 Ad Cæsarem disceptaturi] Alii libri, disceptatorem. Paris. codex, disceptatum.

437 Nobilitas omnis interit] Non displicet lectio mei libri, qui habet nobilitas nostra omnis; dixerat enim noster equitatus.

438 Cauillono] Infra hoc lib. extremo, Cabillon. Strabo Καυλλίον, vocat, lib. 4. Ptolemæus Καβιλλίων.

439 Magnum numerum impedimentorum ex castris detrabi] Fuluius Ursinus suo vetusto libro insignem lacunā hic replet. nam in eo sic esse scriptum affirmat: magnum numerum impedimentorum ex castris mulorumq; produci, neq; iis ferramenta detrabi. sed que fuerint ferramenta, que ne detraherentur mulis Cæsar iussit, neq; ipse tradit, & nescire me fateor. existimo eam vocem esse corruptam, & stramenta esse legendum, ut locus Liuii lib. 7. ostendit: Dicitur solerti animo rem nouam excogitat, qua deinde multi nostri atq; externi Imperatores, nostra quoque quidam atate vsi sunt. Mulis strata detrabi iubet, binisq; tantum centunculis relictis, agasones partim captorum, partim agrorum armis ornatos imponit. & lib. 10. Cos. Sp. Nautium mulos detractis clitellis cum cohortibus alaribus in rumulum conspectum prope circumducere iubet. Quare videndum an legi debeat: atq; iis stramenta detrabi. Stramentum autem appellat clitellas. Apuleius lib. 7. de asino: illico disturbato gestamine, nonnumquam etiam stramentis abiectis furens incurrit. Item videndum an legi debeat pro impedimentorum, iumentorum. infra enim sic habet: arma proferri, iumenta produci, & c. obsides dari iubet.

440 Qua cum erat concionatus] Gryphii liber: quatum erat comitatus. sed locus non videtur vacare mendo.

441 Negotiandi aut itineris causa] Liber manu scriptus, item Paris. & Gryphii non habent ea verba: aut itineris. meus vero liber, Negotiandi aut itineris causa, agnoscit.

442 Id netum quidem necessario faciendum existimabat] Forte, quod illi tum quidam necessario faciendum existimabant, vel, quoniam. V. C. habet,

- VII 485 *Caletes, Veliocassos*] Diximus supra legendum esse, *Caletos & Velocasses*. Orofius lib. 6. cum hæc ipsa tradit, habet *Caletos, Velocasses, Atrebatæque*.
- 486 *Locum castris excelsum, impedita circumdatum palude elegisse*] Orofius: *locum quendam circumdatum atq; impeditum undique paludibus capiunt*. Codex scriptus, *locum castris in sylva excelsum impeditum*, vt fere legi debeat: *locum castris, sylva impeditum, circumdatum palude delegisse*. Sed loco excelso posita esse castra ostenditur infra hoc libro cum ait: *At Cæsar neq; resistentes tanto collis ascensu laceffendos iudicabat &c.* & *paludem impeditam ibidem vocat*. quare nihil immutandum videtur.
- 487 *Ne miseriore ac duriore postea condicione.*] Videtur rectius, *ne inferiore*.
- X 488 *Namque & operum magnitudinem & timorem suum sperabat fuluciam Barbaris allaturum*] Forte, *namque ex operum magnitudine timoris suspicionem &c.* in libro scripto est: *vt timorem suum vt legatur, Namque & operum magnitudinem vt timorem suum sperabat f. B. al.*
- 489 *Aut nostra auxilia, aut Gallorum Germanorumque transibat: acriusq; hostes insequabantur*] Videtur legendum: *Aut nostra auxilia, Gallorum, Germanorumque transibant, acriusque hostes insequabantur, aut vicissim hostes eandem transgressi, &c.*
- XI 490 *Castris palude & locis natura munitis*] Alii libri, & *loci natura munitis*.
- XII 491 *Quibus ille dies fungendi muneris obuenerat*] Lego, *quibus illo die*. nam illo die, inquit, fors illis obuenerat pabulandi.
- XIII 492 *Ad vada transitusq; paludis*] Cæsar lib. 7. *omnia vada ac saltus eius paludis*.
- 493 *Virum secundis minimisq; reb. insolentiores*] *Maximisque rebus*, magis conueniebat scribere.
- XIV 494 *Aut atate aut viribus inferiores*] Scriberem *inferiores*.
- 495 *Copias armorum castrorum vias instruit*] Lib. scriptus: *Copias armorum pro suis instruit castris*. alii libri habent: *in suis instruit castris*.
- 496 *Qua transeundi difficultas*] Lego, *qua (palus) transeundi difficultate*.
- XVI 497 *Vix suorum ipsi priores partes aduerterent, equorum insidias veriti*] Alii libri habent, *animaduertent*. Itæq; lego alia distinctione: *vix suorum ipsi priores partes aduerterent equorum, insidias veriti*.
- XVII 498 *Romanos pabulatum missuros suspicaretur*] Commode legi potest: *uenturos*.
- XIIX 499 *Hunc insidiis circumdederunt nostri explorato hostium consilio*] Lego: *circumdederunt nostri. Explorato hostium consilio*. & ita habet Gryph lib.
- XIX 500 *Corbeo praeliante ex siluis*] Scribendū existimo: *Corbeo pronunciante*. Sic supra: *extremo tempore dæi signo pronunciat*.
- 501 *Victi tamen percussique*] Libentius lego, *tandem*.

- 502 *Haud imitantibus nostris*] Lego, *aut inuitantibus. vstris*. & ita habet Paris. cod.
- 503 *Vt ea, æna sit contentus hostium*] Vox hostium, abundare videtur; neque in ea deprecatione se hostes nominare debuerunt.
- 504 *Legionemque XII, que cum eo fuerat in hibernis, in Togatam Galliam mittit*] infra extremo hoc libro hanc legionem xv fuisse ait traditamque ad bellum Parthicum cum legione I, quam à Cn. Pompeio superioribus annis acceperat. nam sic scribit: *Cn. Pompeio legionem remisit, & ex suo numero xv, quam in Gallia citeriore habuerat, ex Sc. iubet transdi*. Sed has duas, primam & iv fuisse ex Luciano probauimus lib. 3. belli ciuilib. quare hic quoque legionem iv, legendum videtur. & infra legionem iv, pro xv.
- 505 *Adco fines eius vastare ciuibus, adificiis*] Suspicio scriptum fuisse, *vicis, adificiis*.
- 506 *Cum in omnes fines partium Ambiorigis, Carrariensis codex & Florentinus: cum in omnes partes finium*.
- 507 *Quod pars quadam ciuitatis eius defecisset*] Lego, *cum pars quadam*. nam etsi pars quadam ciuitatis eius (*Durati*) a Cæsare defecisset, ipse tamen perpetuo in amicitia permanferat.
- 508 *Ad opidum Lemonicum contendit*] In duobus scriptis libris est *Limonum*. & duobus locis inferioribus *Limonem*. Rectissime, est enim *Limone* opidum Pictonum. Ptolemao *Αίμων*. & paulo post in iisdem libris est: *Dumnaco duce Andium, Duratium clausum Limone oppugnari*. est enim *Duratus* vici nomen. vide hic in Gallia descriptione Raymandum Marliamum in *Duracii*. & paulo post est in iisdem: *rursum ad obsidendum Limonem reit*. Sed vide an vtrobique sit *Limonum*, vt supra in illis libris legitur.
- 509 *Si eodem tempore constructus esset & Romanum externum sustinere hostem, & respicere ac timere opidanos*] Dictiones, & *Romanum*, abundans, cum adduntur ab eo qui externum hostem, Romanum esse declarare voluit. sic supra: *ad obsidendum opidanos reuertitur, externoq; hoste deleto, &c.*
- 510 *Contemptis pridie superatisq; hostibus*] Lego: *contemptis pridie superatis hostibus*.
- 511 *Non amplius hominum II millibus*] Meus liber: *hominum v millibus*.
- 512 *Possent concitari*] Lego, *posse concitari*.
- 513 *Circumdare conatur*] Scriptus codex, *mora* vt infra: *Extremoq; hoste deleto, cuius timore auertere præsidia, & munitione circumdare opidanos prohibitus erat*.
- 514 *Intra millia passuum x*] Liber meus & item alii: *a millibus non longe amplius x*. & ita loqui solet Cæsar.
- 515 *Ipsæ legionem vnā intra castra distribuit*] Liber Fuluii Vrfini, *in trina castra*. Recte: nam supra dixerat, *trina excelssimo loco castra fecit*. Igitur in hæc tria castra legionem vnā distribuit, vt alteram secum ducere possit.

- XXXVII 516 *Auere præsidia*] Meus liber, *sua tum diuere præsidia*. Legerem, *diuidere præsidia*. reliqua glossæ sunt.
- XXXIIX 517 *Concitatorem belli Guturnatum*] Supra lib. 7. *Carnutes Cotuato & Coneroduno ducibus*. & codex scriptus, *Guturnatum*, hoc loco habet. videtur autem hic *Cotuatu*, aut illic *Guturnato*, legendū.
- XXXIX 518 *Quæ de Drape & Luterio*] Lib. meus, *quæ de Drape & Luterio*.
- XLI 519 *Agger in altitudinem pedum ix, collocatur in eoturris x tabulatorum*] Orofius lib. 6. *Extruitur agger, & turris pedum lx*. liber meus, *in altitudinem pedum v*. forte erat scriptum, *pedum lx*.
- XLI 520 *Scandulis complent*] Orofius lib. 6. *cupas picæ, seu, & scandulis replent*. & Isidorus etymolog. lib. 9. c. 19. *scandulas* scribi debere ait. & a *scindendo* dictas. Cornelius Nepos apud Plinium lib. 16. cap. 10. auctor est *scindulus Romanæ rectam fuisse annis 6DLXX*.
- XLVI 521 *Obsidesque ei dederunt*] Alii libri, *ei*, non habent.
- 522 *Cum M. Antonio & C. Trebonio*] Lege, *M. Antonio Quæstore & C. Trebonio*. Sic supra, *M. Antonium Quæstorem suis præfecit hibernis*. & *M. Antonium quæstorem cum legione xi sibi coniungit*. & infra, *Quibus M. Antonii Quæstoris sui commendaret sacerdotii petitionem*.
- XLVII 523 *Volusenum longius produxisset*] Quidam legunt, *perduxisset*. sed Cæsar libro tertio belli ciuilib. sic est locutus, *elicuit naues Lælianas, atque ex his longius productam vnā quinqueremem cepit*.
- 524 *L. Paulo & Marcello cos.*] Gryphii liber *L. Lentulo, C. Marcello cos.* mireque hanc lectionem doctis hominibus probari video. Sed omnino falsa est, & vulgaris retinenda. Nam nonus annus prouinciæ Cæsaris, de quo hic agitur, consules habuit *L. Æmiliū Paulum & C. Marcellum*. & quod paulo post ait, *Cæsaris aduersarios insolenter gloriosi, quod L. Lentulus & C. Marcellus consules creati essent, qui Cæsarem omni honore & dignitate exspoliarent*, in insequentem annum creatos intelligendum est, & designatos esse tantum, quod ex initio libri primi de bello ciuili apertissime constat. id autem ita esse ostenditur ex eo quod extremo hoc libro scribitur, *instam causam illi fuisse aduendi municipia & colonias, quo se & honorem suum insequentis anni commendaret petitione*. nam ipse *L. Lentulo & Marco Marcello cos. petere consulatum debuit*.
- 525 *Contra consuetudinem in Italiam*] Supra lib. 5. in principio, *discedens*, inquit, *ab hibernis Cæsar in Italiam, vt quotannis facere consueuerat*. & extremo libro sexto, *vt insituerat, in Italiam ad conuentus agendos profectus est*. & initio libri septimi, *Cæsar, vt consituerat, in Italiam ad conuentus peragendos proficiscitur*. Sed contra consuetudinem erat, vt hibernis peractis ætatis tempore in Italiam proficisceretur, quod ætatis peractis face-

re solebat.

526 *Contendebat enim gratia cum libenter*] *Vox, gratia*, abundare videtur.527 *Consules creatos, qui omnem honorem & dignitatem Cæsaris exspoliarent*] Dixi supra, hos Consules designatos esse in insequentem annum, id est, decimum prouinciæ Cæsaris, quo anno ipse Cæsar consulatum erat petiturus. Lego autem, *qui omni honore ac dignitate Cæsarem exspoliarent*. Sic Cæsar libro secundo, *vnū petere ac deprecari ne se armis dispoliaret, & lib. 5. vt Gallia omni nobilitate spoliaretur*.528 *Vt vel expectatissimi triumphii latitia percipi posset*] Lego, *præcipi posset*. vt alibi dixi libro tertio belli ciuilib. *ac iam animo victoriam præcipiebat*.529 *Ibique exercitum lustrauit*] Imperatores cum ad nouum exercitum veniebant, cum quibusdam sacrificiis lustrare solebant; aliquando etiam cum de prouincia decedendum illis erat, re bene gesta, vt hic; aliquando vero antequam proelium committeretur. Dio libro 47. vide infra. Erat autem lustrare, expiare exercitum solennibus sacrificiis. Cicero de diuinatione libro primo, *Cum Imperator exercitum, Censor populum lustrat, bonis nominibus qui hostias ducant, delignantur*. Sacrificabant interim & ipsi milites pro se quisque. Plutarchus in Bruto, *Cæsar in castris lustrato exercitu paululum frumenti, & quinque drachmas viriim ad sacrificium distribuerat*. Brutus autem eius egestate damnata, *primum sub dio, vt mos fuit, exercitum lustrauit*. deinde hostiis multis centuriatim, ac denariis quinquagenis distributis alacriores milites reddidit. tum ostentum Cassio ea lustratione est factum, quod coronam inuersam ei libellor porrexit. Dio libro quadragesimo septimo, de eadem lustratione, *Cæsar & Antonius lustrationem exercitus, quæ antequam proelium committeretur, fieri solet, intra castra metu scilicet aduerti fecerunt*. Hirtius de bello Alexandrino, *Cæsar interim lustrato exercitu & cetera*.530 *Sed etiam per se discessionem facere cepit*] Tentasse hoc alias tribunos plebis auctor est Cicero libro primo, epistola secunda, cum scribit, *Cum Lupus Tr. pl. quod ipse de Pompeio retulisset, intercedere cepit, ante se oportere discessionem facere, quam Consules, eius orationi vehementer reclamatum est: erat enim iniqua & noua. Consules neque concedebant, neque valde repugnabant. diem consumi volebant, id quod est factum, &c.* De senatusconsulto vero quod per discessionem fiebat, vide A. Gellium libro decimo quarto, capite septimo.531 *Quod ne fieret consules amicique Pompeii iusserunt*] Alii libri habent, *suaserunt*. quidam legendum censent *intercesserunt*. Sed neque amicorum Pompeii erat intercedere, neque ii Curi-

qui persuasuri erant, ut ab incepto desisteret. Appianus libro secundo sic scribit: *Senatus de utroque sententiam inquiri, Claudius Marcellus Consul astute prefatus sigillatim unumquemque interrogare cepit, an Casari successorem dandum censeant, Pompeio vero magistratum cripi. Hoc autem plures ex ipsis abnuebant. Casari vero successorem dandum censebant. Reserente deinde Curione, an ambos arma deponere oporteret, duo duntaxat & viginti abnuerunt, trecenti & septuaginta a contentione ad vilitatem versi in Curionis sententiam inclinarent, idque iusserunt. quia de causa Marcellus Senatum dimisit voce intonans, Vincite qui Casarem dominum appetitis.*

532 *Magnum hoc testimonium Senatus erat uniuersi.*] Magnum erat testimonium voluisse Senatum armis Casarem Pompeiumque discedere, siquidem cum de eo referretur, discessionem in eam partem fecerunt.

533 *Retulerat ante tempus ad Senatum.*] Id sic narrat Suetonius in Julio Casare, cap. 28. *Claudius Marcellus Cos. edicto prefatus de summo se reipubl. acturum, retulit ad Senatum ut ei succederetur ante tempus: quoniam bello confecto pax esset, ac dimitti deberet victor exercitus. Retulerat autem ante tempus, quonia lege lata a Pompeio & Crasso Consulibus Casari, in alterum quinquennium provinciae prorogatae fuerant, duoque anni reliqui adhuc erant.*

534 *Senatus frequens in alia omnia transit.*] Cum Senatusconsultum per discessionem fieret, Magistratus qui de aliqua re ad Senatum retulerat, ita dicebat (recte Festo Pompeio) *Qui hoc censeatis, illuc transite: qui alia omnia, in hanc partem. his verbis, inquit Festus, prae, omnis videlicet causam, ne dicat, Qui non censeatis.* & Plinius libro octavo, epistola ad Arifionem: *Quid? Lex non aperte docet dirimi oportere sententias occidentis & relegantis, cum ita discessionem fieri iubet? Qui hac sententia in hanc partem, qui alia omnia in illam partem ite, quam sentitis.* Cicero libro primo, epistola secunda: *De tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia.*

545 *Fit deinde S. C. ut ad bellum Particum una legio.*] Hoc a Pompeio paratum fuisse, ut duabus legionibus Casarem exspoliaret, tradit Dio libro quadragesimo. utebaturque ea causa quasi M. Bibulo, qui Syriam provinciam Proconsul obtinebat, a Parthis obsecro, ea legiones mitterentur.

536 *Confectam ex delectu provincia Casari eam tamquam ex suo numero dedit.*] Alii libri non habent vocem, eam. Codex Fuluii Ursini, confectam ex delectu provincia Casari, et tamquam. quae lectio, si dictio ei detrahatur, recta est. Nam supra libri sexti principio scribit Casar: *Simul ab C. Pompeio Procos. peti, ut quos ex Cisalpinis Gal-*

lia Cos. sacramento rogauisset, ad signa conuenire, & ad se proficisci iuberet. Deleo vero vocem, ei, quod ea legio non Casari tribuebatur, sed ad Bibulum in Syriam mittebatur.

537 *Casar tamen cum de voluntate aduersariorum se exspoliari nemini dubium esset.*] Haec dictiones, se exspoliari, abundant in Carrariensi codice. Recte. glossema enim sunt, quod exponit aduersariorum Casaris voluntatem.

538 *Et ex suo numero xv, quam in Gallia citeriore habuerat.*] Supra dixit T. Labienum xi i legionem duxisse in Galliam citeriorem ad tuendas praesidiis colonias ciuium Romanorum. Sed ubique legendum videri xv, pro xv, ibi diximus. Codex tamen scriptus & Gryphii hoc loco habet, & suo nomine xv. quae lectio placet.

539 *Per C. Marcellum Cos. legiones duas,*] Eius rei causam tradit Dio libro quadragesimo. Cum Appius Claudius Censor Curionem, quod Casaris rebus fauebat, tanquam contra Rempublicam agentem notare, & Senatu eiicere vellet, L. Piso alter Consul eam notam soluit. Nihilominus tamen suam sententiam Appius in Senatu recitauit. Hinc occasione arrepta C. Marcellus Consul sperans Senatores odio Casaris & ipsius Curionis, in ipsum ambas sententias dicturos, & Censoris notam approbaturus, de ea re ad Senatum retulit, sententiasque exquirit. cum Curio primo repugnaret, deinde se in Senatus potestate futurum polliceretur frerus conscientia recte facti, pae omni- bus sententiis absolutus est. Marcellus rei indignitate commotus Senatu excessit, & ad Pompeium, qui ad urbem erat, recta profectus, nullae de ea re facti Senatusconsulto, per se custodiam urbis mandauit, atque duas legiones a Casare traditas ad custodiam urbis habere iussit. Et quia hac exitu anni agebantur, veritus ne postea a Senatu rescinderentur, Consules designatos secum ad Pompeium perduxit, atque ut eadem iuberent, perfecit. Curio vero cum Consules Pompeiumque apud populum laceraret maledictis, ad Casarem profectus est. Sed haec eadem diligentius Appianus narrat libro secundo: *Rumore demum licet falso increbescere Casarem Alpes transire exercitumque ad urbem ducere, tumulus statim ac timor inuasis omnes. Claudius legiones quae Capua erant Casari velut hosti eiiciendas censeat. Contradicente autem velut in re facta Curione, Si quae Reipublica utilia sint, inquit, communi voce discernere prohibeor, a me ipso veluti Consule decernam. Hisq; relictis cum collega urbem egressus est. ensema Pompeio offerens, Iubeo te, inquit, & ipse pro patria in Casarem insurgere exercitum ad hoc, qui circa Capuam moram ducit, aut si quis alius in Italia nunc est, tibi tradimus. &*

quacumque

quacumque ipse in manu conferre volueris. Ad qua Pompeius veluti a Coss. iussus parere se dixit. addit deinde, Nisi quid melius, vel decipiens, vel ad honestatem potius verba componens.

NOTÆ IN LIBRVM PRI- MVM DE BELLO Ciui.

540

LITTERIS à Fabio Cuii Casaris Consulibus redditis.] Cum haec in Italia gerebantur, C. Fabius cum quatuor legionibus in Aeduis hiemabat, ut superiore Commentario demonstratum est, neque eum ante Casar ex hibernis reuocauit, quam relicta Italia, cum iter in Hispaniam haberet, & Massilia, quae portas clauserat, eum ab incepto itinere moraretur, Fabium cum his legionibus, quibus praeerat, in Hispaniam praenitendum iudicauit. Sic infra hoc libro: *Dim qua ad oppugnationem Massilia opus sunt, parat atque administrat, C. Fabium legatum cum legionibus III, quas Narbone circumque ea loca hiemandi causa disposuerat, in Hispaniam praemittit.* quibus rebus adducor, ut credam Casarem has litteras per C. Fabium ad Senatum non misisse, sed per C. Curionem Tribunum plebis, ut tradit Dio, qui Casaris Commentariorum pene breuiarium confecit. Is igitur extremo libro quadragesimo sic scribit: *Curio cum multus apud populum in Consulibus ac Pompeio accusandis fuisset, postquam satis sibi id fecisse arbitratus est, recta ad Casarem contendit.* & in initio libri quadragesimi primi: *Secundum haec Curio litteris a Casare ad Senatum acceptis Romam venit ad ipsas Kalendas, quibus Cornelius Lentulus & C. Claudius Consulatum inibant. Eas ne foris acceptas supprimerent Consules, non ante ipsis exhibuit, quam in Senatum ventum est. Nihilominus diu cunctatos, demum Q. Cassius Longinus & M. Antonius Tribuni plebis, ut publice recitarent eas, adegerunt.* & Appianus libro secundo belli Ciuiilis: *Casar ad Senatum litteras mittere statuit. C. Curio epistolam eius defert, quam tribus continuis*

diebus per trecenta & tria millia stadiorum proiectus nouis Consulibus anni principio Senatui ingredientibus reddidit. Legendum itaque videtur: *Litteris Casaris a C. Curione Consulibus redditis.* quamquam vix mihi persuadeo Casarem hoc principio usum. cum quaedam quae ad ordinem ipsum historiae faciunt, deesse videri possint. Verosimilius est ab eo tempore exorsum, quo C. Curio Tribunus plebis ad eum venit, eumque docuit de inimicorum iniuriis, consilioque eius opprimendi. Scripsisse deinde ut sciaerit Curio, ut se vi & armis ab inimicorum iniuriis vindicaret, utque ipse praetulerit Curionem ipsum cum litteris & mandatis ad Senatum mittere, si posset res Senatus aequitate conuenire; ut Curio maxima usus veritate & diligentia Romam ante ipsas Kalendas Ianuarias peruenerit, ne noui Consules aliquid de Casaris imperio ante decernerent, ut litteras reddere noluerit, nisi in Senatu praesentibus Tribunus plebis, ne eas Consules supprimerent. Erat scriptum fortasse post haec: *Litteris Consulibus redditis, agre ab eis impetratum est summa Tribunorum pl. contentione.* Sed cum superiora temporum iniuria deessent, ut cuius essent litterae & a quo reddita, cognosci posset, aliquis addidit, a Fabio C. Casaris. cum Fabius eo tempore in Gallia hiemaret, & Casar in his Commentariis Cuii praenomine nusquam, cum de se loquitur, utatur.

541 *Referunt Consules de Republica in ciuitate.*] Varro apud Gellium libro decimoquarto, capite septimo tradit ad Senatum referri oportere aut infinite de Republica, aut de singulis rebus finite. Nam quoties res grauior inciderat, Consules Senatum consulebant, & quid quisque de Republica sentiret, sententias exquirebant. Ita Dio, M. Tullius, Lilius. Si nulla res huiusmodi inciderat, tamen solenne erat Kalend. Ianuar. aut quo die Consules magistratum inibant, de Republica tantum indefinite referre. Lilius initio libri vigesimi secundi: *Cn. Seruilius Roma Idibus Martiis magistratum inuit, ibi cum de Republ. retulisset, & cetera.* Referbant autem tum de Republica, tum de prouinciis Consularibus. Lilius libro vigesimo octavo: *In Liguribus magni belli, & gliscensis indies magis fama erat. itaque Consulibus nouis, quo die de prouinciis & de Republica retulerunt.* & libro trigesimo: *Consules cum de Republica belloque & prouinciis ad Senatum retulissent.* & libro trigesimo primo: *Anni principio, secundum rem diuinam precationemque, ut de Republica deque prouinciis Senatum consulerent.* Noluere igitur Consules Lentulus & Marcellus finite initio anni de litteris Casaris referre, sed de Republica indefinite, ut moris erat. & fortasse pro, in ciuitate, indefinite est

hoc loco legendum. quia ita Cæsar scripsit, siue quis postea ex Varrone addidit.

542. *Habere se quoque ad Cæsaris gratiam*] Hæc initio sententiæ a Lentulo dicta fortasse fuere præfatus enim videtur, habere se quoque, ut hi qui rebus Cæsaris nimium fauerent, aditum & causam gratiæ & amicitia cum Cæsare, tamen reipubl. causam apud se multo esse potioram. Itaque se illi non defuturum, si audacter & fortiter Senatores sententias dicere velint. Sin Cæsarem potius, quam Pompeium sequerentur & respicerent, se eorum sententiis non obtemperaturum, sed sibi consilium capturum; & per se Rempubl. administraturum. In codice scripto non est vox, habere.

543. *Sin cunctetur atque agat lenius*] Sic paullo inferius, dixerat aliquis leniorem sententiam. malim tamen, lenius. nam supra dixit, si Senatus sequatur, cui opponit, agat lenius, ut & Hirtius de bello Alexandrino. Lilius lib. 1. Lente agere iis Tatiis Sabinique visis sunt.

544. *Pompeiusque aberat*] Aderat legi in omnibus codicibus manuscriptis, P. Victorius, qui primus eam lectionem mutauit, atque alii tradidere. Ego tamen librum vidisse metellor in quo erat scriptum Pompeiusque auerat. quod si primas duas literas punctis distinguamus, locus, nisi fallor, erit correctus, nam a. u. erat, ad urbem erat significat. ut Pompeium eo tempore, cum Proconsul duas Hispanias cum imperio obtineret, ad urbem fuisse Cæsarem inferius pluribus locis, & Dio, Appianus, Plutarchus, atque alii tradunt. Quid sit autem ad urbem esse, declarat Pædianus lib. 2. in Verrem dum ait: Ad urbem, in urbe esse, dici solet de his qui cum potestate Proconsulari aut nuper e provincia reuersi essent, aut nondum in provinciam profecti essent.

545. *Ingressus in eam orationem*] Sic infra: Eum ingressum in sermonem Pompeius interpellauit. & Cicero ad Atticum lib. 15. epist. 6. in quam orationem cum ingressus essem, Cassius interuenit. & Philippica 7. Magna spe ingredior in reliquam orationem Patres conscripti.

546. *Vt M. Calidius.*] Huius ut præstantis oratoris meminit Cicero in Bruto, atque aliis locis, qui ut coniectura assequor, superiore anno consulatum cum L. Paulo, & M. Marcello petiit, & dolore repulse Marcellis inimicus, Cæsaris partes secutus est.

547. *M. Rufus*] Hic est M. Coelius Rufus, cuius epistolæ ad Ciceronem leguntur lib. 8. & Ciceronis ad eum lib. 2. Multa scribit de eo Cicero in Bruto, & in oratione quam pro eo habuit. Apud Dionem lib. 41. & Appianum lib. 2. belli ciuili corrupte legitur, Marcus Cæcilius, cum ait: Cæsarem vero uniuersum exercitum dimittere iusserunt, præter Marcum quemdam Cæcilium, & Curionem, qui litteras attulerat. & paulo post: Tribuni vero plebis multis verbis factis obstinate cum Cæ-

ronem & Cæcilio ad Cæsarem abiere. Apud Orosium vero recte: M. Antonius & Q. Cassius Trib. pleb. &c. ad Cæsarem profecti sunt, Curione Cæcilioque simul comitantibus. In Epitome Liuiana 111 adhuc corruptius appellatur C. Cæcilius.

548. *Paucis fere mutatis verbis*] Cum sit in aliis, paucis mutatis rebus, in aliis, paucis mutatis verbis, existimo scriptum fuisse, paucis mutatis.

549. *Terrore presentis exercitus*] Appianus lib. 2. Confugere cum Antonio Curio & Cassio, iam enim exercitus quidam Pompeii Senatus assidebat. & Dio lib. 41. ibi qui Pompeium ab armis discedere iuberet (hic enim in suburbano cum exercitu erat) repletus est nemo.

550. *Eum aduersus Rempubl. facturum videri*] Antiqui Romani in testimoniis consideratissimum illud verbum Arbitror, etiam in iis rebus ponebant, quas compertas habebant, aut ipsi viderant. quod refert Cicero in oratione pro Fonteio, & lib. 4. Acad. quaest. qui Lucullus, Tum qui testimonium diceret, ut arbitrari se diceret, etiam quod ipse vidisset, quæque iurati iudices cognouissent, ut ea non ut esse facta, sed ut videri pronuntiarentur. Itemque in Senatusconsultis idem verbum vsurpabant. Cicero, siue is Cornificius, ad Herennium lib. 1. Senatus decreuit, si eam legem ad populum ferat, aduersus Rempubl. videri eum facere. & ideo Senatusconsulta à Græcis δὲ ἰδμεν dicuntur, δὲ ἰδμεν dicitur, quod videri significat.

551. *Refertur statim de intercessione Tribunorum*] Dio lib. 41. qui eius decreti auctores fuisse, statim de supplicis eorum, qui intercesserant, in Senatu egerunt. Cic. pro P. Sestio: Decretum est, si quis aliter fecisset, eum plane euersorem Reipubl. fore: idque Senatum grauissime laturum, & ut statim de eius facto referretur.

552. *Laudat Pompeius*] Octavius Pantagathus III legit, laudat promptos. nam eos segnoribus opponit, ex librone aliquo antiquo, an ex ingenio; mihi compertum non est. Tacitus in vita Agricola, laudando promptos, castigando segnes, proculdubio ad hunc locum Cæsaris respiciens.

553. *Completur vrbs ad ius Comitiorum, tribunos pl. C. Curio euocat*] Cum nulla eo tempore essent creandis magistratibus futura comitia, quod hæc habita essent ipso anni principio, comminisci non possum ad quæ comitia obeunda vrbs completur. existimo hæc separatim esse legenda, completur vrbs; nempe euocatis, & iis qui à Pompeio accerlebantur: deinde, ad ius comitiarum tribunos pl. C. Curio euocat. Nam cum proximis comitiis populus iussisset, ut Cæsaris absentis ratio haberetur, atque item antea, ut in quinquennium illi imperium prorogaretur, hoc Senatusconsulto utrumque beneficium populi Cæsari per vim extorquebatur. nam erepto semestri imperio in urbem retrahebatur. Ergo Curio incitabat tribunos ad retinendum ius, quod proximis comitiis Cæsari per populum erat delatum. Nam voluisse

uisse tribunos plebis de ea re cum populo agere, videtur colligi ex eo quod Cicero scribit ad Atticum libro septimo, epist. octaua ubi ait: ire autem ad arma, aut hanc unam ob causam, quod ratio non habeatur, aut addita causa, si forte Tribunos pl. Senatum impediens, aut populum incitans notatus &c. Cor. Tacit. lib. 2. histor. commotus primo Vitellius, non tamen ultra quam Tribunos plebis in auxilium sperare potestatis adiocauit.

554. *L. Piso censor*] Erat hic Cæsaris focer. Dio lib. 40. L. Piso Cæsaris focer, qui tunc censuram gerebat.

555. *Et dolor repulsa*] Scribit Dio lib. 40. biennio antequam hæc gesta sunt, Catonem destruentem potentiam Pompeii & Cæsaris causa Consultatum petiisse, sed fautores amicosque Cæsaris, cum id eum moliri animaduertissent, summa vi contēdisse ne Consul fieret. itaq; creatos esse M. Marcellum, & Ser. Sulpitium, Catonem vero repulsam tulisse. ergo eius repulsa dolor Catonem in Cæsarem incitauit super veteres inimicitias.

556. *Quos se pro necessitudine partitiurum cum Pompeio arbitratur*] Scipio hic Cornelii Pompeii uxoris pater erat, & propter eam necessitudinem sperabat Pompeium, qui prouincia & exercitum habebat, secum ea esse partitiurum. Legendum ergo videtur: Quæ secum pro necessitudine partitiurum Pompeium arbitratur. Sic libro tertio: Pompeius suam cum Scipione honorem partitiur.

557. *Simul iudiciorum metus, adulationis sui & potentium*] Cæsar si priuatus Romam redisset, iudicia metuebatur. Cato enim identidem; nec sine iurte iurando denuntiabat, delaturum se nomen eius, simul ac primum exercitum dimississet: auctor Suetonius in Julio. cap. 30. & Afinius Pollio refert Cæsarem cum Pharfalica acie cælos profligatosque aduersarios vidisset, hæc ad verbum dixisse: Hæc voluerunt tantis rebus gesta, C. Cæsar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem. quod & Plutarchus quoque scribit. Ergo si legamus, iudiciorum metu, locus fortasse restitutus erit. Sparabat enim priuatus venisset, iudiciorum metu sibi adlaturum; & se tunc illi maxime ostentaturam cum potentibus, qui busdā, qui eo tempore plurimum Romæ in Repub. iudicisque pollebant. Sic Cicero in Pisonem lætatur vidisse se eum iudiciorum metu horrentem, trementem, ad alantem omnibus.

558. *Nempe etiam extremi iuris intercessionem retinendi*] Intercessionem, quidam glossema esse credunt; propterea quod extremum Tribunorum plebis ius sit intercessio. in aliis libris est, intercessio. sed commutatis casibus lectio erit fortasse rectior, extremum ius intercessionis. nam Tribuni plebis, cum nihil aliud efficere poterant, saltem intercedendo rem impediabant. Quod vero ait, quod L. Sylla reliquerat, intelligitur ex epitome Liuiana lib. 89. Sylla, inquit, Dictator factus Tribunorum pl. potestatem minuit, & omne ius legum ferendarum ademit. & ex Cicerone libro tertio de legibus. Quamobrem in ista quidem re Syl-

lam vehementer probō, qui Tribunos plebis sua lege iniuriam faciendi potestatem ademerit, auxilium ferendi reliquerit: Pompeiumque nostrum ceteris rebus omnibus semper amplissimis summisque effere laudibus, de Tribunitia potestate taceo, nec enim reprehendere libet, nec laudare possum.

559. *Sed de sua salute die vii cogitare coguntur*] Hæc gesta sunt Kal. Ianuar. ante diem vii Id. eiusdem, septimo item die ex quo magistratum iniierant Tribuni pl. Forro Antonium propterea quod huic Senatusconsulto intercesserat, neque intercessionem remittere voluit, hostem esse a Senatu iudicatum refert Cicero in 2. Phil. prohibitu foro & Curia Appianus; Senatu motum; & a Lentulo Consule impulsam, ut antequam de eo in Senatu sententiæ perferrentur, inde perfugeret, Dio. Ergo die septimo coacti sunt M. Antonius, & Q. Cassius Longinus Tribuni pl. (nam hi duo intercesserant) de salute sua cogitare, id est, fuga salutem petere.

560. *ix denique mense*] Cur octauo? Rectius videtur xi; ait enim denique, aut forte xii.

561. *Decurritur ad illud extremum atque ultimum S. C.*] Sallustius in Catilinæ bello: Itaque quod plerumque in atroci negotio solet, senatus decreuit, ut darent operam Consules, ne quid Respublice detrimenti caperet. Ea potestas per Senatum more Romano magistratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios, atque ciues, domi, militiaque imperium atque iudicium summam habere. Aliter sine populi iussu nulli earum rerum Consuli fas est.

562. *In desperatione omnium salutis*] Post desperatione omnium, distinguendum puto: nam hoc ipso libro Cæsar sic habet; Castrorum autem muratio quid habet nisi turpem fugam, & desperationem omnium & alienationem exercitus: ergo legendum; in desperatione omnium, nunquam ante discessum est. Nam hæc verba; latorum audacia, non sunt in antiquo Pinelli libro, & vox audacia, desideratur in Viterbiensi libro. Alii legunt ciuium perditorum audacia, ut ad Catilinam respiciat, in cuius conuratione huiusmodi S. C. factum fuit, aut ad Milonem: nam in Clodii cæde biennio ante ad id S. C. quoque discessum fuit propter perditorum audaciam. In scripto libro est, latorum audacia. Cicero pro P. Sestio: Nam ex pertinacia aut constantia intercessoris oritur saepe seditio, culpa atque improbitate latoris, commodo aliquo imperitis, aut largitione proposita.

563. *Quæ Proconsules sunt ad urbem*] Erant tunc Proconsules ad urbem Pompeius, ut supra demonstratum est, & Cicero, qui e Cilicia decedens pridie Nonas Ianuar. ad urbem accesserat spe triumphi, sed quod cum imperio esset, urbem non erat ingressus, ut ipse ad Tironem scribit.

564. *Hæc S. C. perscribuntur ad vii Id. Ianuar.* Cum per dies Comitiales Senatus haberi non posset, & vii Id. Ianuarii, in Calendario veteri C. littera sit notatus, magis probō lectionem veterum

(AN. F. Codicum, in quibus est, VIII. Id. præcipue cum
 AL. I. scribat Cæsar quinq; primis diebus, quibus haberi
 IV. F. Senatus potuit, actum esse de imperio Cæsaris, tot e-
 I. I. C. nim sunt a Kal. Id. ad VIII Id. neq; intelligo omnib.
 PR. C. his dieb. de ea re in Senatu actū esse, sed trib. tan-
 NON. F. tum. comitiales enim duo intercesserant, ut ex Ka-
 IIX. F. lendario veteri, quod in margine apposui, satis a-
 VII. C. perte demonstratur. Igitur ex primis quinq; die-
 VI. C. bus, qui antecesserunt diē vi. Id. tribus, quib. ha-
 beri Senatus potuit, summa contentione & de im-
 perio Cæsaris, & de Trib. pl. actum est.

565 Suis lenissimis postulatis] In Variis lectio-
 nibus est, lenissimis. Cicero tamen lib. 2. epist. 1. Cæ-
 sar. inquit, amicus noster minaccs ad Senatum &
 acerbas litteras miserat.

VI 566 Fauſtus Sylla prope in Mauritaniam mit-
 tatur] In Variis lectioibus, prope in Maurita-
 niam mittatur. Præterea cum paulo inferius Cæ-
 sar dicat, De Fauſto impedi Philippus Trib. pl. tamē
 à Cicerone l. 9. epi. 1. ad Atticum, Fauſtus proqua-
 stor appellatur.

567 Philippus & Marcellus priuato consilio præ-
 zereuntur] Octauus Pantagathus legit Paulus, pro
 Philippus. nam cum superioris anni Consules fuis-
 sent, Amilius Paulus & C. Marcellus, hoc anno in
 consulares prouincias mitti debuerunt. Refert
 tamen Dio l. 40. Pōpeium tertio suo cōsulatu, h. e.
 ante tres annos, antequam hæc gesta sunt, legem
 tulisse, Ne urbani magistratus ante quinquennium
 exactum, exterarum prouinciarum cum imperio habere
 possent; & tamen Scipio, qui eo ipso anno Pompeii
 in consulatu collega fuerat, nūc in Syriam mitri-
 tur, contra legem Pompeiam. Miror eius rei Cæ-
 sare non meminisse, de eo Cæsar sic queritur hoc
 lib. 1. de bello ciuili in fine, in se iura magistratum
 commutari, ne ex Pratura & Consulatu, ut semper,
 sed per paucos probati & electi in prouincias mittan-
 tur, ergo non publico cōsilio, & per Senatum, sed
 priuato & per paucos id actum fuit, fortasse quod
 Paulum Cæsaris rebus fauisse cognouerant, & ita
 est in impressis quibusdam libris inscriptum, Phi-
 lippus & Cotta.

568 Neq; eorum sortes dajciuntur] Magistratus
 Romani aliquando prouincias inter se compara-
 bant, frequentius tamen sortiebantur, sed horum
 tunc sortes in vrnam deiectæ non sunt. Coniun-
 tur, vltat us erat. nam ita Liuius li. 30. Tunc Pra-
 torum prouincia in sor. em coniecta. & Cicero Verri-
 na 4. Numquid igitur oportet, nisi tres sortes conijci
 vnā educi? nihil. &c. & pro Q. Ligario: Tubero-
 nis fors coniecta est ex S. C. cum ipse non adesset.

569 Vt de eorum imperio ad populū referatur] Vi-
 de Sigoniu & Gruchiu. Notat Aldus ex propria
 te Latini sermonis, referri ad Senatum, ferri ad po-
 pulum, dici Liuius tamen lib. 23. & de CCC equiti-
 ribus Campanis &c. delatum ad populum ut ciues
 Romani essent. In scripto codice est, ad populum
 Romanum feratur.

570 Licetoresq; habent in vrbe & Capitolio pri-
 uatum] In meo libro legitur, ex Capitolio priuati.

571 Vt Tribunitia intercessio armis notaretur atq;

opprimeretur, qua superioribus annis armis esset re-
 stituta] Tribunitia intercessio, ut supra demon-
 stratum est, nunquam amissa fuit. quin potius Syl-
 la nudata omnibus rebus Tribunitia potestate, ta-
 men intercessionem liberam reliquit. itaque resti-
 tuti non potuit, quæ amissa non fuit. Quapropter
 videndum an legi debeat, ut Tribunitia potestas
 ab ijs notaretur atq; opprimeretur, à quibus superio-
 ribus annis esset restituta. Vt Pompeium leuitatis
 arguat, qui Tribunitiam potestatem à Sylla immi-
 nutam secundo suo consulatu in pristinam digni-
 tatem restituit, ut legitur in epitome Liuiana libro
 97. M. Crassus & Cn. Pompeius consules facti sunt,
 ut Crassus ex pratura, sic Pompeius antequam qua-
 sturam gereret, ex equit Romano, Tribunitiam po-
 testatem restituerunt. & apud Asconium in Verr. 2.
 Pompeius autem Proconsul de Hispania Sertorio vi-
 cto nuper venerat, & statim habuerat concionem de
 restituenda Tribunitia potestate Palikano Trib. pl.
 Quod vero ait notaretur, eodē in re eadē verbo vltus
 est Cicero ad Atticum li. septimo, epist. octaua. Si
 forte Tribunitia plebis Senatū impediens, aut popu-
 lum incitans notatus, aut S. C. circumscriptus, aut
 sublati aut expulsi sit, dicens vix se expulsum, ad il-
 lum confugerit. Sallustius in oratione M. Lepidi
 nisi forte Tribunitiam potestatem euersum profecti
 sunt, per arma conditam à maioribus suis. de Sulla
 loquens. ut legi hic possit, qua superioribus annis ar-
 mis esset restituta. lib. meus habet: qua superioribus
 annis & armis esset restituta.

572 Pompeium qui amissa restituisse videbatur
 bona, etiam que ante habuerat, admissa] Cum in
 omnibus vulgatis codicibus, legeretur qui amissam
 restituisse videretur, Petrus Victorius vetustis libris
 auctoribus emendauit amissa, & bona, pro dona,
 ex coniectura mutauit. quæ lectio diuersa tamen
 interpunctione legitima videtur, ut sit, Pompeium,
 qui amissa restituisse videbatur bona, etiam que
 ante habuerat, admissa. intelligit autē intercessio-
 nem.

573 Nihil factum, ne cogitatum quidem] V. C.
 habet, nil cogitatum quidem. legendum, nihil factū,
 nihil ne cogitatum quidem.

574 Hanc enim initio tumultus euocauerat] At
 Hirtius libro octauo ab ipso Cæsare, dum in Gal-
 lia erat, XII legionem in Italiam missam scribit,
 ut praesidia tueretur, ex quibus deducta legione xv,
 quam ex S. C. ad bellum Parthicum miserat, XII
 hanc in eius locum ibi successerat. ergo euocauerat
 non ex Gallia, sed ex praesidiis Italiae, in qua de-
 ducta fuerat.

575 L. Cæsar adolescens] Infra lib. 2. L. Cæsarem VIII
 filium nominat. hic conlobrinus fuit M. Anto-
 nii.

576 Arimino excederet, exercitus dimitteret] Si
 Cicero credendum est, non erat conditio, ut ex-
 ercitus dimitteret, sed ut ex iis opidis, qua extra prou-
 inciam suam occupauisset, praesidia deduceret. quod
 si fecisset, Senatum ad urbem rediturum, & rem con-
 sulturum. nepe ut illius absentis in petitione con-
 sula-

salatus ratio haberetur. ut scribit Cicero ad Atti-
 cum libro septimo, epist. 13. & idem epist. 14. In
 disputationibus nostris summa varietas est. plerique
 negant, Cæsarem in conditione mansurum, postu-
 lataq; hæc ab eo interposita esse, quo minus, quod opus
 esset ad bellum, à nobis pararetur. ego autem cum pu-
 to facturum, ut praesidia deducat. vicerit enim si con-
 sul factus erit, & minore scelere vicerit, q̄ quo ingres-
 sus est. & delatum illi fuisse consulatum, ex eo ap-
 pareat, quod apud Cæsarem sequitur, ut si peracto
 Cæsaris consulatu Pompeius profectus non esset &c.
 & quod Cicero ad Atticum libro octauo, epist. 16.
 scribit: Cum post conditiones pacis per L. Cæsarem &
 Fabium allatas caui ne animum eius offenderem, cui
 Pompeius iam armatus armato consulatum trium-
 phumq; deferret. & libro epist. famil. 16. epist. 11. Fe-
 ruitur omnino conditiones ab illo, ut Pompeius eat
 in Hispaniam, delectus qui sunt habitus & praesidia
 nostra dimittantur, & vltiorem Galliam Domitio,
 citiorem Considio Noniano (his enim obtigerunt,
 traditurum, ad Consulatus petitionem se venturum;
 neq; iam velle absentis rationem haberi sui, se presen-
 tem trinundinum petiturum. Accepimus conditio-
 nes, sed ita ut remoueat praesidia ex iis locis, qua oc-
 cupauit, ut sine metu de his ipsis conditionibus Ro-
 ma Senatus haberi possent.

577 Reineri legiones duas, qua ab se simulatione
 Parthici belli sint abducta] Legendum existimo
 adducta. nā supra dixit: timere Cæsarem abreptis ab eo
 duabus legionibus ne ad eius periculum referuare &
 retinere eas ad urbem Pompeius videretur. Harum
 autem legionum causa inuidiam constatam esse
 Pompeio, Cicero videtur ostendere ad Atticum li-
 bro 7. ep. 12. Spes omnis in duabus inuidiose resentis
 pane alienis legionibus. & Cæsar supra in principio
 huius libri primi: Pompeius infamia duarum legi-
 onum permotus, quas ab itinere Asiae Syriaque ad sa-
 am potentiam dominatumq; conuerterat. Atque ita
 est in antiquo libro.

578 Itaq; ab Arimino M. Antonium mittit]
 Non solet Cæsar vrbiū nominaibus præpositio-
 nes addere, & quia eius nomen desiderari vide-
 tur, scriberet aliquis forte, Itaq; Cæsar Arimino.

579 Ipse Arimino cum duabus legionibus subsi-
 stit] Vnam tantum legionem habuisse tunc Cæ-
 sare, h. e. XIII, supra dixit. & paulo post: Interea legio
 XII Cæsarem consequitur: cum his duabus Asculum
 Picenum proficiscitur. & inferius: Cæsaremq; adesse
 eum duabus legionibus. Ergo legendū aut, cum reliquis co-
 hortibus, aut quonia in legione sunt cohortes decē, &
 M. Antoniu cum quinq; cohortibus, ex XII legione
 Atrenū miserit, germana lectio erit, ipse Arimino
 cum v. ex quo effectum est in leg. quam lectionem
 Liuius apud Orosum maxime confirmat, qui lib.
 6. c. 15 scribit: Cæsar Rubicone flumine transmeato,
 mox ut Arimino venit quinq; cohortes, quas tunc
 solas habebat, cum quibus, ut ait Liuius, orbem ter-
 rarum adoratus est, quid factū opus esset, edocuit. In
 antiquo libro pro subsistit, est substitit.

580 Tugium Thermum prætorem cohortibus

teneret] Cicero ad Atticu lib. 7. epist. 13. Quid agat
 Domitius in Marſis, Iguuini Thermum, P. Acti. Cen-
 guli, Plinius lib. 3. ca. 1. Inguini, Interamnates. Sed
 vetusti lapides veram horum appellationē osten-
 dunt, in quib. legitur: IGVINI. ex iis igitur hoc lo-
 co legendum, Iguuium, & paulo post Iguuiorum,
 & Iguuium iterum. Rurſus apud Ciceronem, apud
 quem fere incorruptum hoc nomen conseruatu
 est, Iguui. & apud Pliniu Iguuini, Interamnates, ut
 in extremo 45. hb. Liuii, pro Iguuini Reges tradu-
 cti, quidam Iguuium legunt.

581 Quas Pisauri & Arimini habebat. Ex quibus
 que cohortibus, quas Arimini habebat tres ad occu-
 pandum Pisaurum, Fanum & Anconam miserat;
 Postea duas reliquas, & eam quæ erat Pisauri, cum
 Curione ad recipiendum Iguuiū misit. Sed mirū
 est eū tunc sine vllō praesidio. Arimini remanuisse.
 quare de huius loci integritate non nihil dubito.

582 Actius cohortibus introductis tenebat] In co-
 dice Fuluii Vrſini viri antiquitatis Romanæ, toti-
 usq; politician litteraturæ peritissimi, Actius, legi-
 tur, ut apud Ciceronem li. 7. ad Attic. epist. 12. & a-
 pud Dionē lib. 41. atq; hic est Actius Varius qui ad
 Auximum, amissis cohortibus, protinus ex fugia
 Africani peruenerat, & cum Curione bellum gessit
 ut dicitur infra. atq; ita etiā est in meo antiquo lib.

583 Docent sui iudicij rem non esse, neq; se neq; re-
 liquos municipes pati posse] Sic infra: Massilienses Cæsa-
 ri respondent neq; sui iudicij, neq; suarum vrbum esse
 discernere vtra pars iustiorē habeat causam.

584 Aperto sanctiore arario] Cicero ad Atticum
 lib. 7. epist. 20. VII. Id. Feb. Capua. C. Cassius Trib. pl.
 venit: uttulit mandata ad Consules, ut Romam veni-
 rent, pecuniā de sanctiore arario auferrent, statim exi-
 rent vrbe relicta. & paulo post: Mihi dubium non e-
 rat, quin ille iā iamq; foret in Apulia. Liuius lib. 27.
 Cetera expedientibus, quæ ad bellum opus erant, Cō-
 sulibus aurum viceſmarium, quod in sanctiore ara-
 rio ad vltimos casus seruarietur, promi placuit.

585 Cn. Pōpeius pridie eius diei ex vrbe profectus
 iter ad legionem habebat] Merito viri quidam docti
 mendū hic esse putant, sed vtrum historię, an scrip-
 turæ mihi est incertū. Nā Pompeiu vrbe exiſſe, si-
 terq; in Cāpaniam habuisse, pposito edicto ut se om-
 nes sequerentur, ac Consules & reliquos magi-
 stratus maximamque Senatus partem postero die
 eum secutos fuisse, Dio li. 41. & Appian. lib. 2. tra-
 dunt. huc vsq; igitur Cæsari fides cōstat. Sed quod
 Pompeius ex vrbe sit profectus pridie eius diei, quo
 Lentulus Cōsul æratio sanctiore aperto pecuniā
 protulit, id nō constat. Nā Pōpeium vrbe reliquis-
 se a. d. XVI. Kal. Febr. aut summā xv. Lentulū vero
 pecuniā ex æratio abstulisse a. d. IV. aut II. Id. Feb.
 ex locis aliquot Ciceronis ostendemus. Is igitur ad
 Atticu, qui Romę manserat, scribens l. 7. ep. 11. ait:
 Vnā adhuc à te epistolā acceperā datā XII. Kal. Febr.
 (alii Iunij edūt) &c. Nā q̄ rogat; curē ut scias, qd Pōpeius
 agat; id ipsū qdē scire puo: nostrū qdē nemo vidit. Lētū
 Cos. Formis x. Kal. vidit Libonē, plena timoris. Et terro-
 ris omnia. & l. 9. ep. 12. Vidi hominem (scil. Pōpeium)

XIV. Kal. Feb. plenum formidinis, illo ipso die sensi quid ageret, numquam mihi postea placuit. & paulo post: erat igitur in ea quam x Kal. Feb. (sed legendum forte xii Kal. ex epistola ii. lib. 7. cuius locū supra retuli) dederas, hoc modo: Sed videamus & Cnā us quid agat, & illius rationes quorsum fluant &c. Hoc scribis post diē quartum, quam ab urbe discessimus. hęc ille. Discesserant ergo consules & reliqui magistratus xvi Kal. Febr. Pompeius vero xvii, aut si vere legitur apud Ciceronem (in ea quam x Kal. dederas) xv. Videamus nunc quo tempore Lentulus ararium aperuerit, ex Cicerone ipso ad Atticū li. 7. epist. 19. vii Id. Febr. Capuam C. Cassius Trib. pl. venit, attulit mandata ad Consules, ut Romam venissent, pecuniam de sanctiore arario auferrent, statim exirent urbe relicta. Tantum Cicero. Ergo vt id celeriter verit administratum à Consulibus, xv, aut xii Id. Febr. factum fuisse oportuit. Ex quibus constat Pompeium non esse ex urbe profectū ante diem xi, quam Lentulus ararium aperuit. Præterea cum ipse Cæsar superius scribit: *Acceptis mandatis Roscius cū L. Cæsare Capuā peruenit, ibique consules Pompeiumque inuenit.* & hoc ipso loco, cum Lentulus consul ad aperiendum ararium venisset, declarat consules Capua, quo iam diu se cōtulerant, Romam venisse. Quid ergo est minus integra fide Cæsar hæc scripserit, an mendū librarii fuerit: & pro, *PR. eius diei.* PR. I. D. E. D. hoc est, *postridie eidus.* Nam meminisse debemus ante emendationem anni à Cæsare in tertio suo Consulatu factam, ex ordinatione Nūmæ xxix tantum dies Ianuario fuisse, & postridie Iduum, xvi Kal. Feb. fuisse, quo die Pompeium urbe egressum superius ostendi. quam lectionem si probamus, legendum inferius, *iter ad legiones habuerat.* Sed iudicent doctiores.

586 Delectumq; colonorum] Cicero ad Atticum lib. 7. epist. 13. *Me Pompeius Capuam venire voluit, & adiuuare delectum, in quo parum prolixè respōdent Campani coloni.*

587 Circum familiares conuentus Campani custodia causa distribuit] Cicero ad Atticum li. 7. epist. 13. *Gladiatores Cæsaris, qui Capua sunt, de quibus ante ad te falsum ex Torquati litteris scripseram, sano commode Pompeius distribuit, binos singulis patribus familiarum. secutorum in ludo ioc fuerunt. eruptionem facturi fuisse videbantur. Sane multum in eo Reipub. prouisum est. ex quibus videtur legendum: circum familia patres conuentus Campani custodia causa distribuit.*

XV 588 Auximo Cæsar progressus] Nihil necesse est mutare, cū in emendatissimis exemplaribus locus ille epistolæ Pompeii libr. 8. ep. Cic. ad Att. epist. 18. sic legatur: *Te propterea moratum esse quod audieris Cæsarem Firmo progressum in castrum Terentium venisse.*

589 Etiam ex Cingulo] V. C. habet, *Etiam Cingulo.* Cicero ad Atticum libro octauo epist. 16. *Cingulum nos tenemus, Anconem amimus.*

590 Asculum Picenum proficiscitur] Cum non sit aliud opidum Asculum, cur Cæsar addiderit Picenum? & item Strabo lib. 5. Ασκλεον τὸ Πικουόν. Plinius lib. 3. ca. 13. *Colonia Asculum Piceni nobilissima.*

591 In iis Camerino fugientem Vcllem Hirrum] Faernus, *Luceium Hirrum*, quod Hirrus cognomen sit *Luceiorum.* Sed is L. Luceius appellabatur nisi fallor, hic C. Hirrus. Pompeius libro octauo epi. Cic. ad Atticum, epist. 12. *Q. Fabius ad me venit, a. d. 11 Id. Febr. Is nuntiat L. Domitium cum suis cohortibus xi, & cohortibus xiiii, quas Vibullius adduxit, ad me iter habere. habuisse in animo proficisci Corfinio: ad v Id. Febr. C. Hirrū cū v cohortibus subsequi.* Et quoniam in Carrariensi codice est *Vcllem Hirrum*, videant doctiores num hic sit legendum: *Camerino fugientem Caium Hirrum.* & an apud Ciceronē ex hoc loco Cæsaris legi debeat, *cum cohortibus vi; an ex Cicerone hoc loco, cum v cohortibus.* Sed & dubitare quis posset fuerit ne scriptum in Pompeii epistola, *cum suis cohortibus xx*, cum dicat Cæsar, *Domitius per se circiter xx cohortes coegerat.* & fortassis hic, *Lucium Hirrum*, de quo libro tertio de bello ciuili.

592 Qui erat ab opido millia passuum circiter 111] Aldus legit, *qui aberat ab opido*, pro *erat*. Sed Varro libro tertio de re rustica, cap. 2. *Certe nosti, inquit, matertera mea fundum in Sabina, qui est quartum & vigesimum lapidem via salaria à Roma.* Conuenit autem quod hic dicitur cum eo quod scribit Strabo libro quinto, *δὲ ἐξ αὐτῆς τοῦ Ζῆνυ μα τεσσαρεσθῆς κῆ ἐκαστὸν σταδίων ἀπὸ τοῦ Κορφινίου.* nam xxiv stadia sunt millia passuum 111.

593 Castra posuit. Re cognita Domitius ad Pompeium in Apuliam peritos regionum, magno proposito premio, cum litteris mittit.] Quo tempore Cæsar ad Corfinium castra posuerit, cognoscitur ex epistola Pompeii ad ipsum Domitium, quæ extat inter epistolas Ciceronis ad Atticum lib. 8. epist. 20. cuius initium est: *Littera mihi a te reddita sunt a. d. xii Kal. Martii, in quibus scribis Cæsarem apud Corfinium castra posuisse.*

594 Quaterna in singulos iugera] In omnibus antiquis libris, quos vidi, erat, *xl in singulos iugera*, aut, *quadraginta*; in vno *quaterna*. ex quo intellexi veram lectionem esse, *quaterna*, vt à Manutio repositum fuit.

595 Pro rata parte] Quæ sit hæc rata, pars quæritur. *Liuius, Seps dedit*, inquit, *militibus denarios &c. duplex Centurioni, triplex equiti.* & Polybius lib. 6. ait militibus in obsonium solitum fuisse dari in dies tertiam denarii partem, Centurioni duas tertias denarii partes, equiti vero denarium. & euocato idem quod Centurioni datum credo.

596 Et Aſſio Peligno prohiberi] Lego, *Attio Peligno.* Cicero ad Atticum lib. 8. epist. 4. *Salmone C. Attium Pelignum aperuisse Antonio portas, cum essent cohortes v, & Lucretium inde effugisse scis, &*

ita est scriptum in antiquo lib. & vii cohortes, recte apud Ciceronem legi ex Orofio cognoscitur. qui sic scribit: *Inde per Antonium v i cohortes, quæ apud Sulmonem morabantur, à Lucretio accepit.*

597 Cum legionis 11 cohortibus quinque] Duas tantum legiones habuit tum Cæsar xii, & xiii. nam supra scribit: *Interea legio xii Cæsarem sequitur: cum his duabus Asculum Picenum proficiscitur.* Itaque legendum erit, *cum legionis xii cohortibus v.* Neque legionis 11 x reponi potest, cum paulo inferius dicat Cæsar: *co triasuo legio 11 x ad eum venit.* In Varii lectionibus est, *cum legionis vii cohortibus v.* quod meam coniecturam adiuuat.

XIX 598 Consultandi causa] Liber meus, *consiliandi*, habet, vt Faernus ex antiquo aliquo libro reposuerat. Cicero ad Atticum lib. 15. ep. st. 5. *Tu quid egeris cum tristi, tum etiam difficili ad consiliandum legatione, vehementer expecto.*

599 Sese rem in summum periculum deducturū non esse] Cum extet hæc Pōpeii epistola ad Domitium l. 8. epist. Ciceronis ad Atticum epist. 20. atque in ea sit scriptum: *neq; enim eorum militum, quos habeo, voluntarij satis confido, vt de omnibus fortunis Reipub. dimicent;* non minus commode legitur fortasse, *Sese rem summam in periculum deducturū non esse.* Plancus in epistola 14. ad Ciceronem lib. 10. *Ad hoc robur nostrorum exercituum, siue Africanus exercitus, qui est veteranus, siue Cæsaris accesserit, aquo animo summā rem. in discrimen deducemus.* & Cicero li. 9. *magnum periculum summæ rei demonstrabat.* & Cæsar infra lib. 3. de bello ciuili, *se in pratorum contulit summæ rei diffidens.* *Vl-pianum etiam in l. 1. §. 10. D. de exercito. actio. ad summam Reipub. nauitū exercitio pertinet.* hoc est, ad statum Reipublicæ.

XX 600 Prima vespera] Parisiensis codex habet *prima vespera.* sed infra extremo libro 2. dixit *primo vespere.* Charisius li. 2. notat C. Cæsarem in epistola ad Corneliū Frontonem scripsisse: *vespera satigatus, luce dormitans.* in meo lib. est, *prima vesperi.*

XXI 601 Ne militum introitu & nocturni temporis licentia] Forte, *in nocturni temporis licentia.*

602 Neq; eorum tam remisso] Faernus ex vetere libro emendabat, *neque vero tam remisso.* quæ lectio confirmatur ex loco Hirtii de bello Alexand. cum ait: *Neq; vero Alexandria fuit, quisquam, aut nostrorum, aut opidanorum, qui aut in opere, aut in oppugnatione occupatum animum haberet.*

XXI 603 Cum eo de salute sua agit atq; obsecrat] Meo liber: *orat atq; obsecrat.*

604 Vt tribunos plebis ea re ex ciuitate expulsos] Liber meus *in ea re, Faernus imitaria.* *In libertatem vindicaret*] Liber meus, *in suam libertatem.*

605 Quod de sua salute impetrauerit, fore etiā reliquis ad suam spem solatio] Non magna mutatione facta reponerē fore etiam reliquis ad suā spem solatio. hæc cū viderint me qui tantis tuis beneficiis obstrictus contra te arma tulerim, tamen de salute mea facile impetrare, solabuntur, & de sua quo-

que salute bene sperare incipient.

606 Adeo esse perterritos nonnullos, vt sua vita diuini consuler e cogantur] Libentius legerem, *diuini consuler e cogitent.* cogitabant enim nonnulli sibi ipsius manus inferre, ne in Cæsaris potestate veniret. Et ipse L. Domitius venenū à medico familiari suo precibus impetratum sub Lentuli discessum biberat. Sed posteaquam à quibusdam de Cæsaris lenitate atq; clementia certior est factus, vt ad vitā reuocaretur, ab eodem medico summo opere cōtentid, cognitoque venenum non fuisse mortiferum vltro ad Cæsare venit. hęc Plutarch. Plin. l. 7. c. 53. *L. Domitius clarissima gentis, Corfinii obsessus à Cæsare, veneno potio propter tadium vita, postquam biberat, omni ope vt viueret, amixtus est.*

607 Præterea filius Domitii] Quidam reponunt *XXIII filius Domitius*, quod sic sæpe & ipse Cæsar & alii auctores loquantur. Sed hoc fortassis non probat Cicero, qui ad Atticum li. 9. epist. 3. de hoc ipse sic scribit: *Domitii filius transit Formias viii Id. currēs ad matrem Neapolim.* & sexcentis aliis locis. neq; Cæsar infra hoc extremo libro: *Datur obsidis loco Cæsari filius Afranii.* Igitur vtroq; modo sunt boni auctores locuti.

608 Pauca apud eos loquitur, quod sibi aperte eorum gratia relata non sit, pro suis in eos maximis beneficiis, dimittit omnes incolumes] Parisiensis codex habet à parte eorum. Lego igitur, *pauca apud eos locutus, quod sibi à parte eorum gratia relata non sit, pro suis maximis in eos beneficiis, dimisit omnes incolumes.* infra: *pauca apud eos de lenitate sua locutus, quo minor timore essent, omnes conseruauit.* Dio de hac re lib. 4. *Domitius ceteriq; Senatores urbis inscripti à Cæsare quod se ei opposuissent, dimissique, ad Pompeium se receperunt.*

609 H. S. LX, quod aurū adduxerat Domitius] Parisiensis, *Sesertium sexages, quod aurum aduexerat Domitius, atq; in publico deposuerat.* q̄ vera lectio est. nam satis grandem pecuniā fuisse Cicero scribit ad Atticum li. 8. epist. 22. cum ait: *addit illud sane molestum, pecuniam Domitio satis grandem, quæ is Corfinii habuerit, non esse redditam.*

Quam in pecunia fuisse videatur] Liber meus, *quam in pecunia esse videretur.*

610 Cui præerat Biuius Curius] Id sic tradit Cicero ad Atticum lib. 9. epist. 4. *cohortesq; sex, quæ Alba fuissent, ad Curtium Minucia transisse.* videndum ergo vtro modo hic legi debeat, *Curius, an Curtius. M. Curtii Trib. mil. Cæsaris meminit Cicero ad Q. Fratrem lib. 2. epist. 12. & Postumii Curtii, ad Atticum lib. 9. epist. 2.*

611 Reducitur ad eum deprehensus ex itinere] Cæsar ipse in epist. ad Atticum li. 9. epist. 8. *Gr. Magium Pompeii præfectum deprehendi, scilicet meo insituro vsus sum, & eum statim missum feci. iam duo præfecti fabriam Pompeii in meam potestatem venerunt, & à me missi sunt.* Sed videndum an aliqua ex his dictiones abundent. In meo libro est: *deprehensus in itinere.* Sallustius tamen in Catilina, *Re tractum ex itinere necari iussit.*

Atq; ad se Brundisium sit venturus] Pro, ad se, forsitan aliquis legendum existimabit, ipse, scilicet Cæsar.

612. Si cum Pompeio colloqui] Cum mandata hæc ad Pompeium mittantur, omnino videtur legendum, se cum eo colloqui. Sed ad eam vocem aliquis glossema apposuit.

xxv 613. Veteranis] Carrariensis codex & alii veteranis III. & vt videtur rectius. Nā Cæsar, vt ex iis quæ supra habentur. cōstat, habuit legionem XIII, XII, & VIII. Cæsar autem Brundisium peruenit a. d. v. Id. Mart. vt ipse scribit ad Oppium, Cornelium, in epistolis ad Atticum l. 9. ep. 16. A. d. v. Id. Mart. Brundisium veni, ad murum castra posui.

614. Reperit consules Dyrrhachii profectos] Consules profecti erant a. d. I. Id. Non. Mart. Cicero ad Attic. lib. 9. epist. 4. Venerat autem Pompeius Brundisium VI. Kal. Mart. eodem libro, epistola 12.

615. In potestatem haberet] Meus liber in potestate. Sed ita loquitur Cicero apud Gellium libro primo, capite septimo, cum nostros portus, atque eos portus, quibus vitam ac spiritum ducitis, in prædoni fuisse potestatem scitis.

616. Veritusq; ne Italiam esse dimittendam non existimaret] Voluisse Cæsarem Pompeium in Italia opprimere, antequam accersitis externis auxiliis confirmare se posset, atque ea ratione exitus Brundisii portus impedire instruisse, omnes tradunt. Cicero ad Atticum lib. 9. epist. 6. Pop. Romani exercitus Cn. Pompeium circumfidet: fossa & vallo septum tenet, fuga prohibet. Tamen suum consilium ipse Cæsar exponit in epistola ad Q. Pedium lib. 9. epistola 17. Pompeius, inquit, se opido tenet: nos ad portas castra habemus; conamur opus magnum & multorum dierum, propter altitudinem maris. Sed tamen nihil est, quod potius faciamus. ab utroq; portus cornu moles iacimus, vt aut illum quæ primam trajiceret quod habet Brundisii copiarum cogamus, aut exitu prohibeamus.

xxvi 617. Actamei si magnopere mirabatur Magium, quem cum mandat ad Pompei miserat, ad se nō remitti] Contra ipse Cæsar in epistola ad Oppium, Cornelium, quæ est inter epistolas Ciceronis ad Atticum lib. 9. epist. 16. A. d. v. Id. Mart. Brundisium veni: ad murum castra posui. Pompeius est Brundisii. misit ad me Cn. Magium de pace, quæ visa sunt, respondi. & Cicero eod. lib. epist. 15. Pompeius Numantium Magium de pace misit. & tamen oppugnatur, quod ego non credebam. Vt propemodum videatur verum esse, quod de his Commentariis Asinius Pollio scriptum reliquit, eos parum integræ veritate compositos, nisi dicamus Magium postquam Pompeio mandata retulit, non remissum.

618. Tamen omnibus rebus in eo perseverandum putabat] Lego, tamen omnibus rationibus in eo: vt infra: Quod fuit illis conandum, atq; omni ratione efficiendum.

Nihil sine illis de compositione agi possit] Sine illis, abundare videtur, in aliis libris est, nec sine illis.

619. Et de bello agendum] Legendum videtur aut, & bello agendum. sic enim Cæsar cum ad Rubiconem venisset, dixit; Etiam nunc regredi possumus. Quod si ponticulum transierimus, omnia armis agenda erunt. Aut, & de bello cogitandum, vt libro tertio de bello ciuili: differendum est iter in presentia nobis & de bello cogitandum, & libro sexto de bello Gallico in principio, maturius sibi de bello cogitandum putauit. Sed tempus de pace agendi dixit infra de bello ciuili lib. 3.

620. Diebusq; in ea re consumptis nouem] Cæsar Brundisium venit a. d. VII. Id. Mart. vt supra retulimus ex epistola Cæsaris ad Oppium, Cornelium, a. d. v. Id. Mart. Brundisium veni & c. Brundisio vero Pompeius discessit a. d. XVI. Kalend. Apr. quod scribit Cicero libro nono, epist. xv. Cum Capua exisset, in itinere audiuimus Pompeium Brundisio A. D. XVI. Kal. Apr. cum omnibus copiis, quas habuit, profectum esse. Plutarchus item in Cæsare, Liberalibus, id est, xv. Kal. Apr. Pompeium ad bellum egressum esse scribit, cum de prælio in Hispania ad Mundam gesto sic ait: τὰς τὴν πύλας εὐκρινόντων, τῆς δὲ Διονυσίου ἐστῆς, καὶ τὸ λέγεσθαι τὴν Πομπηίου Μαγνὸς ἐπὶ τὸν πολεμὸν ἐξελθεῖν. Videndum ergo num in dierum numero error sit aliquis, & an hi IX dies non ad aduentum nauium referendi sint, sed ad Pompeii discessum e Brundisio

621. Mittit in Sardiniam cum legione vna Valerium legatum] Existimo Cæsaris codicem hac in parte integrum non esse, sed desiderari in eo, quem admodum M. Antonium in Illyricum miserit, classemq; duplicem ad tutelam Ionii maris Dolabellæ Hortensioque attribuerit, quod narrat Appianus lib. 2. ad hunc modum: Curionem Catonis loco Sicilia imperare voluit Cæsar, Q. Valerium Sardiniam, ad Illyricos C. Antonium misit, Licinio Crasso Galliam transalpinam regendam tradidit. Classem quoq; duplicem summa celeritate fieri mandauit circa Ionium & Tyrrenum mare, classem profectos iam pridem ad id constitutos delegauit Dolabellam & Hortensium. Eo modo Cæsar Italiam inaccessibilem Pompeio arbitratus in Hispaniam descendit.

622. In Siciliam Curionem pro prætorem cum legionibus] Infra lib. 2. dicit: Iisdem temporibus C. Curio in Africam profectus ex Sicilia, & iam ab initio copias P. Attii Vari despiciens, duas legiones ex quatuor quas à Cæsare acceperat, & quingentos equites transportabat. Itaque aliquo loco mendum sit oportet in numero legionum. Sed cum Cæsar supra dixit, se Domitianas cohortes, quæ fuerant xxx, hoc est, legiones I & I (vt apud Ciceronem habetur libro 8. ad Atticū epist. 7.) protinus à Corsinio in Siciliam misisse: locus ille secundi libri videtur emendandus, siue hic potius. Videndum igitur an ibi legi debeat duas legiones ex II, an potius hic cum legionibus. II. nam traductis in Africam duabus legionibus, alias duas Curio postea accersit, vt infra habetur. neque tamen Curio statim in Siciliam legiones transportauit. nam cum Cæsare Romæ fuit,

fuit, & à Senatu fasces accepit, indeque post Cæsaris discessum in Galliam, apud Ciceronem in eius villa mansit, neque ante diem VI. Id. Kal. Maii in Siciliam profectus est, vt pluribus refert Cicero libro decimo ad Atticum, epistola quarta, & aliis locis.

623. Ex prouincia fugit] Cicero l. 10. epist. 16. ad Atticum: Cato qui Siciliam tenere nullo negotio potuit, & si tenuisset, omnes boni ad eum se cōtulissent, Syraculis profectus est, a. d. VII. Kalend. Maii, vt ad me Curio scripsit. Vtinam, quod aiunt, Cotta Sardiniam teneat: est enim rumor, si id fuerit, irrem Catonem.

xxxi 624. Inuenit in prouincia cum imperio Attium Varum] Cicero in oratione pro Ligario: Interim P. Attius Varus, qui prætor Africam obtinuerat, Vticam venit: statim ad eum concursus est: atq; ille non mediocri cupiditate arripuit imperium, si illud imperium esse potuit, quod ad priuatum clamore multitudinis imperita nullo publico consilio deferebatur.

625. Hic venientem Vticam cum nauibus Tuberonem portu atque opido prohibet] Prouincia Africa Tuberoni sorte obuenerat eo anno, vt supra dixit Cæsar, cum ait: Africam sorte Tubero obtinere debebat. & Cicero in Ligariana: Tuberonis fors coniecta est ex S. C. cum ipse non adesset. Sed quoniam is eo tempore aberat Roma, morboque impediabatur, tardius iter confecit, & in Africam venit iā ab Attio Varo occupatam, a quo itemque à Q. Ligario portu fuit prohibitus, vt refert Cicero in ea oratione, & refert Pomponius in l. 2. D. de origine iuris.

xxxii 626. Coniecto Senatu] Dio lib. 41. refert M. Antonium, & Q. Cassium Tribunos pl. qui ad Cæsarem confugerant, Senatum extra urbem coegisse, ibique Cæsarem concionem humanitatis plenam habuisse.

627. Sed exspectato legitimo tempore Consulatus] Legibus fuisse cautum ne magistratus idem intra decennium gereretur, dicam infra libro tertio. Ergo Cæsar tantis rebus in Gallia gestis, nunquam petiit, vt legibus solueretur, & intra decennium consul iterum crearetur. Sed decem annis confectis per populum obtinuit, vt absens consulatum peteret, ne si ad petitionem ex Gallia decederet, eam non omnino pacatam relinquere cogereetur. & videtur vox, Consulatus, abundet.

628. Et pristina consuetudine dicendi mora dies extrahente] Consueuisse id facere Catonem ostendit Cicero libro tertio de legibus, cum ait: nec est unquam longa oratione utendum, nisi aut spectante Senatu, quod sit ambitione sapissime, nullo magistratu adiuvante, tolli diem, vitale est: aut cum tanta causa est, vt opus sit oratoris copia, vel ad hortandum, vel ad docendum, quorum generum in utroque magnus noster Cato est. Frequentius tamen eximere diem dicitur, quam tollere, aut extrahere. Gellius libro quarto, capite decimo: In eodem

libro Capitonis, id quoq; scriptum est. Caius, inquit, Cæsar Consul M. Catonem sententiam rogauit; Cato rem, quæ consulebatur, quoniam non e Repub. videbatur, perfici volebat. Eius rei gratia dicenda, longa oratione utebatur, eximebatq; dicendo diem. Sed tunc maxime id fecisse, cum prorogato lege lata in quinquenniū Cæsari imperio, Cato & Faunonius eam legem dissuaduri, adiuuantibus duobus Tribunis plebis, Cato duas horas, quæ sibi ad dicendum à C. Trebonio concessæ sunt, dicendi mora extraxit, narrat Dio lib. 39. Cicero ad Q. Fratrem li. 2. epist. 1. Ibatur in eam sententiā, tum Clodius rogatus diem dicendo eximere cepit. & lib. 4. epist. 3. ad Atticum: Metellus calumniā dicendi tempus exemit.

629. Cur fieri passus esset] Quidam libri & meus manuscriptus, Ferri. Cicero 2. Philippica: Duo tantum tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæsarem Pompeio suaferim. Vnum ne quinquenniū imperium Cæsari prorogaret: alterum ne pateretur ferri, vt absentis eius ratio haberetur.

630. Illis se oneri futurum] In V. C. est, illi se oneri non defuturum, quod probat.

631. Sed qui mitterentur, non reperiebantur] Aliter Dio li. 41. Agebat metum quod legati pacis conferenda causa delecti quide, non autem profecti fuerat. Sed & Socero Cæsaris Pisoni crimini dabatur, quod aliquando mentionem eorum fecisset.

632. Quascunq; agere instituerat] Meus liber habet, instituerit.

633. Quas Sicilia & in Cosano] Cum in omnibus vulgaris libris legeretur, quas Sicilia & Sardinia, Petrus Victorius Var. lect. lib. 1. ca. 2. ex vetere libro & coniectura primus reposuit, quas Sicilia & in Cosano. Sed in antiquo libri Fuluii Ursini est, quas Sigili & in Cosano. ex quo veram lectionem, nisi fallor, eliciui. Scribit enim Plinius lib. 3. ca. 6. Item in insula Igilium & Dianium, quam Artemisiam dicere, amba contra Cosanū litus. & Martianus Capella li. 6. eas in insulas, Igilium & Dianium nominat. Pomponius vero Metella li. 2. ca. 7. Igilium & Dianium. sed Igilium est in lib. manuscripto. Item in Cosano agro & litore Domitium fuisse, non in villa sua intelligo. Fuit autem Cosa, cuius infra l. 3. Cæsar meminit, vrbs Igilio & Dianio insulis obiecta, quibus in locis naues Domitius parauerat. Cicero lib. 9. ad Att. ep. 4. Domitius vt audio, in Cosano, & quidem vt aiunt paratus ad nauigandum: si in Hispaniā, non probat. Legendum igitur, quas Igili, siue, Igili, & in Cosano. nam littera ex superiore dictione adiuncta. Sic Sallust. Iugurth. Roma Numidiaq; facinoræ eius memorat.

634. Seruis, libertis, colonis suis] Sic ex vetere libro reposuit P. Victorius, & ita legendum. nō seruis, libertis. Sallust. Catil. ipse cum libertis & colonis: propter aquilam assisit.

635. Domum nobiles adolescentes] Auctor belli Alexandrini, magna, inquit, nobilitatis domi. vt forte hic legi debeat, domi nobiles. & vide an, legatos, abundet.

XXXV 636 Massiliensium xv primos] Quinqueprimi, decemprimi, viginti primi, magistratus sunt municipales, & a Grecis dicuntur...

637 Atq; ex auctoritate hac Casari renunciant] Deesse videtur cuius auctoritate populine an Senatus. Senatum vero Massiliensium...

638 Earum partium] Charisius libro primo ait Casarem libro de analogicis censere dici oportere, Earum partium, & non, earum partium.

639 Volcarum, Arecomitorum, & Heluorum] Hoc Massiliensium responsum sic celebrat Dio li. 41. Massilienses Casari celebre & memorabile illud responsum dederunt, se esse socios Po. Ro. Ceterum in presentia neq; curiose inquirere, neque sufficere ad dignoscendum utrius eorum causa sit iniusta...

XXXVI 640 Instructis] Verbum est Iureconsultorum. Vide in Pandectis titulum de instructio & instrumeto legato.

XXXVII 641 Cum legionibus tribus, quas Narbona, circumque ea loca, hiemandi causa, disposuerat] Hirtius libro octavo: Casar exercitum distribuit per hyberna, C. Trebonium cum legionibus quatuor in Belgio collocat, C. Fabium cum totidem in Aeduos deducit. Sic enim existimabat tutissimam fore Galliam, si Belgae, quorum maxima virtus, & Aedui, quorum auctoritas summa esset, exercitibus continerentur. neque verisimile est eas legiones in Narbonensi prouincia, quae fortissima iam olim erat, hiemandi causa collocatos. quare videndum an legi debeat, Cabilone, quae Aduorum est ciuitas, & quo legiones ad hiemandum deduci solebant. ut in extremo libro septimo de bello Gallico: Quod Tullium Ciceronem, & P. Sulpicium Cabilona, & Matifconam in Aeduos ad Ararim collocat.

XXXVIII 642 Vectonum agrum] In meo lib. est, Vettonum, & ita Strabo. οὐκ ἔστιν, itemque Ptolemaeus.

643 Equites auxiliae, totius Lusitania a Petreio] Videtur legendum, equites auxiliae, totius Lusitania a Petreio.

XXXIX 644 Casar legiones in Hispaniam praemisera] vi millia auxilia peditum, equitum tria millia]

Locus est perturbatus, sed qui facile restitui possit, si legamus: Casar legiones in Hispaniam praemisera vi, auxilia peditum equitumque tria millia. nam sex legiones habuisse cum videtur cognosci posse ex illo loco infra, Singulaq; latera castrorum, singulis attribuit munienda, reliquas legiones in armis expeditas, contra hostem constituit. cum tres legiones tria latera castrorum munit, reliqua tres in armis contra hostem essent. & vox, ad, ex duob. vltimis elementis praecedentis dictionis, ut saepe fit, a librario addita est. in libro Achillis est: auxilia peditum nulla, equitum tria millia. ut nulla, pro millia positum, & numerus defuisse videtur.

645 Hinc optimi generis hominum] Locus haud dubie corruptus, sed qui sine ope veteris libri emendari nequeat. Codex Carrariensis & Fuluii Vrsini legit: Postquam audierat Pompeium per Mauritaniam. quod probo. euocauerat enim Casar Gallorum auxilia, postquam audiuit Pompeium in Hispaniam iter facere. & Achillis lib. Huc optimi generis.

646 Praesidio proprio] Vetus Pinelli lib. non habet, proprio.

647 Subito vi iumentorum & aqua magnitudine] Sic infra: tum ipsius fluminis (scilicet Secoris) natura atq; aqua magnitudine. Orosius tamen Hispanus legit, subita vi ventorum. Cicero pro Cluentio: Vi mare, quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari solet. Octavius Pantagathus siue ex antiquo libro, siue ex coniectura protulit: Subito vi ventorum & aqua. nam vi tempestatis interruptum fuisse fontem, non autem iumentorum pondere demonstrat ipse Casar paulo post; Pons, inquit, qui fuerat tempestate interruptus, pane erat refectus. hunc noctu perfici iussit. & Dio lib. 41. Interim tempestas vehemens coorta, pontem, quo utebatur, interruperat. sic lib. 2. vi tempestatis, dixit. nam cum scripsisset, secundo magnoq; vento ignem operibus inferunt, addit: Ita multorum mensum labor hostium perfidia, & vi tempestatis, puncto temporis interit.

648 Quo cognito a Petreio & Afranio] A Petreio, & Afranio, abundare videntur.

649 Diuersamque aciem in duas partes constituit] Videndum num, in duas partes, glossema sit. na infra dixit: in eadem manu ferrea, & retent a utraque name diuersi pugnabant.

650 Pane erat refectus] Lego, neque erat refectus.

651 Sub castris Afranii constitit] In Variis lectionibus est, constitit.

652 Erat in opido Ilerda & proximo colle] Parisiensis & Gryphii codex: Erat inter opidum Ilerdam & proximum collem.

653 Hac tamen ratio nostros perturbauit] Sic legitur in Viterbiensi manuscripto, & Gryphii & Paris. forte, perturbabat.

XLVIII 654 Castra enim, ut supra demonstratum est, cum essent inter flumina duo, Sicorim & Cingam] Hoc nusquam reperio scriptum.

655 Quo neq; frumenta in hibernis erant, neq; multum a maturitate aberant] Vera videtur Nicasii Ellebodii coniectura, neq; frumenta in herbis erant. Plinius lib. 18. cap. 7. frumenta hieme in herba sunt. & lib. 22. cap. 25. Sesama trita in vino sumpta, inhihet vomitiones. Aurium inflammationi illinitur & ambustis. eadem efficit & dum in herba est. Cato in oratione de Aedilibus vitio creatis: Nunc ita aiunt, in segetibus & in herbis bina frumenta esse. Gellius lib. 13. cap. 16. Est & alius Plinii locus lib. 18. cap. 21. Sunt genera terra, quarum ubertas peditum in herba cogat. Igitur nec pabulum iumentis praebere poterant, neq; hominibus fructum.

LII 656 His tamē omnibus annonae creuit] Ellebodius legit, his tum omnibus. & mox, quae feres inopia non solum praesentis, &c. fortasse inopia abundat. V. C. qua feres non solum inopia praesentis.

657 Itaque ad denarios 1. in singulos modios] Nō est mendium in denariorum numero, quod quidam suspicantur. Nam Lucanus lib. 3. sic canit: Miles eget, toto censu non prodigis erit Exiguam Cererem.

Liber tamen meus habet, ad denarios XL.

LIV 658 Ita commentus, & qui frumenti causa processerant] In Carrariensi codice est, commentus. quae germana lectio est. Supra dixit: Nuntiatum Afranio magnos comitatus, qui iter habebant ad Casarem, ad flumen constitisse.

LVI 659 Quarum erant XXI tecta] Alibi Casar cōstratas naues appellat. His opponuntur aperta, quae scilicet catastromata non habebat, quibus tecti milites pugnarent. Liuius lib. 36. Biduum in apparatu morati, tertio die ceterum nauibus, quarum 1. XXI tecta erant, cetera aperta, Phocaeam petierunt. & Hirtius de bello Alexand. Magnoq; impetu quatuor ad eam cōstratas naues, & complures aperta contenderunt. Graece καὶ πεπελαί, ut a Polybio & ἀπεχόμε dicuntur. Infra lib. 2. in principio, naues piscatorias contexerant, ut essent ab itū telorum remiges tuti.

LVIII 660 Et quod licebat latiore spatio] Codex Carrariensis, & quoad licebat.

661 Et magno numero Albicorum & pastorū interfecto] Ante haec verba aliquid deesse videtur.

LIX 662 Hoc primum Casari ad Ilerdam nuntiatum] Rectius erit: Simul hoc ad Ilerdam nuntiato, vel hoc ad Ilerdam nuntiato. nam pro, primum, in aliis codicibus est, proelium, ut glossema vtrumque videatur.

LX 663 Qui erant cum Oscensibus contributi] Videtur legendū, qui erant Oscensibus contributi. Plin. lib. 3. cap. 3. Praeter ciuitates contributis aliis, prouincia ipsa cccxci i i continet opida.

664 Exstinctis rumoribus] Sic Cicero ad Att. lib. 13. epist. 8. Exstinctum resurserit, dixit.

LXI 665 Constituerunt ipsi locus excedere] Libentius dicerem, in locis excedere, quam, ipsi locis.

666 Huc iam re duxerat] Frequens est apud Cæsarem, huc reuē duxerat. atq; hic ita legendum. V. C. Achillis reduxerat re. ipse Achilles, deduxerat re.

667 Ac nonnunquam sustinere extremū agmen] Distineri, lego, pro, sustinere.

668 Bellum necessario longius duci] Existimo scripsisse: Bellumq; necessario longius duci. atque ita reperi scriptum in membranaceo libro.

669 Ut millium sex ad iter addito ad vadum circuitu] Forte, ad iter, abundat.

670 Quos ubi Afranius procul visos cum Petreio conspexit] Vox, visos, superflua videtur. & statim, consistit, lege ex 5. lib.

671 Suberat enim montes] Parenthesis hic locū non habet. est enim sensus: Afraniani milites maturius, quā constituerant, castra posuerunt. constituerant n. se recipere intra montes, qui suberant. ut & equitatum Casaris effugerēt, & eius exercitum praesidiis in angustiis collocatis, itinere prohiberent. quod, inquit Casar, illi omnino conari & efficere omni ratione debuerunt; sed totius diei pugna fessi rem distulerunt. Nam Parisiensis codex, sed, legit, non, & recipiebant, est, recipere se constituerant.

672 L. Decidius Saxo] In codice Fuluii Vrsini, & Carrariensi est, L. Decidius Saxo. cuius meminit Cicero Philip. 13. epitome Liuiana lib. 127 Didius Saxa ex quo dubitant quidam an hic & apud Ciceronē Didius sit, pro Decidius, legendum. Sed Decidius appellatur a Dione lib. 47. licet corrupte apud eum scriptum sit Δεκίδης & Σάξου, pro Δεκίδης & Σάξου.

673 At lucem multum per se pudorē omnium oculis, multum etiam] Lego contra omnia exemplaria, at luce multum per se omnium oculos, multum etiam Trib. milit. & centurionum praesentiam afferre.

674 Namq; itinera, qua ad Iberū atq; Octogesam perirebant, castris hostiū oppositis tenebantur] Codex scriptus: Nam qua itinera ad Iberū, &c. Sed adhuc breuius legi potest: Namq; itinera ad Iberum & Octogesam castris hostium tenebantur.

675 Quibus interclusis exercitu Casaris] Alibi, ab exercitu Casaris.

676 De colle non recederēt] Codex meus, non decederent. Recte. Hirtius lib. 8. nec loco superiore decedunt. & Casar infra, quod certe inde decedendum esset Afranio.

677 Datum iri tamē aliquo loco pugnandi facultatem] Quid si legatur? datum iri tamen aquo loco.

678 Hoc consilium Casaris a plerisque non probabatur] Elegantius quidam existimant esse, hoc consilium Casaris plerisque non probabatur. Sed infra sic locutus est, consiliumq; eius a cunctis probabatur. & de bello Gallico lib. 3. hoc consilio probato ab ducibus. & in epistola ad Cicronem, quae est lib. 9. epistolae rum ad Atticum epist. 19. Tum meum factum probari abs te, triumpho & gaudeo.

679 Erat unum iter, Ilerdā si reuerti vellent, aliterum si Tarracōne peterent] Inferi, ex propositis consiliis duob. explicitius videbatur Ilerdam reuerti. ergo

superiore loco, unum, non ad iter, sed ad consilium referendum est, ut sit. Erat unum consilium, illudam si reuertent, alterum si Tarraconem petent.

LXXVI 680 Conquirat atq; vocat] Quidam legunt, euocat. Sed Lucanus li. 4. de his ipsis colloquii sic scribit:

Hospitum ille ciet nomen, vocat ille propinquum.

681 Deinde Imperatoris fide quarunt] Legendum videtur, deim de Imperatoris fide quarunt.

682 Ne quod in se scelus concepis] Sic Cicero in Verrem lib. 1. non istum maius in se scelus concepis, quam eos; &c. Alibi ut pro Milone, & Philipp. 11. dixit, Suscipere in se scelus.

LXXVII 683 Postulant ut iurent omnes] Melius est, postulat, ut iurent omnes. ut ad Petreium referatur. sequitur enim, Princeps in hac verba iurat ipse, id est iusurandum adigit Afranium. Nam ex huius locutionis ignorantia plures loci tam apud hunc, qua apud alios auctores a librariis sunt corrupti. Dicitur autem iusurandum adigere, ut adigere arbitrium pro socio dixit Cicero pro Q. Roscio Comedo, & finib. regundis adigere arbitrium in Topicis. Liuius lib. 48. Censores causas stipendii missorum cognoscebant, & cuius nondum iusta causa missionis visa esset, ita iusurandum adigebant: Ex animi tui sententia. Cicero Academicorum li. 4. Hac cum vera esse concessero, si adigam iusurandum sapienter ne prius, &c. Gellius li. 4. c. 20. Censor agebat (sed legendum adigebat) de uxoribus soleme iusurandum, verba erat ita concepta, & tu &c. & lib. 16. ca. 4. Cum delectus antiquitus fieret, & milites scriberetur, in iusurandum eos tribunus militaris adigebat. Sed ibi vox, in, abundat. Ergo supra, ubi in excusis est, omnib. ad iusurandum adactis, in scriptis vero, omnib. iureiurando adactis, lego, omnibus iusurandum adactis, & infra lib. 2. de bello ciu. Prouinciam omnem in sua & Pompeii verba per iusurandum adigebat, tollenda prepositio, per. Apud Sallust. in Catilinario bello, ubi in excusis est, cum ad iusurandum populares sui sceleris addiceret, in scripto vero exemplari meo minus corrupte, adiceret, emendandum omnino, cum iusurandum populares sui sceleris adigeret. Sic & apud Vlpianum in l. adoptiuu. D. de in ius vocando. Sed si ad iusurandum adigi, ne uxore ducat, ne nubat, impune in ius vocabor, ubi prepositio, ad, ex praedictis vacat. Dicitur & iureiurando adigere, apud plerosq; auctores. apud Liuium aliquoties, ut lib. 2. omnium primum, inquit, auidum nona libertatis populum iureiurando, adigit. & li. 22. Milites tum, quod nunquam antea factu erat, iureiurando a Trib. milit. adacti, & lib. 11. Altaribus ad motum tactis sacris iureiurando adactum, & lib. 3. sacramento adacti. Sed ut ad praesentem locum redeam, hanc iusurandi formulam habemus apud Liuium li. 21. quo loco Scipio, Ex animi mei, inquit, sententia iuro, ut ego ex-

circiter ducemq; non deseram, neq; prodam, neq; mihi separatim a reliquis consilium capiam. Si fallo, tunc me Iuppiter, &c. In hac verba L. Afranius iures postulo, ceterisq; qui ad istis. Neq; vero necesse erat, ut omnes milites sigillatim in ea verba iurarent, id enim esset infinitum. Sed postquam princeps dux ipse conceptis vel his iurauerat, reliqui tantum dicebant, Idem in me. Festus Pompeius: Praiurationes facere dicuntur ii, qui ante alios conceptis verbis iurant, post quos in eadem verba iurantes tantummodo dicunt, idem in me. haec ille. Huius autem praerurationis illustre exemplum est apud Liuium lib. 2. Centurio erat M. Flauolius: Victor, inquit, M. Fabi reuertar ex acie. Si fallat, Iouem patre, Graduumq; Martem, aliosq; iratos inuocat Deos. Idem deinceps omnis exercitus in se quisq; iurat, &c.

684 Vana religio iurifurandi] Scripti libri, noua, ut Beroaldus quoq; legit, & ipse Caesar iterum scribit infra lib. 2. relinquatur noua religio. Terentius Andria: noua nunc religio in te istac incesit, cedo?

685 Centuriones ampliorisq; ordinis equites Romanos in Tribunitium restituit honore] Faernus legbat: Centuriones ampliori ordini, & Tribunos in Tribunitium, &c. Sed quoniam supra scriptum est, compluresq; Tribuni militum, & Centuriones ad Caesarem veniunt; & legatos de pace primorum orilinum Centuriones ad Caesarem mittunt, videant doctiores num legi commodius possit, Centuriones in priores ordines, vel, in primos ordines. nam postrema pars optime a Faerno restituta est.

686 Quod dierum XII ab Ilerda frumentum iussi erant afferre] Dierum numerus mihi suspectus est, praecipue cum scribit Dio lib. 41. eos nullam frumenti copiam secum attulisse, quod vni castris se eo, quo statuerant, peruenturos sperabant, & supra pro, nonnulli, in quibusq; codicibus est, nonnullam.

687 Ad Ilerdam reuertit] A befta Florentino codice particula, Ad, & a codice Achillis Statii.

688 Ibi se reliquum consilium expleturos considerant] Lib. scriptus Achillis Statii, & Gryphii codex, explicaturos, omnino melius, na supra dixit: ex duobus propositis consiliis explicatius videbatur. & infra li. 3. Totius autem rei consilium his rationibus explicabat. & legendum existimo, reliquum consilii explicaturos. Cicero lib. 14. epist. 12. Metuo ne id consilium ceperimus, quod non facile explicare possimus. Caesar supra de bel. Gal. lib. 5. quod reliqui consilii caperet, explorabant. Atq; ita reperi scriptum in meo libro.

689 Plures res posse casus recipere] Sic infra lib. 3. Si res tanta fortasse aliquem reciperet casum.

690 Pluresq; in locis campestribus] Quid si legas? pluresq; vide Gellium lib. 5. cap. ultimo.

691 Morantibus opem ferre poterant] Frequens est apud Caesarem, laborantibus opem ferre. infra lib. 2. Vndiq; suis laborantibus succurrebat. videndum ergo, num laborantibus, pro morantibus reponi debeat.

692 Tum inquirebant] Carratiensis codex, tamen inquirebant, sed postrema vox deprauata esse videtur.

693 Ibiq;

LXXX 693 Ibiq; vna fronte contra hoste castra muniunt] Lego, ibiq; a fronte. Supra: Sed a fronte contra hoste fossam fieri iussi. Sic enim dicitur a fronte, ut a tergo, a lateribus.

694 Hora circiter v i eiusdem diei] Eiusdem diei, abundare videtur.

695 Hora x subsequi pabulatores, equitesq; reuocari iubet] In antiquo codice est, ora x. ex quo Nicasius Ellebodus fecit, omnia auxilia subsequi.

696 Ad quotidianum itineris officium] Itineris, abundat.

LXXXI 697 Castraq; castris conuertunt] Castra castris conferre, frequens est apud Caesarem. ut infra lib. 3. dixit: Domitius qui dies complures castris Scipionis castra collata habuisset. item apud Hirtium lib. 8. Castra castris hostium confert. ut hic etiam conferunt, pro conuertunt, legi posse videatur. Sic Ennius Hectoris lytris apud Nonium in Occupo.

Hector re summa armatos educit foras, Castrisq; castra ultra iam ferre occupat. Sed legendum existimo, conferre occupat.

698 Iis eos supplicis malis Caesar] Existimo scriptum fuisse, iis eos supplicis malis Caesar. Sallust. Iugurth. bello: Namq; cum omnia per molliem agas, exercitum supplicio cogere, id est dominum, non Imperatorem esse.

LXXXII 699 Illi impedienda rei, qua munitionis causa fiebat, hora 11 x] In antiquo Pinelli lib. est: illi impedienda munitionis causa, que fiebat. & ita Faernus in suo libro reperit scriptum; dum ipse legit: Illi impedienda rei causa hora 11 x. nam reliqua glossema esse videntur ad vocem, rei.


LXXXIII 700 Acies erat Afraniana duplex: legio v & 111 in subsidiis locum alaria cohortis obtinebat] Gab. Faernus vir doctus, & in restituendis bonis auctoribus magna cum laude versatus legit: Acies erat Afraniana duplex: ex legione prima & tertia: in subsidiis locum alaria cohortes obtinebant. Sed legiones 1, & 111, eo tempore cum Pompeio erant, ut ait Caesar lib. 3. erant in sinistro cornu legiones dua transdita a Caesare initio dissensionis ex S. C. quarum vna prima, altera tertia appellabatur. quare legendum existimo: Acies erat Afraniana duplex; legionum v. Tertium in subsidiis locum alaria cohortes obtinebant. nam supra sic scribit Caesar: erant legiones Afranii 111, Petreii dua; praeterea scutari citerioris prouincia, & cetrata vltioris Hispania cohortes circiter 1111. Itaque vni aciei, quae ex 111 legionibus constabat, Afranius praerat, alteri quae ex duabus, Petreius, 1111 vero cohortes tertium obtinebant locum in subsidiis. Quas vero hic vocat Alarias cohortes, supra auxiliares dixit. Codex manuscriptus habet, tertia, in subsidiis locum alaria cohortes obtinebant. & alii libri: duplex leg. v tertia.

701 Quaternae cohortes ex v legione] Nicasius Ellebodus legendum putat, ex quaq; legione. quod placet. nam ita locum illum lib. 7. de bello Gallico supra emendauit, demptis quartis quibusq; cohortibus; demptis quaternis v quibus, vel, quibusq; cohortibus.

702 Neq; corpore dolorem] Libentius legerem, xvic laborem, & vox, saerinas, que praecessit, mihi suspecta est.

703 Neue quis iniustus sacramento cogatur a Caesare] Legendum existimo rogetur. Supra lib. 6. de bello Gallico: quos ex Gallia Cisalpina Cos. sacramento rogauisset. Liuius lib. 31. Cum quinq; legatis profectus obuios in agris sacramento rogatos arma capere, & se sequi coebat. & lib. 40. Imperatum est, ut duas legiones ciuium Ro. tumultuarias scriberet, & omnes minores quinquaginta annis sacramento roget. Sacramento dicere, est apud Liuium lib. 4. Tribuni auxilio nemo iniustus diceret sacramento.

NOTAE IN LIBRVM SECVNDVM DE BELLO Ciuili.



Va est aditus ex Gallia atq; Hispania ad id mare, quod adigit ad ostium Rhodani] Hunc locum iam olim male acceptum fuisse codicum varietas demonstrat. fortasse vera scriptura dicit: qua est aditus ab eo mari, quod vergit ad ostium Rhodani. Sic paulo inferius, qua aditum habet a terra. reliqua expositionis gratia addita videntur. Infra dixit: qua sit aditus ab terra.

705 Ex tribus opidi partib. mari alluitur] Opidi, abundat in quibusdam libris. in aliis est, tribus ex partibus. & paulo post Faernus reicit vocem, reliqua. lego, alluitur qua aditum habet a terra.

706 Ex omni prouincia vocat] Enocat, legendum videtur.

707 Aequandi loci causa facta, ut ex fortissimis lignis, euoluta omnibus rebus, quibus ignis iactus & lapides defendi possent] Lego alia distinctione: Aequandi loci causa, facta utem ex fortissimis lignis. Muniabatur Massilia ab ea parte loci natura & valle altissima. igitur ut opera Caesaris loco aequari possent, primum aggerem 1111 pedum extruxit, deinde turrim 111 pedes altam. Praeterea lego, inuoluta omnibus rebus, quibus ignis iactus, & lapides defendi possit. Vitruuius lib. 10. cap. 21. Insper coriis crudis totus aries erat inuolutus. & paulo inferius: & ipsa coriis crudis erant inuoluta, &c. & quod ignis iactus & lapides scribendum sit, ex eodem capite Vitruuii apparet. in quo est: Supraq; tabulis & coriis firmiter fixis continetur. Insper vero argilla cu capillo subacta, ad eam crassitudinem inducatur, ut ignis omnino non possit ei machina nocere. & ca. 20. Circu tabulata collocatur crates ex tenuib. virgis creberrime textis, maximeq; recentib. per crudis coriis duplicib. consutis, sarctis alga, aut paleis aceto maceratis, circa tegat machina tota. Ita ab his reuocatur plaga balistarum, & impet-

Curio a Casare, ex Sicilia missus duab. cum legionibus in eos movit navibus longis xii, onerariis vero plurimis stipatus. Præterea naues longæ onerariis præsidio duci solent, vt infra lib. 3. Cum Casar omnino xii naues longas præsidio duxisset.

XIV 754 Ad castra exploranda Cornelia Plinius & Mela castra Cornelia hunc locum appellant. quomodo & hoc loco legitur in scripto libro. & eius descriptionem tradit Livijs lib. 29. Verum aut in spatio passuum ∞, aut in circuitu passuum vi millium, mendum esse videtur.

755 Sed hoc itinere est fons, quo mare succedit] Liber meus, quod mare succedit.

XVI 756 Equitesq; committunt prælium] Copula, que, abundat.

XVII 757 Atq; una valle non magna interiecta] Sicili. 3. Inter bina castra Pompeii atq; Casaris unum flumē tantum intererat Apfus. & li. 6. de bello Gallico: in segetes misit, quas inter & castra unus omnino collis intererat.

XVIII 758 Legioneq; eas transduxerat Curio] In vetustis lib. vox, Curio, non legitur. ideo mendum hoc loco esse apparet.

759 Idē ordines manipulosq; constarent] Id est, iidem Tribuni, Centuriones, Hastati, Principes.

760 Ne primam sacramenti &c. memoriam deponeat] Alii legunt, ne primi sacramenti. Sic infra, & prioris sacramenti mentionem faciunt. Sed sine ea dictione pulchre constat, sensus, & tollenda videtur.

XXIX 761 Et ad id quod ab alio audierat, sui aliquid timoris addebat] Existimo abundare, timoris. nam supra dixerat, Is (timor) variis hominum sermonibus augetur. Sed cum in meo libro, pro addebat, legat addunt, sententiaq; sit generalis, legendum existimo: quicq; enim opiniones fingunt, & ad id quod ab alio audierint, sui aliquid addunt. hoc ubi uno auctore ad plures pertransierit, atq; alius alii transiderit, plures auctores eius rei videntur. Vcl, unusquisq; enim opiniones fingit, & ad id quod ab alio audierit, sui aliquid addit.

762 Civile bellum, genus hominū quod liceret liberè facere] Tacitus histor. lib. 2. Grarus civilib. bellis plus militibus, quam ducibus licere. ex quo feceram: Civilis bello, illi generi hominum quod liberet, licere facere, & sequi quod velle. Nam, velle, legitur in optimo exemplari Fulvii.

763 Nam etiā Casaris beneficium mutauerat: consuetudo] Libentius legerem, minuerat. Hirtius lib. 8. Ac iam consuetudine diligentia minueretur.

764 Municipia etiam diuersis partib. coniuncta] Codex Carrariensis, municipia etiam aduersis partibus coniuncta. Veriorem iudico lectionem, Municipia ex aduersis partibus coniuncta. Nam Marfi & Peligni primum Pompeii partes sequebantur.

765 Neq; enim ex Marsis Pelignisq; veniebant, vt qui superiore nocte in cōtuberniis, commilitonesq; nonnulli, &c] Totus hic locus adeo perturbatus est, vt ex eo nullus sensus elici possit, neque veteres codices aliqua parte iuuant. quapropter coniectu-

ris erit vtendum. Carrariensis tamen liber habet, Namq; enim ex Marsis. vt sit, Namq; ex Marsis Pelignisq; omnes erant, qui superiore nocte Cēturiones commilitēsq; quin & nonnulli grauiores sermōnes militū vago durice accipiebantur. Illud, Namq; commilitēsq;, &, accipiebantur, est in scripto libro. & superiore nocte centuriones Marfi cum manipularibus suis ad Varum transferunt, vt supra dictum est.

Nam neque prudentes] Faerni liber, prudentes, recte.

766 Quod illis licentiam timor augeat, vestris studia diminiuat] Vir quidam doctus legit, quod illis licentiam timor augeat vester, his studia diminiuat. Sed nescio an sit melius, quod illis licentiam timor augeat, his suspicio studia diminiuat. Dixerat enim non oportere prudentes suspicari sibi parum credi, rationemque modo affert, ne ea suspicio illis studia diminiuat neq; improbos scire sese timeri, ne inde his augetur licentia. Sed timor hic, vt metus alio loco, passim sumitur, vt ex Gellio illic annotauit; &, ille, ad inferiora sæpe refertur a probatis auctoribus, hic, ad superiora.

767 Dissimulare & occultare] In V. C. est dissimulari & occultari.

768 Aut pudore aut metu tenentur, quib. rebus nox maxime aduersaria est] Sic supra lib. 1. at lucē multum per se pudorem omnium oculis, multum etiam Trib. mil. & Centurionum presentiam afferra.

769 Neq; tanti timoris, vt ipse desiciam] Spe, emendaueram. vt & ab alijs emendatum video.

770 At credo si Casari probatis, in me offenditis] Si, abundare puto. Offendendi verbo vtitur lib. 1. de bello ciu. & Cicero pro Milone: qua si vos cepit obliuio, aut si in me aliquid offenditis: cur non id meo potius capite luitur, quam Milonis?

771 CC naues onerarias adduxerim] Reposueram, abduxerim. quod & in Viterbiensi lib. reperi scriptum.

772 Corsiniensem ignominiam, an Italia fugam, an Hispaniarum deditioem, an Africi belli præiudicia sequimini? Maiorē vim habitura est oratio, si demptis particulis, an, an, quæ ex postremis litteris precedentium dictionū non necessario adiectæ sunt, legamus, Corsiniensem ignominiam, Italia fugam, Hispaniarum deditioem, Africi belli præiudicia sequimini? Certe veteris libri lectio vestigia huius commendationis retinet, in quo sic legitur: Corsiniensem ignominiam in Italia fuga, an Hispaniarum deditioem in Africi belli præiudicia sequimini?

773 Non ita magno aut difficili & arduo ascēsu] Faern. non ita magno ac difficili. quod placet. sequitur enim: adiacent impedita valles, vt in ascensu nisi subleuati a suis. Sed, magna, potius legendum, nam sic ait supra, atq; una valle non magna interiecta.

774 Quo aequiore loco prælium committeretur] Lego, committeret. atque ita est in codice scripto.

775 Priusquam telum abiici posset] Plures libri adigi. Sed supra lib. 5. de bello Gallico scribit Casar: Monet vt tragulam cum epistola ad armentum deliga-

ligata intra munitiones castrorum abiiciat. & infra lib. 3. de bello ciuili: Omnisq; eius instructus exercitus, telis ex vallo abiectis, protegi posset. Hirtius de bello Africano: eousq; vt telum ex opido abiici nō posset. Sed & adigere telum, sæpius apud hunc auctore reperio, vt lib. 3. cum ait: vt telum tormētumue missum adigi non posset. & apud Hirtium de bel. Afric. & cui perti corporis eius telum facile adigi posset. alias legitur adici, vt lib. 2. de bel. Gal. non longius hostes aberant, quam quo telum adici posset. & lib. 3. vt neque ex inferiore loco satis commode tela adici possent. vt necias quæ emendatio sit lectio.

XXXV 776 Circiter DC interfectis, atq; vulneratis] Liber Fulvii Vrsini, Circiter DC interfectis, ac ∞ vulneratis. Appianus li. 2. Pugna igitur acriter in ita, vnus ex Curionis militib. cecidisse dicitur, Vari ad sexcentos interiere, & his plures sunt vulnerati. In meo libro est, ac vulneratis.

XXXVII 777 Minus v & x millibus longe ab Vrica abesse] Vox, longe, abundare videtur.

XXXIX 778 Capti homines equitesq; producebantur] Lego, Capti homines, equiq; producebantur.

779 Itinere totius noctis confectio] Liber Fulvii Vrsini, confecti, quod placet.

780 Nec hæc quidem res Curionē ad spem morabat] Carrar. liber ab spe morabatur. Sed, ad spē, abundare videtur.

XLI 781 Neq; longius fugientes prosequi] Prosequi, pro, persequi posuit. vt de bello Gall. lib. 2. & lib. 4. neq; longius prosequi potuerunt. & lib. 5. longius prosequi veritus. & de bello ciu. lib. 3. Sed insequentes nostros ne longius prosequerentur.

782 Et aduersos proterere incipit] Lege, auersos. circumuenti enim ab equitibus erant.

XLII 783 Fidei sua commissum acceperit] Meus liber, fidei commissum acceperit. & alii plures: numquam se amisso exercitu, quem a Casare fidei commissum acceperit.

XLIII 784 Lemnuculi] Vide quæ scripsi in Sallust. Lemnuculi, legitur in V. C.

XLIV 785 Aut naues adnare possent] Hirtius lib. 4. atq; ad eas, quæ longius constitierant, naues adnatauit. vnde & hic forte: aut ad naues adnare possent.


786 Missis ad Varum noctis, legatorum numero, Centurionibus] Gryphii liber, nocte legatis cum Cēturionibus. Sed supra de bello ciuili li. 1. Tribuni & Centuriones legatos ex suo numero ad Casarem mittunt. Sed melius est vt numerū pro loco intelligam, vt dicat missos Centuriones legatorū loco. Cicero in Verrem 5. vtrumq; iunxit, cum dixit: numero & loco hostium duci. & post reditum in Senatu, numero Deorum colere, pro, loco Deorum, dixit.

787 Ipse equo in opidum uectus] Lego, inuectus. Cicero de Prou. Consi. si in Capitolium inuehi uictor gestiret. & lib. 6. de Repub. Sed cum eris curru in Capitolium inuectus. Livijs lib. 45. vt iis, quo die triumphantes urbem inueherentur, imperium esset.

788 Multa huic secundo Commentario deesse argumento erit, quod proximo libro multa se

demonstrasse refert Casar, quæ nusquam inueniantur, & suis locis annotabimus. Eorum præcipua sunt, Dolabellæ ex Dalmatia fuga. Antonii deditio ad Coronā, Seditio legionis nonæ apud Placētiam, & ipsius Casaris aduentus ad Vrbem. ex his quæ ad intelligentiam sequentis Comētarii pertinere sunt arbitratus, breuiter appofui. Ergo Orosius sic scribit lib. 6. c. 15. At vero Dolabella partium Casaris, in Illyrico per Octauium & Libonē victus, captusq; exiit ad Antonium fugit. Basilus & Sallustius diuidetes singulas legiones, quibus præerant, similiter & Antonius, Hortensius quoq; ab intimo mari cum classe cōcurrēs, omnes pariter aduersus Octauium & Libonē profecti, & victi sunt. Antonius cū se Octauio cum xv cohortib. dedidisset, omnes ad Pompeiū a Libone deducit sunt Dio lib. 41. Dum hæc Roma, & in Hispania geruntur, M. Octauius & L. Scribonius Libo P. Corneliū Dolabellam Casaris administrū, ex Dalmatia in qua tum forte erat, profugauerūt, classe Pompeii vsu. Dehinc C. Antonius subuenire ei uolentem in insulam quandam exiguam conuulserunt, ibiq; ab incolis desertam fameq; pressam, paucis domptis, cum omni manu quæ secum habuerat, ceperunt. nonnulli enim in continentē effugerunt, aliiq; quidam ratibus mare traiciētes, cū interciperentur, sibi ipsis mortē conscuerunt. Quod & Lucanus scribit lib. 4. & Epitome Livijs lib. 110. Appianus lib. 2. bellorum ciuiliū: Isdem fere dieb. Antonius circa Illyricum a Dolabella Pompeiano duce superatur, & Casaris exercitus alius iuxta Placentiam suditose suis præfectis reclamabat, bellū eos trahere, nec sibi quinā minas reddere, quas donatiui nomine Casar eis Brundisii pollicitus fuerat. Ille hoc cognito Placentiā aduolauit e Massilia. & infra: In hunc modum seditione apud Placentiā sopita, Casar in urbē venit. Suetonius in Julio c. 36. Omnibus ciuilib. bellis cladem nullam nisi per legatos suos passus est. quorū C. Curio in Africa periit: C. Antonius in Illyrico in aduersariorum deuenit potestati: P. Dolabella classē in eodem Illyrico, Cn. Domitius Calpurnius in Ponto exercitum amiserunt. & cap. 69. Nonam legionē apud Placentiam, quamquam adhuc in armis Pompeius esset, totā cum ignominia missam fecit: atq; post multas & supplices preces, nec nisi exacta de fontibus pœna, restituit.

789 Loci autem in quibus huius fragmenti sit mentio, sunt hi. Lib. 3. de bel. ciu. His Antonianos milites aduersauerat. Item: Se morte Curionis & detrimēto Africani exercitus tanto, militumq; deditioem ad Corcyram, &c. Item: Post discessum liburnarum ex Illyrico, M. Octauius cum his quas habebat, nauibus Salonas peruenit. Item, fortissime T. Pulcione cuius opera proditum exercitū C. Antonii demonstrauimus. Item: Cum cohortibus Hispanis, quas transductas ab Afranio do-



NOTÆ
IN LIBRUM TER-
TIUM DE BELLO
Ciuili.

790.



Senim erat annus, quo per leges ei Consulem fieri liceret] Liuius in extremo lib. 7. Prater hac inuenio apud quosdam L. Genutium Trib. pl. tulisse ad populum ne facerare liceret. Itē aliis plebis ci-

stratum intra decē annos caperet, neu duos magistratus uno anno gereret. Sed nō semper fuisse obseruatum argumento sunt Consulares fasti, in quibus post hanc legē rogatam sape eisdem, intra decennium eis per populū solutos intelligam. Epitome Liuiana l. 56. Delatus est ultro Scipioni Africano a S. P. Q. R. consulatus, quē cum ille capere, ob legē quae vetabat quemquam intra decē annos iterum Consulē fieri licere, minime uellet, sicuti priore Consulatu, legibus est solutus. Sed demum C. Marii odio qui se prius Consul fuerat, P. Cornelius Sylla eam legem reuocauit, ut Appianus tradit li. 1. belli ciuili. Ergo quoniam Cæsar post primum Consulatum decem annos Galliam prouinciam obtinuerat, erat annus quo per legem Corneliam ei licebat Consulē fieri.

791 *Cum fides tota Italia esset angustior*] Cicero in extremo lib. 2. de officiis: Nec enim ulla res uehementius Rempub. continet, quam fides, qua nulla esse potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum. & pro lege Manilia: Nam tunc cum in Asia res magnas permulsi miserunt, scimus, Roma solutione impedita, fidē concidisse. non enim possunt una in ciuitate multi rem atq; fortunas amittere, ut non plures se eum in eandē calamitatem trahant. Ergo hoc tempore Romæ fides non omnino conderat, erat tamen angustior. Tranquillus labefactatam dixit, Rediit, inquiens, certa nihilo opulensior, ut qui prope labefactata fide omnia prædia fratri obligasset. & Tacitus lib. 17. afflictam fidē dixit: Multi afflictam fidē in pace, ac turbatis rebus alacres. Plautus sublesta dixit in Perfa:

Nam ad paupertatem si admigrent infamia,

Grauior paupertas sit, fides sublestior.

Et in Bacchid.

Lingua factiosi, inertes opera, sublesta fide.

Sic angustias rei familiaris, & angustias pecunia, & angustias ararii dixit Cicero.

792 *Arbitri daretur, per eos fierent estimaciones*] Legendū puto, per quos fierēt estimaciones, nam antiqui librarii sape eos, pro quos, scribebant. De hac autem re Suetonius in Iulio ca. 42. De pecuniis mu-

tuis dissecta nouarum tabularum expectatione, quæ crebro mouebatur, decreuit tandē ut debitores creditoribus satisfacerēt per estimationē possessionum, quanti quasq; ante ciuile bellum comparassent, deducto de summa eris alieni, si quid usura nomine numeratum aut perscriptum fuisset, qua cōditione quarta pars ferre crediti deberibat. Vide Liuium lib. 6.

793 *Timorem nouarum tabularum*] Post bella ciuilia & dissensiones in vrbe, aliquoties fiebat ut debitores creditoribus neq; soluere, neque satisfacere iuberentur, sed ut primis debitis & eorum tabulis abolitis denuo nouę tabulę conficerētur. Cicero 2. de officiis. Hoc tunc Romę diuites, qui multas pecunias crediderant, timebant. Gręci tabulas nouas σεισαρχείας vocant. Plutarchus in Cæsare: & σεισαρχεία πάλαι τὸν εὐρύτην Πειθίαν ἐκείνην.

794 *Illis temporibus, quibus in vrbe præsidia legionum Pompeius habuerat*] Quidam legunt, ad urbē, quod de his legionibus scribat Cæsar lib. 1. ne ad eius periculum referuare & retinere eas ad urbē Pompeius uideretur. Sed omnino uulgata lectio retinenda est. Nam eam legē de ambitu Pompeius tulit, cū propter Clodii cędem ipse sine collega Cōsul creatus est, & in vrbe legionum præsidia habuit. quod diligenter exponit Afconius in argumento Milonianæ his uerbis: Et cum tractata esset res in Senatu, facto in Bibuli sententiā Senatusconsulto, Pompeius ab Interrege Ser. Sulpitio V. Kal. Mart. mense intercalari Cōs. creatus est. statimq; consulatum inuit. Deinde die tertio duas leges ex Senatusconsulto promulgauit, alteram de vi, alteram de ambitu, pena grauiore, & forma iudicii breuiore. utraq; enim lex prius testes dare per triduum, deinde uno die, atq; eodem & ab accusatore & ab reo perorari iubebat, ita ut dua hora accusatori, tres reo daretur. & paulo inferius: Itaque Pompeius Domitio promisit, se postero die, cum præsidio, descensurum, iulq; fecit. & post, præsidia in foro & circa omnes fori aditus Pompeius disposuit, ipse pro arario ut pridie consedit, septus delecta manu militum.

795 *Quæ iudicia aliis audientibus iudicibus, aliis sententiam ferentibus*] Legendum puto, aliis testes, audientibus iudicibus. Afconius in argumento Milonianæ: Citati deinde testes secundum legē, qua ut supra diximus, iubebat, ut priusquā causa ageretur, testes per triduum auerterentur, dicta eorum indices obsignerent, quarta die adesse omnes in diē postherum iuberentur, iudices protinus sessum irēt, tum ad dicendum accusator duas horas, reus tres haberet, reusq; eodem illo die iudicaretur. Vel, aliis testes audientibus, aliis iudicantibus.

796 *Qui se illi initio belli ciuili obtulerant, si sua opera in bello uti uellet, perinde estimans*] Veriorem lectionem existimo: Quod se illi initio ciuili belli reddit enim rationem quare illi sint restituti. Porro eos qui lege Pompeia damnati fuerant, suam operam Cæsari initio promississe, ex illo Ciceronis loco demonstrari potest, qui est ad Atticum lib. 1. o. epist. 4. ubi id quod audiuerat a Curione ita scribit; Imprimis nihil esse certius, quam ut oēs, qui lege Pompeia

5972

condemnati essent, restituerentur, itaq; se in Sicilia eorum opera usurum. Ergo Cæsar ne causam suam apud eos faceret deteriorem, eorum opera uti noluit, sed Curionē uti permisit, perinde uero existimans ac si eorum opera usus esset. Cicero ad Atticum l. b. 13. ep. st. 47. erat enim, si meministi, in consulatus petitione per te mihi pollicitus, si quid opus esset: quod ego perinde tuebar ac si usus essem. Et uoces, in bello, abundare uidentur.

797 *Statuerat enim hos prius*] Prius pro potius posuit, ut Balbus lib. 9. ad Atticum epist. 26. Præstabo Cæsarem prius tua dignitatis, quam sua utilitatis rationem habiturum. ac si diceret: plebiscitum potius de his fieri uoluit, quam auctoritate dictatoria restitui.

798 *In praripiendō populi beneficio*] Liuius lib. 6. non precipiam gratiam publici beneficii. Sed Cicero l. b. 3. de offic. ut Mario, praripere collegis & Tribunus plebis popularem gratiam.

799 *Eo legiones xii*] Quidam legunt vii. Sed Appianus lib. 2. fuisse xii signi ficat. sic enim ait, Erant autem ad id temporis Cæsari decem legiones, & equitum Gallorum decem millia. & inferius, Duxit a l. mare legiones quinq; & lectissimos sexcentos equites, qui in nauis impositi in falso mansere, iactis propter tempestatem ancoris, ut sit brumali tempore, ubi inuiri uentis resstantibus usq; primum inuentis anni diem morati sunt. Cumq; alie due legiones superuenissent his quoq; in onerariis impositis soluerunt, &c.

800 *Ut anguste xv millia legionariorum militum & equites transportare possent*] Nullo modo hic legi potest xv millia, sequitur enim, Atq; ea ipsa copia hoc infrequentiores imponuntur, quod multi Gallicis tot bellis defecerant, longumque iter ex Hispania magnum numerum diminuerat, quod de legionibus necesse est cum loqui, quę & infrequentes & diminutæ numero militum, propter eas causas, quas memo. at, esse poterant. ipse præterea Cæsar hanc coniecturam ueram esse ostendit, cum scribit, Prædie Non. Ianuar. naues soluit, impositis, ut supra demonstratum est, legionibus vii. Lego igitur, ut anguste vii legiones & dc equites transportari possent. Septem enim legiones & dc equites Cæsar ē transportasse Appianus scribit, ut superius retuli. licet Plutarchus quinque legiones fuisse dicat. Nam de equitum numero cum Appiano consentit, & ut est ex non leuibus & angustis, ut in te τὸ γινώσκω.

801 *Hoc unum inopia nauium Cæsari ad conficiendi belli celeritatem defuit*] Existimo, inopia nauium, glossēma esse, nam lib. 4. de bello Gallico dixit, Equites cursum tenere, atque insulam capere non potuerunt. Hoc unum ad pristinam fortunam Cæsari defuit.

802 *Atq; ea copia ipsa infrequentiores imponuntur*] Copia, abundare uidetur, adiecta ea vox ab his qui, legiones, in legionariorum milites, mutauerunt. Sed Cæsar ipse scripsit vii legiones esse impositas, atq; eas ipsas non plenissimas, sed infrequentes & attenuatas, quod ex eo uerum esse uidetur, quod ad has vii legiones adiunctis aliis: v ab Antonio postea

adductis, nihi' ominus in acie Pharsalica xxxi tantum hominum millia habuit, ut infra Cæsar ipse scribit.

803 *Quod vacuum a bello, atq; ab hoste ociosum*] fuerat] Mallem, quod uacuum & otiosus, ut ad Pompeium referatur.

804 *Regionibus omnibus & dynasti*] Alii libri, Regibusq; omnibus & dynasti. Cicero Philippica II, Idem si ceteri Reges, tetrarcha, dynastaq; fecissent.

805 *Magnam societates earum prouinciarum, quas ipse obtinebat*] Societates corpora & collegia uocantur l. 1. D. quod cuiusq; ueritatis nomine. & qui eis præerant Magistri societatum appellabantur. l. 14. D. de pactis. Erant quoque societates uetigalium, quas publicani contrahebant, de quibus Cor. Tacitus lib. 13. Eodem anno crebris populi flagitationibus, immodestiam publicanorum arguentis, dubitauit Nero, an cuncta uetigalia omitti iuberet, idque pulcherrimum donum generi mortalium daret. Sed impetum eius, multum prius laudat a magnitudine animi, attinere senatores, dissolutionem imperii docendo, si fructus, quibus Respublica sustineretur, diminuerentur. Quippe sublati portorii sequēs, ut tributorum abolito exposularetur. Pleraq; uetigalium societates a consulibus & tribunis plebis constitutas, acri etiam populi Rom. tum libertate.

806 *Vnam ex Sicilia ueteranam, quam factam*] ex duabus, gemellam appellabat] Fortasse hæc erat, quam Cato ex Sicilia secum adduxerat. sed infra, Ciliciensis, inquit, legio coniuncta cum cohortibus Hispanis, quas transfudit ab Afranio decimus, in dextro cornu erat collocata. quod innuere etiam uidetur Lucanus lib. 7.

At mediū robur belli fortissima densant

Agmina, qua Cilicum torris deducta tenebat
Scipio.

Ut ea fuisse uideatur, quam in Cilicia superiore anno Cicero habuerat. quare uidentur hic, ex Cilicia, legi debeat, pro, ex Sicilia: an contra. Quod autem ait eam legionem gemellam appellatam fuisse, id fieri solitum tradit Dio lib. 58. hæc legiones, inquit, Augusti super sunt, reliquis aut omnino dissipatis, aut ab Augusto & aliis Imperatoribus inter ceteras legiones admixtis, unde Gemellarum appellatio tracta putatur.

807 *Quas Lentulus Consul scribendas curauerat*] Alii codices, conscribendas, quomodo sape loquitur Cæsar. Error natus librarii uitio, qui scripsit, Lentulus conscribendas. Nam Lentulus iam consul non erat: infra enim est, L. Lentulo qui superiore anno consul fuerat.

808 *His Arconianos milites admiscuerat*] Ostendit hic locus secundum belli ciuili librum mancum esse. in eo enim Cæsar scripserat, quemadmodum C. Antonius cum xv cohortibus se Octauius dedit ad Corcyram, & a Libone omnes ad Pompeium essent perductæ, ut nos ex Orofio ad finem secundū commentarii retulimus. Has ergo xv cohortes legionibus admiscuerat.

809 *Cotus ex Thracia dederat*] Cotys hic die-

tur a Dione, Cor. Tacito lib. 2. Tit. Livio, Valerio Max. Lucano. Sic & apud Cæsarem in manuscripto libro satis antiquo semper legitur, Durrhachium, pro, Dyrrhachium. & apud Sallust. Sulla, pro Sylla. ergo & infra pro Regis Cetti, lego Cozys. & tamen apud Ciceronem in Pisoniana, omnium capita Regi Cotto vendidisti.

810 Et Sadalem filium miserat] Lucanus libro quinto:

Tunc Sadalem, fortemq; Cotym, fidumq; per arma Deiotarum, & gelida dominum Rasipolin ora Collaudant.

& Dio lib. 41. L. Cassius Longinus, ac Cn. Domitius Calpurnius, alter quidem a Scipione, & Sadales Thracem magna clade affectus erat &c. & inferius, quod Sadales Thraci & Deiotaro Gallograco, qui in ipso praelio adfuerant, pepercit. Lego ergo Sadalem.

811 Dccc quos ex servis suis pastorumque suorum coegerat] Supra lib. 1. servos pastores armat, atque his equos attribuit, ex iis circiter ccc equites conficit. quo ex loco hic est concinnandus, vt legatur, ccc quos ex servis pastoribusque suis coegerat. nisi illic maius dccc scribere. & infra, Tarcundarius. Dio libro quadragesimo primo, & Cicero lib. 15. epist. 1. Tarcundarius.

812 Cc ex Syria a Comagone Antiocho] Scribo, Commagene. Dio lib. 36. Lucullus regem Commagene regionis (hoc nomen est Syria ad Euphratem fluvium & Taurum montem sita) Antiochum, in sidem recepit.

813 Cum C. Pomponio] Contra omnia exemplaria lego, cum C. Coponio. Cicero lib. de divinazione 1. C. Coponium ad te venisse Dyrrhachio, cum pratorio imperio classi Rhodiana praesisset. Nam Coponium eo anno praeatorem fuisse ostendit Pompeius in epistola 17. lib. 8. epistolarum Ciceronis ad Atticum cum scribit, Ego ad P. Lippum, & C. Coponium Praetores misi, vt se nobis coniungerent. Extat & nummus argenteus hac inscriptione, Coponius Pr. Ex S. C. Emendandus & alter locus infra vbi dicitur, Q. Coponius qui Dyrrhachii classi Rhodia praerat. & C. Coponius, substituendum.

814 M. Bibulus] Eadem tradit Appianus, & praeterea habuisse Pompeium naues longas: de onerariis vero & actuariis magnum numerum.

815 Ad hunc summa imperii respiciebat] Redibat est lib. 6. de bello Gallico, lib. 1. de bello ciuili, & infra hoc lib. 3. Terent. Phor. Ad te, Phormio, summam rerum redit.

816 Ex sua liberalitate sperarent] Expectarent, est de bello ciuili lib. 2. & infra hoc lib. Sed vtrumque simul posuit Cicero lib. 7. epist. 5. ad Cæsarem, coepi velle ea Trebatium expectare arte, quae sperassent a me.

817 Postridie terram attingit Cerauniorum saxa inter & alia loca periculosa quietam noctis stationem] Hunc locum primus restituit Petrus Victorius ex Dione, & Appiano. ego tamen sic interpungendum opinor, postridie terram attingit Cerauniorum, saxa

inter & alia loca periculosa quietam noctis stationem. Sic libro quinto, primaluce terram attingit. & libro sexto de bello Gallico, in segetes misit, quos inter & castra vnus omnino collis intererat.

818 Erat Orici Lucretius Hispilo] Vari scribitur hoc nomen in antiquis codicibus. in Florentinis Pandectis, Bispellio. in lexico antiquo Latino-graeco, Vispullio, & Vispulliones interpretatur vespulios. in aliis libris Vispillo, in aliis Vespillo, quae vera lectio est. ita enim in argenteo nummo, Q. Lucretius Q. F. Vespillo. hic filius fuit eius Lucretii, cuius Cicero in Bruto mentionem facit his verbis, Q. Lucretius Vespillo & acutus & iuris peritus. Auctor vero libelli de viris illustribus causam cognominis ita reddit, Tiberii Gracchi corpus Lucretii edilis manu in Tiberim missum est, unde ille Vespillo dicitur.

819 In eas diligentia sua ac doloris iracundia erupit] Cum in emendationibus libris sit, indiligentia, posset legi, in eas indiligentia sua dolor ac iracundia erupit. Nam Bibulum iracundiae morbo laborasse tradit Cæsar infra. Liius libro sexto, vides plebis dolor erupit. Faernus legebat, iracundiam.

820 A Salonis ad Orici portum] Lucanus libro quinto:

Quae maris Adriaci longas facit vnda Salonas. Et ita Dio, & Ptolemaeus. sed Plinius, Mela, itemque vetus inscriptio habet Salona. & Hirtius de bello Alexand. cum reliquis copiis Salonam se recepit. Stephanus vero vtrumque nomen ponit, cum ait, Σαλωνα πόλις Ἰουγιδῶ. ἐστὶ ἐ Σαλαῶνα πέλις Δελμογείου.

821 Neque subsidium expectans si in Cæsaris conspectum veniret, sed post discessum] Corruptissimus locus, & qui lenibus medicamentis curari nequeat. Scripti libri nihil iuuant. Tantum habent meliores, venire posset, pro, veniret. & complexum, pro, conspectum. Lego igitur, ne quod subsidium expectabat Cæsar, in conspectum venire posset. Post discessum &c. Nam Bibulus ex iis, quas ceperat, nauibus intellexerat Cæsarem aliarum legionum subsidium expectare, ideoque per se omnia munera obibat, ne subsidium illud latere se posset. In conspectum vero posuit, pro non conspecto, vt libro secundo, de bello ciuili, inuisum, pro non viso. nam sic ait, Communi enim sit vitio natura, vt inuisis, latitantibus, atque incognitis rebus magis confidamus, atque exterreamur. quomodo & Cicero in oratione de Aruspicum responsis, Occulta & maioribus non inuisa solum sed etiam inaudita, &c. & Vitruuius libro primo, Omnia autem inuisa & iniustitia.

822 Sed post discessum Liburnarum ex Illyrico] Cum in libro Fuluii Ursini legatur, vt diximus, venire posset, pro, veniret, vox, sed, ex postremis litteris verbi, posset, facta videtur. inducenda igitur, & alio principio legendum, Post discessum Liburnarum ex Illyrico. Nam vt supra demonstratum est, Liburni- ca at-

atque Achaicae classi Scribonius Libo, & M. Octavius praerant. Scribonius vero Libo post C. Antonii deditioem xv cohortes, quas simul ceperat, ad Pompeium duxit Liburnis nauibus impositas. Igitur post discessum Libonis & Liburnarum M. Octavius cum reliquis Liburnis nauibus Salonas peruenit.

823 Hissam a Cæsaris amicitia] Geographi omnes Hissam vocant insulam & urbem Dalmatiae oppositam. & sic est apud Hirtium de bello Alexandrino.

824 Opidum & loci natura & colle munitum] Sic lib. 1. de Massilia, pars ea quae ad arcom pertinet, loci natura & valle altissima munita. Sed quid sit aliud muniti colle aut valle, quam muniti natura loci, dubitari posset. Alias solet dicere Cæsar, & natura loci & manu munitum, vt libro tertio de bello Gallico, aut, opere & natura loci munitum, vt lib. 2. de bello ciuili.

825 Sed celeriter ciues Romani] Videndum an legi possit, eo celeriter ciues Romani.

826 Praefectis omnium mulierum crinibus] Consuetum hoc esse ostendit Vitruuius libro decimo, capite decimosexto, de balistis & catapultis loquens, nam quae sunt in capitibus foramina, per quorum spatia contenduntur, capillo maxime muliebri, vel neruo, funes &c.

827 Maxime refrumentaria laborabant] Ab refrumentaria, habent meliores codices. Sic lib. 7. de bello Gallico, ne ab refrumentaria duris subuectionibus laboraret.

828 Quae de re missis legatis] Alii, qui remissis, ex qua lectione nonnulli fecerunt, quare missis.

829 Naeti occasionem meridiani temporis discessu eorum pueris mulieribusque] Lego, naeti occasionem meridiano tempore discessu eorum, pueris mulieribusque, &c. Supra lib. 1. interiectis aliquot diebus, nostris languentibus atque omnino remissis, subito meridiano tempore, cum alius discessisset, alius ex diutino labore in ipsis operibus quieti se dedisset. Aliam vero eos eruptionem fecisse aliquot ante mensibus, & copias Octauii fuisse, fugasseque scribit Dio.

830 L. Vibullium Rufum Pompeii praefectum] Cui scribat Cæsar in epistola ad Q. Oppium se duos Praefectos fabriam Cn. Pompeii deprehendisse, amboque missos fecisse, neque alium quam Cn. Magium huc usque nominauerit, scilicet lib. 1. de bello ciuili, hic autem Vibullium Pompeii praefectum apperit, videtur hic alter fuisse praefectus fabriam. Cum autem eodem lib. 1. dicat cognouisse Cæsarem missum in Hispaniam a Pompeio Vibullium Rufum, quem ipse Corfinii captum dimiserat, confirmare videtur id quod h. c. dicit, iterum in Hispania, captum dimissum.

831 Militum deditioem ad Corcyram] Ex hoc loco etiam ostenditur secundum librum belli ciuilis mancum esse. Intelligit autem deditioem C. Antonii & xv cohortis, de qua in fine secundi libri diximus. Haec Corcyra nigra dicitur, Illyrico litori opposita.

832 Interea & Reipublica & ipsis placere oportere] Vitiato huic loco quidam viri docti medicinam adhibere conati sunt, sed conati tantum. nihil enim profecerunt. Legunt enim, Interea expedire, & ipsis placere oportere. sed videant doctiores num legi debeat, Interea & Pomp. & ipsis sufficere oportere. Nam cum de se loquitur Cæsar, ipse, solet scribere, vt supra lib. 1. de bello ciuili, imprimis, vt ipse cum Pompeio colloqueretur postulat.

833 Vibullius his expositis a Cæsare] Alii legunt, His expositis Corcyra. Lege rem, Is expositus Corcyra. reliqua abundant.

834 Antequam de mandatis agi inciperet] Lego, quam de mandatis agi. hoc est, non minus necessarium esse existimauit, de repente aduentu Cæsaris Pompeium fieri certior em, vt ad id consilium capere posse, quam de mandatis agi.

835 Contra imperium Populi Romani pugnaturos esse negarent] Imperium nunc pro Imperatore & magistratu sumit. erat enim Cæsar consul. sic infra, erat plena licetorum & imperiorum prouincia.

836 Desperatis omnibus auxiliis] Sic lib. 2. de bello ciuili, auxiliis prouinciarum & exercituum desperatis. & mox codex scriptus habet, dedit, non, dedit.

837 L. Straberius] Appiani Latinus codex Tamerius, Aldus Straberius.

838 Bullidenses & Amantini] Lego Bullidenses & Amantiani. Plinius lib. 4. c. 10. & liberi Amantiani atque Orestia, coloniae Bullidensis & Diensis. & ipse Cæsar infra, Qui commeatibus Bullide (sic enim habet manuscriptus codex) atque Amantia importari in opidum prohibebat, & ita legitur apud Ptolemaeum, Βουλιδίς, Ἀμαντιὰ. & Stephanus, Βουλιδίς, Ἀμαντιὰ.

839 Quae imperaret facturos pollicerentur] Manuscriptus liber se addit, facturos se pollicerentur.

840 Tantusque terror incidit eius exercitui] Alias, incessit, dicere solet: vt infra, tantusque eo facto timor incessit. & supra lib. 2. In castris Curionis magnus omnium incessit timor. v. de igitur num & hic ita legi debeat. & de bello Alexandrino in principio, quo facto, dubitatione sublata, tantus incessit timor.

841 Cæsar profecto occupato itinere] Aldus, praecupato itinere, legit. Sed Lucanus libro sexto, de Cæsare.

Signa monet, tectusque via dumosa per arua Dyrrhachio praecipit rapiendas tendit ad arces. Hoc iter equore praecipit limite Magnus.

Vt legi hic possit, Cæsar praecupato itinere. Liius: Nox dieque, insequentis pars ad praecipienda iter Philippo data est.

842 Vt vigilis castellisque bene meritae civitates tutae essent praesidio] Faernus legebat, benemeritae civitati esset praesidio. Sed legendum contenderim, vt vicis castellisque bene meritae civitatis esset praesidia. ait enim Cæsar in Apolloniati finibus castra posuisse, ne Pompeiani eorum vicis castellaque ince-

derent, & agros popu'arentur, quod ei portas aperuissent & comiteatu opibusque adiuuissent. infra, non solum urbibus sed p'ane vicis castellisq; singulis. & Sallustius, citante Nonio, vicos castelloque incendere dixit.

XIV 843 In naues positus] Scripti libri, impositis.

844 Quantum nauium facultatem habebat] Sensus est, Antonium pro copia & numero nauium milites imposuisse. nam non omnes qui Brundisii erant, fuisse transductos ex eo apparet, quod expositis copiis Calenus naues statim ad reliquas transducendas Brundisium remiserit. Et hic dixit, quantum nauium, vt supra, in principio huius libri, tantum nauium reperit. Sed magis inclinatur animus vt legatur, quum primum nauigandi facultatem habuerit. Antonius enim ne occasionem amitteret, impositis in naues militibus, idoneam tempestatem expectabat, qua oblata, naues soluit. Sic infra, Ad nos seuerius scripsit, vt, nacti idoneum ventum, ne occasionem nauigandi dimitterent.

845 Magno casu] Sic supra lib. 6. de bello Gallico, nam sicut magno accidit casu.

XV 846 Huc addunt pauca] Quidam legunt, huc adsumunt pauca, vt sit adsumunt, affingunt. Sed hoc modo alias loquitur Cæsar. vt supra lib. 2. de bello ciuili, huc pauca ad spem largitionis addit, & alibi, addunt ipsi & affingunt rumores. & mox hoc lib. 3. huc addit pauca de causa, & de copiis suis.

847 Et perfecturum aliquid de Bibuli mandatis existimabatur] Audacter & reclamantibus antiquis omnibus libris lego, & perfecturum aliquid de Vibullii mandatis existimabatur. Nam supra habetur, Cæsarem vbi primum terram attingit. Vibullium cum mandatis de pace misisse, neque tamen adhuc aliquid perfectum erat. existimabatur igitur aliquid de illis mandatis esse perfectum, & responsa Bibulum Libonemque deferre.

XVI 848 Profectus erat ad recipiendas vltiores ciuitates, & infra, erat autem ad Butrotum] Scripti & impressi libri, profectus ad recipiendas vltiores ciuitates &c. erat ad Butrotum.

849 Vt componerentur atque ab armis discederent] Alii libri habent, componeretur. Cicero pro Sex. Roscio Amerino. Sciant it qui me norunt, me pro illa tenui infirmamq; parte, postea quam id quod maxime volui, fieri non potuit, vt componeretur, id maxime defendisse, vt it vincerem, qui uicerunt.

850 Propterea quod de consilio sententia summam belli rerumq; omnium Pompeio permisit] Id sic canit Lucanus in 5.

Vos quorum sinem non est censura potestas, Consilite in medium patres, Magnumq; iubete Esse duces. Lato nomen clamore Senatus Excipit, & Magno fatum patriaq; suumq; Imposuit &c.

XVII 851 Neq; nunc vt memoria prodatur] Forte erit melius, prodantur.

852 Quos vbi Cæsar cognouit] Alii libri, quem, vt ad Libonem referant. sed potius existimo legendum, Quod vbi Cæsar cognouit. Supra lib. 3. de bello

Gallico, Quod vbi Crassus animaduertit suas copias propter exiguitatem non facile diduci, non cunctandū existimauit, quin pugna decertaret &c. & infra hoc ipso libro, Quod vbi hostes viderunt &c. Et supra, ille, pro, illi, supponendum.

853 Ad neminem unum] Apuleius apologia 2. qui unum neminem in terris vtiliorem se, aut improbiorem, aut iniquitiorē reliquit. Sic Cicero, nemo de nobis vnus excellat. & ad Herennium, nemo vnus potuit debere, vt legibus interrogari non possit. Liuius lib. 38. Alii neminem unum ciuem tantum emine-re.

854 Vbi primum rursus adhibito Libone] Vox, rursus, mihi suspecta est, nunquam enim antea eos adhibuerat, aut de mandat s Cæsar s egerat.

855 Eum ingressum in sermonem] Eum non ad Vibullium, sed ad sermonem referendum. Sic lib. 1. Marcellus ingressus in eam orationem. & Cicero ad Atticum lib. 15. epist. 11. in quam orationem cum e-sset ingressus, Cassius interuenit.

856 Bello perfecto ab his Cæsar hac dicta cognoscit, qui sermone interfuert] Probo lectionem Fuluii Vrlii, qui habet, Bello perfecto, ab his Cæsar hac facta cognoscit. nam sic loquitur alias sæpe, vt infra cū ait, vt postea, confecto bello, reperiebamus. & inferius, vt postea bello confecto cognitū est. & Pompeius quoq; vt postea cognitum est. Et paulo supra vox nisi abundat ex eodem codice F. Vrlii.

857 Vnum flumen intererat Apfus] Sic supra lib. 1. atq; vna valle non magna interiecta. item lib. 6. de bello Gallico, Quos inter Cæsaris vnus omnino collis intererat. hic tamen aut, vnum, aut, Apfus, abundare videtur.

858 M. Caelius Rufus] Plura scripti supra, lib. 1. de bello ciuili in principio. Hic eo anno, quo Milo Clodium occidit, Tribunatū pl. gerebat, eiusque, vt Alconius scribit, studiosissimus fuit. postquam vero ad Cæsarem cum Curione & Antonio venit, Curionem ipsum in Siciliam quæstor, classique præfectus in Africam secutus est, vt dicitur lib. 2. de bello ciuili. Denique Cæsari ab Hispania reuerenti præsto fuit Romæ, ab eoque dictatore prætor cum C. Trebonio factus, indignatus quod prætoriam vrbana Trebonio extra sortem dedisset, post Cæsaris in Macedoniam transitum rumores sparsit, quasi mortuus aut victus esset, atq; ea gestit, quæ hic copiose Cæsar narrat, & Dio lib. 42.

859 Et si quis appellasset] Appellare de stupro dixerit Seneca, & Quintilianus. & Valerius pudicitiam attente. Appellare de sorte aut de usura Valerius Max. lib. 4. ca. 8. neque de sorte quemquam debitorum suorum, neq; de usura a suis appellari passus est. Appellare de pecunia Cicero Philip. 2. pro, petere aut sortem, aut vsuram, aut pecuniam. Appellat etiam a magistratu aliquo ad parem aut superiorem is, qui iniuriam passus est, petitque ab eo vt decretū illud rescindat. Ceterū nescio an dicatur, appello de hac iniuria, aut vt hic legitur, appello de estimatione que per arbitrum fuit facta.

860 Caelius & ab hoc profectus initio] Libentius lege-

legerem, durior inuentus est Caelius, sed ab hoc.

861 Vt sexies seni dies sine vsuris reddita pecunia soluantur] Sic Paris habet, Liuius lib. 6. Leges tulit, vnam de are alieno, vt deducto eo de capite, quod vsuris pernumeratum esset, id quod superesset, triennio aquis portionibus persolueretur. Alias legitur, vt sex pensionibus sine vsuris. & fuit qui eam lectionem probent, quod Hirrius de bello Africo scribat, vt per triennium sex pensionibus populo Ro. persoluerent. sed cum hic solutionis tempus non præfiniatur, vt apud Hirrium, illis consentire non possum. Manutius reponit, vt sexenni die sine vsuris persoluantur. quod fortasse verius est. nam ita fere loquitur Seneca suaforia 1. & tamen cito, inquit, illos tibi annuam bimam trimam diem debere. apud quem legendum semper existimaui, annua, bima, trima die.

XXI 862 Qua mercedes habitacionum] Damnat hoc largitionis genus Cicero lib. 2. de officiis, his verbis, Habitent gratis in alieno. Quid ita? vt cum ego emerim, adificauerim, tuear, impendam, tu me inuito fraare meo. Quid est aliud aliis sua eripere, aliis dare aliena?

863 Aliam tabularum nouarum] De hoc quoque largitionis genere Cicero lib. 2. de offic. Tabula noua quid habent argumenti, nisi vt emas mea pecunia fundum, eum tu habeas, ego pecuniam nō habeam? Quamobrem ne sit as alienam, quod Reip. noceat, prouidendum est: quod multis rationibus cauere potest, hoc si non fuerit, vt locupletes suum perdant, debitores lucrētur alienum. Sed Facr. & veteres quidam libri, alteram, legunt, non aliam. Ipse tamen Cæsar lib. 1. de bello Gallico sic est locutus, Gallia, inquit, est omnia diuisa in partes tres, quarum vnam incolunt Belgæ, aliam Aquitani.

864 Quod magnis muneribus datus, gladiatoria familia reliquias habebat] Alconius in argumento Miloniana de Milone scribit, Studio populi propter effusas largitiones, impensas quoq; ludorum scenicarum, ac gladiatorii muneris maximas, in quas tria patrimonia effudisse eum Cicero significat. Porro ea ratione Caelius se Miloni coniunxit, quod, vt supra ex eodem Pædiano retuli, ipse Tribunus pl. in eius causa, cum Clodium occidit, patronum se præbuit, studiumque omne suum, atque operam præstitit.

XXII 865 Eo cum a Q. Pedio pratore cum legione lapide ictus esset ex muro, periit] Aiunt quidam antiquum librum Pinelli habere, a Q. Padio pratore cum legione missis lapide ictus esset. ipsi tamen confidenter legunt, a Q. Padio tribuno militum lapide ictus esset. Verum cum hic Q. Padius sororis Cæsaris nepos fuerit, eiusque legatus in Gallia, vt ex principio lib. 2. de bello Gallico constat, & postea in Hispania, vt est in principio libri de bello Hispaniensi, ex qua etiam triumphauit, vt Dio tradit, tribunus militum hic dici non debuit. Verosimilius est aut Padium in Campania res Cæsaris curasse, nam ad eum Brundisio Capuam scribit, vt est apud Cicero-nē ad Atticū libro nono, epistola decimaseptima: vela Cæsare Prætozem cum Trebonio & Cælio

factum, in Campaniam a Senatu cum legione missum. nam Senatum bellum aduersus Milonem decreuisse Dio auctor est lib. 41. Quod autem sororis Cæsaris nepos fuerit, refert Suetonius in Iulio cap. 83. his verbis, sed nouissimo testamento tres instituit heredes sororum nepotes, C. Octavianum ex dodrante, L. Pinarium & Q. Padium ex quadrante. & ne quis opponat alium esse hunc Q. Padium ab eo, qui ex legato Cæsaris ex Hispania triumphauit, verba Plinii lib. 35. c. 4. audiat, Q. Padius nepos Q. Padi consularis, triumphalisq; a Cæsare Dictatore coheredis Augusto dati, cum natura mutus esset, cum Messala orator, ex cuius familia pueri auia erat, picturam docendum censuit. Paulo ante, (xxi) quod conuentus arma ceperat atq; eum hostis loco habendum existimabat. Lego existimabat.

Mox: Cosam in agro Turino oppugnare cepit.] De Milonis interitu Plinius lib. 2. c. 56. L. Paulo C. Marcello Coss. lana pluit circa castellum Carissanum, iuxta quod post annum T. Annius Milo occisus est, &c. Sed post biennium, videtur apud Plinium legendum. Annus enim hic quo Milo occisus est consules habuit P. Seruilius Iauricū, & C. Iulium Cæsarem, vt initio lib. 3. habetur, inter quos & L. Paulum & C. Marcellum numerantur consules L. Læ-tulus & C. Marcellus.

866 Infulamque qua contra Brundisium portum est] Pharos dicitur a Mela lib. 2. cap. vlt.

867 Quam omnium litora ac portus custodia clausos teneri.] Legendum puto, quam omnia litora ac portus custodia teneri. Sic infra, quod tanta diligentia omnia litora a Pompeianis tenebantur, nisi malit quis, custodia clausura teneri. sic enim legerē infra, hac custodia clausura maxime vacabant. Quamquam scio a Cicerone dici, Tamquam vnum aliquē portum tutum, & clausum teneri, de prouinciis consulari.

868 Sagittariis in terram expostis] Sic supra lib. 1. neq; afflictum valetudine filium in terram expone-re patitur. & Hirrius de bello Alexand. aquandi que causa, remiges in terram expostisset. Liuius lib. 29. Copia omnes in terram expostasunt.

869 Nostri veterani in portum refugiebant] In scripto codice est, refugerunt.

870 Discessit a Brundisio] A Brundisio, additum ab aliquo existimo.

871 Et hiems præcipitauerat] In V. C. & hiems iam præcipitauerat. Cicero pro domo sua, Tu tuo præcipitante iam & debilitato Tribunatu &c. id est, propè finito.

872 Duriusq; quotidie tempus ad transportandū lenioribus ventis expectabant] Expectabatur, credo scripsisse Cæsarem. nam hieme ruitus turbida tempestate custodias effugere poterant, quam vere flātibus lenioribus ventis, præcipue naues onerariæ, quib. multo maxima pars militū transportabatur.

873 Quod eo nauis eicere possent] Quid sit, eicere nauis, demonstrat ipse Cæsar paulo post cum ait, Gubernatorem in terram nauem eicere cogunt. Scripsit ergo Cæsar ne iactura nauium mouerentur,

sed si aliter non possent, naues in terram eicerent, ut milites exponi possent. Ostendit id Appianus lib. 2. cum ait scripsisse Caesarem ad suos, ne nauibus parcerent, non enim nauibus sibi, sed viris opus esse. atque ita Caesar infra, leuiusq; tempestatis quam classis periculum existimauerunt. Liius lib. 44. Pars eorum, qui propiores continenti littori erant in Erythraeam enatarunt, pars velis datis ad Chium naues eiecerunt, reliquisq; equis effusa fuga urbem petebant. Vlpianus in l. qui naufragium. D. de incendio, ruina, naufragio. Qui eiecit naue quid rapuit, hoc edicto tenetur, eiecit, hoc est quod Graeci aiunt, ἐξέκοι. Anto. Augusti lib. 4. c. 16. Emendat.

874 Hæc a custodibus classium loca maxime vacabant] Dixi supra, mihi legendum videri, hæc a custodiis classium maxime vacabant.

xxvi 875 Apolloniam Dyrrhachiumq; præteruebantur] Longe aberat Dyrrhachium ab Orico, quo hi milites exponi iussi erant, sed vehementi Austro vsi Oricum aut Apolloniam littora tenere non poterunt Antonianæ naues.

876 Q. Coponius] Ex Cicerone, nummo argenteo, atque ipso Caesare demonstrari supra legendum hic C. Coponius.

877 Portum qui appellatur Nymphæum] Plinius promontorium esse ait lib. 3. c. 22. Retinet nomen in ora Promontorium Nymphæum, Lissum opidum ciuium Romanorum, ab Epidauri C. M. passuum. est autem aliud mirabile Nymphæum in finibus Apolloniaticum, cuius meminere Plinius lib. 3. c. 23. Strabo lib. 7. & Dio lib. 41.

878 Leuiusq; tempestatis, quam classis periculum existimauerunt] Codex Fuluii Vrsini, existimauerunt. recte, nam ita supra lib. 7. loquitur, Hæc si grauiora aut acerba uideantur, multo illa grauius estimari debere. Similiter deprauatus est apud Sallustium in Iugurtha locus, utrum grauius existimet, nemini occultum est. ubi etiam legendum, existimet.

xxviii 879 In noctem coniecit] Sic Cicero pro Milone,

Age sit ita factum, qua causa fuit, cur Romam properaret: cur se in noctem coniecerit?

880 Minoribusq; nauigijs compluribus sumptis] Codex scriptus, submissis. sed ea dictio abundare videtur.

881 Altera ex veterana paullo minus ducentis se compleuerat] Duæ postremæ dictiones abundare in duobus codicibus manuscriptis.

882 Incolumes ad nostros sese receperunt] Scripti codices, Incolumes se ad nostras receperunt.

883 Ex omnibus copiis Antonius] Faernus legat, xxxi bat, expositis copiis. forte, expositis omnibus copiis. & ita legit A. Stadius.


884 Pontones, quod est genus nauium Gallicarum] Has naues onerarias appellat infra. & mox pro Lissi reliquit, V. C. habet, relinquit.

885 Quæ opinio erat edita in vulgus] Alibi dixit, postquam in vulgus militum relatum est, sed in scripto codice est, elatum.

886 Pompeius quia expedito itinere flumen ei xxx transeundum non erat] Lego, Pompeius expedito itinere, quia flumen ei &c. Et ut hæc omnia planius intelligi possint, apinimus in tabella eam omnem oram a Salonis ad Oricum & Acrocerauniam.

[Commodum mittit εὐλογίῳ hoc χερσὶ γὰρ φησὶ; quum iam opera ad hunc locum peruenerant. Vidimus statim ut ab homine ἑστῶν ἀπίερα uiriose quadam incisa. In numero primum 880, ne offendas. Erat qui continuabat notas, & debebat esse, 887. Dein mendose exarauit locorum & urbium nomina, ut Illyrici, Salonarum, Issæ, Tragurii, Brundisii, Nymphaei, Lissi, Dyrrhachii, Acrocerauniorum montium, Buthroti, Oricanae molis. qua licet per te ipse uideas, dictum tamen volumus, ne quid auctori sit fraudi.]

888 Detri-



xxii 888 Detrimētis quibusdam circa montem Amanum acceptis, sese Imperatorem appellauerat] Mons Amanus communis erat Ciliciæ & Syriæ, quæ obtinebat Scipio; diuisus aquarum diuortius, inquit Cicero epist. 20. lib. 5. epist. ad Atticum his uerbis, Tarsum ueni A. D. 111. Non. Octob. inde ad Amanum contendi, qui Syriam a Cilicia aquarum diuortio diuidit. Sed vereor ne hic locus mendum contineat. quis enim unquam tanta fuit uanitate, ut detrimētis acceptis se Imperatorem appellauerit?

889 M. Bibulum in obsidione habuerat] Cicero libro duodecimo, epistola decimanona, ad Cornificium, Quod si pares copias ad conflegendum non habebis, non te fugiet uti consilio M. Bibuli, qui se opido munissimo, & copiosissimo tam diu tenuit, quam diu in prouincia Parthi fuerunt.

890 Ex Syria deduxerat] Lego, deduxit. nā paulo supra dixit in principio huius lib. 3. Expectabat cum Scipione ex Syria legiones duas.

891 In prouinciam cum uenisset] Prouinciā Asiā intelligit, quam Attalus Pergami Rex a maioribus acceptam Pop. Romano ex testamento reliquit. Strabo lib. 13.

892 In capita singula seruorum, liberorum] Cicero lib. 5. ad Atticum epist. 16. hæc tributa, quæ in capita imponebantur, uocat ἐπικεφάλια. nam sic ait, Audiuimus nil aliud, nisi imperata ἐπικεφάλια soluere non posse. & lib. 3. ad Appium Pulchrum epist. 8. Nisi quod principes ciuitatum a me postulassent, ne in uenditionem tributorum, & illam acerbissimam exactionem, quam tu nō ignoras, capitarum, atq; estiorum, inducerentur sumptus minime necessarii. Sed quæstionis esse potest, qua auctoritate in aliena prouincia id Scipio faciebat. & uerisimile est eum a Senatu, qui tunc in castris Pompeii erat, Senatus consulto ornatum, simili ei, quo Cicero Cassium ornat Philipp. 11. eius uerba sunt: Senatui placere C. Cassium Procos. prouinciā Syriam obtinere, uti qui eam optimo iure prouinciā obtinuerit, eumque a M. Crispo Procos. L. Statio Murco Procos. A. Alieno legato exercit. accipere, eosq; ei tradere, cumq; his copiis, & si quas præterea parauerit, bello P. Dolabellæ terra marique persequi: eius belli gerendi causa, quibus ei uideatur, naues, nauas, pecuniā, ceteraq; quæ ad id bellum gerendum pertineant, ut imperādū in Syria, Asia, Bithynia, Pontio, ius potestatisque habeat, utq; quamcumq; in prouinciā eius belli gerendi causa.

aduenerit, ibi maius imperium C. Cassii Procos. sit, quā eius erit, qui eam prouinciā obrinebit. Cū C. Cassius Procos. in eam prouinciā uenerit, Regem Deiotarū patrem, & Regem Deiotarum filium, si ut multis bellis sapenūtero imperium Po. Ro. inuenerint, itē C. Cassium Procos. copiis suis opibusq; inuissent, Senatui Populoq; Romano gratū esse facturos: idē si ceteri Reges, retrarcha, Dynastāq; fecissent, s. p. q. r. eorum officii non immemorem futurum: utq; C. Pansa, A. Hirrius consules alter amboe, si eis uideretur, Recuperata de prouinciis consularibus, pratoris, ad hunc ordinem primo quoq; tempore referant. Interea prouincia ab his, quibus obtinentur, obtineatur, quoad cuiq; ex S. C. successum sit. Hinc paulo infra, mutuasq; illas ex S. C. exigi dicitabant. & alibi, [infra c. 34.] ab ea parte prouincia (scilicet Macedoniē) qua Libera appellatur. Strabo lib. 7. non longe a fine, κῆ δὴ καὶ τῶν Διγυσιμῶν καὶ Πιλαργείων καὶ Ορεσιμόων, & Ἐλιμνίων, τῶν αὐτῶν Μακεδονίων καὶ Ἰωνίων καὶ Ἐλαδῶν.

893 Suo etiam priuato imperio compendio se feruiebant] Gryphii liber, suo etiam priuato compendio.

894 Mutuasq; illas ex S. C. exigi] Lib. meus, mutuasq; ex illo.

895 Ut in sorte fecerant] Domitius sorte Syriā obtinebat, in eaque prouincia debitam biennii pecuniam a publicanis exegerat, & ab iisdem insequentis anni mutuatam præceperat, hoc idem in Asia prouincia faciebat, quare legendum existimo, ut in Syria fecerant, aut in Suria. & ita legitur in libro Roberti Stephani, & coniecit Faernus.

896 Ceterasq; eius dea statuas, cum in sanū uentum esset] Cum in lib. Fuluii Vrsini legeretur, ceterasq; eius diei constituta, cum in sanū: ipse satis sagaci obiectura reposuit, certasq; eius rei die constituta, quod Cæsar hoc ipso libro scribat, certumque ei rei tempus constituitur. Nisi malit quis, certasq; eius die constituta. Achilles Statius, certasq; ei rei die constituta.

897 Præsidii aduersariorum Calydone & Naupactō relictis] Lego deiectis, sic enim semper Cæsar & alii scribunt, ut hoc ipso libro, præsidium equitum deiecit, & Horatius:

Præsidium regale loco deiecit. Et infra ubi est, timens ne non reducti, sed reiecti uiderentur, in meo antiquo libro, deiecti, palam legitur.

898 Petreius] Cum Petreius Romanum nomē sit, homini Thessalo minus conuenire uidetur. in meo libro est, Petreus.

899 In nouitate fama antecedit] Videtur deesse rem, ut sit, fama rem antecedit, quamquam uulgatā lectionem non reicio. Plinius lib. 16. cap. vlt. magna Hysium fama præcesserat.

900 Cum cohortibus 11x] Mihi hic cohortiū numerus suspectus est, Nam cum Scipio duas tantum legiones duceret, id est, cohortes xx, ex his octo detractis imparatus admodum aduersus Domitium ibat, qui tres legiones, & 11 equites habebat. forte cohortibus 11x legendum.

901 Regis Cottii] Dixi supra legendum esse, Cotsys.

Ad Scipionem properantem sequi] Scriptus liber habet, At Scipionem.

902 Sine auxilio Scipionis] Cum literę ad ipsum sint Scipionem, legēdum uidetur, sine auxilio eius, aut, sine auxilio.

903 In castris statiuus biduo commoratus] Biduum, est in scripto codice, ut infra dixit, triduum moratus, & statim post, ante frontem castrorum instruit.

904 Castris se contineret, qui cum magna expectatione uenisset] Scriptus liber, castris se continere, qui magna expectatione uenisset. nam supra dixit, adesse Scipionem magna opinione & fama.

905 Q. Varius Præfectus equitum] Est etiam Q. Varius Præfectus equitum lib. 7. de bello Gallico.

906 Nostri cognitis insidiis, ne frustra reliquos expectarent] Nostri, inquit, detectis iam suis insidiis & ab hoste cognitis.

907 Aut captos ad Domitium deduxerunt] Scriptus liber, adduxerunt.

908 In interiorē partem post opidum reduxit] Legerem in interiorē portum, ut infra placuit dicere.

909 Cn. Pompeii filius] Pompeius filius est in uetustis codicibus, ut supra in principio huius libri.

910 Qui classi Ægyptia præerat, ad Oricum uenit] Ad, abundare uidetur, quod postrema syllaba præcedens sit, it, ex qua geminata fuit.

911 In quibus ad librā facerat turres 11] Quid si legamus: in quibus altiores fecerat turres. nam legitur statim, ut ex superiore pugnant loco.

912 Simul ex terra scalis, & classe mœnia] legem simul & terra scalis, & classe mœnia.

913 Qui omnes scaphis excepti refugerant] V. C. refugerunt. & ita dixit infra, Cassius exceptus scapha refugit.

914 Eodemq; tempore ex altera parte molem tenuit naturalem obiectam, quæ pane insulam contra opidum effecerat, 11 biremes, subiectis scutulis, impulsas uentibus in interiorē partem transduxit] Locus est corruptissimus, quem si nullo ueteri libro adiuutus ex ingenio restituere coner, nimis arrogans iudicari mer to debeam; quid tamen mihi in mentem uenerit, dicam, ut qui magis ingenio ualent, il nostris non nihil adiuti eum restituant. Cæsar hoc ipso libro de Pharo sic scribit, Hæc insula obiecta Alexandria portum efficit. Sed a superioribus regionibus in longitudinem passuum 11000 in mare iactis molibus, angusto itinere & ponte cum opido coniungitur. Similem fuisse Orici situm existimo, nā moles quæ continenti opidum coniungebat, Oricum ut peninsula esset efficiebat, & portum longum tutumque, ut qui post opidum esset, reddebat. Plinius lib. 2. c. 89. Epidaurus & Oricum insula esse desiere, &c. Lego igitur priorem partem ad hunc modum, Eodemq; tempore exteriorē parte molis, quæ tenui tramite obiecta peninsulam opidum efficiebat. Tenui tramite hic dixit Cæsar, quod illic angusto itinere, idq; fortasse mutuat Pomponius Mela, ut alias solet, scripsit

pfit lib. 2. cap. 1. Tenui tramite in latum effunditur. & post: angusto tramite Helladi Peloponēson annectit. & lib. 1. cap. 13. non longe hinc Corycos opidum portu, saloque incingitur, angusto tergoze continenti adnexum. & lib. 2. c. 1. Terra cum longe distent a excedens, tenui radice litori adnectitur. Neq; hæc lectio multum differt a scriptis libris, in quib. est, tenui tramite. & totius loci sententiam planam ac facili reddidit, nam quia moles angusta erat, ab eius exteriorē parte, qua mari alluebatur, Pompeius quatuor biremes phalangis subiectis, fuculis atque uentibus tractas, in interiorē molis partem, hoc est, in ipsū intimum portum transduxit. Quod illi facere licuit propterea quod eodem tempore & mari clafse, & terra expositis militibus mœnia tentabat, & opidanōs ab irruptione prohibebat. is ergo triremibus ad interiorē portum, & aliis nauibus portus ipsius faucibus introductis, naues Cæsaris defensoribus vacuas aggressus partem earum incendit, partem abduxit. Mutauit autem, ex altera parte, propterea quod sequitur, in interiorē partem. nisi hic & pagina superiore legere quis malit, in interiorē portum. quod mihi magis probatur. Præterea doctorum iudicio relinquo, an quæ restant, sic legi debeant: Phalangis subiectis fuculis impulsas, & uentibus in interiorē portū transduxit. nam de phalangis supra lib. 2. sic ait: Machinatione nauali phalangis subiectis ad turrin hostium promouent. quod si machinatione nauali adhibeatur phalangæ, hæ nauibus subiecti debuerūt. Iam uero Sæcularum in ea significatione, quæ ad hanc rem pertinet, nullus omnium meminit. Sæcularum autem sæpissime Vitruuius, qui in exercitu C. Cæ aris apparationis balistarum & machinarum præfuit. & lib. 1. cap. 1. tenduntur fuculis & uentibus e uerno tori funes. & lib. 10. cap. 3. uentibus autem conata fucula uersabitur, & eriget per se machinam sine periculo.

915 Hællide atq; Amantia importari in opidum prohibebat] Paris. codex Byllide. recte. nam ita scribit Stephanus & Cicero Philip. 11. Tenet, inquit, Byllidem, tenet Amantiam, instat Epiro. Neq; male legitur, Bullide, apud Pliniū & alios. & supra, Bullidenfes & Amantini. nam Latini y græcum in u uerebant sæpe, ut Sylla, Sulla. est hic quoq; prohibebat, pro prohibeat.

916 Totiusq; belli apparatus eo contulisset] Scriptus codex, is eo contulisset.

917 Edito loco qui appellatur Petra] Lucanus libro 6.

Quemq; uocat collem Taulantius incola Petram Insedit castris.

918 Castellāq; ibi communit] Lego, communiit.

919 Hæc spectans] Sic supra, eadem spectans. Sed supra item dixit: hoc sperans. & infra, hoc sperans, ut mouendis castris commodiore re frumentaria ueretur. Hirtius lib. 6. de bel. Alex. illud sperans.

920 Et quam latissimas regiones præsidii tenebat] Liber meus, quam latissimæ regiones.

921 xv millia passuum circuitu amplexus] Lucanus. lib. 6.

Ac tantum septi uallo sibi uendicat ægri Parua Mycenæa quantum sacra Diana Distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma.

Distare autē a Roma Ariciam stadiis clx, hoc est, millibus passuum xx, Strabo lib. 5. auctor est; atque ita est hic fortasse scribendum. Sed Florus lib. 4. Casar, inquit, pro natura ferox, & consciscenda rei cupidus, ostentare aciem, prouocare, laceffere; nunc obfisione castrorū, quæ erant xvi millium uallo obducta.

922 Atq; ut nostri perpetuas munitiones uidebāt, perductas ex castellis in proxima castella] Faernus pro, uidebant, legit, iungebant. Sed uidentum commodiusne sit, perpetuas munitiones perducebāt ex castellis &c. nam uox timebant, quæ sequitur, ut idem Faernus cenfet, delenda est.

923 Aut ex subcoactis] Verus lib. habet, ex subactis. Alius uero homo doctus ex scriptis libris legit, aut ex coactis. & iisdem libris auctorib. emendat Plinii locum lib. 8. c. 48. ut, legatur: Lana per se coactam uestem faciunt. (Lipfius coacta legit.)

924 Magna uiterq; urebatur] Virgil. magna nituntur opum ui, & item Ennius. & apud Hirtium de bello Alexand. ubi est, maioribus uiribus uti uidebatur. legerem, niti. Cicero ad Brutum epist. 4. Respublica uiribus suis nitens. Sallust. Iugurt. exercitu circumdato summa uir Cirtham irrumpere nititur. Itaq; hic legerem: nitebatur.

925 Præsidium quoddam occupauisset] Libenti legerem, præsidio collem occupauisset. nam superius dixerat: Pompeius ut quamplurimos colles, quam maximo circuitu occuparet. & hic sequitur statim: huic loco propinquum & contrarium collem Pompeius occupauit. sic enim legerē omiffa uoce, loco. & collē fuisse occupatū demonstrat aperte superiora. Meus codex, hunc locum, habet, pro, huic loco, sed eas dictiones abundare opinor.

926 Recipere se iussit] Statuit, habent duo scripti codices, quos uidi.

927 Legiones Cæsaris sese recepissent] Atqui una tantum erat legio 11. ex quo fortasse quis scriberet legio nona Cæsaris, ut infra dicit, cum se nona legio Cæsaris obieciſſet Pompeianis copiis. & paulo supra: In his cum legio Cæsaris 11 præsidium quoddam occupauisset. Sed Cæsari hoc uitarum.

928 Propulerunt ut fossas transcenderent] Le-gendum uidetur, propulerunt, & fossas transcenderunt. Nam ea fossa, quas transcenderant, postea se recipientibus, magno impedimento fuere.

929 Non reducti sed reiecti] In lib. scripto est deiecti, sed supra dixit: præsidii aduersariorum Calydone & Naupactō reiectis.

930 Quibus ad recipiendum] Ad se recipiendum scribendum uidetur.

931 Ipse autem consumptis longe lateq; frumentis] Liber manuscriptis: consumptis omnib. longe lateq;

932 Meminerant ad Alexiā magnam se inopiam perpeſſos, multo etiam maiorem ad Auaricum, maximarū se gentium uictores discessisse] Existimo magis ex Cæsaris dignitate & consuetudine legi, Meminerant ad Alexiam (nam sic legitur in meo libro,

non Alexia magna usos inopia, multo etiam maiore ad Anoniam, maximam se gentium victores discessisse.

933 Qua appellatur Chara] Dioscorides lib. 3. c. 66. in pice & pice, id est in pice & pice. in scripto lib. est Chera. Suetonius in Julio c. 60. tamen ceteras necessitates non cum obsideretur modo, sed alios ipsi obsiderent, tantopere tolerabant, ut Dyrhachina munitione Pompeius viso genere panis ex herba, quo sustinebantur, cum feris sibi rem esse dixerit, amoverit, ocius, nec cuiquam ostendi iusserit, ne patientia & pertinacia hostis, animi suorum frangeretur. Plinius lib. 19. c. 8. Nec non olus quoque siluestre est trium foliorum, Dini Iulii carminibus praecipue, iocisq; militariibus celebratum: alternis quippe versibus exprobrauere Lapsana se vixisse apud Dyrhachium, premiorum parsimoniam cavillantes, est autem id Cyma sylvestris, vide omnino Turn. adu. l. 24. c. 7. qui pro trium foliorum, trium phorum legit.

934 Et odore tetro & multitudine cadaverum & quotidianis laboribus.] Duo scripti codices: ex multitudine cadaverum. Lucanus lib. 6.

Sed languor cum morte venit, turbaq; cadentum Aucta lues, dum mixta iacent incondita vitis Corpora

935 Tum aqua summa inopia affectos] Scriptus Codex, afflicti. Sed eam vocem abundare puto.

936 Sublicis in terra demissis] Alii libri, dimissis.

937 Qui tamen fontes a quibusdam praesidiis aberrant longius] Fontes, abundare videtur, nam, qui, ad puteos referri debet.

938 Quibus quotidie melius succedere tempus] Consuetudo Latini sermonis exposcit, ut vox, tempus, deleatur. Plancus ad Ciceronem: Si proinde ut ego mereor, mihi successerit, & libro de Oratore: si quando minus succedat, magnum tamen periculum non adhibet. Livi lib. 20. simul si successisset ceptis, recepturum se afflicti.

Qui moechis non vultis. Proponi videbant] legendum existimo, videbantur.

939 Alio excubarent] Hec verba non leguntur in quibusdam codicibus, & addita videtur ab eo, qui Iacanam, qua hoc loco continet Caesaris Codex, ex parte supplere voluit.

940 Interim certior factus P. Sylla] Deesse hoc loco multa, quis non videt: primum quae cohors haec fuerit, & cui castro praeposita, deinde quoniam abierat Caesar, & castris Sylla praefecerat, quaeritur. De cohorte sic scribit Suet. in Cesare c. 68. Denique, una vi regionis cohors praeposita castro, quatuor Pompeii legiones per aliquot horas sustinuit, pene omnis confixa multitudine hastilium sagittarum, quarum c. ac xxx millia intra vallum reperiuntur. nec mirum singulorum si quis facta respiciat, vel Cassii Scaeva, vel C. Acilii militis, ne de pluribus referam. Scaeva excussu osculo, transfusus femore & humero, cxx ictibus scuto perforato, custodiam porta commissi castelli retinuit. Addit Appianus ei castro Minucium praefuisse, Lucanus vero in 6. nisi apud eum mendum sit, Nummianum, nam sic scribit:

Opportuna tamen valli pars visa propinquae, Quam Nummici castella vocant

De absentia Caesaris Appian. lib. 2. Caesar ex Dyrhachio prodicione sibi quanta oblata, noctis tempore, ut solabatur, paucis comitantibus, ad Iani templi portas proficiscitur. Et Dio lib. 41. Verum ubi Caesar ipsum Dyrhachium, qua inter paludes atq; mare positum est, spe eius per prodicionem eorum, qui ibi praesidio relicti erant, occupandi aggressus est, atq; in angustias locorum devenit, ibi multis ex adverso irruentibus hostibus, multis a tergo adoriens, qui navibus, in hunc usum subuecti erant, permultis suorum amissis, ipse quoque in summo periculo fuit. Igitur tunc digressus, ut Dyrhachium per prodicionem occuparet, Sylla castris praefecit, & ipse ad Dyrhachium tribus locis pugnavit. ut infra scribitur.

941 Neque vero conspectum aut impetum nostrorum tulerunt] Legendum forte, impetum aut conspectum.

942 Alter omnia agere ad praescriptum] In meo Codice abundat vox, omnia.

943 Alter libere ad summam rem consulere debet] Scribo, de summa rem consulere debet, nam supra lib. 2. dixit: de summa rem deliberare incipit. & de bel. Gal. lib. 1. neque, de summa belli sui iudicium, sed Imperatoris esse existimasse, ut Cic. de suorum salute consulere, & de sua incolumitate grauius consulere, dixit. & de Republica consili, lib. de diuinatione.

944 Quae res tam fortasse aliquid reciperet casum] Forte, cui res tanta fortasse, vel si res tanta, ibi imperii legions sustinuit cum cohortibus, tribus, abbat, cu, ex scripto Cod. Et infra cum horum omnium meo habere. II.

945 iniretur, videtur legendum. & inferius lego, euocatos centurionesque complures.

946 Ad duorum millium numero] Sisenna hist. li. 3. Ad binum millium numero saucius virumq; factis, apud Non.

947 Millia sagittarum circiter xxx] Retulimus supra Suetonii verba, quarum c. ac xxx millia. Sed apud eum videtur legendum, quarum circiter xxx millia.

948 Caesari renuicauerunt] Emendaueram quondam, Caesari numerauerunt, atque ita postea reperi scriptum in meo vetere libro.

949 Foramina cxxx] Suetonius, Appianus, Valer. Max. li. 3. c. 2. habent cxx. Sed Plutar. cxxx. atque ita plane legitur in meo Codice manuscripto.

950 Donavit millibus ducentis aris] Meus liber non habet, aris, recte, nam sestertiorum intelligitur.

951 Ad primipilum] Probo lectionem lib. Cardinalis Borromei, in quo est, ad primipilum, ut & Caesar habet supra lib. 3. de bel. Gal. & infra hoc lib. 3. Livi lib. 32. quater intra paucos annos primipilum duxi. Sed liber Livi locum transcribere, qui ad totam hanc rem illustrandam facere videtur. Is est lib. 8. ubi de diuersis & aranis & distributionum modis, qui fuerunt in Romana militia, agit. Postremo, inquit, in plures ordines instruuntur. Ordo sexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum habebat. prima acies hastati erant, manipuli xx distantes inter se modicum spatium: manipulus leues vicinos milites, aliam turbam scutatorum habebat: leues aut, qui hasta tantum gestas gererent, vocabantur, hac prima fronte in acie

florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Rebus istis inde atas totide manipulorum, quibus principibus est nomen, hos sequebantur scutiati omnes, insignibus maxime armis, hoc xxx manipulorum agmen aut epilanos appellabant, quia sub signis iam alii quindecim ordines locabantur: ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat, eorum unamquodque primipilum vocabant. Multa de hoc Polyb. lib. 6. ubi Hastatos in x ordines distributos fuisse ait, itaque Principes & Triarios, & primus hastatorum ordo dicebatur, & secundus, & deinceps ad decimum, quod in Principibus quoque obseruabatur, & Triariis. Sed in Triariis primus pilus vocabatur. Et superiores ordines dicebantur primus hastatus, primus princeps, primus pilus: inferiores vero decimus, & nonus, aliiq; his proximi. Sed primus pilus omnium erat supremus. Signifer primi hastati, dixit Cic. de diuinatione li. 1. Vegetius de re milit. li. 2. c. 8. Vetus consuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis, promoueretur Centurio primipili, qui non solum aquila praerat: verum etiam quatuor centurias, hoc est, quadringentos, in prima acie gubernabat. hic tanquam caput totius legionis merita consequebatur & commoda.

951 Cohortemq; postea] Postea, abundat in Parisi editione, & libro meo manuscripto.

952 Frumentum & speciarium, militariibus quoque donis] P. Victor. var. lect. li. 1. c. 23. frumento, veste, diaris, militariibus, donis amplissime donauit. Ant. Augustinus Ilerdensis Episc. & post Tarraconensis Archiepisc. frumento, veste, pecunia, aliisque militariibus, donis. Nicasius Ellebodi, Belgae, frumento, vestiariis. Alii, frumento, speciosisque, aliis militariibus, donis, Livi lib. 7. Milites, qui in praesidio simul fuerant duplici frumento in perpetuum, in praesentia singulis bobus, binisque prius tunicis donati, idque, praeter militaria alia dona, nam duplex stipendium, frumentum, in vsum cohortis dari solitum, alia vero militaria dona in speciem.

953 Altera noctem subnubila noctis] Aut altera, abundat, aut in his quae desiderantur, narrabat Caesar Pompeium nocte subnubila ad munitones accessisse, aut castra mouisse. Sic Sallust. lib. 1. histor. Sertorius noctis obscuram noctem.

954 Exstructis omnibus castrorum portis, & ad impediendum obiectis] Supra li. 5. de bel. Gal. dixit: obstructis in speciem portis singulis ordinibus, castrum, item: de bel. ciuili lib. 1. portas obstruit, fossas transversas viis perducit, ut hic legendum videatur, obstructis omnibus castrorum portis & fossas ad impediendum obiectis, infra tamen, ericium obiectum dicit.

955 Et Sabinum] Si hic est Calpurnius Sabinus, ut videtur esse, C. est, non Q. infra, & Appian.

956 Rutilius Lupus] Hic est, P. Rutilius Lupus superioris anni Praetor, cuius meminit Caesar lib. 1. de bello ciuili.

957 Nonnullas urbes per vim expugnauit] In meo libro abundat, urbes, supra n. dixerat, de voluntate imperatoris ciuitatem recepit, & videndum an in eo, reliquas ciuitates, etiam abundet.

958 Amicitia Caesaris conciliare studebat] Legendum existimo, Caesaris amicitia conciliare studebat.

dum existimo, Caesaris amicitia conciliare studebat. Sic Caes. supra lib. 7. dixit: Eam ciuitatem Aruernis conciliat. & lib. 5. Principibus T. euirorum ad se vocatis, eos sigillatim Cingetorigi conciliauit.

959 Omnibus deinceps diebus Caesar exercitum in arcem equum in locum produxit] In meo libro est, omnium deinceps Caesar exercitum aciem equum in locum produxit, & pene castris Pompeii legiones subiecit.

960 Vt ne in eam telo tormentone adigi posset] Lego, ut ne in eam telo tormentone adigi posset. Sic enim dixerat paulo supra: Qui tantum aberat a nostro castro, ut telum tormentumue adigi non posset, inferius autem est in meo: ut famam opinionemq; hominum teneret.

961 Nihil adhuc arbitrari vitio factum eorum] Videtur aliquid deesse, ut sit, omnia se de pace expertum, nihil adhuc proficisse: arbitrari vitio factum eorum, deinceps in meo libro est, magna ex parte.

962 Praesse autem suo nomine] Legendum puto, praesse n. praesse enim suo nomine.

963 Quos esse angustos demonstrauimus] Desiderantur quae de hoc scripserat Caesar.

Paucis intermissis diebus rursus cum manibus ad se intra munitiones recipit] Locus est mancus & qui sine ope veteris libri restitui non possit.

964 Hordeo adaugere] In meo libro est, hordeo adaugere. Sed ipse Caesar in libris de analogia, celum, arenam, triticum singulari tantum numero dici oportere tradit, ut testis est Gellius lib. 19. cap. 8.

965 Sed etiam fructus ex arboribus deficiebant] In scripto libro est, deficiebat. & quoniam supra scripsit, ut foliis ex arboribus stricis equos alerent, videant eruditi an hic legi debeat, sed etiam stricis ex arboribus deficiebat, ut propter vocabuli nouitatem in, fructus, mutatum fuerit a librariis.

966 Re dispulit tota] Liber meus, re dispulit. Sed legendum videtur, re palam dispulit, sequitur, n. illos secrete castigauit, dispulit vero re palam, quasi non crederet esse vera, quae illi obicerent, & infra in meo est, quod quaestui equites haberent. Sed quaestum legendum docet Gellius lib. 4. cap. 16.

967 Ex praeteritis suis officiis reliqua speraret] Abundare opinor, reliqua sperarent] Nam Caesar illos monuit ut ex sua amicitia, & ex praeteritis eorum officiis, quae in bellis omnibus praestiterant, omnia expectarent.

968 Proinde ac suis satisfacere] Suis non est in meo libro.

969 Vulgo vero uniuersis] Cum idem sit vulgo, quod uniuersis, ut demonstrat Cicero pro Murana cum scribit, Nunc locum ad spectandum dare, aut ad prandium inuitare? Minime, sed vulgo, passim. Quid est vulgo uniuersos: pro lectionem libri Florentini ante LX annos impressi, in quo est, vulgo vero in Epiro. in meo tamen codice eadem manu in margine est, deficit.

970 Et spatio locorum & custodiarum vera diligentia animaduersa, prout cuiusque eorum, qui negotiis praerant.] Sunt qui legunt,

varia diligentia, alii uniuersa diligentia magis probant. Ceterum nescio an huc locum restituerim, certe conatus sum. I ego igitur, & spaciis locorum a custodia vacuis diligenter animaduersis: praeerea ut cuiusq; eorum, qui negotiis praerant. Nam supra dixit Caesar: hac a custodia classium loca maxime vacabant.

LXII 971 Atq; aggerem comportare iubet] Liber meo, iubet comportari.

972 Eodem naues, quas demonstraui] Naues, abundat in meo libro. recte. sequitur enim: quasque ad Dyrrhachium naues longas habebat.

973 Quid a quoque fieri uellet, praecipit] Vellet, est in meo libro. sed de hoc alibi dixi.


LXIII 974 Erat eo loco fossa pedum] In meo libro non est erat; seu quod praecedens dictio sit, summiserat, seu quod non sit sensui necessaria, neque a Cesare posita.

975 Quod millia passuum in circuitu XIX munitiones erat complexus, perficiendi spatium non dabit] Liber meus, in circuitu XVI munitionibus erat complexus, ac perficiendi. forte, in circuitu XXVI munitionibus erat complexus, ad perficiendum spatium non dabit. vel, munitiones abundat. ut infra aliquoties hoc libro sine ea voce legitur.

976 Qui has duas munitiones contingeret] Potest fieri, sed malle, coniungeret.

977 Namq; ut ad mare nostra cohortes IX legionis excubauerant] Liber meus, ad mare inter cohortes excubauerant. ex quo conicio primum scriptum fuisse: cohortes, deinde alium expositionis causa addidisse, tres, indeq; inter factum fuisse. cum legendum sit, ad mare tres cohortes IX legionis excubauerant.

978 In anteriorem vallum tela iaciebant] Alii legunt in anteriorem vallum. ego emendaueram, anteriorem. quod statim interioris munitionis fit mentio. postea ita omnino reperi scriptum in meo veteri libro.



[Eandem habuit fortunam & hac imaguncula, quam superior, non ita bonam. Excavandum fuit sculptori Ped. x, ubi ille Panf. x, delirauit; & Vallus

contra mare imperfectus, & Vallus exterior paulo humilior munitione erat in exemplo recte, quod tibi notabis.]

980 Tormentisq; cuiusq; generis] Tormentis cuiusq; generis, est in meo lib. & in Florentino. recte.

981 Viminea tegumenta galeis imposita defendebant] In meo libro, Vimineo tegumento galeis imposito se defendebant.

982 Per mare nauibus expositis in aduersos nostros impetum fecerunt] Pinelli codex habet: nauibus expositi nostri aduersarii impetum fecerunt. Niciasus Ellebodius, per mare, abundare existimat. Sed cum supra dixerit, his paratis rebus magnum numerum leuis armaturae & sagittariorum, aggeremq; omnem noctu in scaphas; & naues actuaris imponit; & paulo post, naues aggere & leuis armaturae militibus completas, quasq; ad Dyrrhachium naues longas habebat, mittit, & quia a quoque fieri uellet praecipit; videant eruditi an hic legi debeat, milites leuis armaturae nauibus expositi, in aduersos nostros impetum fecerunt. quamquam expositi in aduersos Faernus emendauit, ne quem fraudem sua laude.

983 Nostri laborantibus summissit] Meus liber, LXIV. summittit. sed non est tanti.

984 Hominum enim multitudine] Florentina lectio, horum enim. forte, eorum, legendum.

985 Incolumemq; ad eum referte] Liber meus, deseruit.

986 Praeter Principem priorem] Vt haec ordinum nomina facilius percipiantur, ascripti alium Liuii locum lib. 42. ubi Sp. Ligustinus ita loquitur: Biennium miles gregarius fui, aduersus Philippum Regem. Tertio anno virtutis causa mihi T. Quintius Flaminius decimum ordinem hastatum assignauit. Iude miles uoluntarius cum M. Porcio Cos. in Hispaniam sum profectus. Hic me Imperator digni iudicauit, cui primum hastatum prioris centuria assignaret. Tertio iterum uoluntarius miles factus sum in eum exercitum, qui aduersus Aetolos & Antiochum regem est missus, a M. Calio (Acilio) mihi primus princeps prioris centuria est assignatus. quater intra paucos annos primu pilu duxi, &c. Apparet autem ex hoc Caesaris loco aquilam in prima cohorte principum in legione esse solere.

987 Pompeium extra munitiones egressum] LXX. non nihil impeditus.

988 Cum se IX legio Caesaris obieisset Pompeianis] LXXI. copis, atq; opera ut demonstraui circummuniret, castra eo loco posuit] Existimant quidam hoc quod se demonstrasse Caesar scribit, nusquam in his libris reperiri. Sed nimirum supra sic legitur: In his tum legio Caesaris IX praesidium quoddam occupauisset, & munire coepisset, huic loco propinquum & contrarium collem Pompeius occupauit, nostrosque opere prohibere cepit. & post: nostri uero, qui satis habebant, sine detrimento discedere, compluribus interfectis, V omnino suorum amissis, quietissime se receperunt, pauloque

circa eum locum, alii comprehensis collibus, munitiones perfecerunt. Ex quo loco vel contra omnia exemplaria lego: Cum se nona legioni Caesaris obieissent Pompeiana copia atq; opere (opere enim legitur & in lib. manuscripto) ut demonstraui, (deinde desiderantur huiusmodi quaedam, nostros prohiberet: magnis autem in Pompeio detrimentis illatis, paulo citra eum locum alios colles Caesar occupauisset, eosque circummuniret, castra eo loco posuit.

989 Ita complures dies manserant castra] Vox, manserant, aut vit osa est, aut addendum, uacua.

LXVII 990 Eo signo legionis illato, speculatores Caesaris renunciarunt] Lego, eo signa legionis illata.

991 Erat obiectus portis eritius] Eritius machina est militaris, ut docuit Petrus Victorius Variar. lection. lib. 24. cap. 1. ex loco Sallustii histor. lib. 3. a Nonio adducto: Saxaque ingentia, & axe uinctae trabes (sive ut Turnebus aduersar. lib. 3. cap. 8. legit, axe uincti orbes) per prouum incitabantur, axibusque eminebant, in modum eritii militaris, uerut a binum pedum. est uero dictus eritius a similitudine eritii animalis spinosi & in orbem conuoluti. nam ex harum rerum similitudine munitionibus solere nomina imponi demonstrari potest, ex ipso Caesare in obsidione Alesiae lib. 7.

992 Fortissime T. Pulcione] In meo libro est T. Puleione, ut legendum esse uideatur T. Pulcione. nam hunc ut fortissimum laudat lib. 5. de bel. Gal. T. Pulcio & L. Varenus. & Lucanus lib. 6. ait huius legionis Torquatium ducem fuisse.

993 Proditum exercitum C. Antonii demonstraui] Hec est alius locus qui 2. lib. belli ciuilibis mancum esse ostendit. Dixi de C. Antonii deditione ad finem lib. 2.

LXVIII 994 Cum portam quarerent castrorum, quod ea munitionem esse arbitrantur] Legerem, quorum eam munitionem. existimabant enim eam munitionem esse castroru, & eorum portam quaerebant. & in meo libro est, arbitrabantur, ut Faer. quoq; legit.

995 Protinus his munitionibus defendente nullo transierunt] Liber meus, postis munitionibus, ut legi possit, potius munitionibus. infra enim dixit, potius se hostiu castris. Sed V. C. habet prout iis munitionibus. ut legi possit, prout iis munitionibus, siue perruptis.

LXIX 996 Celeri spe subsidii] Potius scriberem, celeris spe subsidii. Sic supra lib. 7. dixit spe celeris uictoria. & sic legebat Faern.

997 Per aggeres ascendebat] Lego ascenderat.

998 Eodem quo uenerant, receptui consulebant] Caesar in libris analogicis receptui tertio casu non receptui dicendum censuit. itaque ipse iis casibus usus reperitur, ut tradit Gellius lib. 4. cap. 16. idque ita esse & hic locus & alii a me superius notati ostendunt. Nam Paris. l. ber. & Pinelli, atq; item meus, receptui sibi consulebant habent. quidam receptui concinebant. Paulo supra: ex parte, ex qua prouebat, forte ex parte, quam prouerat, sese recipiebat. nam

V. C. habet ex parte, quam prouebat.

999 Tumultus, timoris fuga plena] meus liber, & fuga plena.

1000 Alii dimissis equis eundem cursum conficerent] Vide num, admissis equis, sit legendum, ut legit Faern.

1001 Neq; quisquam omnino confisteret] Existimat Aldus Manutius, Pauli F. legendum, neque quisquam omnium. quod sic scripserit supra lib. 7. de bello Gallico. lib. 1. & lib. 2. de bello ciuili. cui assent or. nam Cicero saepe ita loquitur.

1002 His malis hac subsidia succurrebant] Sic LXIX libro 2. de bello Gallico: iis difficultatibus duae res erant subsidio.

1003 Portisq; Caesaris militibus occupatis] Alii libri, a Caesaris militibus. alii, angustis portis atque hu a Caesaris &c.

1004 Propriam & expeditam uictoriam] Sic Hirtius de bello Africano, uictoriam sibi propriam a diis immortalibus porcendi. & de bello Alexand. uictoriam propriam se eis breui daturum pollicetur. sed ipse Caesar infra partiam presentemq; uictoriam. item lib. 4. de bello Gallico exploratam uictoriam. & quasi parta iam atque explorata uictoria lib. 5. de bello Gallico.

1005 Et notos equites Romanos] Longe aliter LXII hunc locum legi in libris & impressis & manuscriptis & in Variis lectionibus. Sed & Plutarchus in Pompeio duo millia hominum occisa scribit. In Caesare uero ad mille.

1006 Tribunos militum L. & centuriones xxx] Lego, tribunos militum & centuriones xxx.

1007 Pars magna in fossis munitionibusq; & fluminis ripis] Supra dixerat, ne in angustias incidere, x pedum munitionis sese in fossas precipitant. & Hirtius de bello Alexand. Horum primis in ipsa fossa munitionis magna vi oppressis. Ex quibus legendum uidetur hic: pars magna in fossis munitionis & fluminis ripis.

1008 Signaq; sunt militaria xxxii amissa] Sic quidam Plutarchus in Caesare: δυο κ; τριακοντα σημα λαβειν τες πολεμικου. Sed Appianus xxxix. nisi codex Latinus fallit, nam nunc Graecus ad manum non erat. Vexilla, inquit, octo supra uiginti eodie duobus proclis suscepit. ut legi hic possit xxxix.

1009 Hoc nomen obtinuit] Superflua haec esse credo. & infra pratulit est in quibusdam libris, & meo. Praecedebant enim Imperatores lictores laureati, quod vel ex Ciceronis epistolis ad Atticum notum est, cum toties lictores suos laureatos queritur sibi impedimento esse. ut lib. 7. epistola 9. Litteras etiam laureatas mittere solebant, ut ex Liuiio alias ostendi. Erat autem moris ut duces, posteaquam a militibus Imperatores appellati fuerant, lictores laureatos praerferrent, litterasque ad Senatum laureatas de rebus a se gestis mitterent. Cicero in Pilonem: Appellatus est hic Vulturius illius prouincia (si diis placet) Imperator. tum quidem Paulle noster tabellas Romam cum laurea mit-

ad Caesarem miserat, confectam ex delectu provincia, Caesari tamquam ex suo numero dedit. Caesar tamen cum &c. Cn. Pompeio legionem remisit, & ex suo numero xv, quam in Gallia citeriore habuerat, ex S. C. iubet transdi. Sed cum in prima legione omnes consentiant, quod in altera tantum dissentiant, ex errore notarum factum arbitror, & Lucani veram esselectionem. Reponendum ergo erit apud Hirtium, IV, pro xv, vt supra quoque dixi, in hoc loco scribendum IV, pro III. Sed de dextro & sinistro cornu inter auctores non conuenit. Appianus enim scribit in sinistro cornu Domitium, in dextro Lentulum fuisse, contra Lucanum, qui de dextro cornu ait:

tibi numine pugnae

Aduerso Domiti, frons dextri tradita Martis.

Plutarchus in Caesare & Pompeio ait: Πομπηίου τὸ πρῶτον εἶχε τὴν δεξιάν, τὸ δὲ ἐναντιὸν Δομίτῳ

1039 Cilicenis legio] Vide quae scripsi supra in principio huius lib. 3.

140 Quas transiit ab Afranio docuimus] Hic etiam locus ostendit secundum librum mutilum esse.

1041 Numeroq; cohortes cx expleuerat. hac erant millia LV] Codex Fuluii Ursini & meus habent, hac erant numero millia XLV. quae lectio verissima est, scribit enim Plutarchus in Caesare: πηξοκισμῶν τῶν πεντακισχίλιον παρεπιπέλοισι διαμυρίοις καὶ διαχίλιοις. & Appianus in 2. Caesar XXI millia habuit, inter quos equites circiter mille, Pompeium bis totidem secuti sunt, inter quos equitum VII millia. Praeterea existimo permutata littera pro cx, legendum xc. nam si Pompeius habuit IX legiones, vt demonstratum est, legioq; cohortes x, vt tradit Gellius lib. 16. cap. 4. omnino habuit cohortes x c. Quod si cohors quingētos homines habuit, vt inferius demonstrabo, & in exercitu Pompeii fuere hominum XLV millia, fuere etiam cohortes xc. Accedit Orosius qui eas fuisse XCIX scribit.

1042 Euocatorum circiter duo millia] In meo libro circiter duo. Faernus legit dua, & ad cohortes refert.

1043 Quae rēta acie dispererat] Ex ingenio Faernus emendauerat: dispersa erant. & de cohortibus euocatorum intelligebat. atque ita plane scriptum est in meo libro.

1044 Riuus quidam] Enipeum fuisse scribit Lucanus lib. 7.

At iuxta flumios, & stagna undantis Enipei. Et Appianus 2.

1045 Sinistro in cornu obiecerat] In meo libro, in, abundat.

1046 Cohortes in acie LXXX constitutas habebat] Sic quidem Orosius. Sed hic cohortium numerus, neque numero legionum respondet, neq; numero militum. Nam XI legiones Caesar transduxerat ex Italia, primo comaeatu VII, secundo IV, vt si earum ratio habeatur ex habuisse dicendum sit, at militum numerum respiciamus, tantum XLIX.

Sed nimirum LXXX cohortes in tertia acie constitutas habuit, hoc est, legiones octo: in cornibus vero tres tantum, decimam in dextro, nonam & octauam in sinistro. atque hic cohortium numerum pro legionum numero posuit. Videndus Florus lib. 4. cap. 2. vbi habetur: Si exercitus, hinc XI legiones, inde XV III.

1047 Sinistro cornu Antonium] Appianus praepositos fuisse ait Syllam, Antonium, & Brutum.

1048 Celeriter ex terna acie (singulas cohortes detraxit] Recte Latinus Viterbiensis, vt est vir acris iudicii, animaduertit ex Plutarcho in Caesare legendum esse hoc loco: Celeriter extrema acie sex cohortes detraxit. Frontinus lib. 2. cap. 3. de strategematis, de hoc proelio Pharsalico: Aduersus hanc ordinationem Iulius Caesar & ipse triplici acie, dispositis in fronte legionibus, sinistram latus ne circumiri posset, admoitit paludibus. In dextro cornu posuit equitem, cui velocissimos miscuit pedum, & ad morem equestris pugnae exercitatos. Sex deinde cohortes in subsidio retinuit, ad res subitas: sed dextro latere conuersas in obliquum, unde equitatu hostium expectabat, collocauit; nec ullares ad victoriam plus eo die Caesari contulit. Sed quoniam libri scripti plures habent ex acie tertia, legi etiam poterit, ex tertia acie senas cohortes detraxit. vt lib. 1. de bello ciuili, vbi dicitur: Caesaris triplex: sed primam aciem quaterna cohortes, ex quinque legionibus tenebant. praeterim cum hic sequatur: Atque ex his quartam instituit &c. vt necesse sit tertia prius meminisse eum, nam quod Plutarchus ait, extrema, idem est. procurrerunt enim duo cornua, tertia autē acies, quae extrema erat: quia fuit, donec a Caesare signū accepit. infra: Eodem tempore tertia aciem Caesar, quae quiesca fuerat, & se ad id tempus loco tenuerat, procurruere iussit. Sed ne celem suspicionem meam, crediderim Caesare in hac pugna nouem legiones habuisse, deminutas illas quidē & infrequentes, tam Dyrhachinis proeliis, quam iis caulis, quas huius libri initio commemorauit, sed nouem tamen. nā primo comaeatu Caesarem ipsum v legiones tantū transduxisse Plutarch. scribit: quatuor vero ab Antonio secundo comaeatu adductas supra hoc lib. 3. dictū est. Quae opinio si vera est, supra initio huius libri, vbi habetur, anguste xv millia legionariorum, legi necesse est, v legionum milites. & ibidē paulo post, impositis, vt supra demonstratum est, legionib. v, II, die terrā attigit. hoc est, altero die sic enim de secundo comaeatu Antonii scribit infra: nocti Austrū naues solsumt, atq; altera die Apolloniā Dyrhachinūq; praeteruehuntur. Hoc autē loco cum Caesar tres legiones in cornib. collocasset, decimā in dextro, in sinistro octauā & nonā, in acie tertia sex reliquae fuerunt. itaq; ex harū singulis singulas cohortes detraxit, & quartā acie constituit, quae ex sex cohortib. vt Plutarch. tradit, constabat. Recta ergo erit lib. mei lectio, quae habet: ex tertia acie singulas cohortes detraxit. Locus vero Plutarchi in Celsi pro iohannis reponas τριμς fortasse omnino correctus erit. Ille vero alter in Pōpeio, qui in vulgatis

libris

libris habet, ἀπὸ τῶν τριμς, si legeretur ἀπὸ τῶν τριμς, restitutus videri posset. Verum haec coniectura seu somnium potius sunt.

109 Eius diei victoriam in earum cohortium virtute constare] Sic lib. 6. de bel. Gal. quod pane in eo si opidium retinuisent, summam victoria constare intelligebant. Sed consistere dicit lib. 1. de bello ciuili: neq; quisquam omnium erat, qui non in eius diei casu suarum omnium fortunarum esētum consistere existimaret. & 1. 7. de bel. Gallico: quod suū periculū in aliena videat virtute consistere. quamquam in V. C. constare, sit. vt lib. 7. de bello Gallico: summam victoria constare. sed & in fine huius libri: cum ille celerem in ea re victoriam, hi salutem suam consistere videret. Et supra consistit, est in V. C. pro consistit. notat Briffonius in pandectis Florentinis saepe, consistit, scriptum pro, consistit, & consistere mus, pro, consistere mus.

1050 Vexillo signum daturum] Lib. 2. de bell. Gal. Vexillum proponendum, quod erat in signo, cum ad arma concurrere oporteret, signum tuba dandum. quare vox, vexillo, hoc loco mihi suspecta est: praecipue cum habita oratione signum tuba dederit, non vexillo.

1051 Erat Crassinus] Plutarchus in Caesare, C. Crassinus. & in Pompeio, Crassianus. Appianus, Crassinus. sed legendum, Crassinus. Lucianus li. 7. Dii tibi non mortem, quae cunctis poena paratur, sed sensum post fata tua dent, Crassine, morti, Cuius tota manu commisit lancea bellum.

1052 Et vestro Imperatori, quam constituisis, operam date] Aut legendum, consueuistis, aut constituisistis, pro consueuistis. vt libro septimo. de bello Gallico: Quiesca Gallia Caesar, vt constituerat, in Italiam ad conuentus agendos proficiscitur. & lib. 6. in fine: vt instituerat, in Italiam ad conuentus peragendos profectus est. Nam li. 5. in principio dixerat, discedens ab hibernia Caesar, vt quotannis facere consueuerat.

1053 Et nos nostram libertatem recuperabimus] Sic lib. 1. de bello ciuili: vt tribunos pl. iniuria ex ciuitate expulsos, ad suam dignitatem restitueret, vt se & Pop. Rom. paucorum factione oppressum, in libertatem vindicaret.

1054 Leniusq; casura pila sperabat] Videtur legendum, lenius quoq; casura pila sperabat.

1055 In festis signis procurruissent, & hic, in festis pilis. Monuit enim Caesar has cohortes ne pila mitterent, sed faciem equitum in festis pilis vulnerarent, in proelioque discurrens militibus imperabat, vt refert Orosius, Faciem feri.

1056 Non solum loco excederent] Magis probe, loco cederent. nam paulo supra dixit: quorum imperium equitatus noster non tulit, sed paululum loco motus cessit. & alias saepe.

1057 Eam partem cui maxime confidebat] Id est, Cilicensem siue Sicilianensem legionem, & cohortes Afranianas, quas vt firmissimas in dextro cornu collocauerat, vt paulo ante dictum est.

1058 Qui non necessarias conquirerent voluptates] Valerius Max. libro secundo, capite sexto. Audierant enim lauitiam inde, & immodicos sumptus, & omnia non necessaria voluptatis generassissent.

1059 Exercitui Caesaris luxuriam obijciebant] Suctonius in Iulio c. 67. Ac nonnumquam post magnam pugnam, atq; victoriam remisso officiorum munere, licentiam omnem passim lasciuendi permittebat: iactare solitus, milites suos etiam vnguentatos bene pugrare posse, nec milites eos pro concione, sed blandiori voce commilitones appellabat: habebatque tam cultos, vt argento & auro politis armis ornaret, simul & ad speciem, & quo venaciores eorum in proelio essent metu damni.

1060 Montem opere circumuenire instituit] Lib. XCVII meus: opere circumuenire.

1061 Vniuersis iuris eius Larissam versus] Quidam legunt, viris, equis.

1062 Millia passuum sex] Vereor ne sit mendosus hic numerus. nam meridie castra oppugnare coepit, deinde vespere expugnauit, montemq; munire coepit, progressusque millia passuum vt alium montem circumuenire, omniaque haec ante noctem. quare forte millia passuum LXXI legendum.

1063 Larissam peruenit] Valer. Max. lib. 4. cap. 5. Pompeius Magnus Pharsalica acie victus a Caesare, cum postero die Larissam intraret, opidū illius vniuersus populis obuiam ei processisset, Itaque, inquit, & istud officium praestare victori.

1064 Circiter millia xv.] Sic quidem Orosius. Appianus ait quosdam scripsisse xxv. Sed si Pompeius XLV millia habuit, in deditioemq; venerūt xxiv millia, verior eorum qui ceciderunt numerus est xv. Afinius tamen Pollio sex tantum millia fuisse tradit, auctore Appiano & Plutarcho: nisi si ciuium Romanorum eum numerū forte scripsit.

1065 Signa militaria ex proelio ad Caesarem sunt relata CLXXX, & Aquila LIX] Liber meus habet, Aquila VIIII. & quamuis numerus indicet nouem, o tamen superpositum, octo significat, nam ex noue legionum Aquillis, quas habuit Pompeius, verisimile est aliquā vnā fuisse conseruatam: legendū itaq; videtur Aquila IIX. Cum autem singuli manipuli signa singula ferebant, & cohors manipulos tres habebat, non omnia signa relata esse videntur.

1066 Cum classe ad Brundisium venit] Ad videtur abundare: aut quoniam classi Asiaticae praerant, vt supra hoc libro dicitur, forte legendum, cum classe Asiatica Brundisium venit, quomodo de Caesario dicit infra: Isdem fere temporibus Cassius cum classe Syrorum &c. & supra hoc ipso libro, Quibus cognitis rebus Cn. Pompeij filius, qui classi Aegyptia praerant, & saepe alibi. Verisimile est scriptum fuisse, cum classe Asiae Brundisium. itaque, ad, ex postrema syllaba vocis Asiae remanisset.

1067 Longius productam vnā quinquagem] Sic Hirtius li. 8. de bello Gallico: Cum fuga vehemens Volusenum longius produxisset.

1068 Vibone ad fretum] Nihil muto. tantum moneo in meo libro legi, Liboq; pro Libone. & infra legitur, profectus est Libonem.

1069 Omnes naues incendit xxxv. in quibus erant xx constrata. In meo libro, in quibus erant xxv constrata. & numerum xxxv abundare existimo additumque ab aliquo, qui numeri varietatem notaret in margine.

1070 Qui ex veteribus legionibus] Sic Hirtius li. 4. de bello Alexand. Thorus ad Cordubam veteres legiones adducit. pro, veteranas.

1071 Mitylenas paucis dieb. venit] Eo enim Corneliam uxorem filiumq; miserat, postquam Cæsar in Epirum exercitum transportavit. Mitylenas autē, siue, ut omnes fere Geographi scribunt, Mitylenem, urbem esse Lesbi insulae omnes norunt.

1072 Nam quicumq; ex fuga Pompeium sequerentur] Codex Fulvii Vrsini qui cum. Legendum existimo, namq; cum ex fuga Pompeium sequeretur. Sed etiam ipsum Pompeium portu prohibitum ostendit Lentulus filius ad Ciceronem li. 12. epist. 14. nec tamen omnes perditos esse puto. Sed idem illi, qui tum fugientem patrem meum, qui L. Lentulum, qui Pompeium, qui ceteros viros clarissimos non receperunt, idem tanquam aliquo fato, & nunc aut magistratum gerunt, aut eos qui sunt in magistratu, in sua habent potestate.

1073 Naues soluere iubebantur] Forte, cogebantur.

1074 Ad civitates perferebatur] Existimo deesse. Asia, ut sit, Iamq; de Cæsaris aduentu fama ad civitates Asiae perferebatur. nam sequitur: Quibus cognitis rebus Pompeius deposito ad eundem Syria consilio. Sic li. 7. de bello Gallico: celeriter ad omnes Gallia civitates fama perfertur.

1075 Ex à quibusdam priuatis sumpta] Deesse arbitror, mutuo, ut sit mutuo sumpta.

1076 Partim quos ex familiis societatum delegerat] Lego, quos partim ex familiis societatum delegerat. Quid autem sit societas, cognosci potest ex Livio extremo lib. 23. ubi ea dies venit, ad conducendum tres societates aderant hominum vndeuigent. Erant ergo societates publicanorum, qui vectigalia publica certo pretio redempta habebant. Ideo societates vectigalium Cicero pro Sextio dicit. Nulla, inquit, erat Roma societas vectigalium, qua non honestissime decreuit de mea salute.

1077 Quosq; ex suis quisq; idoneos ad hanc rem] Quisq; abundare opinor.

1078 Ex provincia vocasse] Codex scriptus, evocasse. Sed supra hoc lib. 3. in re simili ait: adhibitis compluribus Senatorii ordinis, quos advocauerat Scipio. ut legi hic debeat, ex provincia advocasse.

1079 Ut iis testibus summa pecunia uteretur] Liber meus, ea summa pecunia. Sed liber Fulvii Vrsini, in summam pecuniam. legendum existimo: ut iis testibus in sumenda pecunia uteretur.

1080 Ut in muris armata civitas discurreret] Orobolus: Tantus vero in aere armorum strepitus fuit Antiochia, ut quasi aduentu hostium in muros concurrerent. siue, ut habet Valer. Max. lib. 1. cap. 4. in

muros concurreretur. 1081 Pergami in oculis ac remotis templis] Codex Fulvii Vrsini, reconditis templis. Valer. Max. li. 1. cap. 6. sonum tympanorum Pergami abditis delabris editum. Sed meus liber habet: in occultis ac conditis templi. quod placet. Nam ut refert Dio lib. 41 Pergami tympanorum cymbalarumq; sonitus totam urbem peragravit.

1082 Palma per eos dies in tecto inter coagmenta lapidum ex pavimento extitisse] Videtur contrarium, in tecto esse, & ex pavimento extitisse. Valerius li. 1. c. 6. nihil de tecto: Palmam, inquit, viridem Trallibus in ade Victoria sub Cæsaris statua inter coagmenta lapidum iusta magnitudinis enatam. Plutarch. in Cæsare: καὶ Τριχίδης ἐν τῷ νικησὶ ἀπὸ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς εὐφροσύνης. καὶ τὸ αὐτῷ χαρίον αὐτὸ τε τερπνὸν φῦσι, καὶ λίθων τεκτονικῶν καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀφαιρούμενων. Ex quo videndum an intelligi debeat ex pavimento in tecto, hoc est lapidibus constrato, palmam extitisse. Addit Dio, Victoria ipsius simulachrum ad Cæsaris se statuam convertisse.

1083 Quas ex Pompeianis militibus confecerat] Plutarchus in Cæsare, καὶ τὸν ἐξ αὐτῶν ἀφαιρούμενον. Dio lib. 14. Cæsar delectos omnes confecerat, eos qui ex delectibus conscripti erant, inter suos in legiones descripsit.

1084 Eunuchus nomine Photinus] Sic V. C. & alius semper. Plutarchus eum Ποθίνον appellat. sed Lucanus Photinum.

1085 Bibuli filios duos interfecerant] Valer. lib. 4. cap. 1. M. Bibulus vir amplissima dignitatis, & summis honoribus functus, cum in Syria moraretur provincia, duos egregie indolis filios suos a Gabinianis militibus occisos esse cognovit. Seneca etiam ad Martiam ca. 13. Bibuli melioris, quam fortioris viri, duo simul filij interfecti sunt. Aegypto quidem militi ludibrio habiti, ut non minus ipsa orbitate auctor eius digna res lacrymis esset.

1086 Hunc usum rei militaris habebant] Lib. 1. de bello Gallico: Quod non magnum in re militari usum habebat. item: qui magnum in castris usum habebat. & lib. 2. de bello civili: quod magnum habere usum rei militaris sciebat. Ergo videndum, an & hic, magnum usum rei militaris, legi debeat.

1087 Quarum erant auxilio l. missa ad Pompeium] Liber meus, quarum erant l. auxilio missa. Appianus tamen eas lx fuisse tradit lib. 2.

1088 Prater has xxi erant] Vox, erant, non est in meo libro, neque necessaria videtur.

1089 Constrata omnes] In meo lib. est rostrata omnes. ut Faernus quoque testatur se in suo invenisse.

1090 Cum ille celerem in ea re victoriam] Liber meus: in classe celerem victoriam.

1091 Hac insula, obiecta Alexandria, portum efficit] Hinc Virgil. lib. 1.

insula portum Efficit obiecta laterum.

1092 Paullum suo cursu decesserint] Reponunt alii

alii deflexerint. Sed Sueton. in Iulio ca. 31. cum decessit via diu errabundus, & Q. Curtius li. 5. nullo regente decesserunt militari via. Cicero pro Cluentio, de via decedere, dixit.

1093 Demisit enim circum omnes propinquas regiones] In meo lib. legitur, deduxit autem circum omnes.

1094 Ad Achillam se ex Regia transfecit] In meo libro: ad Achillam sese ex regia.

1095 Magnis enim inacturis sibi quisq; eorum animos conciliabat] Sic supra li. 6. de bello Gallico: eosq; ad se magnis inacturis pollicitationibusq; perduxerant, hoc est, largitionibus.

1096 Procurator regni in parte Cæsaris] Quidam legunt, in potestate Cæsaris. quod paulo supra dixerit. Quo facto Regem ut in sua potestate haberet, Cæsar effecit. Sed in parte Cæsaris, magis placet. nam & Hirtius infra de bello Alexand. dixit: erat autem magna multitudo opidanorum in parte Cæsaris; quam domicilium ipsorum non mouerat. Dux enim erant partes, una Arfinoæ filia minoris Ptolemæi & Achillæ, altera Regis Ptolemæi & Cæsaris. atqui hac in parte erat Photinus.

1097 Hac incitua belli Alexandrini fuerunt] Hæc non habentur in meo libro.

NOTÆ IN A. HIRTII PANSÆ COMMENTARIORVM DE BELLO ALEXANDRINO librum vnum.



1098 T quam angustissimam partem opidi Legerem: ut quia angustissima. Voluit enim Cæsar hæc partem a reliqua parte vrbis excludere, quod ea aquam pabulumque largè præbere poterat. ut infra dicitur.

1099 Per quas fines Aegyptii regnumq; pertinet] Forte, Quas fines Aegypti, scribendum est.

1100 Et innumerabilem multitudinem adduxerant] Deesse aliquid videtur, ut sit, innumerabilem hominum multitudinem. nam sequitur: hac multitudine disposita munitiones semotatarum partium tuebantur.

1101 Præterea ambulatorias] De ambulatoriis turribus, Vitruvius lib. 9. ca. 18.

1102 Fumibus iumentisque obiectis directis plateis in quancunq; erant visum partem, movebant] Codex Florentia olim impressus habet hoc loco, plateis, pro plateis, quæ verâ lectionem esse credo. sed legendum distinguendūq; est alio modo: Fumibus iumentisque obiectis plateis in quancunq; &c. Nam

plateorum obiectu & iumenta & homines, qui turres movebant, protegebantur. sic supra lib. 2. de bello civili: miles dextera ac sinistra muro tectus, adversus plateas obiectu.

1103 In consuetudinem venire regni occupandi] Vocem, occupandi, abundare existimo.

1104 Cum longius à navibus pradatum processissent] A navibus, abundare existimo.

1105 Qua neque virtutem posset notare] Alii libri, qua neque.

1106 Constrata naues] Meus liber, rostrata. Deinde omnibus epibatis nudata] Quidam legunt, dua omnibus epibatis nudata.

1108 Ut vix artificis defendi possent] Lego, artificia defendi. Sic libro 3. de bello civili dixit: ut, cum esset legio presidio Messana, vix opidum defenderetur.

1109 Videbantur non auxilia Cæsaris] Cæsari, lego libentius.

1110 Vna in cursu litore Aegypto decesserat] Supra lib. 3. de bello civili sub finem: Quasq; ubiq; naues imprudentia aut tempestate paululum suo cursu decesserint. atque ita hic quoque legendum videtur, decesserat.

1111 Nostris enim pulsus] Alii codices, nostris enim prorsus neque terra neque mari effugium dabantur, omnia victoribus &c.

1112 De summa ac de salute omnium decertare] De summare, solet dicere, ut notari alibi. atq; ita est hic fortasse legendum. in meo libro postea reperi scriptum, de summa rerum.

1113 Neq; flexi ad virtutem ex tanta multitudine viri] Lego, neq; electi ad virtutem.

1114 Neq; vero diutius ipsi ex munitione se continere potuerunt] Vrsinus scribit, in munitione.

1115 Et dccc passuum intervallo] Supra lib. 3. de bello civili est dcccc passuum, ut alterutro in loco mendum sit.

1116 Alexandrinis manum comprehendi multum operibus] Locus hic sine opere veterum Codicum restitui vix potest.

1117 Magna nobilitatis domi] Vide supra lib. 1. de bello civili & quæ ibi noto.

1118 Cum magnis copiis] Meus liber, accersenda, magnas copias. Auctoritate ea, qua pterumq; adest, victori, placarar] Alii libri Pacarar.

1119 Diversissimo ad litus intervallo a mari coniungitur] Deleo præpositionem, a. Sentit enim Nilum ad locum, qui Delta dicitur, diuidi diuicarique, deinde paulatim crescere, medium spatium demum diuersissimis & longe a se distantibus locis mari coniungi. quanquam & diuiciones, ad litus, abundare existimo, sed superiorem locum non satis castigatum esse credo.

1120 Interclusum a Cæsare a se retineri] Lego sine, a se, vel potius sine, a Cæsare: a se interclusum retineri.

codices carent, ex numero passuum distantia à Libyæ, à librariis esse inductam.

1173 Ante portum frequentes considunt ad se defendendum] Cum Cæsar milites exposuisset, castraque ante opidum fecisset, quomodo ante portum constiterant opidani ad se defendendum? probo itaque lectionem scripsi libri, qui habet, ante portum, nempe opidi.

1174 Venio à Casare] C. Osidii responsum ostendit hic legendum esse, a Casare Imperatore, vel certe, venio ab Imperatore.

1175 Regium enim equitatum in provincia Africa Scipio alevat] Hoc quid sit non plane intelligo. Ceterum conditiones societatis Scipionis & Iuba scribit Dio l. 43. Iuba euocatus à Scipione cum non pareret, omnem Africam, qua Romanis subdita esset, se ei dono daturum Scipio pollicitus est. Ea pollicitatione adductus Iuba alios Sittio opposuit, ipse rediit aduersus Casarem contendit &c.

1176 Cum Sulpitio & Vatino] De Vatini classee Hirrui de bello Alexandrino. De Sulpitio vero nihil adhuc repertum.

1177 Et adductis militum equitumque copiis] Lego, & adductis. vt infra: vno tempore adductis frumento auxiliisque.

1178 Et antecessores equites] Antecessores Cæsar eos appellat, lib. 1. de bello ciuili, atque fortasse est hoc loco ita legendum.

1179 Quippe non illorum sibi confidere] Scriptus codex æque perturbatus est, nam ita habet: qui in nullo illorum sibi confideret.

1180 Germanis decem] Lib. Fuluii Vrsini. 10. D. C. sed meus 10. D. C. C. C.

1181 His copiis pridie Non. Ian. post diem tertium, quam Africam attigit] Liber meus addit omnibus. His copiis omnibus. & cum supra Kal. Ian. ad opidum Ruspinam Cæsar castra ponat, & ante vna nocte & die Adrumeti Considii responsum expectans sit moratus, necesse est vt terram Africam attigerit 111 Kal. Ianuar. quod ita esse demonstratur loco superiore, quo habetur Casarem conscendisse naues a. d. v. Kal. Ianuar. & post diem quartum, nempe 111 Kal. in conspectum Africa venisse. Ergo hoc loco omnino legendum est, post diem v. l. quam Africam attigit.

1182 Vltro citroque comeari] Scriptus liber: comearus auxiliisque sine periculo. vt & Fuluii Vrsini liber.

1183 Leuis armatura interiecta] Scriptus liber, leuis armatura.

1184 Cum copia legionum 11x, & equitum 14 millia] Appianus lib. 2. Non multo post Scipio 11x pedum legionibus instructus, equitum xx millib. quorum maior pars Lybicum erant.

1185 Istius atatis cum esset, & animaduertisset Remp.] Liber Fuluii Vrsini habet: istuc atatis. recte. ita enim locutus est Terentius Heautontimor. legendum igitur, istuc atatis cum animaduertisset Remp.

1186 Aqua dulci etiam] Plutarch. ἀδύνη τε καὶ γλυκύνη.

καὶ γλυκύνη τε καὶ θαλαττίνης ἀπὸ τοῦ θαλάσσιου τῆς ἀδύνης. &c.

1187 Constitisset in staniis castris astate inita] XVI Codex Florentinus: Cum antea stare constitisset in staniis castris, astate inita. & V. C. Fuluii: cum antea constitisset in staniis castris &c. legendum existimo, cum antea stare constitisset in staniis castris, & astate inita &c. bellum cum aduersariis suis gerere, tunc litteras celeriter in Siciliam ad Allienum, & Rabirium Postumum conscripsit, & per Catascopum misit. Catascopum, autem videtur esse speculatorium seu expedicum nauigium. Idorus lib. 19. ca. 1. Scafa, quæ κατὰ τὴν ὁδὸν, nauigiῦν, quod Latine speculatoriū dicitur. Plutarchus in Catone vocat κατὰ τὸν ὁδὸν πλοῖον. alii libri habent Catascopum.

1188 Audere enim elephantum] Vox, audere, corrupta est.

1189 Et ad decuriam defixo] In duob. codicibus. manu sc. est, & ad terram defixo.

1190 Sapientem se timidumque hostium opinioni praebebat] Lego, patientem se. supra enim dixit: Despecta patientia Casaris. & infra: Itaque, ex eius patientia in magnum timorem coniectis. Cæsar ipse de bello Gallico lib. 6. simul militum permotus vocibus, qui illius patientiam parum obsidionem appellabant.

1191 Beneficio C. Marii usi fuissent, Casaremque eius affinem esse audiebant] C. Marius in matrimonio habuit Iuliam C. Casaris autam. Plutarch. in Casare, ὁ τὸ Μαρίου γυναικὸς ἰουλιῶς ἀπὸ τῆς ἀδελφίδος αὐτῆς ἐγγυμῆται τε λαμπρῶν αἰσθητῶν διήλθε.

1192 Legati ex Acilla ciuitate libera] Varie legitur in scriptis libris huius urbis nomen. Plinius lib. 5. cap. 4. de Africa proprie dicta: Opida libera xxx. ex quibus dicenda intus Acolitanum, Achariatum, &c. vt aut illic Acilitanum, aut hic, Acola, legi debeat. Sed in scriptis codicibus Achila, legitur. & a Ptolemaeo in ea regione Acola refertur, vt hic ex Achola, & apud Plinium Acholitatum legi debere videatur.

1193 C. Decius Pratorius vir qui] Lib. Fuluii Vrsini, C. Decimius Quastorius, qui ibi.

1194 Equitesque ex nauibus egressus] Lego, egressos.

1195 P. Sittius] Hic ab omnib. P. Sittius vocatur. eius initia progressusque in terra Africa narrat Appianus li. 4. belli ciuili. scribit etiam nonnihil Dio lib. 43.

1196 Vi expugnando est peritus] Lego, vi expugnando est peritus. Plautus in Mil. glor. Vi pugnandoque hominem capere certa res est.

1197 Quomodo] Alii libri habent, Quomodo.

1198 Cum vno centurione] Quidam hunc Pontium Centurionem fuisse scribunt, de quo hæc refert Valer. Max. lib. 3. cap. 8. An abigi debet Pontius ab horum exemplorum contextu qui pro Casaris partibus excubans, Scipionis presidio interceptus, cum vno modo salus ab eo daretur, se futurum C. Pompeii generi ipsius militem affirmasset, ita respondere non dubitauit: Tibi quidem, Scipio, gratias ago, sed

mibi vti ista conditione vita non est opus. Sed hoc in Macedonia gestum eo bello, quod Scipio aduersus Domitium gessit, verba ipsa demonstrant.

1199 Amplius xxxvi annis depugnauit] Lib. Fuluii, Anno.

1200 In tertio quartoque die procedendo] Fortasse legendum est, tertio aut quarto quoque die.

1201 Itaque subito imbre] In codice Fuluii Vrsini est: Itaque subito imbre, grandineque, consecuta, grauat. pondere, tenebris, aquaque, omnia subruta, disiectaque nocte, &c. Sed legendum existimo: itaque subito imbre, grandineque consecuta, grauat. pondere, ventis aquaque omnibus subrutis deiecitque nocte, &c.

1202 Exercitus Scipionis à terrore Scipionis] Locus est haud dubie corruptus. Vide Appianum libro 2.

1203 Magnus terror & expectatio] Suetonius in Iulio cap. 65. Cum expectatio aduentus Iuba terribilis esset, conuocatis ad concionem militibus, Scitote, inquit, paucissimis his diebus Regem affuturum cum x legionibus, equitumque xxx, leuis armatura e millibus, elephantisque cccc. Proinde desinant quidam querere ultra, aut opinari, mihique qui compertum habeo, credant.

1204 Prius necesse conuallem] Addo, esse, vt sit, prius necesse esse conuallem.

1205 Is hac ratione opus instruebat] Lego, id hac ratione opus instruebat. sic infra: Id hoc consilio.

1206 Quod antea saepe accidebat] Lego, accidere.

1207 Sub hoste stabat] Sub armis, solet dicere Cæsar.

1208 Militibusque tempore necessario] Que, abundat.

1209 T. Alliene] Alii libri, Tusci Saliene. Sed Aldo assentior, qui reponit, T. Saliene, de quo supra hoc ipso libro quaquam incertum sit: an ibi in hostium potestatem venerit.

1210 Concitandisque militibus aduersariorum motus Imperatoris] Legendum existimo: concitandisque militibus aduersus vestrum Imperatorem.

1211 Cum nihilominus eius sermonem nuncius ad se referrer, diceretque] In Variis lectionibus aliter. Sed cum Codex Fuluii Vrsini pro, diceretque, habeat, sed restaret, legendum pato: Cum nihilominus ipse restaret, vt reliqua, qua velle, perage-ret.

1212 Quam aut Scipionis obtemperasse nuncio] Existimo particulam, aut, suo loco motam esse, & post, honores accepisset, collocandum; vt sit, & ei qui honores à populo Rom. accepisset, aut incolu-mi patria.

1213 Itemque Quaquam] V. C. Quinctium Aquilam. Sed Pontii Aquila meminit Suetonius in

Iulio & Cicero in Philippis. 1214 In horis v] Alii libri non habent v. 1215 In Numidas infestos coniecissent] Meus lib. habet, in Numidas confertos, vt paulo supra, conuer-tissent.

1216 In castris incolentes] Lego, in castra.

1217 Namque elephantos in Italiam transportari iusserat] Omnino legendum est: ex Italia transportari iusserat. Dio lib. 43. Quaquam nec solum Scipionem Cæsar aggredi ausus fuit, imprimis metu elephantorum, quos non tam pugna caussa, quam quod ab ijs equitatus eius conturbabatur, summo-pere timebat. Itaque milites, quantum eius fieri poterat, castris continens, ex Italia milites Elephan-tos conuocabat, non quod ijs magnopere in prælio fideret, erat enim eorum non magnus numerus, sed vt eius qui eorum usus atque voci assuesciti, hostium quoque elephantos timere desinerent.

1218 Et virtutem bestia] Paulo post dicit, eorumque tarditatem cognoscebant.

1219 Consuetudine captarum] Lego, consuetudine capta earum, vel consuetudine earum.

1220 Quibus ex rebus] Forte, quas res largiter erant consecutus.

1221 Equos patientia bestiarum] Lego, atque consuetudine equos patientia bestiarum adduxerat, vel atque equos consuetudine in patientiam bestiarum adduxerat.

1222 Atque post diem tertium] Lego, Itaque post diem tertium.

1223 Quod finitimum fuit] Liber meus habet Zeta. Recte. nam supra dixerat. Cæsarem Zeta opido potitum.

1224 Atque inde 14 die egressus] Lib. meus, atque inde quarta vigilia egressus.

1225 Vt suis fortunis praesto, quod benemeriti essent] Codex Fuluii Vrsini: vt suis fortunis, quod Pop. R. benemeriti essent. Parisi. vt suis fortunis, de pop. Ro. quod benemeriti essent.

1226 M. Crispum] Quidam legunt M. Cispium. Sed huius M. Crispi multa mentio fit a Dione libro quadragesimo septimo; & a Cicerone Philipp. 11, cum scribit, Q. Marcio Crispo Procos. L. Statio Murco Procos. Legendum tamen existimo apud Ciceronem; M. Crispo Procos. ex ipse Dione, nam de eodem apud vtrumque agi non dubium est.

1227 Cum cohortibus & sagittariis] Sic legitur in meo libro, non, cum cohorte.

1228 Ex proxima legione, qua ei prælio in acie constiterat] Meus liber, ex prima legione, qua ei præsidio acie constiterat.

1229 Asprenate Proconsule] Vox Proconsule, mihi suspecta est.

1230 Vrbilici sine ingressu] Sic Sallustius: Fine inguinum. vide quæ in eum scripsi. Faernus legit, sanus.

1231 Ea quod ab Iulianis teneri vident de sperata] Alii libri: ea quod ipsa ab Iulianis militibus teneri vident, desperata.

XXCI 1232 Occisus hostium x millib.] Plutarchus in Caesare, Quinquaginta millibus. nam sic scribit: πεντηκισμύσι τῶν πολεμίων ἀθηρκῶς ἔδδ' ἐπετηροῦτο τῶν ἰδίων ἀπέβαλον.

1233 Exercitum veteranorum donavit premiis, ac fortissimo] V.C. exercitum veteranorum donavit, praemia fortissimo cuique. Fortasse, collaudat, totumque exercitum, praemia veteranorum fortissimo cuique, ac benemerenti pro suggestu tribuit.

XXCVII 1234 M. Cato, quod Vticensibus] Faernus: M. Cato, quod in Vticensibus, propter beneficium legis Julia parum suis partibus praesidii esse existimabat.

1235 Et ante portam belli caussa castris fossaque] Existimo scriptum fuisse Bellicam, erat enim Vtica porta quae Bellica appellabatur. vt supra de bello civili libro secundo, ad portam, quae appellatur Bellica.

XXCIIIX 1236 Vna cum c.c. qui pecuniam Scipioni ad bellum faciendum contulerant] Appianus libro secundo: καὶ συνδράμῃ καὶ κέραια μὲν τῶν παροικούντων ἐστὶν ἐπιπένησι καὶ περὶ τῶν ἐπιπένησι φρουρῶν ἐν Ἰτικῆ, καὶ τῶν τελευκιστῶν, οὓς δὲ σφῶν ἐν ποταμῷ ὠρεβούλῃ ἐπιπένησι ἐστὶν ἐπιπένησι καὶ σύγκλητον ἐκάλου.

1237 Qui dum anima nondum expirata concidisset] Quidam legunt, cum anima. Sed supra eodem modo hac particula est usus; cum dixit: Iamque Caesar dum exercitum reducere intra munitiones cepisset.

XXCIX 1238 Ceteio, P. Atrio] Codex Paris. & Gryphii: C. Atrio, P. Atrio. Sed is Atrius cuius Romanus de coeuentu Vticensi in potestatem Caesaris venerat, vt habetur supra. Item Aldus pro, L. Cella, L. Ocella legit.

1239 Se bonorum venditionem indicturum] Paris. & Gryphii liber indicturum. L. ius libro trigesimo nono, quas locaciones cum Senatus precibus & lacrymis publicanorum victus, induci & de integro locari iussisset.

XC 1240 Itaque bis millies HS.] Haec summa nimia videret, quare videndum, quomodo emendari debeat.

XXVII 1241 xxx centenis millibus ponderis olei] Liber meus, ponderibus. Lego: tricis centenis millibus pondo olei. &, tricis, legitur in impresso libro.

NOTAE IN A. HIRTII PANSÆ DE BELLO HISPANICENSIS LIBRUM.



1242 Tem nonnulla portas clauderant] Lib. meus, contra nonnulla portas clauderant. V.C. nonnulla portas contra clauderant.

1243 Atque, vt ipse voluit, equitatum praesidio habuit] Idem liber, neque, vt voluit. nam celeritate praevenerit.

1244 Erat per idem tempus] Legendum existimo. Per idem tempus Sex. Pompeius adolescens cum praesidio Cordubam tenebat.

1245 Vlliam opidum oppugnabat] Dicitur est supra legendum esse, Vlliam. ex Ptolemaeo & Diono, qui hoc opidum, Ουλλίαν appellant.

1246 Esse scitebat] Lib. meus, esse sciens, celeriter xv cohortes. sed cum dicit, parique equites numero, cohortes hic legi non posse constat. Libentius legem: dc pedites, parique equites numero. nisi legamus: v cohortes, parique turmas equitum numero, vt paulo infra ait: cum aliquot cohortibus, & equitum turmis.

1247 Vento afflictaretur] Meus liber, afflictaretur aditus.

1248 Cuius incommodum] Lego, quod incommodum.

1249 Ita cum ad locum venerunt] Meus liber, cum ad eum locum venerunt, vt referatur ad aditum.

1250 Vt supra scripsimus] Nusquam hoc superius scriptum refertur.

1251 Ab utriusque cominus pugna iniqua] Lego, vt pugna inita.

1252 De bello decernere] Praeposito, de, abundat.

1253 Quos ideo a via detraxerat, vt in aquam duceret] Reclamantibus omnibus, quos viderim, libris, lego: quos ideo ab Vllia retraxerat. Na Cn. Pompeius Vlliam oppugnabat, a cuius oppugnatione fratris litteris reuocatus erat. vt sibi subsidium ferret, idque eo consilio Caesar fecerat, vt cum in equum locum deduceret, vbi pari conditione bellum geri posset. nam Vlliam in edito monte sitam fuisse refert Hirtius de bello Alexandrino.

1254 Partim sub equitatu] Liber meus, partim vbi equitatus. Lego, partim vt equitatus. Frontinus lib. tertio de re militari, capite decimo quarto: Bello civili cum Ategua urbs in Hispania Pompeianarum partium obsideretur, Maurus interrex

terrex tanquam Casarianus Tribuni Cornicularium vigiles quosdam excitavit, & quibus aliquos euntans constantia fallacia sua, per medias Caesaris copias praesidium Pompeii traduxit.

XIII 1255 Opido potiri se posse sperarent] Meus liber, sperant.

1256 Missos fecere loricatorum] Lego, missos facere, sequitur enim Orabant. & ita est in V.C. & paulo post, quibus abundat in V.C.

XV 1257 Cum pedite progreditur] Meus liber, congre ditur.

1258 Complures equites descenderunt] Meus liber, ex equis descenderunt.

XIX 1259 De muro sunt deiecta] Meus liber, proiecta.

1260 L. Minutius] Codex Fulvii Vrsini, L. Munatius. Dio lib. 41. & Valer. Maxim. lib. 9. ca. 2. licet Planctus ab altero cognominetur, ab altero Flaccus, vt supra lib. 4. de bello Alexand.

1261 Me in te esse praestabo] Lego, me tibi etiam praestabo. & vox, futurum, abundat.

XX 1262 Servus est prehenus] Meus liber, deprehensus.

XXII 1263 Busauleses] V.C. Bursanenses. Lego, Vrsanenses. nam id opidum inferius dicitur Vrsao. & Plinio, Vrso, lib. 3. c. 1. sed Vrsao apud eum potius legerem.

XXIII 1264 Clodius Aquilius] Aldus legendum putat, Clodius Aquilius. V.C. Clodius Arquilius.

XXIV 1265 Ab Soricaria] Infra, Praelium ad Soritiam quod gestum est. atque ita forte legendum.

1266 Nostri magna in caede versabantur] Meus liber, non parum magna in caede.

1267 Qui subito tunc] In V.C. quo subsidio. Legendum, quo subsidio, nisi aduerserasset, a paucioribus nostris priuati essent.

XXV 1268 Opus caluum quorum pugna] V.C. addit, Opponerent, vt sit opus caluum opponerent, sed locum mancum esse apparet.

1269 Leui armatura] V.C. leuem armaturam. & inferius, nostri. vt legi possit, leuem armaturam praesidii caussa non longe ab opere castrorum constitissent nostri equites in receptu dum ad castra redeunt aduersarii cupidius insecuti, vniuersi clamore facto &c. & infra in meo libro est, in castra se receperunt.

XXVI 1270 Quas mittebat Saonem] Diximus supra legendum videri, Vrsanem.

1271 s. v. g. e. v.] Scribendum s. v. v. b. e. s. v. hoc est, Si vos valetis bene est, ego valeo. Sic enim Imperatores Senatui scribere solitos discimus ex Ciceronis epistolis, vel, s. v. b. e. e. v. Si valetis bene est, ego valeo. Cicero lib. 15. epist. 1. Seneca lib. 2. epist. 15. Mos antiquis fuit, usque ad meam seruat usque etiam, primis epistola verbis adhibere, Si valetis, bene est, ego valeo.

1272 Cohortes animo habeo] Lib. meus, cohortes in animo habeo.

1273 Quod Versaonensium civitati fuissent fautores] Legendum credo, Quod Versaonensium civitati vt sibi essent fautores. educebat enim copias extra vallum, vt confirmaret, quod litteris scripserat, per Caesarem stare, quo minus auerteretur. hanc enim si teneret opinionem, sperabat opidanos sibi fautores.

1274 Ad dexteram partem] Meus liber, erant autem ad extremum, idque Caesar cum aciem directam vidisset. ad extremum vero, ad ripas riuu intelligo.

1275 Ita ipsis Liberalibus] Agebantur Liberalia Romae xvi Kalend. April. Plutarchus in Caesare de hoc proelio ad Mundam factum, ἔσπευτο τὸ πλεονεξῆσαι τῆ ἑορτῆς Διονυσίαν ἐορτῆ, καὶ τὸ λίσσασθαι τὸ Πομπηίου Μάγνου ἐπὶ τὸ πόλεμον ἐξελθεῖν.

1276 Cum minus bello haberet] Meus liber, enim minus belle habere.

1277 Caesar ex proelio munitione circumdata] Existimo legendum, Munda munitione circumdata. sic enim est infra.

1278 Optimis superadditis vestibus] Meus liber, optimis insternit vestibus.

1279 Alterum se ingulare] Meus liber, alterum cito se ingulare.

1280 Erat bene magnum intra Pompeianas partes praesidium] Legendum, intra Pompeianarum partium praesidium. & intra, pro, intus, posuit. V.C. erat bene magnum intra Pompeianarum partium, quae praesidium receptum indignaretur, clam quendam Philonem illum qui &c. legedum, erat bene magna manus intra, &c.

1281 Rursus in Hispalim] Meus liber, reuersus in Hispalim.

1282 Hoc acciderat] Meus liber, huc accederat. Lego, huc accedebat. na sequitur statim, Tum praeter ea accedebat. & sic loquitur supra hoc libro & alibi.

1283 Deducabantur] Meus liber, deducebantur. Peculiarē sibi constituisse] Meus liber, constituisse.

1284 Insequenti pratura ampliato honore] Liber meus, insequenti tempore pratura ampliato honore. Suetonius tamen in Iulio, c. 18. eum ex Pratura vltiorem sortitum Hispaniam scribit, sed ex Quarta eam obtinuisse Plutarchus.

1285 Abs se in Senatum inductis] Lego, inductos. nam ex Gaditanis quosdam Senatores fecit.

1286 Sape & sapius luce clara] Meus liber, semel & sapius attulisti. Forte, saepe & sapius attulisti, luce clara &c.

1287 x habere legiones] Meus liber, x lectas habere legiones.

338
FRANCISCI HOT-
MANI I. C.

IN C. IULII CÆSARIS COMMENT-
TARIOS DE BELLO GALLICO ET CIVILI

NOTÆ RENOVATÆ.

LIBER I.



Commentariorū] Plutarchus in Φι-
μαρίδῃ appellat. Καίσιπ, inquit,
ὅτι τοῖς ἐπισημοῖσι γέγραφε. meli⁹
Serabo ἑπομένως, lib. 4. Nam
Cicero in epistola quadā ad At-
ticum, quod *sui Consulatus com-
mentarium* initio appellat. i-

dem paulo post *ἑπομένως* nominat. Est autē *Com-
mentarius*, siue *Commentarium*, (nam utrunque
promiscue dicitur) proprie scriptum, quod domi
continetur, nec in vulgus effertur. Itaque Cicero
in ea pro Sylla, ubi de sui Consulatus commentari-
is loquitur, ait eos *privata sua custodia contineri*. Sic
Commentarii Pontificum scpe; *Commentarii Cæsa-
ris de Repub.* interdum in Philippicis appellantur,
in quibus quæ ad magistratus sui & Reip. rationē
pertinebant, perscripserat. Cic. Ver. 7. *Audite de-
cretum mercenarii Pratoris ex ipsius commentario.*
Recita commentarium. Idem 5. de finibus: *Duo ge-
nera librorum sunt: unum populari et scriptū, quod
ἐξωτερικόν appellabatur: alterum λιματίον, quod in κο-
μητῆρις reliquerunt.* Postea vero cōsuetudine sen-
sim factū est, ut libri omnes *Commentarii* diceren-
tur: quasi qui ab initio instituti essent, ut domi cō-
tinerentur, neque in vulgus ederentur. Cuius rei
exempla passim apud Ciceronem extant.

CAPUT I.

I. *Gallia omnis*] Imo, non omnis certe. Nā omnis
in partes quatuor dividitur, quartaque pars quæ
ab Allobrogibus ad Pyrenæum montem extendi-
tur, & *Narbonensis* appellatur, prætermissa est.
Quinetiam Cæsar Heluetios *Gallorum* nomine a-
liquoties appellat. ut mox, *Heluetii*, inquit, *reliquos
Gallos virtute præcedunt.* Item, *non esse dubium quin
totius Gallie principum Heluetii possent.* Partē quo-
que Italiæ prope mediam *Gallia* nomine appella-
tam, & a Gallis Regum Romanorum tempore oc-
cupatam, nemo nescit. Sed intelligendum est, Cæ-
sarem eam solam Galliam, quæ ipsius tempore ve-
re Gallia erat, id est, Gallis parebat, hoc loco descri-
psisse: quæ vero in populi R. potestatem venerat,
prætermisisse, quam modo præcise *Provincia*, mo-
do cōuncte *Galliam provinciam* (item ut Cic.) ap-
pellat. Sic Plin. *Gallia*, inquit, *omnis, Comata uno
nomine appellata, in trium populorum genera dividi-*

tur: omnibus maxime distincta, a Scalde ad Sequanā,
Belgica: ab ea ad Garumnā, Celtica, eademq; Lug-
dunensis: inde ad Pyrenæi montis excursum, Aquita-
nia. Quinetiam in lib. Aimoini Monachi r. cap. 5.
locus hic ita exscriptus est, *Gallia igitur omnis, sed
ea Comata, dividitur in partes tres.* Neq; enim Am-
miano assentior lib. 15. ita scribenti, *Temporibus pri-
scis, cum laterent hæ partes, ut barbara, tripartita fu-
isse creditur: in Celtas, eosdem Gallos, diuisi, & A-
quitanos, & Belgas: lingua, institutis, legibusq; discre-
pantes.* Quasi vero vel Cæsar, vel Plinius propter
obscuritatem partem illam *Narbonensem* præter-
miserit. Neq; prætermittendum est, quod Galli de
provincia, quasi de alia quadam Gallia loqueban-
tur. velut Critognatus, lib. 7. c. 14. [77] *Respicite fi-
nitimam Galliam, quæ in provinciam redacta, iure
legibus commutatis, securibus subiecta, perpetua, pre-
mitur servitute.*

Aliam Aquitaniam] Magis placeret, *Alteram*: ut
est apud Aimoinum.

Ipsorum lingua Celta] Dio lib. 39. scribit, nationes
quæ cis & trans Rhenum incolunt, antiquitus
vno *Celtarum* nomine appellatas: postea vero, qui
ad dextram habitant, *Gallos*; qui ad lævam, *Ger-
manos* esse nuncupatos.

Lingua, institutis] Idem Ammianus lib. 15. Non
eadem igitur omnes Galli lingua utebantur. Tre-
uixos quidem Germanica vsos lingua, intelligitur
ex præfatione Hieronymi in Epist. ad Galatas, præ-
terea Belgæ a Germanis erant orti, & nonnulli in-
ter eos adhuc *Germani* vocabantur, ut infra lib. 2.
c. 1. Aduatici autem ex Cimbris & Teutonibus lib.
2. c. 8. [29] Strabo lib. 4. οἱ Ἀκίται καὶ Ἀφέρουσι τὸ
Γαλαπικρὸ φῶλον κατὰ τὴν πρὸς τοὺς ποταμὸν καὶ τὸν
ἕρποντα γλῶσσαν. Sed & Strabo & Cæsar linguis
diversis vsos esse Gallos dixerunt, siue dialectis: quæ
varietatem etiam in Græcia fuisse nemo ignorat. Itaque
Strabo eiusdem libri initio, de iisdem Aquita-
nis loquens, τὰς ἑλπίδας, Γαλαπικρὸν τε τὸν ὄψιν, ὁ-
μογλωττεύουσιν ἢ ἢ παρὰ τὸν ἕρποντα, καὶ τὸν ποταμὸν
πυρραῖαν τὴν γλῶσσαν.

Fortissimi Belgæ] Infra lib. 2. scribit, plerūq; Bel-
gæ a Germanis esse ortos, *Rhenumq; antiquitus tra-
ductos.*

Humanitate provincia] Sic omnes libri, in quibus
etiā Aimoinicus. Videri tamen posset vox *Provin-
cie* superare. Nam Ammianus locum sic exscripsit,
*Horum omnium apud veteres Belgæ dicebantur esse
fortis-*

*fortissimi, ea propter quod ab humaniore cultu longe
discreti, nec aduentibus effœminat delitiis, diu cum
Transrhenanis certare Germanis. Sed conferendus
alter & Cæsar & Ammiani locus, ubi ex contra-
rio scribunt. A quitanos propter propinquitatem
provinciæ moribus ad molliem lapsis, superati
assuefactos tandem, sub Romanorum imperium
redactos fuisse. Denique veterum hæc opinio fuit,
propter Massiliæ præsertim civitatis cultum. Nam
Iustin. lib. 4. Ab his, inquit, (de Massiliensibus lo-
quitur) Galli & usum vitæ cultioris, depolita & mā-
suefacta barbaria, & agrorum cultus, & urbes mœni-
bus cingere didicerunt.*

Quæ de causa] Insignis locus: Germanos virtutis
militaris causam & Belgis, & Heluetiis præbuisse,
quod etiā de Heluetiis P. Orofius testatur. Totus
autē hic locus nota parenthesis includendus est, ne
descriptionē Aimoini sequamur, qui paginæ prope
vnius locū immutavit, in quo tamen non tam rerū
fortasse, quam auctoris huius ordinē conturbavit.

Eorum una pars] Huius pronomini ratio erat,
ut ad proximos, id est, Belgas referretur. Itaque re-
ctissime locum Aimoinus sic interpretatur, *Eorum
una pars, qui specialiter Galli dicuntur, &c.*

Inferiorem partem Rheni] Sic Aimoinus, nonnulli
Interiorem, quod absurdum est. Nam *inferiorem*
appellat, quæ in mare influit. Itaque Strabo, αὐτῶν,
inquit, ἡ καὶ ὁλὴν τὴν γλῶσσαν.

Ad Pyrenæos] Aimoinus, *vsq; ad Pyrenæos*, quod
abiudico.

Et eam partē] Aimoinus, *Et ad eam*, quod placet.
Partem Oceani] Ita placet, cum apud Aimoinū
vox *Oceani* desit.

II. *Ciuitati persuasit*] Obscurissimus locus. nam si
ciuitati Helueticorum persuasit, regula uris est, ut
referatur ad vniuersos, quod publice fit per maiorem
partem. Quomodo igitur, quod ciuitas probavit,
postea in crimen & supplicium vocasset? Hoc mihi
obscurum esse fateor: cogitandumq; arbitror, ec-
quid potius legendū sit, *Ei*, vel *Eis*, vel *Eis ita*. præ-
sertim cum in antiquis libris mox sequatur, *Cum
omnibus suis copiis*. ut de nobilitate tantum & corū
clientelis coniuratur o intelligatur. Dio tamen li. 38.
& alii complures hanc migrationē vniuersæ gentis
Heluetiæ communi consilio susceptā existimant.
Verū id post Orgetorigis mortē publico cōsilio fa-
ctū oportet. Ciuitas autē nomen est ex eorū nume-
ro (ut ait Gellius) quæ πολυσημῆς & multiplicia sūt.
nam & urbē, & ciuium multitudinē, & ius ciuitatis
significat. Apud Cæsarē autem plerūq; ponitur
pro gente, quæ cum eadem lingua, tum etiam eo-
dem iure iisdemq; legibus vitur, & vnum imperi-
um, vnumq; magistratum habet. ut cum infra no-
minatur *Ciuitas Biturigum, Sueffionū, Æduorum,
Arvernorum*. Sic lib. C. uil. c. 2. *Ciuitatem esse in
armis*: cum Populum R. significet.

Virtute præstant] Notandum etiam quod infra
Cæsar scribit, *Heluetios florētissimis rebus domos
suas reliquisse*: ne quis eos putet inopia coactos ad
hoc consilium descendisse.

Tuti continentur] Vox *Tuti*, abest tum a nostro

exemplari veteri, tum ab eo codice antiquissimo,
quem mihi Henricus Stephanus vir longe doctis-
simus commodauit. Recte autem abest. non enim
iccirco illos emigrasse scribit, quod tuti contine-
rentur: sed iccirco vagari & grassari bellicosos ho-
mines non potuisse, quod vniq; natura loci, tan-
quam feræ carceribus, continerentur. Nam *Conti-
nerentur* legendum arbitror. Sic infra e. 9. [38] *Idē
natura loci sic muniebatur, &c.* Et lib. 3. c. 1. *Qui vi-
cus altissimis montibus vniq; continetur.* Et lib.
6. c. 1. [5] *Perpetuis paludibus syluisq; muniti.* Vox
igitur *Tuti* sub verbo *Muniti* pro glossa subscripta
in contextum irrepsit. Et hoc idem nunc video Fa-
ernum & Vrsinum obseruasse.

Provincia nostram ab Heluetiis] Nunc Allobro-
ges significat. Itaque perperam Aimoinus locū hunc
de ora maritima, & veterē provincia interpretatur.

Lege confirmant] *Legem* hoc loco publice totius
ciuitatis consilio, & ex ciuitatis auctoritate sanc-
tam, intelligere non possumus. alioqui factum le-
ge probatum in crimen non vocaretur. *Legem* igitur
modo pactionē & fœdus conuratori dicit.

Cum proximis ciuitatibus] Hæc clandestino
fieri potuisse, mirum est. nam fœdera ciuitatis no-
mine non nisi publico consilio fiunt. Sed tamen cū
in crimen vocatum sit, priuata hæc consilia fuisse
necesse est.

Lege confirmant] Rursus *Legem* pro fœdere &
pactionibus clandestinis intelligi oportet.

Amicus appellatus] Mirum est, tantam Senatus
populiq; Romani potentiam apud exteras gentes
fuisse, ut Reges satis stabilem suam fortunam non
putarent, nisi Senatum R. sui imperii auctorem ha-
berent. Itaque magnis actibus & largitionibus cum
sibi auctoritatē cōparabant. De morte autē appel-
landorū Regum, scripsi in Manilianam Ciceronis.

Fratri Diuitiaco] De hoc Diuitiaco meminit Ci-
cero lib. de Diu. his verbis, *siquidem & in Gallia
Druides sunt, e quibus ipse Diuitiaco cognouit: qui &
natura rationem, quam physiologia Græci
appellant, notam esse sibi profitebatur, & partim au-
guriis, partim coniectura quæ essent futura, dicebat.*

Vt idem conaretur persuadet] Et hoc persuadet, &
illa quæ mox sequuntur, *illis probat*, e glossa inter-
pretum sumpta arbitramur.

Sua ciuitatis imperium] Imo *Exercitus*, qui ex
Heluetiis excessurus erat.

Regno occupato] Videri possent abundare. sed
Regnum modo non pro regonibus, sed pro imperio
& regia dignitate posuit: quasi dixisset, Si Regi-
am dignitatem occupent.

Potentissimos ac firmissimos] Noster antiquus,
Fortissimos. quod idem video in libro Romæ cen-
tum abhinc annis impresso. Sic sup. *Horum omnium
fortissimi sunt Belgæ.* Tres autem populos dicit, Hel-
uetios, Æduos, & Sequanos: quorum hi duo totius
Galliæ principatum obtinebant. de principatu
certe omnibus annis inter se contenderant. ut lib.
6. cap. 4. [12] *Sequanos enim pro Aruernis & vicif-
sim hos pro illis, Cæsar interdum appellat: ut alibi
diximus.*

IV *Omnem suam familiam*] Qui vel in possessionibus ipsius, ac rusticis rebus, vel in vectigalibus exercendis operas dabant. Nam hunc Heluetiorum vectigalia eodem modo redempta habuisse, ut Dumnorigem apud Aeduos, consentaneum videtur. *Clientes obaratosq; suos*] Liber Henrici Stephani, *Oberratoresq; suos*, quod etiam absurdum videtur, tamen testari nihil fuit incommodi. Tacitus lib. 3. *Aliud vulgus obaratorum aut clientium arma cepit. Per eos*] Cum iudicibus arma intentarent.

CAPUT II.

V *Post eius mortem*] Mirum est plus Orgetorigis mortui quam viui consilium apud Heluetios potuisse. Nunc enim publicum consilium ad illa priuatorum coniuratione accessisse, intelligendum est. *Opida sua omnia*] His adducti verbis, omnes quos videre licuit, historici, Plutarchus, Appianus, Dio, Tacitus, Florus, Orosius confidenter affirmarunt, vniuersam gentem Heluetiam publico consilio, vastatis agris, patriisq; sedibus relictis, in Galliam cum vxoribus ac liberis demigrasse: vacuamq; totam illam regionem reliquisse. Ego dubitandi causas habeo non paucas. Primum enim si verum hoc fuisset, cui dubium est, quin Romani, qui pauculis ante annis Geneuam & vniuersam finitimam Allobrogum regionem occuparant, confestim in illa vacuam possessionem inuasissent? Deinde superius Cæsar dixit, migrationis istius consilium a mobilitate tantum, & clam atq; arcano captum fuisse: partemq; plebis aliquam bellandi cupidam clandestinis consiliis concitasse. Præterea cui probabitur in tantis Heluetiorum finibus opida tantummodo fuisse XII: indigenasq; omnes patriæ deserendæ animum habuisse? cū in permultis regionis illius partibus agros feracissimos maximeq; frumentarios esse constet, ac paulo post c. 7. [30] Cæsar dilucide scribat, res Heluetiorum hoc tempore florentissimas fuisse. Causa igitur suæ Cæsar seruit, quem Suetonius scribit, in hoc Gallico imperio, *nulla quantumvis iniusti ac periculosi belli occasione abstinuisse: gentesq; feras vltro laceffisse: adeo, ut nonnulli in Senatu Gallis eum dedendum censuerint.* Veritatis tamen indicia multis supersunt horum librorum locis: sed præsertim apud Ciceronem lib. Epist. ad Att. 1. ep. 17. *Atq;*, inquit, *in Rep. nunc quidem maxime Gallici belli versatur metus. nam Adui fratres nostri pugnant, Sequani male pugnant: & Heluetii sine dubio sunt in armis, excursionesq; in prouinciam (id est, Allobrogas) faciunt. Senatus decreuit, ut Cōsules duas Gallias sortirentur: delectus haberetur: vacantes ne valerent: legati cum auctoritate mitterentur, qui adirent Gallia ciuitates, darentq; operam, ne ea cum Heluetiis se iungerent.* Quibus ex verbis perspicuum est primū inter Aeduos Sequanosq; (qui in ditione & fide Aruernorum erant) bellū fuisse: quod Cæsar planius exponit, hoc ipso lib. c. 7. [31] *Idq;*, adeo diuturnum fuisse, ut Ariouistus, qui a Sequanis conductus subsidio eis venerat, quatuordecim jam annos in iis locis confidisset. Deinde cum Allobrogum fines Romani per-

vim nuper occupassent, quorum Adui amici socii ac fratres erant, Heluetios tam propinqua latronum vicinitate permotos, sese Aruernis iunxisse, excursionesq; in Allobrogicā prouinciam aduersus Romanorum præsidia facere cœpisse. Quo tumultu Romani nuntiato, perterritum Senatū, ea quæ Cicero scribit, & summi terroris indicia fuerunt, decreuisse. Iam vero cum idem addit Senatū metuisse, ne Gallia ciuitates sese cum Heluetiis coniungerent, an non perspicue ostendit, Heluetios nō patriæ deserendæ, sed belli Romanis inferendi consilio manus illas coegisse? Quod autem Cæsar aliquoties scribit, Heluetios in animo habuisse in *Santonum fines* proficisci, intelligendum est, Santones Aruernorum clientes, ac proinde Sequanorum socios fuisse: cumque ab Aduis premerentur, idem quod Sequanos fecisse, externaq; auxilia ex Heluetiis conduxisse, qui partim bonitate agrorum illecti, partim a Santonibus inuitati vxores ac liberos secū eduxerant, ut quemadmodū Germani in Sequanorum finibus sedes fixerant, sic illi in Santonum agros emigrarent, ibiq; suas sedes, domiciliaque collocarent. Nam incolis vastatam Galliam fuisse, etiam illud argumento est, quod Heluetico bello confecto, Adui tamen Boios deuictos retinuerunt, eosq; in suis finibus aduersus Aruernorum potentiam præsidio sibi collocauerunt. Quod autē de incensis oppidis, vicis & frumentis Cæsar scribit: primum verisimile nō videtur, propter illam causam quam superius exposui, quod Romani celeriter in illam regionem irruissent: deinde si quid incendiū fuit, probabile est id a nobilibus & præfectis militariibus accidisse; qui cū a magistratibus suis prohiberentur timidis, consideratis, & Romanos crathones irritare metuētib; vi e finibus suis peruerunt, & in oppida ædificiaq; aduersariorū grassati sunt. Deniq; multis ex locis posterius intelligitur, Heluetios Aduorum agros populatos esse; Sequanos nulla re violasse: Cæsarem comæatu & frumento ab Aduis subleuatum; magnaque ex parte eorum precibus adductum, bellum suscepisse: itaque Sequanorum opes fregisse, eosque domitos ac subactos in Aduorum ditionem redegisse, quod lib. 6. c. 4. [12] dilucide testatur. Quam occupandæ Galliæ occasionem Romani vnicam & opportunissimam habuerunt.

Sibi unumquemq;] Codex Henr. Stephani eruditissimi viri, *Sibi quemq;*. Sic etiam Aldinus.

Boias, qui trans Rhenum] Satis constat, Boiorum gentem multas terrarum oras peruagatam, multis in locis memoriam sui nominis reliquisse. Sed & hoc quoque loco Boios eos intelligi apparet, qui Heluetiis vicini erant. Omnis enim iste exercitus ex finitimis Heluetiorum coactus est, quanquā trans Rhenum incolebant, ut scribit Cæsar. Tacitus lib. de morib. Germ. *Inter Herciniā sylvam Rhenumq; & Mœnum Heluetii, vltiora Boii, Gallica vtraque gens, tenuere.* Dicit autem, *Incoluerant*: quasi tunc non incolerent. Tunc enim erant in Gallia: & in Noricum vsq; agrum profecti, Noricam urbē oppugnant: eosque sibi socios, Heluetii adiunxerāt.

Vix

VI *Vix quo singuli carri*] Non dubito quin sit corrigendum *Qua*. Cicero pro Cæcina, *Omnes introitus, qua adiri poterat in eum fundum.*

Per prouinciam nostrā] Non veterem prouinciā, quæ proprie *Gallia prouincia* dicitur: sed per fines Allobrogum, qui (ut modo dixit) *nuper pacati Populo R. fuerant.*

Inter fines Heluetiorum] V. C. *Heluetiorum inter fines & Allobrogum.*

Nuper pacati] Corrigendum, ut in aliis plerisq. antiquis, & in Aldino, *Nuper Populo R. pacati erant.* Erroris causam notæ præbuerunt, *Nuper P. R. pacati*, &c. Deest tamen in lib. Henr. Stephani.

VII *Maximis itineribus*] Plutarchus octo dierum spatium tantum itineris confectum scribit.

Suam maximū potest militum] Vox *Potest* abest a nostro antiquo & a Romano, centum abhinc annis edito, idque mihi probabilius videtur.

Nullū aliud iter haberēt] V. C. *Aliud iter haberēt nullū.* Aldus, *Iter haberent nullū aliud.* Verus placet.

Rogarentq; ut eius] Quanto concinnior Antiqui nostri & Romani lecto: *Rogare ut eius.*

L. Cassium] Appian. in Cæsaribus scribit, hoc idem a Claudio Paulo relatum in suis Annalibus. Extat historia in Epit. Liu. 67. & apud Orof. lib. 7. c. 17.

Ad idus Apr.] Faernus, *Ante diem iduum Aprilium*, quam locutionem antiquam & vltimatam esse fateor: sed tum, opinor, vsurpari solitā, cum is die præfuit, qui eam infecta re abire nollet. Dies autē ad mediam noctem producebatur. Sic lib. Ciu. 1. c. 1. [2] *Vti ante certam diem Cæsar exercitum dimittat.* Et eod. lib. *Polliceri se in prouinciam iturum, neq; ante quam diem iturus sit, desinere.* Sallust. in Catil. *Cetera multitudini diem statuit, ante quā sine fraude liceret ab armis discedere.* Et noster lib. 7. *Imperat certum militū numerum ciuitatibus, quem & quam ante diem in castra adduci velit.* Et ca. 1. [4] *Armorum quantum quæq; ciuitas domi quodq; ante tempus efficiat, constituit.* At Cæsar hoc loco ita diem præfinit, ut intelligatur, nihil ad illum pertinere, vtrū ea obeatur, æcne. Quæ notiam vltimata hæc locutio est.

vt lib. Ciu. 2. c. 4. [19] *Edictumq; præmittit, ad quam diem magistratus sibi præsto esse vellet.* Item li. 6. c. 6. [33] *Labienum Treboniumq; hortatur, si Reip. commodo facere possint, ad eam diem reuertantur.*

VIII *Qui in flumen Rhodanum*] Hoc dictū indefinitè falsum est, non enim lacus in Rhodanum, sed contra Rhodanus in lacum influit. Ab inferiore tamen parte lacus in Rhodanum influit, vel potius confluit. Itaq; legendum arbitror *Qua*: præsertim ut locus unde perducitur murus cœpit, noverit, nō enim a superiore, sed inferio: elacus parte opus institui cœpit; prope a ponte Geneuæ vrb. s. Nā quod Glareanus legendū putabat, *Quæ flumen Rhodanū influit*, primū a Cæsaris consuetudine alienū est: qui sexcentis locis Rhodanū virili genere pronūtiat, neutro nunquā, sexcentis locis *Influere in, Influere Rhodanum* nunquā. Deinde historiæ ratione cōturbat, ut non ante ligatur, qua lacus parte dicit maceria cœpta sit, summa, media, an infima. Cæsar li. 7. *Perperuā esse paludē qua influeret in Sequanam.* Sic in-

fra: *Flumen Arar in Rhodanum influit.* & li. 3. *In flumine Ligeri, quod influit in Oceanum.* & li. 4. *Rhemus in Oceanum influit.* Et mox: *Rhodanus multis capitibus influit in Oceanum.* Iam de *Qua* hæc exempla sunt, infra c. 9. [38] *Qua flumen intermitit.* & ca. 3. [10] *Qua proximum iter erat per Alpes.* & lib. 2. in fi. *Qua minime arduus ascensus videbatur.* Mirū est autē, quod Ammianus li. 15. scribit, & accolæ confirmant, Rhodanū aquis illius paludis non misceri: sed *alirinsecus*, inquit, *summitates vnda præterlabenti segiores, viā sibi impetu moliri.* Quod idē Pomp. Mela li. 2. affirmat. Sunt etiā hoc tempore qui hoc idē credant: sed mihi nondū persuadere potuerunt.

Murum perducit] Mirū est, tam multos eruditos illius muri vestigia etiā nunc prope Geneuā inuestigare. Nā *murum* Cæsar, pro maceria posuit, qua sine cemento est. Sic li. 7. c. 8. [46] *A medio colle ex grandibus saxis sex pedum murum perduxerāt Galli.* At eod. li. c. 13. [69] *Fossamq;*, inquit, *& macerā sex in altitudinē pedum perduxerāt.* Sic inf. li. 2. c. 8. [29] *Quæ locum duplici altissimo muro munierant, tū magni ponderis saxa & præcutas trabes in muro collocarant.* Et lib. 5. c. pen. [35] *Præsidii tantum est, ut non minus quidē tingi possit.* vbi de vallo castrorum loquitur.

Exemplo Po. R.] Frequēs locutio est, *More & exemplo*. sed *Exemplo Populi R.* non memini me legisse. Cicero pro Cæc. *Prætor quæadmodum more & exemplo optulari possit, non habebit.* Et Verr. 5. *Hoc iniecto metu iudicibus, nullo more, nullo exemplo, ecquā reputatis esset.* &c. *Præterea si populus iussisset, quid fuisset a moribus populi R. alienum?* Videndum igitur, ecquid verbum *Iniussu* desit, ut sic legatur: *Negat se more & exemplo populi R. iniussu, posse &c.* Cicero in Pisonem: *Bellum sua sponte gerere, in regnum iniussu populi ad senatus uocedere.* Itē: *Præsidium tu populi R. custodia prouincia, iniussu populi Senatusq; dimisisses, si tua mētis cōpos fuisses?* Sallust. Jugurt. *Senatus decernit, suo atq; populi iniussu, nullum potuisse foedus fieri.*

Aliis vadis] Mendū perspicuum, nulquam enim aliorum, meminit. Itaq; in Antiquo nostro, & Romano, & Steph. perspicue legitur *Alii*, ut facile appareat similem vocem paulo superius deesse, locūque ita corrigendum, *Heluetii ea spe deiecti, alii nauibus iunctis rariibusq; factis, alii vadis Rhodani &c.* Placet etiam Antiquus noster & Romanus, *Rariibusq; compluribus factis.*

Eo deprecatore] Atqui hoc tempore Sequani Aduorum hostes erant, eosque de principatu Galliæ deiecerant. lib. 6. c. 4. [12] Intelligendum est igitur, Dumnorigē Aduum suis infide ē fuisse, Sequanorumq; partes clanculum secutum esse: ut aliquāto post cognoscetur. Itaq; Heluetii cum in Aduorum fines peruenerant, eorum agros populati sunt.

In Santonum fines] De quibus non prætermittendum est, quod Cæsar scribit paulo post, Heluetios delegisse locum ex omni Gallia opportunissimū, ac fructuosissimum. Nam hæc nūc quoq; solo Santonico laus tribuitur.

CAPUT III.

In Sebastianos] Apud Ciceronē, Ptolemæū, Pli-

ram appellatur a Caesare lib. 7. c. 4. [17] Petentibus Aeduis] Opinor, vt eos Germanis, qui in Sequanis sedes Ariouisto duce fixerant, opponerent. nam sine graui causa pauci tanta liberalitate non vtuntur.

In partem libertatis conditionem] Libertate quidem Boiis reliquerunt, quae ad eorum personam pertinebat. At quantum ad fortunas, stipendium illis annuum imposuerunt. lib. 7. cap. 2. [10] Quod autem sequitur Acceperunt, in omnibus nostris antiquis rectius legitur Receperunt.

XXIX Literis Graecis confecta] Id est, forma Graecarum literarum, sed Heuetio sermone: vt omnes de quibus adhuc audire licuit, interpretantur. Sed veterum auctorum omnium atque adeo nostri huius consuetudo reclamant. Hanc (inquit li. 5. c. 11.) [48] Graecis conscriptam literis mittit, ne intercepta epistola, nostra ab hostibus consilia cognoscantur. Aut igitur locum aliquem eruditi viri proferant, in quo Graecis literis conscribere, vsurpatum sit, pro literarum formas exarare: aut fateantur hunc locum eodem, vt illum, modo interpretandum. Cic. de fin. 1. Cum que Philosophi Graeco sermone tractauissent, ea Latinis literis mandauerunt. Tacitus de morib. Germ. Monumenta et tumulos quosdam Graecis literis inscriptos in consinio Germaniae Rhodiaeque adhuc extare. Sallust. Catil. Literis Graecis et Latinis docti, psallere et saltare elegantius quam necesse est proba. Liu. lib. 9. Vulgo tum Romanos pueros, sicut nunc Graecis, ita Hetruscis literis erudiri solitos. Idem in fil. lib. 28. Propter Iunonis Lacinae templum astatem Annibal egit: ibique aram condidit: dedicauitque, cum ingenti verum ab se gestarum titulo Punicis Graecisque literis inscripto. Idem lib. 40. Literis Latinis Graecisque, utraque, arca inscripta erat. Cic. de Diuin. 1. Tarutius in primis Chaldaicis literis eruditus. Interdum tamen litera pro literarum notis vsurpantur, vt apud eundem Verr. 5. Quod iste, si unam Graecam literam scisset, non sustulisset. Itē de nat. deor. 3. Alter traditur Nilo natus, Aegyptius: quem aiunt Phrygias literas conscripsisse. Ne multis morer, quemadmodum & nostra, & patrum maiorumque memoria innumeri fuerunt in Heluetia, qui Latine scriberent: ita non dubito, quin Caesaris tempore nonnulli fuerint aut nobiles, aut sacerdotes, qui in adolescentia Graecam linguam, Massiliae fortasse, didicissent: eaque maiores atque illustriores res ad suum vsu priuatum conscripsissent. Denique isto sensu veteres non dixissent Graecis literis scribere: sed Graecarum literarum forma, vel notis, vt apud Tacit. lib. 2. Nouas literarum formas, addidit: comperto Graecarum literarum non simul ceptam absolutamque. Et mox: Et forma literis Latinis, qua veterimis Graecorum. Cicero Tuscul. 5. Aut qui sonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis literarum notis terminauit. Atque haec quidem haec tenus. Quod autem Strabo lib. 4. scribit Gallos vsque adeo phididulac fuisse, vt etiam pacta & coeuentia Graece scriberent: nihil plane huic pertinet, primum quia de Gallis, iisque Massiliae finitimis discrete loquitur, deinde quia rem illam, tanquam nouam & suo tempore vsurpari ceptam commemorat.

Ex his qui arma] Summa omnium est ad trecenta sexaginta octo millia: in quibus erant duxat nonaginta duo millia, qui arma ferre possent.

Millia nonaginta duo] Plutarchus hoc amplius, Millia centum nonaginta: quod mihi sane probabilius videtur. et παλιότερον ἀριθμὸν, τριάντα καὶ αὐτῶν μὴ δὲ ὄντι: εἰς αὐτὸν δὲ αἰ κωνόρδου μίαι δὲ ἑκατὶ. Male autem qui sic verterunt, Atque ex his x millia ad pugnam apti. Nam vox μυριάδων repetenda erat.

Millium C & X.] Superfuerunt ex proelio cxxx millia. Rebellarunt atque in hostium numero habiti sunt ad sex millia. Reliqui omnes in deditionem accepti sunt. Remissi sunt ergo cxxi v millia. Ponomus in itinere quatuor millia deperisse: tamen supererant cxx millia. quomodo scripsisse Caesarem arbitramur. Verum, vt sit, ista vulgata ratione perierunt ad cclviii millia. At Strabo lib. 4. καὶ τετρακισχίοντα, inquit, μυριάδας ἀπέβησαν ἀφ' ἡρώων. ἔως δὲ λοιπῶν σὺν τῷ μεθ' ἡμῶν εἰς ὅλεθρον ἡρώων, ὅπως μὴ τις Γερμανοῖς ὁμῶς εἴσιν, ἐρημὸν πῶν χωρῶν ἀπέφυγε. Circiter quadraginta millia perierunt: reliquos incolumes domum remisit ad octo millia, ne Germanis, qui illorum finitimi sunt, vacuos agros relinquerent. Orolius quoque non amplius cxxi millibus numerat, qui domo exierant: qui bello occubuerunt, cxxi millibus. Neque aliam soltendi nodi rationem video, nisi cum parum in librariorum, potius quam in summum ac diligentissimum auctorem conferamus.

Ex usu terra Gallia] Vidi, qui vocem Terra tolendam existimabant, imperite. Sic enim veteres loquebantur. Liuius lib. 39. Siquis eorum qui tum extra terram Italiam essent, nominaretur, &c.

CAPVT VII.

Secreto atque in occulto] Tres postremae voces ab sunt a nostro & Faerni atque Vrsini lib. & item Romano. Stephanicus autem eas retinet. Potest certe & prima tolli: vt cetera relinquatur. vt paulo post, Quod soli ne in occulto quidem queri auderent. Et supra c. 4. [18] Eadem secreto ab aliis quarit.

Alterius Aruernos] Infra lib. 6. c. 4. Sequanos nominat: mox coniunctim utrosque Aruernos et Sequanos. Quantum autem ex Caesaris historia licet intelligi, Aruerni alterius quidem factionis principatum tenebant, sed Sequani in fide & clientela Aruernorum erant, & non suo, sed Aruernorum nomine bellum contra Aeduos gerebant. Mirus autem erat Sequanorum principatus: qui cum Germanorum ope dominatum illum obtinuisent, nunc illorum seruitutem perferret: vt mox sequetur.

Amicitia populi R.] De Aeduorum fraternitate supra dictum est cap. 3.

Romam venisse] Idem lib. 6. c. 4. [12] Qua necessitate auctus Diuitiacus auxilium petendi causa Romam ad Senatum profectus, infecta re redierat.

Vnos ex omnibus Sequanos] Hoc plane incredibile videtur. Sequanos, qui diuturna bella cum Aeduis gesserant, & Ariouistum subsidio euocarat, in illo Aeduorum consilio interfuisse, & de Ariouisto expellendo

Caesarem rogasse. Quare necesse est, vnum aut alterum tantum e Sequanis, eosque perfugas interfuisse: quemadmodum superius dictum est Dumnorigem Aeduum, tamen Sequanorum partibus studuisse: suorumque ciuium consiliis aduersatum esse.

XXXII Reliquis tamen fuga] Rectissime Manutius, cum in aliis impressis prope omnibus legatur, Tanius. quauis in nostro Antiquo, atque adeo in Romano scriptum sit Tamen, quod cum huic nostro, tum etiam Ciceroni vtitissimum esse constat.

XXXIII Obtemperaturos] Sic Stephanus & alii complures: vt pronomen Sibi ad Caesarem referatur. Magis tamen aliorum lib. scriptura placet: Temperaturos; vt pronomen ad Germanos pertineat. Sic enim sup. cap. 2. (7) Temperaturos ab iniuria et maleficio existimabat.

Cimbri Teutonia] Cimbrorum arma primum audita sunt anno dclx Caelio Metello, et Papyrio Carbone Cos. inquit Tacitus lib. de morib. Germ. Postea crebro in Galliam venerunt, ac tandem a C. Mario quartum & item quintum Consule in Italia ad flumen Athesin superati sunt anno dclii. Valer. lib. 5. Plutarchus in Mario. Epit. 68. Iul. Obsequens & Orofius.

CAPVT VIII.

XXXIV Locum deligeret] Comiter haec sua mandata Caesar narrat. Longe aliter Florus lib. 3. Cum legati, inquit, dicerent, Veni ad Caesarem. Quis est autem Caesar? et si vult, veniat, inquit: et quid ad illum, quid agat nostra Germania? non ego me interpono Romanis.

Siquid a se velit] Recte Faernus. Siquid se velit. & ita est in nostro Antiquo, & Romano, & Stephanico.

Atque emolumento] Foedus error: & quem tamen in his libris haesisse plane indignum est. Corrigendum, Molimento: quo verbo Liuius & alii vtuntur, pro magno labore, opera & molitione. Haec me ante decennium scripsisse testes habeo innumeros. Post vero Faerni edita sunt notae, in quibus hoc idem ab illo animaduersum cognoui. Itaque ab exemplis proferendis superfedebam.

XXXV Rex atque amicus] De hac populi R. consuetudine scripsimus in Manilianam Ciceronis. Nunc illud obseruandum est, cum Aedui fratres, & confanguinei toties a Senatu R. appellati essent, tamen Ariouistum, qui armis illos oppresserat, Regem & amicum ab eodem Senatu appellatum fuisse. Quae ex re de fideli Romanorum amicitia existimari potest, quibus nihil iucundius erat, quam gentes exteris armis inter se coactas, & diuturnis bellis atteri.

Senatus censuisset] Ex hoc igitur S. C. belli huius gerendi auctoritatem, Caesar sumpsit, eamque Aedui habuit: quod tamen Dio lib. 38. non attendit, cum facit milites Caesari obiectantes, bellum sine

lege, aut S. C. inferri: Caesarem autem respondentem, bella quadam lege lata, quadam sine lege ex tempore & subita necessitate geri.

Dicendum sibi et cognoscendum] Faernus, Dicendum et audiendum. Nam colloquium & communicatio quam Caesar postulabat, dicendo & audiendo, id est, sermonibus vtro citroque habendis, consumitur.

Ceterosque amicos] At obici Caesari potuit, Ariouistum in hoc numero fuisse, & aliquot ante annis Regem, amicum ac socium appellatum fuisse.

CAPVT IX.

In eo manerent, quod conuenissent] Sine dubio corrigendum est, conuenisset, singulari numero: vt in aliis quos vidi omnibus. Nam Conuenisset, pro conuentum esset, modo dixit. Et locutio est vitatissima: neque exemplorum res indiget.

Longe ab his fraternum] Sic noster, & Stephanus. Faernus & Vrsinus: Longe futurum fraternum nomen populi R. Sed vitata placet.

Intra annos xiv] Placet scriptura lib. Stephani. Inter. nam Inter annos antiqui dicebant, pro Per annos, vt in Verr. 2. iam pridem notauimus. Cicero in Quintiana: Qui inter tot annos ne appellavit quidem Quintium, &c. Titinnius apud Non. Marcellum: Qua inter decem annos nequisi unam togam detexere.

Nasuum et Cimberium] Noster antiquus & Romanus. Cimbreum. Non dubito quin Nasuum dicat, qui nunc Nasouius: & Cimbreum, qui nunc Zimber. Sic alio loco Duracium in Pictonibus numerat: quae familia hodieque viget.

In eo opido difficultas] Sic noster & Stephanus & Romanus. Sed Facultas iam pridem in multis impressis rectissime restitutum est. Nunc enim pro copia vsurpatur. vt infra lib. 6. Tantis Italia facultates.

Aldia adalis] Placet nostri Antiqui & Romani scriptura. Aldia adalis.

Hunc murum circumdatus arcem efficit] Notandum, pro Hic muro circumdatus.

Dicebant ferre potuisse] Placet Faerni sententia, vt Dicebant tollatur, praesertim libris antiquis auctoribus.

Non magna in re militari] Ante haec verba codex Stephanus habuit, Magnum periculum miserabantur, quae tamen in multis impressis recte praetermissa fuisse, cum ex loci sententia, tum ex Vaticani libri auctoritate, quam Vrsinus protulit, intelligitur.

Testamenta obsequabantur] Florus sic: Vt testamenta passim et in principis scriberentur. id est, etiam a primorum ordinum militibus.

Ad id concilium adhibitis] Nam in concilio adhibebantur tantum, qui in exercitu imperium aut potestatem habebant: Concio ad milites habebatur. Noster. Ciuil. lib. 2. Diuise

senclio, concionem aduocat militum.

Aequitate conditionis] Placet Faerni emendatio, ut Conditionum legatur.

A C. Mario pulsus] Auctores paulo superius produximus. Quod autem exercitui C. Marii parem atque ipsi Imperatori laudem tribuit, ea causa est, quod die pugnae inter ipsum & hostes constituto, caesa sint hostium centum quadraginta millia; capta, sexaginta. Notandum est autem Ciceronem Gallorum nomine Cimbro & Teutonem appellasse. Nam in Orat. de prou. consul. Ipse ille, inquit, C. Marius, cuius diuina atque eximia virtus magnis populi Romanorum funeribusque subuenit, influentes in Italiam Gallorum maximas copias repressit.

Quam ipse imperator] C. Marius, ut quiuis Latine peritus, facile perspicit. Sed Plutarchus vel imperito vtens interprete, vel ipse minus peritus, ita Caesaris sententiam peruertit: μήτε κρείστος μέγαν Κί. αβρων μέγα. Σου πλερείου, μήτε αὐτὸς ὦν Μαρτίου χείρων στρατηγός.

Seruili tumultu] De quo Epitomi. L. i. u. 97. M. Crassus Praetor primum cum parte fugitiuorum quae ex Gallia Germanisque constabat, feliciter pugnavit: caesis inimicorum xxxv millibus: & duce eorum Germanico. Quod idem Plutarchus in Crasso scribit. Tumultus autem in initium ex gladiatorum familiarum natum est: quorum complures Germanos fuisse locus hic aperte ostendit. De Germanis etiam bestiarum memorabile est quod Seneca lib. Epist. 10. ita scribit: Nuper in ludo bestiarum unus e Germanis cum ad matutina spectacula pararetur, secersit ad exonerandum corpus, nullum aliud illi dabatur sine custode secretum. ibi lignum id quod ad emungenda obscena adherente sponsia positum est, totum in gulam farsit, & praclusis faucibus spiritum elisit.

Quos tamen] Subaudiendum, Servus, & hoc Caesari familiare est.

Inermes] Videndus Flor. lib. 3.

Ac victores] Claudio legato, & Vatinius praetore, & Lentulo & C. Crasso Coss. superatis. Flor. lib. 3. Epit. 95.

Denique Germanos] Probo scripturam quam in libro Stephani reperio: Denique hos esse eosdem, quibuscumque saepenumero, &c.

Hoc si quarerent, reperiri posse] Sic Aldus, sed rectius Stephani liber & multi peruulgati: Hos, si quarerent, reperire posse.

Defatigatis Gallis] Nihil mutandum. tamen si Defatigatos Gallos in quarto casu postulare consuetudo videatur. Sed alius locis non paucis ita locutus est, ut paulo infra: Committendum non putabat, ut pulsus hostibus dici posset eos a se circumuentos.

Ratione ac consilio] Dolo & infidiis.

Cirrationi] Mendose in peruulgatis a superiore seiungitur. nam sensus est, Dolo & arte superatos Gallos: quo dolo capi quidem Galli barbari & imperiti potuerint; at Romani vsu periti & callidi, tanto praesertim ductore, non possant.

Rei frumentaria simulationem] Nihil muto. neque obscura sententia est: simulationem hanc a militibus quaeritam frumentariae difficultatis. Sed tamen si quis vetus liber Difficultatem scriptum haberet, facile comprobarem.

Prescribere audent] Ita placet quamuis in Romano & Aldi & Faerni libris scriptum sit, Videantur.

Perpetua vita felicitate] Neque utriusque superiori responderi, neque felicitatis perpetuitas in omni vita ad bellicam fortunam pertinet. Sicutigitur legendum arbitramur: Suum innocentiam, perpetua vita: felicitatem, bello Heluetiorum esse perspectam. Innocentiam autem auaritia opposuit. Sed bene habet. video nunc Manutium in suo libro ita emendasse, & impressisse.

Repraesentaturum] Sunt qui Tentaturum corrigendum putant; & Beroaldum auctorem laudant. Imperite. Nam Repraesentare, verbum est iuris, pro ante diem praestare, aut facere, aut soluere. Cuius rei exempla multa in Comment. verb. Iur. exposuimus. Itaque mihi dubium non est, quin apud Hirtium de bel. Alex. mendum sit eo loco ubi sic legitur: Caesar respondit se fore acquisitum Pharnaci, si qua polliceretur, repraesentaturus esset. Legendum enim arbitror, Repraestaturus esset.

Decima legione] Hunc locum Dio lib. 38. explicans subiungit, moris fuisse, ut Romanae legiones ex delectuum ordine appellarentur. Frontinus autem lib. Stratag. 1. C. Caesar, inquit, aduersus Germanos & Ariouistum pugnaturus, confusus suorum animis, pro cocione dixit, nullius se eo die opera, nisi decima legionis usurum: quo consecutus est, ut decimam inquam praecipue fortitudinis testimonio cogeret, & ceteros puderet, ne penes alios gloria virtutis esset.

Pratoriam cohortem] Cohors pratoria dicebatur manus peditum, quos Dux belli, sui praesidii causa, circum se habebat.

Primorum ordinum centuriones] Hi sunt Centurio primipili, Primus princeps, Primus hastatus, quorum maxima erat dignitas in legione.

C A P V T X.

Ariouisti copias a nostris] Ita legendum est auctoribus omnibus antiquis. nam mendose quidam nuper Castris reposuerunt.

In eos legionarios milites] Veteres lib. in quibus Steph. Legionarios eo milites. quod sine dubio rectum est.

Ad equum rescribere] In omnibus antiquis, Nunc ad equum rescribere. Est autem militare hoc verbum. Nam scribi legiones dicuntur, cum instituantur. Rescribi vero, cum ordo eorum mutatur: ut si ex pedestribus copiis equestris fiant. Liuius lib. 8. Scribebantur autem quatuor fere legiones quibus milibus peditum, equitibus in singulas legiones trecentis. Idem lib. 9. Delectus prope omnium voluntariorum fuit: rescripta ex eodem milite noua legiones: ductusque ad Caesarem exercitus. Valer. Max. lib. 2. cap. 7.

cap. 7. Decreuerunt, ut ex iis qui equo meruerant, peditum numero militaret: qui pedites fuerant, in funderum auxilia transferrentur.

XLIII. A castris Ariouisti & Caesaris] Video esse qui reponant A castris utriusque, quod si codicem antiquum auctorem haberemus, non displiceret. Sed Steph. & alii vulgata retinent.

Munera amplissime missa] Dixi de hoc more in Manilianam.

Et a Romanis pro maximis] Liber antiquus Henrici Stephani: & pro magnis hominum, &c. Sic Liuius lib. 40. Nominis eius honorem pro magnis erga se regum meritis dare populus Romanum consuevit.

Auctiores voluit esse] Auctores reponit Faernus ex antiquo libro: quod idem & de meo testificor.

XLIV. Omnes Galliae ciuitates] Elatorie & militariter dictum, cum ab iis demum oppugnatus sit, quae in fide & clientela Aduorum erant.

Fines ingressum] Emendo, Finibus egressum: ut in nostro Antiquo, & Stephanico, & Aldino, & Romano. quamuis in quamplurimis peruulgatis ita legatur, quasi Galliam Bracchatam dicat: quo nihil ineptius fingi potest, nam Galliam prouinciam veteres coniuncte dicebant, cum partem quae populo Romano pacata erat, significabant, ut superius dictum est.

Quod ex SC. Aeduis] Deesse arbitror verbum Caesar: aut admodum longe repetendum.

Bello Allobrogum proximo] De quo in Epit. 60.

Quas Aedui secum] Vocem Aedui ex glossa in contextum irrepsisse arbitror.

Debere se suspicari] Verbum Debere, Faernus auctoribus antiquis libris tollendum putabat. Ego ex Eare constat arbitror. quo modo restituendum locum putarem. Vstratam autem esse hanc locutionem pro Iccircio, nemo eruditus ignorat.

Eius morte redimere] Pro Emere, ut Verrina c. Hac vero qua vel vita redimi recte possent, pecunia aestimare non queo.

Aruernos] Recte Aruernos nominat. nam eorum in fide & clientela erant Sequani. quorum in finibus Ariouistis confederat.

XLV. Fabio Maximo] Vnde Allobrogicus dictus. quae de re cognosce ex Epit. 61. Strabone lib. 4. Plinio lib. 7. Velleio lib. 1.

In prouinciam] In prouincia formam redigi dicebantur, quae vestigal pendere iubebantur, quibusque suae leges adimebantur, ut in eas iuris dicendi causa quotannis Magistratus a populo Romano cum summo imperio mitterentur: ut eodem illo anno de Narbonensi prouincia factum est. Quae vero suis legibus utebantur, Libera dicebantur: tunc mox tribus versibus interiectis.

XLVI. Ad nostros aequitare] Placet Viriniani libri scriptura, ut vox, Ad, deleatur. Sic enim antiqui dicebant, Arbitrum adigere.

C A P V T XL.

Commissum cum equitatu proelium] Faernus &

Virinus vocem Commissum, ut superuacaneam reiciunt: quibus Stephanicus & Romanus astipulantur. Et sane insolens locutio est, Commissum fore, pro commissum iri. Possit quidem ita defendi, quasi ordo hic esset: Nam etsi videbat proelium legionis delecta cum equitatu commissum fore sine periculo. Sed deterius mendum subesse arbitror, sub illis vocibus Cum equitatu. Nam legio quoque in equos imposita fuerat: atque trinque proelium equestre futurum erat. Itaque cogitandum videtur, equum d particula Cum sublata, loco sua sententia constare possit. Nam Equestre proelium sine dubio rectissime conueniret. Sic autem infra cap. 2. (53) Reliquos omnes equitatu consecuti nostri, &c. Et lib. 4. c. 1. (4) Omni hoc itinere equitatu una nocte confecto.

Per fidem in colloquio circumuentos] Vetus codex: Per fide, quod ut non facile repudiandum, ita nec temere recipiendum est. Quid si, Per fidem colloquii? ut lib. Ciuil. 2. Homines imperitos, & per colloquium deceptos crudelissime interfecisse. Sallust. in Jugurth. Quod ei per maximam amicitiam maxima copia fallendi erat. Seneca de diuin. prou. Multa milia ciuium Romano uno loco post fidem, imo per ipsam fidem trucidata. Plaut. Mostellar. Per fidem deceptus sum. hospes hic me necauit. Est autem locus communis de fide hosti seruanda. Non seruauit tamen Labienus, Caesaris legatus, cum per colloquii simulationem Comium Atrebatem interficere conatus esset: ut infra lib. 8. ca. 3. (21) Non seruauit Cn. Domitius, qui Biturum Aruernorum Regem per colloquii simulationem accersitum vinxit, & Romam nauim deportandum curauit. Valerius lib. 9. cap. 6.

In vulgus militum relatum] Noster antiquus, & Romanus Elatum, quod magis placet. Cicero de Orator. Peto a vobis, ne has meas ineptias offeratis.

Ariouistus utebatur] Propter annorum xiv consuetudinem. Locus hic eorum errorem coarguit, qui tradunt, Gallicam linguam eandem cum Germanicam fuisse. Quae tamen in disputatione semper meminisse oportet, quod Caesar de principia tradidit, trium Galliae partium singulas sua ac propria lingua & sermone vsas fuisse.

Peccandi locus] Id est, nullo praetextu laedi poterat: nulla eius laedendi occasio praetexti poterat. Sic Cic. Verr. 3. Non est, non est in hoc homine aiquam peccandi locus, id est, qui Verrem absoluerit, nulla praescriptione suum crimen tegere poterit; ut Caesar alibi loquitur.

Pedites velocissimi] Sic Tacitus: Eoque maxime XLVIII proliantur. apta & congruente ad equestrem pugnam velocitate peditum quos ex omni iuuentute delectos ante aciem locant. Hanc Germanicam industriam Caesar postea imitatus est in bello ciuili: ut patet lib. 3. cap. 16. (84) Adolescentes expeditos electos ad pernicitatem armis inter equites proliari iubebat, &c. Item lib. 8. cap. 3. (9)

Velocissimi ac fortissimi] Fortitudo plerumque ad animum, sed hoc loco ad vires & robur corporis refertur, ut fortissimos dixerit, pro valentissimis ac robustissimis. Sic Cic. Offic. 1. Neque ulla re languis:

absumas a natura ferarum: in quibus inesse fortitudinem saepe dicimus, ut in equis, in leonibus. Sic nos- ter ligna fortissima dixit lib. de bel. ciu. 2.

Nostris deterrerent] Omnes antiqui Perterrent. quod rectum puto.

Sortibus ac uaticinationibus] Quis non miretur Plutarchum legisse vorticibus? ἐπὶ τῶν κρητῶν αὐτῶν ἡμε- βλως τὰ μὲν περὶ κρητῶν τῶν ἰσθμῶν γυναικῶν, αὐτὰ περὶ μὲν δυνάμεις αὐτοβλάπτου, καὶ ἢ δὲ μὲν εἰς ἡλικίαν καὶ ψόφους περὶ κρητῶν περὶ γέρας, καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν κρητῶν ἡμε. δει. Ego tamen Sortibus retineo; de quibus Corn. Ta- citus in lib. de mor. German. Ex hoc autem forti- legarum genere fuit illa Velleda, de qua in eod. Ta- citi libro. & lib. 20. Ea virgo nationis Bructera late imperit abat. veterē apud Germanos more: quo pleraf- que foeminarum facidias, & augete superstitioe arbitrentur Deas. Vorticibus tamen vsos Germa- nos in quibusdam diuinationibus & fortilegiis, docuimus in Disput. Feud. cap. penult.

C A P V T .XII.

Postridie eius diei] Ergo, ut Plutarchus quoque obseruauit, ex Germanorum superstitione pugna- di occasionem Caesar arripuit. Itaque Frontinus strategematis loco factum hoc numerat lib. 2. cap. 1.

Generatimq; conlisterunt] Non permixtis & co- fusis gentibus, sed suo cuiq; genti ordine constitu- to: ut Harudes a Marcomannis, & deinceps alii ab aliis distincti essent. Sic lib. 7. (19) Hoc se colle Galli continebant, generatimq; distributi in ciuitates, om- nia vada, &c.

Passis manibus flentes] Noster antiquus Crini- bus, cui Romanus codex astipulatur. Vtra melior sit, satis constituere non possum. Gallicis quidem mulieribus vtrumque hunc morem vsitatum fuisse, patet ex lib. 7. cap. 8. [47] & cap. 9. [48] Et pectore nudo prominentes passis manibus obestabantur Romanos. Et mox: Matresfam. quae paulo ante Ro- manis de muro manus tendebant, suas obestant, & more Gallico passum capillum ostentare coeperunt. Videatur consuetudo fuisse ut in exteris rogandis, passis manibus: in suis, passis crinibus vteretur. Ta- citus in libel. de mor. German. Quodq; praeipuum, inquit, fortitudinis incitamentum est, non casus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit; sed familia & propinquitates, & in proximo pignora. unde foeminarum ululatus audiri, unde vagitus infan- tium. Memoria proditur quaedam acies inclinatas iam & labantes a foeminis restitutas constantia precu, & obiectu pectorum, & monstrata cominus captiuitate, quam longe impatientius foeminarum suarum no- mine timent.

Singulos legatos] Sex igitur legatos hoc bello Caesar habuit. Nam superius sex legiones nomi- nauit.

Pila in hostes coniciendi] Nihil sine vetusti libri auctoritate mutandum caueo. Plinius tamen No- stros, pro In hostes legeretur.

Phalange facta] Quam comato in unum agmine (ait Orosius) scutisq; supra capita contextis ad rum- pendam Romanorum aciem tui undiq; praestrinxerunt. Sed postquam aliqui Romanorum militem su- pra obducentem saliere testudinem, scutisq; sigillatim velut squamis reuulsis, de super nudos deprehensorum delectorumq; humeros perfoderunt, &c.

Scuta reuellerent] Locus hic ostendit, phalangē dici, cum milites scutis in caput subleuatis confer- tam aciem ita contegunt, ut prope testudo videat- tur. Idq; Florus lib. 3. de hac pugna loquens, ostendit: Qui calor (inquit) in praeliando militum R. fue- rit, nullo magis exprimi potest, quam quod elatis su- per caput scutis cum se veluti testudine barbarus tege- ret, super ipsa Romani scuta salierunt, & inde in in- gulos gladii descendebant. Idemque scribit Dio lib. 38. extremo.

Circiter quinq;] Ego, Quinquaginta, libris omni- bus repugnantibus corrigendum arbitror. primū quoniam hunc numerum vetus Orosii impressus liber prodit. deinde quia Plutarch. πεπενηστος τα- δες posuit. Nam cum octo stadia miliarū vnum conficiant, sequitur ut quadringenta efficiant mili- laria quinquaginta. Neque me mouet, quod in vulgatis Plutarchi libris legitur, πεπενηστος. Nam & vetus Interpres Quadringenta posuit, & Henr. Stephan. Graeca linguae peritissimus, & harum re- rum obseruator diligentissimus, πεπενηστος in a- liis libris legi testatus est. Itaque Beato Rhenano summo ac singulari viro assentiri non possum, qui proelium hoc commissum putat ad aedem Apollin- aris, quae milliaria vnum Germanicum a Baitea & Rheni distat. Nam paulo superius Caesar scribit eo se loco castra habuisse, quo a Sequanis & He- duis comaeatus supportaretur. Neque mirum videri oportet, si quinquaginta passuum millia fu- gientes fecerint: cum Caesaris exercitus interdum vno die xx, interdum xxv millia confecisse constet; ut lib. 7. cap. 12. [47] & lib. 7. cap. 6. [40] Vegetius autem lib. 1. scribat, tyrones horis quinque aut viginti aut viginti quatuor passuum millia ambu- lare aut pleno gradu conficere.

In his fuit Arionis] At hunc lib. 5. cap. 9. [29] mortuum scribit. Vel igitur accepto vulnere, vel a- nimi moerore paucis post diebus interiit.

Reliquos omnes] Plutarchus scribit, caesa hoc proelio non minus octoginta millia. quod idem tra- dit Appianus in Celtico.

Quos ubi qui proximi] Ex lib. 4. & locis aliis in- numeris restituendum arbitror, Quos cum Vbi qui proxime Rhenum incolunt. Nam & hi proxime Rhe- num incolebant, & veteres inimicitias cum Sueuis gerebant. Haec cum multis ante annis scripsissem, animaduerti nunc Beatum Rhenanum virum do- ctissimum lib. 3. Rer. Germ. in eadem sententia fuisse.

Qui ripas Rheni incolunt] Nonnulli codices: Qui cis Rhenum incolunt. de quibus lib. 6. cap. 6. [29]

Ad commentus agendos] Verbum iuris, de quo in Commentario nostro dictum est. Liuius lib. 4. Si- culis-

C A P V T II.

calorum ciuitatibus. Syracusas, aut Messanam, aut Lilybam indicitur concilium. Praetor Romanus con- uentus agit. eo imperio euocati conueniunt. excolso in suggestu superba iura reddentem stipat um licitoribus vident. virga tergo, secures cervicibus imminet, & quotannis alium atq; alium dominum fortiuntur.

LIBER II.

C A P V T I.



Nonnullis etiam quod in Gallia a potentioribus] Legendum arbitror, Ab nonnullis .n. potentioribus. Nam qui nouis imperiis studebant, potē- tioribus qui regna occupare cona- bantur, suam operam nauare cupie- bant.

Regna occupabantur] Regna ergo tum diceban- tur, quae in Perside Satrapiae: postea Ducatus, Co- mitatus, Marchia dicta sunt.

Imperio nostro consequi] Cod. Stephanicus, In imperio. quod placet. nam & in Ald. ita est.

Ineunte astate] Idem liber & alii complures, Ini- ta. de quo nihil affirmo.

Proximi Gallie] Ei parti quae proprie Gallia di- citur.

Qui ripas Rheni incolunt] Noster & Roma- nus, & Stephanicus, Qui cis Rhenum incolunt. quod verum esse postea constabit.

Et unum imperium] Et a Steph. libro abest. re- cte, meo iudicio.

Vnum imperium] Paucis post versibus Regium imperium nominat sub rege Galba.

Ingressi prohibuissent] Idem liber, Prohibuerint: quod non improbo.

Regem Galbam] Ergo apud Dionem li. 39. men- dum est, vbi Adra Rex iste nominatur.

Summam totius belli] Stephan. & Romanus, Prudentiamq; suam totius belli summam Aldin. & noster, Suam summam totius belli. Sed pronomen suam delendum arbitror.

Morinos xv] Steph. xx v. Quod Paulus Orosius confirmat: qui in superioribus numerum vbique seruat.

Menapios vii millia] Orosius, ix .oo.

Catnacos xix millia] Legendum Atuaticos, ut apud Orosium & mox, Ceraeos, Cenomanos. Summa autem apud Orosium non conuenit cclxx xv millium. Nam isto modo conficiuntur cccxcvi millia.

Caesar Rhemos] Ad summam igitur Belgae confi- ciunt hominum cccxcvi millia.

Obseidi adduci] Legendum Obsides ad se adduci: ut in Steph. & Ald.

Suas copias introduxerint] Vidi qui Induxerint corrigendum putarent, imperite. nam & paulo post: ita locutus est: Et quorum in fines primum Romani exercitum introduxerint, &c.

Ad se venire] In Steph. Rom. & nostro: Ad se ve- nire vidit. quod propter librorum consensionem retinimus. Et iam idem in Manutianis videmus: quos nunc typographo imitandos dedimus.

Gallorum eadem atq; Belgarum] Ordinis ratio vt postulare videtur, Belgarum eadem atq; Gallorum. Nam de Belgis nunc loquitur.

Nā tanta multitudo] Steph. Nam cū tanta mul- titudo lapides ac tela coniceret, in muro consistēdi po- testas erat nulli. Sed Ald. & vsitata probabiliores vi- dentur.

Testudine facta] Obscurus locus. Nam Testudi- nem hoc loco accipere pro machina subruendis muris: accommodata locus alter lib. 5. c. 11. [42] pro- hibet: vbi sic scribit: Turres ad altitudinē valli, fal- ces, testudinesq; quas iidem captiui docuerant, parare ac facere coeperunt. Quo ex loco intelligitur, Gallos tum demum coepisse testudines insti- tuere. Deinde admirum subruendum, cur portis successissent? id est, ad portas concurrissent. Locus (vt dixi) obscu- rus est. Quod si de Testudine, quam alio loco Phala- gē appellari docuimus, locum accipiamus, cū mi- lites densatis super capita scutis constitantur: rur- sus illud aduerfabitur, quod subitā muri deiectionē Caesaris sententia postulat. quam effossio manufa- cta nō patitur: neq; hodie qui mantelleris vruntur, tam celeriter muros subruunt. Quam obrem cogi- tandum, an miram Caesar Gallorum agilitatem & industriam in muris subeundis hoc loco descibat: & pro Subruunt, legēdum sit, Subeunt, vt Testudinē intelligat phalangem fastigiatam, in quam agilio- res milites ascēdant, & vel ipsi murum subeant, vel ascendenti bus subiectis humeris ascensum præbe- ant. Nam de hoc Testudinis fastigiatæ genere Li- uius lib. 44. Quadrato agmine facto, inquit, scutis supra capita densatis, stantibus primis, secundis sum- misioribus, tertius magis & quartis, postremis etiam genu nixis, fastigiatā, sicut tecta adificiorum sunt, te- studinem faciebant. Hinc quinquaginta ferme pedum spatio distantes duo armati procurrebant, comminatisq; inter se, ab ima in summam testudinem per densata scuta cum euasissent; nunc velut propugnates per oras extrema testudinis, nunc in media inter se concurrē- tes, haud secus quam stabili solo, inter se persultabant. Am. Marcell. lib. 2. 6. Coniunctis tribus nauigiis, te- studinem hac specie superstruxit. Densatis coherentes supra capita scutis, primis transis, instabant armati: alii post hos semer curuantes humiliss, tertius grada- rim inclinatis summissis, ita vt nouissimi suffraginib. insidentes formā adificii fornicati monstrarent. Quod machina genus contra murales pugnas ideo figura- tur hac specie, vt missilium ictus atq; saxorum per de- cursus cadentes labiles instar imbrium euanescent. Hæc ille. Quod aut ad portas subeūdi muri causa concurrebant, argumento est, fossam ante portas non fuisse. quod etiam alter locus ostendit libro 7. c. 9. (50) M. Petreius eiusdem legionis centurio, cum portas excindere conatus esset, a multitudine oppressus

&c. Cum hæc iam pridē scripsissem, nunc animaduerti locum in lib. 7. c. 14. (85) qui nostram coniecturam adiuuat. Nam ubi de Gallis qui partem quandam castrorum Romanorum oppugnabant, loquitur, *Alii*, inquit, *tela consiciunt, alii testudines facta subeunt.*

Opido præerat Steph. *Opido processerat, unum ex iis, &c. nuntium ad eos mittit.* Sed vltata melior est.

VII *Eo de media nocte*] *ox* *Eo* mihi susp. ceta est. Veteres libri consulendi.

Cum omnibus copiis] *Cum*, auctore Steph. tollendum. Sic infra ca. 5. (19) *Subsequatur omnib. copiis.*

CAPVT III.

VIII *Quid nostri auderent, periclitabatur*] Vrsinus & alii testantur in suis libris scriptum ita esse: *Solicitationibus exquirebat.* Quod imperiti interpretis scholium esse nemo non videt. Sic locutus est lib. 7. *Neque vltum fere diem intermittebat, quin equestri proelio, quid in quoque esset animi periclitaretur.*

Leniter fastigiatus] Ald. & aliquod veteres, *Fastigatus.* Apud Liuium legitur etiam, *Fastigatus.* *Fastigare* quidem poeta dixerunt: vt *Fastigatus* retinendam videatur. Nam *Castigatus*, quod nonnulli obtrudunt, plane absurdum est. In Stephan. tamen legitur, *Leniter castigatus*: quorum prius vehementer aridet.

Vt si quis opus esset subsidio] Corrigendum arbitror, *Vt si quid opus esset, subsidio ducti possent.*

IX *Sin minus possent*] Verbum, *possent*, glossema esse non dubito. In Stephan. legitur, *Potuissem.*

Commeatusq; nostros sustinebant] Sic Aldin. Noster autem & Steph. & Romanus *Commeatusq; nostros prohiberet.* Aldina probabilior est: nam de agris loquitur, non de Rhemis.

X *Vndique conuenirent*] *Conuenire*, in infinitiuo, magis placeret. quam scripturam video etiam quosdam secutos. Et omnino Manutianus sic habet.

Diuitiarum quoq;] Vox *Quoq;* tollenda est, auctori bus Faerni & Stephani codicibus. nam plane superuacanea est.

XI *Ab extremo agmine*] Ald. & alii complures: *Ad extremum agmen.*

Sibi subsidium posuerunt] Omnes veteres & scripti & impressi, *Prasidium.* quod cur mutetur, causam non video.

CAPVT IV.

XII *Ex pauore ac fuga*] Noster *Terrore*, cui Stephanicus, Faerninus, & Romanus astipulantur.

Exercitum duxit] Stephanicus, *Deduxit*: quod placet.

Ex itinere oppugnare] *Ex itinere oppugnare*, est cũ sine machinis celeriter, scalis tantũ admotis ascensus tentatur. vt sup. cap. 2. (6) *Id ex itinere magno impetu Belgæ oppugnare ceperunt.*

Castris munitis] Castrorum munitio sic fiebat. Cespiti bus e terra excisus a fronte fossa fiebat: a ter-

go murus ex lignis, & iisdem glebis ac cespiti bus: valli que, id est, stipites in teriiciebantur, & frondes, ne terra laberetur. Is proprie *Agger* & *Vallum* dicebatur, supraq; lorica & pinne ad similitudinẽ muri st. uebantur. Plura Veget. lib. 1. cap. 24. & lib. 3. c. 8.

Vineas agere] Non dubito legendum esse *Aggerem*, quo fossas repleret: vt suo loco docuimus. Sic lib. 7. c. 3. (17) *Aggerem apparare, vineas agere, turres duas constituere cepit.*

CAPVT V.

Sub sarcinis adoriri] *Sub sarcinis adoriri*, est cum milites præter arma, vallo & cibariis suis onerati sunt. Nam cum sine his sarcinis sunt, *Expediti* appellantur. vt paulo infra hoc capite. Cic. Tusc. 2. *Nostri exercitus primum vnde nomẽ habeant, vides, deinde qui labor, quãtus agminis, ferre plus dimidia mensis cibaria, ferre, si quid ad usum velint, ferre vallum. nam scutũ, gladium, galeam in onere nostri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus.* Sic infra lib. 3. c. vlt. (4) *Impeditos in agmine, & sub sarcinis infirmiore animo adoriri cogitant.* Sic lib. Ciuil. 1. *Veriti ne noctu impediti sub onere cõfligere cogerentur.* Et de bel. Afric. *Milites sub onere ac sub sarcinis defatigatos pugnare non posse.* Et sic lib. Ciuil. 1. *Sub armis morari: sub armis conquiscere.* Virgilius:

Non secus ac patriis acer Romanus in armis, Inuiso sub fasce viam dum carpit, & hostem Ante expectatum positus stat in agmine castris.

Temeris arboribus] Hæc eadem Strabo lib. 4 generatim Morinis, Atrebatibus, Eburonibus & Menapiis attribuit: *ἡ τὰς παλαιαῖς ἐφοδῶς συμπαλέγοι τὰς τὰς ἑτάμων ἀγροῦς, βλάται εἰς ὄντας, αὐτὸς ἔχον τὰς εἰσοδῶς, ἐπὶ ὅπου καὶ σὺλλογῶς κατέπρησαν, αὐτὸς ἔχον τὰς εἰσοδῶς, ἐπὶ ὅπου καὶ σὺλλογῶς κατέπρησαν, αὐτὸς ἔχον τὰς εἰσοδῶς.*

Quo non modo non intrari] Fortasse *Qua* rectius legetur.

Non omittendum sibi consilium] Consulendilibri veteres, sicubi vel *occasionem*, vel *Rei gerẽda consilium*, vel tale aliquid insuper legatur.

Post eas] Hanc eandem agminis rationem Hirtius exponit lib. 8. cap. 2 (8)

Porrecta ac loca aperta] In quibusdam *Ad*, pro *Ac*: mendose. Suspicio tamen *Aperta*, glossam esse verbi *Porrecta*.

CAPVT VI.

Vexillum proponendum] Sic Ciuil. 3. *Ne inuisu suo concurrerent se, cum id fieri vellet, vexillo signum daturum.* Et de bell. Alexand. *Demittiq; animum iubet, & milites armari, & vexillo sublato, quo pugnandi dabit signum, idem vt faceret, significabat.* Item in lib. de bell. Hispan. *Hoc nuntio allato vexillum proposuit.* Hoc autem ex antiqua consuetudine: de qua est apud Virgil.

Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce Exiulit. — Soruius quoque: *si esset tumultus*

multus, inquit, *qui fuerat ducturus exercitum, ibat ad Capitolium.* Exinde proferes duo vexilla, unum *roseum*, quo pedites: alterum *caruleũ*, quo equites: dicebat. *Qui Rempub. saluam esse vult, me sequatur.* Ammianus autem lib. 20. *flammeum hoc vexillum fuisse ostendit.* *Signo*, inquit, *per flammeum erecto vexillum, circumuaditur ciuitas.* Purpureum quoque sagum pugnandi signum Romanis fuisse, Plutarchus in Pompeio testatur. Etiam illud addendum. Cohortes in centurias diuidebantur. earum vnicũ q; suum attribuebatur vexillum. id numerorum literis notabatur: vt milites in tumultu ad eas intuentes, ad suum quisque vexillum protinus se reciperet. Plura Veget. lib. 2. cap. 13.

Signum dandum] Est quidem, vt opinor, superuacaneum: cum modo dixerit, *Signum tuba dandũ.* sed hoc fortasse argumentum esse voluit tumultuariæ scriptiois, cuiusmodi multa passim argumenta extant. Cogitandum tamen an *Signum* hoc loco non de Tuba, sed de Aquila potius sit intelligendum. Neque enim verum est, quod vulgo tradunt. idem esse signum, quod vexillum. *Signum* erat simulacrum Aquilæ aureum, vnum vni legionis attributum. *Vexillum* vero, velum literis notatum & centuriæ cuique assignatum.

XXI *Fors obrulit, decurrit*] *Decurrit*, vt alias sæpe, habent meus, Stephanicus, & Romanus.

Pugnantibus tanta fuit] Stephan. *Pugnantibus occurrit.* Temporis tanta fuit exiguitas, &c. Quæ scriptura probabilis est; sed multo probabilior hoc modo: *Hic pugnantibus occurrit.* Temporis enim tanta, &c.

Insignia accommodanda] Locus est in lib. 7. vnde intelligitur alia fuisse insignia, alia signa. *Vacua castra hostium Caesar conspicit, tectis insignibus suorum, occultatisq; signis militariibus, &c.* Ergo *Insignia* dicebantur ornamenta, quibus Dices, præfecti, ceteriq; insigniores notabantur, vt internosci possent. veluti, cum Centuriones transuersis & argentatis galearum cristis utebantur: item signiferi galeis vrsinis pellibus tectis Veget. lib. 2. cap. 13. & cap. 17.

Galeas induendas] Ita placet: quamuis in Faerni & Stephani libris legatur, *Inducendas.*

Quam quisq; in partem ab opere] Stephan. *Quam quisq; ab opere in partem.* quod valde aridet.

CAPVT VII.

XXII *Rursus regressos & resistentes*] Ita placet: quamuis in Faerni & Stephani libris duæ voces, *Regressos* &, absint.

Castris nudatu] Sic lib. 3. cap. 1. *Vt quaque pars castrorum nudata defensoribus.*

XXIV *Fremitusq; exaudiebantur*] Faerninus, Stephanicus, & Vrsinus, *Oriebatur.* sed nihil muro.

XXV *Vbi suos urgeri*] Omnia hæc pendent a verbo *Vidit*, satis longinquo, nisi forte aliud cuiusmodi ali- quod absit.

Esse impedimento, quarta] Stephanicus & Aldinus, *Impedimento vidit, quarta*, &c. quod tamen verbum posterius occurrerit: vt vulgatam improbare, hæc repudiare facile non possum.

P. Sextio Baculo] *Bibaculo* codex meus antiquus, quod melius esse arbitror. Fuit & *Furius Bibaculus*, de quo Valerius Maximus lib. 1. c. 1. Itemq; *Furius Bibaculus*, poeta nobilis. Posterius etiam Romanus liber *Bibaculi* nomen perpetuo retinet.

Scuto vni militum detracto] Florus lib. 3. hunc fugientem appellat. *Hic cum multa Romanorum militum insignia, tum illud egregium ipsius Ducis, quod nutante in fugã exercitu, raptò fugiẽtis e manu scuto, in primam volitans aciem, manu proelium restituit.*

Pro se quisq;] *Per se*, reponerat amicus quidam meus. sed vetus locutio: est, quæ idem valet, vt *Pro sua virili parte*. Liuius lib. 2. *Cum hostes adessent, pro se quisq; in urbem ex agris demigravit.* Sic noster lib. Ciuil. 1. cap. 7. (33) *Maximeq; timoris causa pro se quisq; id munus legationis recusabat.*

Cursu incitato] Forfan, *Incitati*, legendum: nisi quid aliud vitii subit. Nam incitato cursu collem petere videbantur.

Vt ex tumulto] Quasi ex tumulto: vt in coaceruatatis cadaueribus insistentes pugnaret. Malim tamen *Et his deiectis*.

Ausi quod essent] Omnes antiqui: *Ausos esse*. Quorum auctoritatem sequor: repudiatam ab iis, qui loci elegantiam non viderunt. Nam illinc admirationis initium exorditur. Cicero Verrina 3. *Ausum esse in ade Castoris audacia sua monimentũ sempiternum relinquere.* Idẽ pro Sex. Rosc. *Ausum autem esse quæquũ, se in id conclave committere, &c.* Quod cum ita sit, arbitror iis abunde satisfactum, qui *Deberet* singulari casu reponendum putabant.

Ex sexcentis ad tres] Plutarchus, *Ex quadringentis*. In aliis, numerus continet. At Epit. 104. ita loquitur: *Donec ex sexaginta millibus armatorum, trecenti superessent: ex nonaginta quinq; Senatoribus, tres tantummodo euaderent.*

CAPVT VIII.

Teutoniscq; procreati] Omnes ad vnum & veteres & impressi *Prognati*. quod retinendum cenfeo.

Per prouinciam nostram] Corrigendum arbitror, *In prouinciam*, quod loci sententia declarat. De iis autem dictum est lib. 1. Sed iam ita video in Manutiano libro impressum.

Custodia ex suis ac prasidio] Liber Stephan. *Custodiam ex suis ac prasidium*. quod repudiandum non viderur.

In circuitu xv millium] Deest vox *Passuum*. Moris fuit, vt qui obfessionem instituerent, circum opidum fossam ducerent, paulo longius a moenibus quam quo adigi telum possent. Vnde *Circumualandi* verbum. Veget. lib. 4. cap. 28. Et hoc frequenter apud hunc nostrum occurrit.

præter Hirtium diuinasset. Dio vero lib. 39. locum hunc nihilo magis quam alios complures intellexit: ac mirum alicui videri possit, & illū, & Plutarchum toties allucinatos. Frontinus autem libro Strateg. 3. cap. 17. Barbari, inquit, oblata victoria spe concitati, lignis sarmentisque se onerauerunt, qui huius fossas complerent; ingentibus cursu castra nostra in colle posita petierunt: unde in eos Titurius universas immisit copias, multisque Gallorum casis, plurimos in deditorem accepit.

C A P V T V.

XX Quæ pars.] Suspectus mihi locus. nam vox Pars quorum pertineat, non dispicio.

L. Valerius Legatus.] Neque L. Valerii, neque L. Manlii in Gallia cæsi recorder. Video tantum in hist. anni DCLVIII, Rutilio & Manilio Coss. M. Aurelium legatum in Gallia captum & interfectū: Manilium Cos. & Q. Seruiliū procos. prælio victos, binisque castris exutos esse. De quibus si Cæsar loqueretur, pro Valerius reponendum esset Aurelius: & pro L. Manlius Procos. C. Manilius Consul. Rem in medio relinquam. Historiam tantum ex Orosio subscribam: Anno ab V. C. DCLXII C. Manlius, & Q. Capio procons. aduersus Cimbro, Teutones, Tigurinos, Ambrosios, Gallorū gentes missi, provincias sibi Rhodano flumine medio diuiserunt. Ibi dura inter se grauissima inuidia & contentione disceptant, cum magna ignominia & periculo Romani nominis visi sunt. Siquidem in ea pugna M. Aurelius Consularis captus atque interfectus est. Duo filii Consulis cæsi. xxx millia Romanorum sociorumque ea tempestate trucidata, lx millia cælonum atque licarum interfecta, Antias scribit. Ita ex omni penitus exercitu decem tantummodo homines, qui miserum nuntium reportarent, superfuisse referuntur. Eandem historiam attingit Sallust. in Iugurth. extremo.

XXI Quid sine Imperatore.] Alia sunt legati partes, alia Imperatoris. alter omnia agere ad præscriptum, alter libere ad summam rei consulere debet. lib. de bel. ciu. 3. cap. 11. (51)

Cuniculis.] Locum hunc Florus lib. 3. sic interpretatur, vt id commemorare propemodum mepudeat. Aquitani, inquit, callidum genus in speluncas se recipiebant: iussit includi. mox delabebantur in sylvas: iussit incendi. nemo tantum feroces dixerit Gallos. fraudibus agunt. Intelligendum est igitur, Aquitanos cuniculos egisse, vt aggerem subtraherent. Sic enim noster hicidem lib. 7. cap. 5. (22) Et aggerem cuniculis subtrahabant, eo scientius, quod apud eos magna sunt ferraria, atque omne genus cuniculorum notum atque usitatum est.

XXII Salduriis.] Vox Germanis & Gallis veteribus communis: quæ usque ad hanc diem à nostris retinetur Radeucis lib. 3. cap. 20. Vt largitione pecunia militibus qui Solidarii vocantur, colligeret. Cæsar Latine Clientes appellat lib. 7. c. 8. (40) Athenæus autem hæc eadem fere ex Nic. Damasc. commemorat, vt iam video ab aliis esse proditum.

Mori recusaret.] Sic lib. 7. cap. 8. (40) Clientibus.

Gallorum nefas esse, etiam in extrema fortuna deferre patronos. Valerius idem tribuit Celtiberis, vt pote e Gallia translatum lib. 2. cap. 1. & Tacitus Germanis, in lib. de mor. Germ.

C A P V T VI.

XXIII Sertorio.] Cui ea pars Aquitaniæ fauebat. Vnde illud Cicer. in Manilianā: Cn. Pompeius Gallis iter in Hispaniam legionibus R. prohibentibus eorum internatione patrefecit.

Duplici acie instructa.] Steph. Instituta.

Obsessis viis.] Sic Aldinus. In ceteris omnibus abest vox, Obsessis.

Cumtatione atque opinione.] Vidi qui Ostentatione reponendum disputarent. Sed intelligendum est, Opinione passim a Cæsare vsurpari, pro auctoritate & existimatione. Crassus autem illa repetita productione auctoritatem sibi pepererat. Sic lib. 4. Tantum esse nomen atque opinionem exercitus R. Arionisto pulso, & nouissimo prælio facto, vt etiam ad vltimas Germanorum nationes opinione & amicitia populi R. tui esse possint. Cic. p. Sylla. Non solum studium ad defendendas causas, verum opinio aliquid & auctoritatis afferre. Subauditur autem Virtutis: quod etiam interdum additur. vt infra lib. 7. cap. 11. (53) Bellouaci, quæ ciuitas in Gallia maximam habet opinionem virtutis.

Vix quarta parte relicta.] Itaque Orosius cæsa numerat xxxviii millia.

C A P V T VII.

Sylvas cadere.] Hæc sunt quas Corcades dici alio loco docuimus.

C A P V T VIII.

Sub pellibus.] Vetus locutio, pro Sub tentoriis, quæ pellibus constabant. Valer. lib. 2. cap. 7. Neue tentorium ex pellibus haberet, Tacitus lib. 13. Tentusque omnis exercitus sub pellibus, quamuis hiemps aut adeo, vt obducta glacie, nisi effossa humus tentoris locum non præberet. Hirtius de bell. Africo. Perquam pauci sub pellibus acquiescebant. Liuius lib. 23. Vbi primum sub pellibus haberi cepti sunt.

L I B E R. III.

C A P V T I.



Entum pagos.] Pagi sunt conuētus hominum non oppidati, sed pagati habitantium. id est, in ædificiis non coniunctis, sed magno spatio intermissis separatis: quales fuisse Germanorum habitationes, Tacitus lib. de moribus eorum testatur. Plura diximus in lib. 1. cap. 3.

Singula millia.] Ac proinde quotannis centena millia.

Se atque illos alunt.] Vrsinus ex antiquo libro: Reliqui qui domi manent, pro se atque illis colunt. Quod mihi vehementer arridet, eique quod mox sequitur magnopere congruit: Sic neque agriculturam deseritur.

deseritur. Manserunt tamen reperio in libro Stephanico. quod placet.

Priuati agri.] Hæc eadem de vniuerso Germanorum genere prope totidem verbis scribit lib. 6. cap. 5. (22)

Nulla officio aut disciplina.] In eadem sententiam Procopius lib. 1. scribit Gottos noluisse suos liberos literis & magistris operam dare: quod qui ferulæ metu affecti essent, lanceas & gladios nunquam contemnerent.

Præter pelles habeant.] Noster, & Faernin. & Stephanicus, & Romanus hoc amplius: Præter pelles habeant quicquam. quod sine dubio rectum est.

Impenso parant pretio.] Vrsinus, Immenso. quod non placet. Sic enim etiam Liu. locutus lib. 11. Salis quoque vendendi arbitrium, quia impenso pretio venibat, in publicum omni sumptu ademptum priuatis.

Parua atque deformia.] Noster, Steph. & Rom. Præua. Tacitus quoque: Equi, inquit, non forma, non velocitate persequuntur: sed nec variare gyros in more nostrum docentur.

Millia sexcenta.] Hoc plane absurdum. Itaque sexaginta restituendum arbitror.

Et ceteris humaniores.] Legendum sic arbitrarer: Quæ paulo sunt ceteris eiusdem gentis humaniores.

Propter provinciam propinquitatem.] Delenda vox Provincia, auctoribus antiquis libris, in his etiam Romano, & rei veritate postulante. Non enim provinciam, sed Galliam propinquitatem dicit.

Quod Gallicis.] Particula quod, videretur reddenda.

Infirmioresque redogerunt.] Faernus, Reddiderunt, sed nihil muto, Aldini & Stephanici & Romani libri auctoritate confirmatus.

Sueuorum vim sustinuerunt.] Legendum arbitror, Sustinuerunt. Steph. codex Sustinuerunt.

Infirmi tamen Gallorum.] Infirmi tatem passim pro leuitate & perfidia vsurpat. Sic infra capite 3. (13) Cognita Gallorum infirmitate.

Quod quisque.] Aimoinus, Quis quisque. quod magis placet. Et mox, Quibusque. Item, Quasque ibi res.

His rumoribus.] Recte sic: cum in Aimoini libro corrupte legatur, His rebus. vt mox, Moribus, pro Rumoribus: lib. 1. cap. 9.

C A P V T II.

XXII Legati ad eum venerunt.] Corrigenendum ex Stephanico & aliis: Legati ab eis venerunt.

Insulam Batavorum.] De quibus legendus Tacitus Annaal lib. 20. & de his omnibus Plin. lib. 4.

In Rhenum transit.] Demiror ita impressum à Manutio: cum in omnibus quos videre licuit, legatur, in Oceanum insula. Tacitus lib. 2. Nam Rhemus vno alio continetur, aut modicas insulas circumueniens, apud principium agri Batavi, velut in duos amnes diuisus, feruat, & nomen & violentiam cursus, quæ Germaniam præteruehitur, donec Oceano

miscetur: ad Gallicam ripam latior & placidior affluens, verso cognomento Vahalem accolæ dicunt: mox id quoque vocabulum mutat Mosam flumine, eiusque immerso ore eundem in Oceanum effunditur. Quibus etiam ex verbis non Vacat, sed Vahalis hoc loco legendum intelligimus.

Piscibus.] Placet Aimoini lectio, Solis piscibus, atque ouis.

Fidem fecissent.] Notanda locutio, Fidem face-re, pro, Fidem dare, nisi forte Dedissent, verus aliquis codex haberet.

Non amplius octingentos.] Vrsinus, DCCC. XII Sed hunc numerum Plutarchus seruat.

Inducias dictus erat ab his petitus.] Vox Dictus, abest a nostro antiquo, itemque a Steph. & Aldi libris. Et iam video Manutium quoque illam omisisse. quod probo.

Suffossis equis.] Non suis, sed Romanorum. Ipse equo vulnerato.] Video in Vrsini & Manutii libris editum Seruo vulnerato, contra omnium lib. auctoritatem, & historia rationem.

C A P V T III.

Conditiones accipiendas.] Codex Stephani, cui multi consentiunt, Legationes. vitiose, vt cuius perspicuum est.

Communicato, ne quem.] Subaudiendum est, Et capto. nam ita inter se deliberauerant, vt primo quoque tempore hostes adorirentur.

Simul, vt dicebatur.] Non memini me vocem Simul, isto modo, ante omnia positam vidisse. Præterea quarto post versus quorsum vox Ipse pertinet, cum modo Cæsarem nominarit, non dispicio. Quare videndum est, an in illius prouocabuli locum nostrum istud Simul reponendum sit. Nam quadrare quidem, nemo non videt.

Oblatos gausus eos retineri iussit.] Stephan. liber, & alii complures: Grauius. Sed vulgata probabilior est, & Aldino libro confirmatur. Pertinet autem hic locus ad quætionem, An perfidia in perfidum vri ius sit. quod Labienum quoque fecisse scribit Hirtius lib. 8. cap. 3. Plutarchus quidem scribit Catonem vehementer hanc in Senatu Cæsaris perfidiam accusasse, ac censuisse illū Germanis dedendum esse, vt ciuitas scelere liberaretur.

Acie triplici instructa.] Steph. Instituta, vt supra lib. 3. cap. 6. (14)

Germani sentire.] Vox Germani, plane supertuacanea est, meoque iudicio adulterina.

Discessu suorum.] Mire dixit pro Retentione suorum.

Salutem petere præstaret.] Sic liber Steph. Aldus & alii complures hoc amplius: Salutem petere nescirent, quid præstaret. quod abiudico.

Pristini diei.] Pristinus dies pro eo qui proxime antecedit, quem vulgus Pridianum diceret. Hoc idem animaduerti apud Ciceronem lib. de Orat. 1. ibi vt ex pristino sermone relaxaretur animi omnium, solebat

Dies xxx.] Mela eodem loco: *In ea*, inquit, quod sol longe occasurus exurgit, breues utiq; noctes sunt. Sed per hyemem, sicut alibi obscura, astate lucida, quod per id tempus iam se altius euehens, quam quam ipse non cernatur, vicinis tamen splendore, proxima illustrat: per solstitium vero nulla; quod tum iam manifestior non fulgorem modo, sed sui quoque partem maximam ostentat. Tacitus in vita Agricola: *Dierum spatia nostri orbis mensuram, et nox clara, et extrema Britannia parte breuis, ut finem atque initium lucis exiguo discrimine inter noscatur. Quod si nubes non officiant, aspici per noctem solis fulgorem, nec occidere et exurgere, sed transire affirmant.*

ccc millium passuum.] Non congruit numerus Dionis Nicei in Seuero, quem conferre qui volet, poterit.

Esse arbitrantur.] Steph. *Existimatur*, cui video Faerni librum suffragari.

ii Vicies centena.] Legendum, *Centenim*, in secundo casu.

xiv **Glasto insciant.**] Noster antiquus, itemq; Stephanicus, *Vltro insciant*. Quod etiam apud Pomp. Melam seruatum est. *Incertum*, inquit, ob decorem, an quid aliud, vltro corpora infecti. vbi de Britannis loquitur. Romanus, & alii nonnulli, *Vltro glasto insciant*. Incredibile dictu est, quam varie doctissimorum hominum coniecturae proferantur: cum alii *Vltro*, alii *Nitro*, alii *Glasto*, alii *Luteo*, alii *Glauco*, alii alio modo emendent. Mouet me Pöponii Mele & veterum librorum consensus, in quibus *Vltro* constanter scriptum est, vt contra omnium sententiam reponendam arbitrer, *Lutro*, mutatione perexigua. propterea quod Dioscorides, *Lysimachiam* scribit a nonnullis *Lyttron* appellari. Valere autem *Lysimachiam* ad caeruleum colorem, Ruellius & alii confirmant: vt dubitari etiam possit, an pro *Luteum*, quod est apud Plinium & Vitruuium, fortasse legendum sit, *Lutrum*, de quo tamen nihil affirmo. Vitruuius lib. 7. cap. 14. *Qui non possunt chrysocolla propter raritatem vti, herba qua Luteum appellatur, caruleu insciant*. Plin. li. 33. c. 5. *Luteum putant à Lutea herba dictam, quu ipsam caruleo subtritam, pro chrysocolla inducunt*. Tantam autem de *Lysimachia* & *Luteo* vel *Lutea* herba diffensionem animaduerti inter Ruellium, Fuchium, & alios eruditos viros, vt vel vnus ille Dioscoridis locus variis ipsorum disputationibus, facile præponderet. Nitrum quidem ad caeruleum colorem valere, Vitruuius scribit lib. 7. c. 11. sed neq; solum, verum arena confusum, & æri cyprio mixtum: neq; ad corpus hominis insciendum, quod vsus ostendit; sed ad opera, de quibus aperte Vitruuius ibi loquitur. *Luteum* autem hoc loco Victorius reponebat *Variar*. lib. 19. c. 3. *Nitrum* Turneb. *Aduers*. 6. cap. 17.

Horribiliore adpectu.] Sic Aldinus: & ita magis placet: cum in aliis omnibus legatur *Horridiore*. Nam sic idem hic noster infra lib. 7. *Qua despici poterat, horribilem speciem præbebat*.

Virgines ductæ.] Steph. *Quo primum virgo deducta est*. Noster & Romanus, *Adducta est*. Quod val-

de arripet. Nam vna tantum significatur. Quid igitur si plures eadem pepererit? cuius erit secundus, aut tertius, aut quartus? Sane ex verbis Cæsaris responderet aliquis, fore omnium communem: & hanc esse Platoniceam confusionem.

Inter se constitissent.] Non dubito duas primas voces ex glossa sumptas, & tollendas esse. nam legiones propter terrorem iatermissio al quanto spatio constiterant.

Per medios audacissime.] Scripsisse Cæsarem arbitror, *Per medios hostes audacissime*.

C A P V T VI.

Cum periculo dimicare.] Noster Steph. & Romanus, *Cum periculo proelio dimicare*.

Nostri acriter.] Prava interpunctio locum corruperat nam hinc periodi initium est.

Pedibus transiri.] Notandum, pro *Vado* transiri. *In agros effunderent.*] Steph. *Eiicerent*, quod nõ

æque placet. Nam terroris causa late vagabantur.

In continentem Galliam venerat.] Vocem *Galliam* propter Cæsaris consuetudinem suspicor ex glossa sumptam fuisse.

Pecorumq; numerus.] Faernus *Pecoris*. Idem noster, & Steph. & Aldin. & Romanus.

C A P V T VII.

Opidum Britanni vocant.] Strab. lib. 4. *ὀπίδουμ δὲ αὐτῶν εἰσιν οἱ ὄζυμοί. ἀπὸ φροζῖματος γὰρ ὀπίδουμ καὶ ὀβελήδουμ ἐν ἰσθμῷ καὶ ὀπίδουμ καὶ ὀβελήδουμ ἐν ἰσθμῷ καὶ ὀπίδουμ καὶ ὀβελήδουμ ἐν ἰσθμῷ*.

Numerus pecorum repertus.] Noster & Steph. *Pecoris*.

Nobili duce Cingetorige.] Steph. *Lugotorige*, nam *Cingetorigem* paulo ante *Regem* nominarat.

Per Atrebatem Comium.] At hic in exercitu Cæsaris erat anno superiore, à Britannis remissus. lib. 4. c. 5. (27) Prius ergo *Comium* fide publica euocant, & eius opera in hac compositioe vti erant.

Facile extrahi posse.] Id est, *Cassiuellaunum* facile morarum causas posse fingere, & diem ex die ducere.

Et prioris.] Particula, *Et*, sententiam deprauat ac sine dubio delenda est.

Locu caperent.] Obscura mihi sententia, nisi forte *locum capere* dicantur naues, quæ cursum tenent.

C A P V T VIII.

Q. Ciceroni.] Marci fratri, & Cæsaris legato. Dio lib. 40.

Tres in Belgio.] Steph. *Belgis*: quod sine dubio rectum est. Et vbiq; hoc puto seruandum. Nam hæc Cæsaris consuetudo est in populis omnibus.

His militibus.] Vox *Militibus* superuacanea est: ac Cæsar superius sæper *Legionibus præfectos* dixit.

In Gallia morari.] Hoc est, suam in Italiam profectioem differre. Morabatur autem in Belgis, & vt opinor, Samarobrinæ.

Inimici palam multis etiam ex ciuitate auctori- bus.] Steph. & Faern. lib. *Inimicis iam multis palam ex ciuitate*

ciuitate, et his auctoribus. Legendum arbitror, vnicuique transposita vocula: *Inimici multis etiam ex ciuitate palam auctoribus, interfecerunt*. Nã alioqui potestem hoc verbum quo referatur non habebit.

Ex Belgio] Iterum restituendū arbitror, *Ex Belgis*: propter assiduam Cæsaris consuetudinem.

Ambiorige et Catuuilco] Hi reges quifq; dimittuntur: *Eburonum* nominantur l. 6. c. 6. (31)

Sabino Cottæq;] Eodem loco castellum, *Varuca* nominatur, in medijs *Eburonum* finibus: vbi duo isti legati hiemandi causa confederant.

Ad castra oppugnanda] Noster & Faernius & Romanus, & Steph. *Castra oppugnatu*, et placet.

Controuersias minui] Minuere *controuersias*: pro Tollere, & extinguere. Sic li. 6. cap. 5. (23) *Principes regionum inter suos ius dicunt, controuersiasq; minuunt*. Sic Cicero *Offic. i. Sed cum pleriq; arbitrentur res bellicas maiores esse quam urbanas, minus est hac opinio*. id est, tollenda. Sic *Academ. 2. Sed vt miniam controuersiam, videt e queso*, &c.

Non minus habet in se turis multitudi] Hanc veram ac stabilem esse Principatus formam, multi disputant. Nam autæxi, & in inuitos occupatus est, aut multitudinis voluntate delatus. prior confessione omnium est Tyrannicus. alter certis legibus & conditionibus delatus: vade vltro citroq; obligatio nascitur. Eiusmodi Pseudoniam fuerunt, vt quib. de causis a Vassallo feudum, iisdem à Patrono amitteretur.

Humilitate sua] Nota *Humilitatem* non virtutem esse, quæ vulgè *Modestia* dicitur, sed tenuitatem & infirmitatem.

Subsidio venire] Faern. & Stephan. *Subuenire*.

Ipsorum esse consilium] Id est, licere illis consilium capere, ac deliberare vtrū malint. Sic Cicero: *Vestrum iam consilium est, quid vobis sit faciendum*.

Amplius ab ijs absit] Sic Stephanicus. Placet tamen Faerni liber: *Amplius absit*.

C A P V T IX.

Inter eos existit controuersia] Sic noster Stephan. & Romanus. Aldinus, *Inter eos ex his tot causis controuersia orta est*. Vetus placet. nam ex verbo *Existit*, mendose factum est, *Ex his tot*. deinde à sciolo quopiam subiectum, *causis, & Orta est*.

Quantasuis magnas] Sic omnes lib. *Vsitatum tamen puto, Quantasuis magnas*. vel, *Quantasuis copias*.

Vltro illatis] Non citro acceptis.

Ariouisti mortem] At hunc li. 1. cap. vlt. (5) fuga sibi salutem reperisse scripsit. vel igitur ex vulnere accepto, vel ex animi morore Ariouisti mortuum esse oportet.

Vnam esse in celeritate] Magis placeret, *Vna sexro casu: Vna esse in celeritate positam salutem*.

Quem haberes exitum] Insignis locus: ex quo intelligitur, Consilium dici *exitum habere*, cū in alterutra partem tutum habet euentum: non habere vero, cum neutram in partem habet; & est, vt Dialectici loquuntur, *ἐκ τῶν ἀπορῶν*. Itaq; Titurius suū, in

vtrâq; partem tutū esse disputat: *Cottæ vero, in neutra*. Cicero ad Att. 7. ep. 11. *Videtur hoc consilium exitum habendum*. Hirrius de bell. Alexandrino, *Neque vllum exitum consilii sui reperiret, si permaneret in sententia*, &c.

Vincite Disputando & altercando, scilicet. quafidicat. Diutius non contendam. Valeat vestra sententia.

Hi sapienter si quid] Placet Stephan. & Ald. & aliorum scriptura: *Hi sapienter: et si quid. Pro, Hi milites consilium capient. Horum erit iudicium*.

Communem cum reliquis belli casum] Vox *Bellæ* abest ab omnib. quos vidi & antiquis, & recentioribus. quorum consensum huic singulari antepono.

Dare manus] *Dare manus*, cedere, victū se fateri. Translatū ab iis qui bello capti sese dedunt. Cic. de Amicitia: *Qui litigare se simulans blandiatur, atque ad extremū dei manus*. Sic ad Att. 2. ep. 22. *Primo sane die multa contra: ad extremum autem manus dedisse*.

Impedimentis. at hostes] In aliis omnibus post vocem *Impedimentis*, subiectum est verbum *Incedunt*. Vtraque placet. sed librorum consensum potior arbitror.

C A P V T X.

In orbem consistere] Dixi sub finem lib. 4. *In orbem consistere* dici milites, qui non hostem adorandi, sed sui tantum defendendi consilio densi cuneis se quisque coactis agglomerant, vt Virgilius cecinit. Idque paucis verbis insequentibus apparebit. Sallustius dicere videtur *Grege factio*. Nam in Jugurt. *Ex omni*, inquit, *multitudine non amplius xl memores nominis Romani grege factio locum cepere*, &c.

Id factum] De impedimentis, & auro relicto, vt Florus loquitur.

Et numero pugnandi pares nostri] Faernus ex ingenio reponit, *Pugnantium*. quod placet. Simul ex Stephanico lib. ita locus distinguendus est, vt post *pares* punctum notetur. Tum alterius sententiæ initium hoc sit: *Nostri tamen si à duce et à fortuna deferebantur, &c.* Nonnulli autem pro *numero*, reposerunt *animo*: quod eorum temeritatem simul & insciam coarguit.

Tela à confertis vitari poterant] Sic Aldus. At Stephanicus & noster multo rectius, *Tela confertis vitare poterant*.

Virtuti locus relinquebatur] Id est, pugnandi.

Se suamq; fidem interponere] Sic Aldus & vulgati. mendosissime. Nam sine coniunctione legendū est, vt in Steph. *Se suam fidem interponere*. Et sic alibi, *Fidem interponere, iusiurandum interponere*.

Suam ac militum salutem] Sic Ald. Rectius Faerni & Steph. libri: *De sua ac militum salute*.

C A P V T XI.

Huic quoq; accidit] Corrigendum videtur, *Hic*.

Hanc adepti victoriam] Ita placet: neque sine libri veteris auctoritate quicquam mutari paterer. sed tamen scripsisse Cæsarem, *Hanc adepti victoriam*, in

sexto casu, ex Latinæ linguæ consuetudine suspi- caror.

XL **Mittuntur ad Casarem litera**] Qui tum erat in Belgis, Samarobrinæ.

Turres cxx] In Steph. & Romano, & multis aliis: **Turres admodum cxx.** Suspicor de mendo. Nam neque tam magno turrium numero vsquam legi. Romanos ipsos esse vsos: præterea vna nocte tot edificari turres potuisse, non puto: denique posteriori excitatas fuisse, mox intelligitur. Nō placet diuinare. sed probabilius est de aggere ex materia extracto Casarem scripsisse, vt alius multis locis.

Oppugnationem opus sunt] Cum de Romanis perspicue loquatur, corrigendum putarem **Propugnationem.**

Pinnæ loricae] **Loricæ** dicit, quas vulgo **Parapetos** appellamus, quasi pectoris tegumenta, vt li. 7. docebimus.

XL I **Sese tamen scire**] **Vox scire** tollenda est, auctore Stephan. l. b. & loci sententia postulante.

XL II **Copia qua esset**] Non dubite quin legendum sit. **Cum esse.**

Manibus sagulisq;] Video esse qui **Furculis**, vel **Sarculis** reponant. Sed vsitata lectio in veterib. omnibus reperitur: & ad Neruorum imperitiā demonstrandā aptissima est: & (quod caput est) **Paulum Orosium** auctorem habet; deniq; modo dixit eos feruentis destitutos fuisse. hoc est, bidentibus, ligonit², palis, rastris, alueis, cophinis, qualis vt est apud Veget. li. 1. cap. 24. & lib. 3. cap. vit.

Exhaurire cogebantur] Sic nolter & Aldin. At Stephan. **Videbantur** pro **Nitebantur**, quod in Romano est.

Atinis horis tribus decem millium passuum] Legendum xv. vt in li. Steph. & apud Orosium. Valli autem & fossæ spatium superius Casar exposuit: & Orosii numerus congruit.

XL III **Fusili ex argilla**] Quid sit **Argilla fusilis**, ignorare me fateor. Quid si **Arumæ** legeretur, vt pro seuo poneretur? Orosius locum sic expressit: **Testas fundis feruentes intorsere, summatq; tela focis, ac mox concepto igne rutilatantia intra castra iecerunt.** Pseud-eutropius autem sic: **Testas feruentes intorsere fundis.** Sed necesse est, in testis picem, aut seuum, aut aliquid eiusmodi fuisse, quo ignis excitari solet. vt li. 7. c. 4. (24) **Picem, reliquasq; res, quibus ignis excitari potest, sumdebant.** Item: **Quidā Gallus per manus seui ac picis traditas glebas in ignem proiecit.** Salust. in Jugurth. **Contra ea opidani in proximos saxa voluere, sudas, pila, præterea picem sulphure, & rādam mistam ardenti mittere.** Tacitus li. 8. **Dum faces, & glandes, & missilem ignem in obsessos iaculantur.** Cogitandū etiam, ecquid ita emendari possit: **Feruentes sulphure ex argilla glādes.** Vel sic: **Feruentes fictili ex argilla.** Vel sic: **Fusiles feruenti ex argilla glādes.** Hirt. li. de bel. Afr. **Officinas ferrarias instruere, sagittasq; & tela, vi fierent, complura curare, glandes fundere, sudas comparare.**

Demigrandi causa] Loci deferendi, & ad impo-

dimenta currendi. **Demigrare**, est de loco decedere cum animo non reuertendi.

Vt se sub ipso] Legendum puto, **Ita se.** Nam tot cæditū & vulnerū causam hanc affert: quod hostes tam cupide ad vallum accedebant; ita conferti ac stipati erant, vt nullum frustra telum adiceretur.

Turri adacta] Turri Gallorum ad Romanorum vallum adnota. Nam de **Turri** nō de **flamma** verbum **Adigendi** intelligendam est.

Turris succensa est] Turris Gallorum ambulatoria, ignibus in eam à Romanis militibus coniectis, succensa est.

In eam erumpit] Omnes alii, **Irrumpit.** quorum consensionem probo.

Illum verito transfixum] Noster, Steph. & Romanus, pro hoc versu scriptum habent: **Illic vero occurrat ocyus gladio, comminūq; rem gerit Varenus.** Ego non dubito vtrunque retinendum: & post verbum **Arbitrantur** hæc subiungenda.

Virumq; versauit] Sic Steph. & Ald. & alii complures. Nonnulli **Seruantit**, quod abiudico.

Vnus inter Nervios] Stephan. & Aldin. **Intus,** q; sine dubio rectum est.

Cuidam ex equitibus Gallis] Dio lib. 40. locum hunc obseruans, notat Casarem non putasse hoc negotium Verticonis seruo committendū, ne patriæ charitate adductus magnum Romanis detrimentum afferret. & obsessorum calamitatem & pericula exponere potuisset. Sed tamen hunc equitem Gallum fuisse, Casar testatur. An pro Dione respondendum est, hunc alterius ciuitatis fuisse, non Neruium? Ego non hanc causam Casari fuisse crederem: nam eundem quoq; Neruium seruum remisit, vt paulo post intelligitur. Sed quo tutior res esset, duos Casar mittendos putauit.

C A P V T XII.

Græcis literis] Hoc idem tōtidem verbis Dio commemorat. Docet hic locus, quā absurdum sit, existimare, Gallos Græca lingua vulgo vsos esse. Sed tamen negare nonnullos literarum studio deditos eius linguæ peritos fuisse, æque absurdum est. Idē Dio & Suetonius scribunt, aliis in negotiis eū per notas scripsisse, ita strueto literarum ordine, vt nullum verbū effici possit, quæ si quis inuestigare vellet, quartam elementorum literam, id est, D pro A permutaret.

Periculū veritus] Tela Romanorū veritus. Itaq; quasi vnus ex hostib. eminus pugnans tragulā adiecit: vt Dio scribit. sed non dedita opera turri infixit: vt idem affirmat. Nam casu id factum Casar testatur.

In conuentu militum recitat] Obseruandum arbitror verbum **Conuentu**. non enim dixit **In concione**: quia Græce non omnes milites intelligebant. Sed aliquam multis familiaribus, & Græcæ linguæ peritis coactis, qui deinceps ceteris exponerent. Erat ergo **Consilium**, **Concio**, & **Conuentus**. Ad **consilium** adhibebantur, legati, tribuni, quæstores: ad **concionem**, omnes: ad **conuentum**, proximus quisque.

Fumi

LIBER VI.

C A P V T I.



N. Pompeio] Sic Pedian. in Milon. **Senatusconsultum factum erat, vt Interrex & Tribunipl. & Cæ. Pompeius, qui Proconsule ad urbem erat, viderent, ne quid detrimenti Res. caperet, delectum autem Pompeius tota Italia haberet.** Quid sit autē **Ad urbem**, & Asconius, & ego in Verr. 2. exposuimus. **Qui cū imperio erant, si quid publice aut priuatum agere vellent, extra urbē manebant: ingredi in urbem iis non licebat.** Sic li. Ciu. 2. **In se noui generis imperia constitui: vt idem ad portas urbanas præsideat rebus, &c.**

Consulis sacramento rogauit] Primū mittebantur Conquistores. Tum delectus habebatur. post Consules sacramento rogabant: Milites sacramento dicebant.

Ad opinionē Gallia] Vocē **Gallia** nō dubito ex glossa imperiti hominis sumptā esse. Nā superius dictū est, **Opinionē** à Casare passim dici pro auctoritate & existimatione. Itaq; non **Gallia** subscriptū dū fuit, sed potius **Populi R.** vt mox: **Docuit quid populi R. disciplina atq; opes possent.** Sed hoc nisi quā Casaris libris admodum versatus fuerit, non videbit.

Tribus legionib.] Idem infra hoc ipso li. c. 6. (32)

Cum Titurio amiserat] Mendum perspicuum. Legendum est, **Contra Titurium amiserant.** lib. 5. cap. 9. (37)

Finitimos atq; Germanos] **Vox atq;** non est in Faerni & Stephan. libris, & meo iudicio delenda est.

Nonnullis ciuitatibus] Apparet esse mendum. Itaque fuere qui **Ciuitates** corrigerent. quod non displiceret, nisi viderē Casarem de vna tantū Treuitorū ciuitate verba fecisse. Veteris igitur codicis auctoritas expectanda est, si quis forte scriptū haberet **Societate**. quod huic loco aptissime conueniret.

Obsidibus de pecunia cauent] Consentunt noster, Stephan. Ald. & Romanus: quos probo. Nam de pecunia, in bello, obsidibus cauebant: in pace, prædibus. Indeque natum prædum dandorum initium arbitror: alii vulgati, **Obsidibus & pecunia.**

Nondum hieme confecta] Sic infra lib. 7. **Lam prope hieme confecta, &c.**

Ab hoc concilio abfuisse existimabantur] Nonnulli, **Ab hoc concilio eximebantur.** quod non placet. Legendum puto **consilio** per s. vt non **concilium** à Casare indictum significet: sed **consilium** pro cōiuratione & conspiratione dixerit; vt alibi persæpe. vt mox: **Acco qui princeps eius consilii fuerat.**

Pro suggestu] Pro tribunali. Lilius lib. 31. **Excelsio in suggestu superba iura reddentem stipatum licitori- bus vident.**

Astinuerunt tempus instantis belli] Puto legem

Fumi incendiiorum] Significat Casaris consuetudinem, vt qua exercitū duceret, ædificia omnia incenderet: quæ tamen hostium essent. Sic lib. 8. c. 1. (3) **Namq; etiam illud vulgare incursionis signum hostium, quod incendiis ædificiorum intelligi consuevit, Casaris id erat interdūto sublatum.**

Trans vallē magnam & riuū] **Vox Magnam** abest ab omnib. aliis. Ac sæpe iam dixi consensionem librorum sine magna causa non repudiandam.

XLIX **Cum tantis copiis**] Steph. **Tantulis.** & mox, **Tum,** pro **Tamen.** quod sine dubio rectum est.

Si forte timoris simulatione] Factum hoc Casaris Frontinus laudat, & strategematis loco numerat, lib. 3. ca. 17.

XLII **Illum locum relinquit**] Præclare hunc locum Dionys. Lambinus vir doctissimus restituit: **Vllum locum relinqui volebat.** Steph. & Aldin. **Illorum** pro **illum** scriptum habebant. Sed Lambini emendatio sine dubio probanda est.

Relictum esse militem] Omnes alii præter Aldinum, **Reliquum.**

Expiato incommodo] Memorabile est, qd Suetonius scribit, Casarem audita clade Tituriana, barbam capillumq; summississe; nec ante dempsisse, quam v. indicasset: quod nunc accidit.

Diutina latitatio] Faern. codex, **Latatio.** quod idē in Steph. reperi.

XLIII **Millia passuum L**] Omnes alii, **Millia passuum abesset circiter LX.**

C A P V T XIII.

L. Roscio Legato] Omnes præter Ald. **Quastore.** sed perspicua veritas omnium lib. consensionem preponderat. Hunc autem legatum Casaris fuisse constat ex hoc ipso li. ca. 8. (24)

XLIV **Alios terribando, alios cohortando**] Recte sic, vt in Ald. & Steph. nostro, & Romano: cum in vulgatis legatur **Alios.**

Recentibus efficiis] De quib. inf. l. 6. ca. 4. (12)

Omnibus gentibus] Notandus locus. Gallorum gentem virtute belli gentib. omnib. præcelluisse. Sic li. 6. ca. 6. (24) **Ac fuit antea tempus cum Germanos Galli virtute superarent.**


XLV **Exercere**] Placet Faerni & Stephanici libri scriptura; **Exigere à finitimis, equos parare, exules damnatosq; tota Gallia, &c.**

XLVI **Armatum concilium**] Lilius lib. 21. **In his** (de Gallis loquitur) **noua terribilissq; species visa est, qd armati (ita mos gentis erat) in concilium venerunt.**

Alterius factionis] Nam de principatu Treuitorum cum suo socero contendens, statim se Casari dederat. lib. 5. cap. 2. (3)

Hostem iudicandum erat] Omnes ad vnum, **Hostem iudicat.**

XLVII **Nem quis quenq;**] Legendum arbitror, **Quenquam.**



dam Instans. neque obscuram coniecturæ causam esse arbitror.

Ex eo quod metuerat odio] Sic Aldinus. Faernus autem, Quod in eum erat: ex ingenio, vt significat Vrsinus. Steph. Meruerat. quod etiam in quibusdā impressis video. Et recte. Canarinius hic, Rex quoniam Senonum, regno & domo à suis expulsus fuerat. Hunc Cæsar restituerat. li. 5. ca. 9. (54) Cæsar igitur aut ipsius in Senones iracundiam, aut iustū Senonum in illum odium pertimescebat.

Germanos in amicitiam] Sic Steph. & Ald. & alii. Ego, Germanis, casu tertio nō dubito quin sit corrigendum.

Cum transhenanis congregati] Se cum Germanis, qui auxilio Treuiris veniebant, coniungere.

His confirmatis rebus] Constitutis, sexcentis locis dixit. sed hoc tum vsurpat, cum aliqua pollicitatio facta est. vt Ciuil. i. Quibus confirmatis rebus, se statim signa translaturus confirmant.

Custodis loco] Obseruatoris, speculatoris.

CAPVT II.

Ab eis millibus passuum xv] Duæ illæ voces Ab eis, absunt nostro & Aldino & Stephanico & Romano. Et recte absunt, quauis nonnulli restituerint, A militibus.

Cum xxv] Locus hic demonstrat per id tempus decem in legione cohortes fuisse.

Habebat in animo] Frontinus lib. Stratag. 2. factum hoc Labieni commemorat. T. Labienus, inquit, C. Cæsaris legatus aduersus Gallos ante aduentum Germanorum, quos auxilio his venturos sciebat, configere cupiens, dissidentiam simulauit, postisque in diuersa ripa castris, profectionem edixit in posterū diem. Galli credentes eum fugere, flumen quod medius erat, instituerunt transmittere. Labienus circumacto exercitu inter ipsas superandi amnis difficultates eos cecidit.

Nonnullos Gallos] Sic Steph. & multi impressi. Rectius Aldinus, Nonnullos Gallicis rebus.

Primosq; ordinibus] Mirum est, neque, vt opinor, probabile, totos ordines euocatos. Itaque alibi per sæpe, primorum ordinū centuriones conuocatos scribit. Quomodo tamen restituendum sit, veterum lib. ope destitutus affirmare non audeo.

Ciuitatem recipit] Id est, ex rebellionē ac defectione recuperat.

CAPVT III.

Quod auxilia] Deest vox Germani: vel certo subaudienda est. nisi quia in Sueuos præcipue proficiscebatur, potius ita legēdum sit, Quod auxilia contra se Sueni Treuiris miserunt. Sed superior magis ardet.

Dare pollicentur] Faernus, Dari. Sed ita est in li. Stephani, & meo, & Aldino, & reliquis omnib. neque mutandi causam video idoneam.

Sub eorum imperio] Notetur Cæsarem promissue pro eodem vsurpare, in fide, in clientela, & sub imperio esse.

Barbaros atq; imperitos] Hos dicit, quia cibaria

sibi non prouiderant.

Ad iniquam pugnandi conditionem] Nihil mutō. sed si quis vetus codex haberet aliquā, magis placeat. vt aliis multis locis, vt paulo supra: Speras remeritate eorum fore aliquā dimicandi facultatem.

Posteaquam venerant] Venerint, legendum arbitror.

Bacenis] Pars Herciniæ Syluæ: quam nunc Nigram Germani appellant. Der Schwarzwald à Nechari amne ad Mœnum.

Ac longe introrsus] Nonnulli Hanc: quod magis placet.

Cheruscis à Suetis] Mirum est & contra Cæsaris consuetudinem, de Cheruscis mentionem hic fieri, quasi de potentissimis populis: neque tamen vllam eorum vel minimam descriptionem vllō loco adhiberi. De hac autem Cheruscorum & Sueuorum vicinitate Tacitus lib. Annal. 2.

CAPVT IV.

Ciuitatibus atque pagis] Ciuitates dicit Respublicas, quæ vel liberæ & sui iuris erant, vt Bellouacorum, Venerorum: vel in alterius potentioris fide & clientela, vt Biturigum, Senonum, qui Æduorū fidem sequebantur. Pagos vero carum Rerumpub. fines, siue territoria.

Singulis domibus] Hoc a me non intelligi, ingenue fateor: si quis interpretetur, singulas ciuitates ac familias duas in partes diuisas fuisse, vt alteri Æduis, alteri Sequanis fauerent. Nam hic paricidarum cuius potius, quam patris, quietum domicilium fuisset. Locum igitur sic interpretor, vt cum in Gallia duæ factiones essent, nullæ ciuitates, nullæq; domus non alterutri parti studerent: nullæ vero (vt vulgo loquimur) neutre essent. Atq; hunc eundē morbum in Italia grassatum, cum alii Guelphi, alii Gibellini dicerentur, nemo est qui nesciat.

Factiones sunt] Hic notetur memorabilis illa vox Cornelii Taciti in Agric. vita: Non aliud aduersus validissimas gentes pro nobis utilius, quam quod in commune non consulunt: sed per Principes factionibus & sedibus trahuntur. Ita dum singuli pugnant, vniuersi vincuntur. Itaq; cum diuturnis ciuilibus bellis Galli inter se conflictati essent, Cæsar hanc occupandæ Galliæ occasionem sumpsit. Sic transitum in Germaniam, bella Vbiorū, Vsipturum, Tencherorum, & Sueuorum ciuilia eidem præbuerunt: vt libro 4. & lib. 5. dictum est. Transitum in Britanniam, Cassiuellauini & Trinobantū contentiones.

Principes] Ædui, aut Sequani.

Contra potentiores] Non dicit contra Æduos, aut Sequanos: quorum erat summa potestas. sed contra Principem, aut ciuitatem superiorem ea, quæ afficeretur iniuria, inferiorem autem Ædui aut Sequanis.

Omnes ciuitates] Non dicit, singula, sed omnes, cuncta, vniuersa: vt ex tota Gallia bipartita diuisio fiat, non ex singulis ciuitatibus aut domibus. quæ

quasidiceret, omnes Galliæ totius ciuitates, si genus vniuersum spectemus, duas in partes diuisas sunt.

XI. Alterius Sequani] Aruernos superius posuit: lib. 1. ca. 12. (31) aliisq; locis scribit Sequanos in Aruernorum fide & clientela fuisse. Sed quod Sequani suis sumptibus bellum illud proximum gesserant, suaq; pecunia Germanos conduxerant, & eorum auxiliis Æduos vicerant, ita loquitur.

Diuitiacus] Vide lib. 1. cap. 12. (31).

Commutatione rerum] Pulsis Germanis, eorūq; Rege Ariouisto.

Amplificata] Forfan, Amplificatis, commodius legeretur: Hac autem ipsa de re vide li. 7. c. 10. (54)

Adaquare intelligebant] Steph. & Ald. Adaquare intelligebatur. quod magis placet. nam sensus est, Vulgo intelligebatur Rhemos adæquari Æduis gratia & beneuolentia apud Cæsarem. Neq; moueat quod mox dicit, longe principes tum Æduos uisit. Nam potentia & opibus & dignitate antecellebant: gratia pares erant.

XII. Qui in aliquo sunt numero] Sic Ald. Corrigen- dum: Aliquo sunt numero, vt in Steph. & Aimoini monachi libris.

Per se nihil habet] Aimoinus, Nihil habet per se, quod sine dubio deprauatum est.

In seruizum dicat] Aimoinus, Adiciunt, quod magis ad iuris consuetudinem accedit.

Alter Druidum] Plin. lib. 16. cap. vlt. Nihil habent Druidæ (ita suos appellant Magos) visco & arbo. In qua gignatur, (si modo sit robur) sacratius. Iam per se roborum eligunt lucos, nec ulla sacra sine illa fronte conficiunt, vt inde appellati quoq; interpretatione Græca possint Druidæ videri. Hæc Plinius. Dryadas tamen nymphas Græci dixerunt, non Druidas. De eorū autem superstitione idem li. 24. ca. 11. Nonnulli eruditi viri obseruauerunt veterem illam Gallorum consuetudinem etiam nunc: multis Galliæ locis retineri, cum anni initio clamitant. Au quoy, l'an neuf, id est, Ad viscum: annus nouus. Vnde illud Ouidii:

Ad viscum Druidæ, Druidæ clamare solebant. De his etiam in hanc sententiam Lucanus lib. 1. ita scribit:

Et vos barbaricos ritus, moremq; sinistrum Sacrorum, Druidæ, postis repetitis ab armis. Solis nosse Deos, & cæli numina vobis; Aut solis nescire datum, nemora alta remotis Incolitis lucos. Ammianus autē lib. 15. tria sapientum genera nominat, Bardos, Eubages, ac Druidas: & hos Pythagoreos numerat.

Rebus diuinis intersunt] Atqui omnibus interesse licebat, nisi quibus sacrificiis interdictum erat. Planius ergo, Præsumt, dixisset: quanquam nihil mutō. nam & huic scripturæ liber Aimoini suffragatur, & posterius dicit, sacrificiis priuatis Druidas adhiberi.

De controuersis] Strabo lib. 4. Δρυΐδαι ἢ ἄλλοι τῆ φουστολογίᾳ, ἢ τῶ ἱδρικῶ φιλοσοφίᾳ ἀτιθεῖσι. δι καὶ ἄλλοι ἢ νομίζονται, ἢ ἀπὸ τοῦ πιστεύονται τὰς τε ἰδί-

ωνυμῶν κριτοῦς & τοῦ νομοῦ.

Iidem discernunt] Mirum est ita constanter legi in Aimoini, & Aldi, & Stephani libris. nam Latinæ quidem linguæ consuetudo perspicue flagitat. Discernunt. quo modo emendandum esse nō dubito.

Aut priuatus, aut populus] Sic Stephan. Ald. & Aimoin. Multi autem impressi, Publicus: ex Græcæ linguæ consuetudine, apud quos δημοτικὸς dici solet. quamquam Latinam hanc esse consuetudinē non memini. Fortasse populum nōminat, quod ciuitates quoque, quæ Druidum decretis non parebant, à sacris arcerentur.

Ab his omnes decedunt] Et Aimoin. & Steph. particulam, Ab, remouent: quorum auctoritatem sequor. Plaut. in Triummo.

Decedam ego illi de via, & semita &c.

Aditum eorum] Sic Aldinus. At Aimoinus & Stephan. Aditum, sermonemq; defugiunt.

His præest vnus] Antistes, summus Pontifex &c.

Media habetur] Nam in Galliâ totam prouinciam quæ trās Rhodanum erat, non numerat: vt ab initio dictum est.

In Britannia reperta] Plin. lib. 30. c. 1. Britannia, inquit, hodieq; Magiam attonite celebrat, tantis ceremoniis, vt eam Persis dedisse videri possit.

Illo proficiscuntur] Id quod argumento esse volumus, eandem Gallorum atque Britannorū linguam fuisse. Tacitus in Agricola, In vniuersum aestimanti, Gallos vicinum solum (de Britannia solo loquitur) occupasse credibile est. Eorum sacra deprehendas superstitionum persuasione. Sermo haud multum diuersus.

Versuum] Non iam (opinor) dicit carmina: sed ambitus orationis. qua in re vocabulum hoc vsurpari solitum, nemo ignorat.

Ea literis mandare] Ergo disciplina mysteria scriptiois abstinentia occultabant. At Pom. Melia eam occultationem imperite meo iudicio ad locum retulit. Docent, inquit, clam & diu vicenis annis in specu, aut in abditis saltibus.

Græcis literis] Sic Aimoinus & noster, vt Steph. & Ald. & Roman. & omnes ad vnum quos vidi libri. Attamen remota voce Græcis, idonea & integra huic loco sententia constabit, hoc modo: In sola Druidum disciplina literis & scriptioe non vtitur, ceteris in reb. omnib. vtuntur. Deinde si in priuatis ac domesticis rationibus, & accepti expensiq; codicibus patres, omnes Græcis literis vtēbatur: quid est quod superius dixit, li. 5. c. 12. (48) Cæsare Græcis conscriptam literis epistolam ad Q. Ciceronem misisse, ne intercepta epistola, suā à Gallis consilia cognoscere tur? Itaque mihi persuasum est, vocem Græcis adulterinam esse: & ab eo fortasse interiectam, qui apud Strabonem lib. 4. legerat Gallos exemplo Massiliensium inductos, præceptores in de suæ iuuentuti sumpsisse, & adeo τὸ μαθητῶν fuisse, vt etiā pactioes & contractus Græce scriberent. Sed Strabo præcisē de Massiliensi vicinia tantum id commemorat: deinde sua demum memoria id fieri instituisse. Plura autem hac de re

scripsimus in Francogallia, cap. 2. Illud prætermit- tendum non videretur, Vti literis interdum idem ef- se, q. Frui studio literarum. Cicero Famil. 5. Quod enim mihi poterat esse per fugium? &c. Litera, credo, quibus vtor assidue. Et mox: Itaque sic literis vtor, in quibus consumo omne tempus, &c. Et in Catone Maiore: Ius augurum, pontificum, civile tracto: mul- tum etiam Græcis literis vtor.

Memoriam remittant] Hoc idem Plato tum in Phædro, tum in Timæo. Quintil. lib. 11. Quamquã, inquit, inuenio apud Platonem ob stare memoria u- sum literarum, videlicet, quod illa quæ scriptis repo- suimus, velut custodire desinimus, & ipsa securitate dimittimus.

Non interire animas] Vnde ille festinus mos Gallorum, pecunias mutuo accipiendi, quæ apud inferos reddantur: vt scribit Valerius li. 2. cap. 6.

De syderibus, atque eorum motu] Vbi sunt inepti, qui dixerunt Plinium scripsisse, Gallos astrologia studiosos non fuisse: propterea quod lib. 18. cap. 25. his verbis vtitur: Africam, Hispaniam, Galliam sile- ri, non erit mirum, nemo. n. obseruauit in iis, qui syde- rum proderet exortus. Quasi vero Plinius non me- minisset quod Cæsar mox subiungit, Gallos nihil eorum quæ de hisce rebus tradebant, literis man- dasse.

XV Alterum genus est equitum] An igitur pedites nullo numero habebantur? quod ex superiore di- uisione sequi videtur.

Ambactos] Festus sic, Ambactus apud Ennium lingua Gallica seruus dicitur.

XVI Natio est omnium] Sic omnes quos vidi. Faernus testatur in suo scriptu, Omnis, quod magis placet.

Homines immolant] Idem Cicero pro Fonteio, Sueton. in Claudio, Pomp. Mela, Plinius lib. 30. c. 1. Eusebius autem lib. 4. de præp. Euang. cap. 17. docet, hanc innumerarum gentium & præsertim Oc- cidentalium consuetudinem fuisse. Par autem hu- ius doctrinæ initia ex Iudæorum religionibus, & Prophetarum præceptis esse nata: qui de Christi sacrificio multa prædicere solebant. Sed hanc do- ctrinam Sathanæ præstigiis apud Gallos stultissi- me corruptam fuisse. Quid enim nocentis suppli- cium ad alterius æque noxiæ absolutionem perti- net? An duob. captis & damnatis latronibus, alter alterius supplicio liberabitur? Innocentem eum igitur fuisse oportet, qui pro nocentibus & malefi- cis poenas lueret.

Simulachra] Strab. lib. 4. καὶ ἡρωικὰ εἰκόνες καὶ ἄλλα τὰ ἐπιπέδου, καὶ ἄλλα τὰ ἐπιπέδου, καὶ ἄλλα τὰ ἐπιπέδου.

XVII Imperium cælestium] Aimoinus, Cæleste. Martē bella gerere, quod posterius in multis impressis ser- uatum est. Melius Aldinus, Steph. & alii, Bella re- gere.

Aut posita] In templo, aut consecrato loco.

XVIII Numero noctium] Hoc idem Tacitus Germa- nis attribuit. Nec dierum, inquit, numerum, ut nos, sed noctium conspiciunt, sic conspiciunt, sic condicunt. nos autem diem videntur.

Publico conspectu] Sic legendum, vt est apud Ai- moin. Filiumque pueri at at in publico in cons- pectu.

Tantas ex suis bonis] Hæc videtur Antidos fuisse, quam Iustinianus in ius civile induxit, & Græco nomine τὰς ἐξ ἑαυτοῦ appellauit. cuius tamen insti- tutum propterea videtur absurdū fuisse, quia dos datur propter onera matrimonii. Turpe est autem dicere, maritum vxori esse oneri, aut vxorem one- ra matrimonii sustinere. Sed hæc ab historiarū in- terpretatione aliena sunt. Nam etiam Tacit. scri- bit in moribus Germanorum fuisse, vt non mulie- res viris, sed contra viri mulieribus dotes darent. Quem etiam veterum nostræ religionis Patriar- charum consuetudinem fuisse, patet ex libro qui de rerum originibus inscriptus est.

Pecunia coniunctim] Placet Aimoini lectio, Con- iunctim pecunia.

Ad eam pars vtriusq.] Nimirum eo casu quo li- beri ex eo matrimonio nulli extarent, alioqui ini- quissima esset conditio.

Iustis funeribus] Sic Aimoinus, Steph. Ald. & ce- teri omnes. Ego iam pridem Funeribus delendum putauit: cum Iusta pro funerib. veteres vsurparint, quæ Græci τὰ νομίζοντα dicebant, vt in Com. verb. iur. docuimus. Ac iam hoc idem Vrsino pla- cuisse video.

Vna cremabantur] Non tamen, vt opinor, viui. Prius ergo sacrificabantur.

Suam Remp.] Nam (vt Strabo scribit) ἀεὶ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ αἰσῶν ἡ δὲ πολιτεία.

Legibus sancitum] Aimoin. scriptum, quod ab- iudico.

Per concilium] Sic Aimoin. Steph. & Aldinus. Per concilium tamen dicere, idem valere videbatur quod Auctore concilio, vel Senatu. cū hęc, opinor, perspicue vsurpetur pro In concilio. Consulendos tamen plures veteres codices putarē, si quis scriptū haberet, Pro concilio: vt paulo supra, Pro suggestu. id est, in cōcilio, in suggestu: & apud Sallust. Iugurth. Sed, uti pro concilio imperatorum erat, Elephantū tra- duntur. nisi forte Per concilia scriptum dicamus, pro, In conciliis.

C A P V T V.

Germani] Hoc quoque caput in Aimoini libro XII descriptum est, sed multis locis vitiose.

In studiis rei militaris Senec. lib. de Ira, Germa- nis quid est animosus? quid ad incursum acrius? quid armorū cupidus, quibus innascuntur innutriturq., quorum vna illis cura est, in alia negligentibus?

Impuberes permanserunt] Sic Tacitus in lib. de morib. German. Sera iuuentum Venus: eoq. inexhau- sta pubertas. Quasi non ante pubertatem existat, quā habita foeminae notitia. Alioqui existimasset ali- quis, Impuberes honesto nomine a Cæsare appel- latus, qui foeminae notitiam nondum habuerunt. nam illa temperantia, & statura & vires aluntur, nō lanuginis vacuitate. Mela autem locum sic ex- scripsit, Maximo frigore nudi agūt, aut equā puberes sūt: & longissima apud eos pueritia est. Hanc autem nud-

nuditatem etiam nunc in Americis gentibus con- spicari licet. ac superius Cæsar in iis lib. 4. eadem in Sueuis commemorat.

Rhenonum] Steph. Rhenorum. Aimoin. Rhenon- um. vbi de suo ascripsit: Est id animalis nomen. E- aque opinio in vulgus recepta est. Quale tamen il- lud animal sit, nemo, quod sciam, explicat. Verum vt animal fuerit, tamen non Tegumentis Cæsar di- xisset: sed Pellibus Rhenonum, pro tegumento. De- inde, an feræ ignota nomen sine interpretatione aliqua posuisset? Renones tamen, aut Rhenones vestes de pellibus factas, dici solitas, Sallustius apud Seruium testatur lib. Georg. 3. Sed & Varro Gallicam vocem esse scribit. Quod si sequamur, haud scio quam commode Cæsar dixisset, paruis Renonum tegumentis, pro paruis Renonibus. Nihil o- fortasse concinnius, quam paruis Sagorum tegu- mentis, pro paruis sagis. Huc accedit instituti a Cæ- sare sermonis ratio: nimirum, vt probet, non fuisse impudicitia tributum Germanis adolescen- tibus, quod illam corporis partem nudam esse sine- rent, quam ceteri mortales studiose contegebant. Ego Renum restituendum esse iam pridem existi- maram, sed affirmare sine doctioris alicuius au- thoritate non audebam.

ca permanendum exi- stimaui. præsertim his Corn. Taciti verbis confir- matus, in lib. de morib. Germ. Tegumen omnibus fugum, fibula consertum. Cetera in lecta totos dies iuxta focum atq. ignes agunt. Locupletissimi veste, distinguuntur, non sicut ante, sed singulos artus exprime- te. Gerunt & ferarum pelles. Sed & Seneca li- de Ira, Quid, inquit, Germanis induratius ad omnē patientiam, ut quibus magna ex parte non tegumen- ta corporum prouisa sunt: non suffugia aduersus per- petem cæli rigorem? Item lib. epist. 14. epist. 90. Non hodieq. magna Scytharum pars tergis vulpium in- duitur ac murium, quæ tactu mollia, & impenetra- bilia ventis sunt? Paruis igitur dorſi & renum te- gumentis adolescentes Germani utebantur: ven- tris & pudendorum, nullis.

XXI Agricultura non student] Eadem fere omnia de Sueuis superius dixit. vt facile intelligatur, maxi- mam Germaniæ partem eo nomine appellari. Quare cum illo loco scribat, rei militaris studio a- griculturam non deserui, crederem hoc loco vocem Omnes, desiderari. vt sit: Agricultura non omnes stu- dent. Idque eo magis quod paulo infra sic loqui- tur: Quod, vt supra aemulati sumus, minime omnes Germani agricultura student.

Agri modum] Idem lib. 4.

Alio transire] Extra suos fines, bellandi causa. Pecunia cupiditas] At non tam ex pecunia, vt o- pinor, quam ex honoris & imperii cupiditate fa- ctiones dissensionisque nascuntur. Itaque viden- dum equis liber inueniri possit, in quo Potentia scriptum sit.

Æquari posse videntur] Verbum Possē delendū est, auctori bus libris Aldi, Stephani, & Aimoini: tam- etsi apud hunc multa sint, quæ adhibito iudicio re- pudianda sunt. Et nunc idem Manurio probatūra video.

Quam latissimis] Noſter, & Steph. & Aimoin. & Rom. Quam latissime, quod valde placet. Sic enim lib. 4. cap. 1. Maximam putant esse laudem, quam la- tissime a suis finibus vacare agros.

Prope se audere] Idem liber, Prope audere, quod forsitan æque probandum est.

Controuersias minuunt] Minuere controuersias, tollere & disceptare: vt dicitur cæli. 1. ca. 8. (25) Et hoc idem scribit Tacitus de mor. German. Eli- guntur, inquit, principes, qui iura per pagos vicosque reddant.

Atq. extra fines] Mendum operarum hoc puto. Nam pro Atq. reponendum Quæ vt in aliis omni- bus.

Qui sequi velint proficiantur] Verba sunt for- mulae.

Fides abrogatur] Alii omnes Derogatur.

XXII Germanos Galli superarent] Tac. de mor. Germ. Validiores, inquit, olim Gallorum res fuisse, summus auctori diuus Iulius tradit. eod. credibile est, etiam Gallos in Germaniam transgressos, Quantulum enim annis obstabat, quo minus vt quæq. gens eualuerat, occuparet, permutaretq. sedes promiscuas adhuc & nulla regnorum potentia diuersas. Idem in vita A- gric. Nam Gallos quoque in bellis floruisse accepimus. mox segnitia cum otio intrauit, amissa pariter virtu- te ac libertate. Sed diligenter notandum est, nō ge- neraliter de Gallis omnib. Cæsarem hæc scripsisse, sed proprie de iis qui proxime Renum incolunt, id est, de Belgis.

Agri inopiam] Hoc vix Cæsar cuiquam, qui v- triusq. naturam regionis norit, persuaserit. Et satis multis aliis de cauſis bella suscipiuntur. Linius ta- men li. 5. in hanc sententiam scribit, Ambigatū Bi- turigū Regem Sigouesum sororis filium in saltus Her- ciniis misisse, cum exonerare pragrauante turbate- gnum cuperet: quod ea gens populis abundabat.

Vulgo Tectoſages] Sic Ald. & Steph. & alii quam- plurimi. Aimoin. Peruolga. Faernus & Vrsinus, Vol- ſca: vt in plerisque impressis. quod sine dubio rec- tum est.

Nunc quod] Locus hic ex Aimoini & Stephan- libris ita corrigendus est: Nuncque in eadem in- opia, egestate, patientia, qua Germani, permanent.

Gallos autem propinquitas] Perspicuum est ali- quid deesse. quin etiam in Aim. & Steph. & Roma- no ita legitur: Gallis autem prouinciarum propin- quitas. Ammianus autem locum hunc Cæsaris lib. 15. exscribens, ad Aquitanos hæc refert. Aquitani, inquit, ad quorum litora, vt proxima, placidaque merces aduentitia conuehuntur, moribus ad mol- litiem lapsis, facile in ditionem venere Romanam. Ita- que locum hunc restituendum sic putarem: Gal- li autem quibus prouincia propinquitas, &c. Nam

etiam vocem *Prenuncia* in quibusdam impressis restitutam videmus.

XXV *Nemetum & Rauracorum*] Beat. Rhenanus docuit legendum esse, *Venetum & Tauracorum*, qui sunt Rhetia: populi, quorum hi nunc *Tragai* vocantur, hi ad lacum *Cellensem* accolunt. Pompon. Mela: *Rhenus ab Alpibus decidens prope à capite duos lacus efficit, Venetum & Acronium.*

Aut audisse aut adisse] Mendum perspicuum. nã *Audisse & Accepisse*, idem sunt. Itaque Faernus ex ingenio restituebat, *Qui se aut adisse ad initium*, quod magis probo. nisi forte rectius sic videretur, *Qui se aut vidisse initium*, &c. Postea tamen adiit & vidit Iulianus imp. vt Suidas testatur, apud quẽ hæc illi verba proferuntur: *ἴσθες τὴν ἐρκουίαν ἢ λυω. εἰ δὲ οὐκ ἔστιν εἰδὸν ἐν τῷ ἔξοριστῷ. ἰδὸν γὰρ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ ἔξοριστῷ. ἀλλ' εἴτε παρὰ τὴν ἑσπέρην ἢ ἐν τῷ ἑσπέρην. ἀλλ' εἴτε παρὰ τὴν ἑσπέρην ἢ ἐν τῷ ἑσπέρην. ἀλλ' εἴτε παρὰ τὴν ἑσπέρην ἢ ἐν τῷ ἑσπέρην.*

Differant ab ceteris] *Ab aliis*, lib. Aimoin. quod magis placet. Atque apud eundem alia nonnulla sunt a nostra lectione differentia. sed iudicium & delectum adhibuimus.

XXVI *Est bos cervi figura*] Puto legendum *Bifons*, primum quia probabile est Cæsarem æque huius belluæ, vt ceterarum nomen prodidisse. deinde quoniam absurdum videretur, ita scribere: *Est bos cervi figura*. Cur enim potius *Bos*, quam *Cervus* appelletur, præsertim tantis & tam erectis cornibus. Præterea Plinius, & Solinus huc eadem Hercyniæ sylvæ attribuunt. Atenim descriptiones huius Cæsarianæ non conveniunt. Primum, si decem Plinius, & tot dem Solinis vnus Cæsaris auctoritatem anteponam, iniuriam illis me facturum non putabo. Fuit enim in Germania Cæsar, & bis Rhenum transiit. Vbios, & Vsiptes, & Tenchtheros sibi fœderatos habuit: nec dubium est has illi belluas ab illis demonstratas fuisse. quæ etsi hoc tempore iis fortasse in locis non reperiantur, tamen intelligendum est, eas propter incolarum multitudinem, & crebras venationes in remotiores partes diffugisse. Postremo in Bisontis descriptione, neque veteres Plinius, Solinus, Paulanias, neque recentes Munsterus, Gesnerus, Olaus, Sigismundus inter se conveniunt. Itaque Bisontis figuram ad Cæsaris exemplar exprimendam curauimus. Albertus quidem Magnus hist. animal. 2. *Alcis* nomen (quem *Equicervum* nominat) huic Cæsarianæ figuræ aperte attribuit. *Equicervus*, inquit, *nobis cognitus, equo similis est; sed altior, vulgo dicitur, & ad equitandi usum cicuratur. tantundem enim uno die spatij, quantum equus triduo perficit. Cornua eius solida, & ramosa sunt: colore, quo cervi. Ab initio ubi enascuntur, ad tres, vel quatuor digitos rotunda sunt: deinceps lata & tenuia, afferis instar, & circa finem multos producunt ramos. facit hæc latitudo, vt scabellis idonea sint. pondus cornuum ingens. magnus horum animalium numerus est in sylvis Prussia, Vngaria, & Il-*

lyria. Maiora sunt cervis, & hirsutiora, simili tamen pilo. in ceteris cauda solum cervis similia. Frontis latitudo ad duas palmas. Hæc Albertus de Equicervo, quem Bisontem hunc Cæsarianum esse, nemo non videt. Itaque figuram ad illa præcepta superias positam accommodauimus.

Sicut palma ramis] Vel *Que* particula delenda est, vel Faerni liber probãdus, in quo scriptum est, *Quam late.*

Mavisq; natura] De Bisotis natura Paulan. l. 10.

Appellatur Alces] At huic Cæsaris descriptioni Plinius, & Solinus non *Alces*, sed *Maclis* nomen attribuunt. Paulanias autem lib. 9. alteri diuersissimæ belluæ *Alces* nomen imponit. quæ media inter ceruum & camelum specie, neque inuestigari, neque prævideri potest. Eadem recentiorum omnium discrepantia est: quorundam etiam ridicula & absurda. Itaque huius vnium nostri auctoritatem & exemplar secuti, *Alcem* ea figura, quam superius posuimus exprimendam curauimus. *in f.*

Pauli modo acclinata] Stephan. & Aldinus *Reclinata*, & paulo post, *Cum se consuetudine acclinauerint*, &c. Et hoc Manutius securus est.

Vri appellatur] In huius descriptione Solinus *conuenit. Figuram quoque ad Cæsaris exemplar* *quæ in poculis conueniunt. Maclis dicitur* *cornuum in poculis conueniunt. Maclis dicitur* *turn 6. ca. 4. Vri, inquit, Gallica vox est, quæ feri boves significantur.* Seruius autem Georg. 2. in illud Virg. *Syluestres vri*, &c. *Sunt, inquit, boves agrestes, qui in Pyrenæo monte nascuntur: exceptis elephantis maiores animalibus ceteris. dicti Vri dicitur ἄραρι, id est, à montibus,*

CAPUT VI.

Eorum auxilia tardaret] Auxilia quæ ab iis Gal- li expectabant.

Ad bellum Ambiorigis profectus] Assentior Faerno, vt verbum *Profectus* tollatur. neque enim tũ Cæsar profectus est: vt modo restatur.

Atq; etiam imperatum] Vox etiam tollenda est, auctori- bus libris Faerni & Stephani.

Sed hoc quoq; factum est] Sic Ald. Steph. & alii quampiurimi Nonnulli, *Sed hoc eo factum est*, quod valde arridet.

An suas copias] Meli⁹ Faerni & Steph. libri, *Am- biorix copias suas iudicione non conduxerit*, &c.

Aestus esficore] Idem Plin. li. 2. cap. 85.

Taxo exanimatus] Plin. l. 16. c. 11. Et qui eã regione incolunt, affumant etiam nunc inter Hoiũ & Namurcam magnam taxorum copiam reperiri.

Ad Vatuca] Steph. *Ratuca*. Faer. *Atuatuca*. Hu- bertus Thomas in li. quẽ de Tugris & Eburonib. inscripsit, *Varuca* restituit. *Est*, inquit, *Varuca* etiã nunc eius nominis castellũ, hæud amplius medio miliari Germanico, ab vrbe Leodio distans, in medijs Ebu- ronũ finib. in summa planitie. Addit etiã se *Varuca* in antiquo Cæsaris libro reperisse. Itẽ alio loco scri- bit Lamberto Pascali cuidam placere *Ratuca* legi, vt est in lib. Stephan. atque esse opidulum *Noti* vel

vel *herzogis Not*: quod est inter Aquigranum & Iuliacum. Huiusmodi eruditorum hominũ contentiones ab horum nominum & locorum inuestigatione nos deterruerunt.

Iturius] Cladem significat, de qua scripsit sup. lib. 4. cap. 8. (37)

Ex his tribus] Supra huius ipsius lib. initio.

XXXIII *Ad flumen Scalden*] Idem Hubertus in libello de Eburonibus reponit *Sabin*. *Non enim*, inquit, *Ascaldis in Mosam influit, sed Sabis iuxta Namur- ram, & in sinibus Arduenna percurrit.* At Suetonius in Germania eum collocat. *Obsessione castrorum*, inquit, *in Germania nuntiata, per stationes hostium Gallico habitu penetravit ad suos.*

XXXIV *Vbi cuiq;*] Sic Aldus magis tamen vsitata & Stephanica placent, *Vbi cuiq;*.

Aut locus syluestris, aut palus impedita] Faerni lib. *Aut locus syluestribus palus impedita*, quod magno- pere arridet. nam sine sylvã palus non multum præfidij attulisset. Et ciebro Cæsar ita loquitur, *Syluestribus locis*: aut, *Syluestribus ac remotis locis.*

Dispersis periculum] Videtur deesse verbum *Ho- stibus*. vt sit, *Dispersis hostibus*, sicut in initio capitis in- sequentis, *Dispersis ac perterritis hostibus, vt demo- strauimus.* Nam *Vniuersis* in dandi casu positum, & de Cæsarianis dictum videtur: vt & ad summã ex- ercitus referatur, & cum voce *Singulis* ex aduerso conferatur. vt apud Tacitum in Agric. *Ita dum sin- guli pugnant, vniversi vincuntur.*

Nam & præda] Refertur ad militum conferua- tionem.

Interfici vellet] Vox, *Cæsar*, aut abest, aut durius subaudienda est.

Præsidio barbaris] Propter sylvatarum densitatem & iniquitatem locorum.

Quam legionariorum vita] Sic Aldinus melius Faerni & Stephan. *Quam legionarius miles.*

Pro tali facinore] Et huic quoque loco medici- nã ex aliquo vetusto codice debet, quãuis in Cæsarianis scriptis exercitatus facile animaduertit.

CAPUT VII.

XXXV *Transseuntes Rhenum*] *Transseunt* aliquanto re- ctius videretur: & ita esse video in lib. Steph.

Infra eum locum] Versus mare. vel propius a mari. nam ex Geldria transmittunt. pons imperfectus erat proxime Coloniam.

Quibus iam licet esse fortunatissimis] Sic legen- dum. nam in quibusdam *Liber*, mendose scriptum est.

Ne murus quidem cingi] Video esse qui reponant *Numerus*, aut nescio quæ alia. Sed sensus est, Tan- tam esse paucitatem militum, vt in defensione ca- strorum ne murum quidem ac vallum cingere possint.

XXXVI *Sub vexillo*] Adr. Turneb. vir doctiss. lib. 3. c. 3. & lib. 4. cap. 11. scribit, *Vexillum fuisse proprium Veteranorum, & eorum qui post annum xvi exau- ctorabantur.* Nam *Veterani* dicebantur, qui annos

xx stipendia fecerant. *Milites*, inquit, *confectis sti- pendijs exauctorata legione sub vexillis habebantur, dum præmia emerita acciperent, aut in agros deduce- rentur.* Tacitus enim lib. 1. ita scribit: *Missionem dari vicena stipendia meritis, exauctorari qui sena dena fecissent, ac veterari sub vexillo: ceterorum immunes, nisi propulsandi hostis.* Sed videamus, ne locus Taciti ad imperium Tiberii & illorum temporum ra- tionem sit restringendus. Nam etsi alia essent *Signa*, alia *Vexilla*, tamen in singulis centuriis singula ve- xilla fuisse Vegetius auctor est: quibus cohortis & centuriæ numerus litteris designabatur. Itaq; Li- uius scribit, *Ordinem sexagenos milites, duos centu- riones, vexillarium unum habuisse.* Deniq; *Sub vexillo* cum dicebant, idem, opinor, significabant, quod nunc *Signis explicatis*: Liuius lib. 2. *Milites sub vexillis in supplementũ Hispania profectos audi- uit.* Sueton. Augusto: *Eosq; seruos adhuc viris femi- nisq; perniciosioribus indictos, ac sine mora manumif- sos, sub priore vexillo habuit.* Tacitus lib. 1. *Vt dena- rius diurnum stipendium foret: ne veterani sub vexil- lo haberentur.* Et quamquam aliud erat *Signum*, aliud *Vexillum*, aliud *Aquila*, tamen æque *Sub signis* dicebant, vt *Sub vexillo*. vtriusque testimonia pro- feram. Sueton. Nerone: *Curuli residens apud Rostra triumphantis habitu, inter signa militaria atq; vexil- la.* Item in Vitellio: *Vrbem introit ferro succinctus inter signa, atq; vexilla.* Tacitus lib. 3. *Quatuor legio- num aquila per frontem, totidemq; circa e legionibus aliis vexilla, mox duodecim alarum signa.* Etsi ergo *Signum* generis nomen est, tamen interdum proprie & speciatim vsurparur: veluti pro draconibus. Hinc, *Sub signis duci*, & *Sub signis militare*. Liuius de bel. Pun. *Nocte ad Hipponem cum accessisset, luce prima ad populandum agrum sub signis milites, so- cioq; nauales duxit.* Item: *Et nostra inuentus quæ, si domi esset, tutaretur, omnis sub signis militat tuis.* Item lib. 23. *Annibali sub signis ad multrum duci in acie stanti Signum* autem etiam pro vexillo generali nomine vsurpari, vel ille locus qui apud hunc no- strum paulo post sequitur, argumento est. Nam cum de militibus istis qui sub vexillo profecti erãt loquatur, tamen ita subiungit, *Barbari signa pro- cul conspicati, oppugnatione desistunt.* Paucis autem versibus intermissis, & tyrones & veteres milites simul sub vexillo profectos ostendit. *Hoc*, inquit, *veteres non probant milites, quos sub vexillo vna pro- fectos docuimus.*

Sub vallo tenderent] Sic Liuius lib. 10. *Edictog; vt qui cing; ad vallum tenderet, pro hoste haberetur.* Et eadem loquendi forma etiam nunc apud Gallos manet. Absurde autem in Romano & Aldino legi- tur, *Sub valle*.

Nonas religiones] Quasi locus ille populo R. fa- talis atque exitiosus esset.

P. Sextius Baculus] Iam sæpe dictum est, *Biba- culus* restituendum esse. Quinetiam illud quod mox sequitur mihi suspectum est: *Cuius mentionẽ superioribus proeliis fecimus.* Bis mentionem eius fe- cit, proelio Neruico, lib. 2. cap. 7. (25) & Sedunico,

lib. 3. c. 1. (1) Postea multa proelia facta & in his libris commemorata sunt. Itaq; si quis vetus codex adiualet, credet eum Cæsarem scripsisse Superioribus libris: vel, Commentariis. vt infra lib. 8. Nam in acie sedere Gallos consueſſe, Superioribus Commentariis declaratum est.

Deficiens agre per manus ſeruat] Vox Deficiens, gloſſa eſt eius, quod ſuperius dixit, Relinquit animus Sextium. Itaq; recte ab eſt a noſtro antiquo. itemq; a Faerni & Vrfini libris. Dixit autem Per manus, vt & aliis locis, q; alii Inter manus. Cicer. Verri- na 7. Itaq; erant exitus eiſmodi, vt alius inter manus e proelio auſerratur. Liuius lib. 3. Cecidiſſe ſemina- nimen: inter manus domum allatum. Plaut. Moſtel. Amabo, abripit e hunc intro actutum inter manus.

XXXIX Qui non rei nouitate] Stephan. Faern. Quin reâ quod placet.

Ab oppugnatione deſiſtunt] Particula. Ab de eſt in omnibus antiquis, vt infra lib. 7. Vercingetorigis, ubi de Cæsaris aduentu cognouit, oppugnatione deſiſtit.

CAPVT VIII.

XLI Fidem non haberent] Steph. & Vrfin. Fidem non faceret, quod magis placet.

Cæsaris aduentus] Memorabile eſt quod Suetonius ſcribit, cum habitu Gallico, vt ad Ciceronem properaret, per ſtationes hoſtium iter feciſſe.

XLI I Ne minimo quidem caſu] Sic omnes quos vidi. Vrfin. teſtatur in ſuo & Vaticano ſcriptum eſſe, Caſſi. quod longe rectius eſt: niſi forte melius ita eſſet. Ne minimo quidem aſu locum relinqui debuſſe. id eſt, caſtris egredi, ne ob minimum quidem factum audacius oportuiſſe, vt mox lib. 7. c. 1. Quod neq; legiones aſente Imperatore audeant ex hybernis egredi. Et Auſu ac ductu alicuius aliquid fieri, video Larine dici ab Hirtio in lib. de bel. Alex. Sed illa ſuperior mihi probabilior videtur.

XLI II Siqui ſe occuſaſſent] Ex barbaris. Deducto] Reducto a Cæsare.

In fuga circumſpicerent captiui] Ita eſt in Steph. Ald. & aliis quamplurimis vtiſe. nam verbu Circumſpicerent omnino delendum eſt. quod etiam video in quibuſdam Lugdunenſibus obſeruatum.

XLI IV Durocortum Rhemorum] Steph. Durocortorum. quod idem Vrfin. in Vaticano & ſuo eſſe teſtatur. Strabo lib. 4. εὐροκόρτων εἶναι ἐν τοῖς ἑσπερίοις, ἢ ἢ μὴ τρέπολις αὐτῶν Δελφῶν ἔσται.

More maiorum ſupplicium] Vt verberibus exanimatum corpus ſecuri ſerueretur. quod in Guturnato poſtea factum eſt. lib. 8. c. 6. (38)

Aqua & igni] Non igitur aqua & ignis interdicitio ſemper in damnatorum gratiam exercetur: tamen ſi ciuib; quidem R. ex lege. Porcia ſemper fauorabile fuiſſe, patet ex Orat. Cæsaris apud Saluſt. & Ciceronis pro Cæcinnâ.

Ad conuentus] Dictum eſt in ſine lib. 1.

LIBER VII.

CAPVT I.



Ad conuentus peragendos] Sic Vrfin. nus. At Steph. Ald. & alii complures: Ad conuentus agendos. quod placet. vt modo in ſuperiori, & aliis multis locis.

Senatus conſulto] Pædianus in arg. Milonian. hanc hanc explicat. vbi ſcribit, tantum in vrbe tumultum propter Clodii cædem, & Milonis factione fuiſſe, vt S. C. factum ſit, vt interrex, & Tribuni pl. & Cn. Pompeius, qui pro. Conſule ad Vrbe erat, viderent, ne quid detrimenti Reſp. caperet: delictus autē Pompeius tota Italia haberet. Vide etiam Epit. 107.

Coniurarent] Seruius Honoratus ſcribit, Coniurationem eſſe, cum orto tumultu, quia ſingulos ſacramento rogare nō vacabat, qui exercitum ducturus eſſet, vexillum proferret, atque ita diceret: Qui Remp. vult ſaluâ eſſe, me ſequatur. Qui ad eum conuenerant, vniuerſi ſimul iurabant.

Tota prouincia] Gallia Ciſalpina.

A maioribus acceperant] Nam pleræque ciuitates erant (vt Strabo ſcribit) εὐρυκρονται.

A maioribus acceperant] Vrfin. & Steph. Acceperunt. quod placet.

De obſidibus cauere] Sic Ald. mendose. nam ſine dubio De particula tollenda eſt, Steph. & Vrfin. lib. auctoribus. & quia, vt ſuperiore libro notauimus, eodem modo dicimus, De pecunia obſidibus cauere. vt in pace, prædibus.

Collatis ſignis] Nam armatum habere cõcilium ſolebant lib. 5. cap. 13. (56)

Clamore per agros.] Non multorum conclamatione, ſed vnius quaſi præconis. Vereor tamen ne Pagos Cæsar potius ſcripſerit. vt lib. 6. cap. 5. (23) Principes regionu atq; pagorum inter ſuos ius dicunt.

Hinc alii] Steph. Hanc alii. Ego Hunc, vt ad clamorem referatur.

Regnum appetebat] Nam hac tempeſtate Aruerni Optimatum dominatu regebantur. Olim tamē Reges habuiſſe, alio loco demonſtrauiſus.

Expellit ex ciuitate] Opinor non ex vrbe, ſed Aruernorum finiſus. Nam Ciuitatē. in his libris nuſquam pro vrbe opidou poſitum animaduerti. Sic inf. de Auarico: Pulcherrimam urbem, qua ornata & præſidio ſit ciuitati. Verum tamen in lib. Ciuil. 1. Ex ciuitate expelli dixit, pro Ex vrbe Roma. Vt Tribunos pl. ea re ex ciuitate expulſos ad ſuam dignitatem reſtitueret.

Certum numerum militum] Mirum eſt, quod Strabo ſcribit lib. 4. Vercingetorigem hoc bello quadraginta hominum millia coegiſſe.

Qui morati] Et aliis locis dictum eſt, Cæsaris orationem ſæpe ad mentem, non ad verba reſpiceret. Alio-

re. Alioqui legendum fuiſſet, Quæ morata. vel, Copias equitum pedatumq;. Secum Aruernis coniungunt] Steph. & Rom. Statim cum Aruernis iunguntur.

CAPVT II.

VI Virtute Cn. Pompeii] Turbata cæde Clodii ciuitate, cum ſeditiones inter candidatos conſulatus Hiſpæum, Scipionem, & Milonem eſſent, qui armis ac vi contendebāt, ad comprimendas eas Cn. Pompeius a Senatu Conſul III factus eſt abſens & ſolus: quod nulli alii vnquam contigit. Epit. 107.

Eo tempore pacati] Suſpectus mihi locus. Fortaſſe, Non ſatis pacati. ſed ſine codicis auctoritate nihil mutabo. In Romano eſt Quieti.

VII Volcis, Artomicis] Vetus Locis. quod abſurdum eſt. Liuius lib. 21. Iam in Volcarum peruenerat agrum (de Annibale loquitur) gentis valida. colunt autem circa vtramq; ripam Rhodani.

VIII Summo militum labore] Steph. Sudore. quod tamen non æque placet. Ita etiam in Romano ſcriptum eſt.

IX Omnibus ſuis inopinantibus] Vox Omnibus, non eſt in Faerni, Vrfini, & Stephani libris: & plane ſuperuacanea eſt.

Helueticis prælio victos] Sic omnes libri. ſupra tamen lib. 1. c. 3. [12] Omnis, inquit, ciuitas Heluetia in quatuor pagos diuiſa eſt. Et tamen lib. 3. cap. 1. [5] Nervicum prælium dixit.

X Stipendiariis Aduorum] Nam etſi libertatem eorum perſonis reliquerant, tamen ita in fidem receperant, vt ſtipedium penderent. lib. 1. c. 11. [28]

Voluntates alienare] Commodius videretur Alienari, in patiendi verbo.

XI Genabum Carnutum] Aimoi. lib. 1. c. 5. Genabū interpretatur, ubi nunc, inquit, Aurelianis. Eſt tamen opidum, Gianum, vulgo dictum, cuius incolæ hoc ſibi nomen vindicant; quod iter hoc a Carnutibus ad Biturigas ſit rectius: deinde, quod eius quoddam ſuburbium etiam nunc vetus nomē retineat. Vitiſe autem apud Oroſium Genapum pro Genabum legitur.

Pons fluminis Ligeris contingebat] Continebat melius in quibuſdam impreſſis legitur. Ci. Ver. 6. Eorum coniunctione pars opidi, qua appellatur Inſula, mari diſiuncta anguſto, ponte rurſum adiungitur & continetur.

XII Nouiodunum] Non dubito eſſe vicum, qui hodie appellatur Neuvy. neque mihi diſpliceret hoc loco reponi, Neuidunum. quem Aimoinus Biturigibus coniungit. Nam quod aſcribit, quam quidem Niuernas eſſe putari: ex itineris iſtius ratione falſum apparet. tamen ſi hoc eodem nomine alterum quoque appellati potuerit.

Significatione Gallorum] Nam cum ſermonem non intelligerent, ex ſignificationibus, quibus inter ſe Galli utebantur, coniecturam fecerunt.

XIII Prælium equeſtre committit] Sic Steph. Magis

placet Ald. Præliumq; equeſtre committi. Nondum enim Cæsar pugnabat, ſed peditarum continebat. Itaque modo dicet, eum Germanos equites ſummiſiſſe.

Germanos equites] Notandum equitibus Germanis & ab initio belli Cæsarem eſſe vſum, & multo poſtea plures euocaſſe. vt infra hoc ipſo lib. cap. 12. [65]

Opidum Auaricum] Auaricum eſſe, quod Burges lingua Gallica dicimus, illud argumento eſt, primum quod vrbe ſitus cum hæc Cæsaris deſcriptione aptiſſime conuenit. nam ab vna parte flumine alkatur, ab altera paludibus clauditur. anguſtus autem aditus in ſuperiore vrbe parte eſt, vbi Arx poſita eſt. Deinde quod flumen Auaronis nomen hodieque retinet. tum, quod Oroſius hanc ipſam hanc hanc & Cæsaris orationem exſcribens, Biturigam pro Auarico poſuit. quo eodem verbo Gregorius Turonenſis & Aimoinus Monachus eadem in reuuntur. poſtremo, quod ceteris omnibus opidiſ incenſis, ſolam Auaricum Biturigum nomen retinuiſſe videtur. Itaque Ammianus lib. 15. Lugdunenſem, inquit, Lugdunus ornata, & Cabillonens, & Senones, & Bituriga. Vbi tamen legendum videtur Bituriges. Antoninus quoq; in Itinerario Beuricum, vel potius Bituricum in Aquitania prima numerat.

Ciuitatem Biturigum] Ridicule Bituriges nonnulli hoc tempore Ciuitatem hoc loco poni putat, pro vrbe: cum, vt aliis locis omnibus, pro ea regione uſurpetur, qua vni magiſtratu paret, vniſque legibus vitur Ciuitatis nomen his ſeptem libris Cæsar nuſquam pro opido uſurpat.

CAPVT III.

Ex adificiis] Vicis, pagis, & villis, in quas conditum erat pabulum.

Deleri poſſe] Sic legendum vt in Ald. Steph. Diligenti alii, Diripi. quod abiudico.

Impedimentis exuunt] Impedimenta hoc loco Cæsar pro mulis & eiſmodi iumentis uſurpat. Sic inf. c. 8 [45] Prima luce magnū numerum impedimentoru ex caſtris detrabi, mulionesq; circumuehi iubet.

Ne ſuis ſint] Hoc loco non dubito legendum eſſe, Ne.

Prædamq; tollendam] Locus mihi ſuſpectus: nam vox Tollendam ſuperuacanea videtur.

Graviores exiſtimari] Steph. & Ald. Graviores exiſtimari. de quo nihil affirmo.

Deliberatur de Auarico] Ita placet, quamuis in Steph. & nonnullis legatur, Dicebatur.

Flumine & palude] Flumen incolæ Auron vocant, vnde fictum vrbe videtur nomē. Dio lib. 40. rapidum appellat: vt aliquid videlicet inepto Græcorum more aſſingeret.

Pecore ex longinquis vicis adducto] Nihil multo. Vulgo tamen Abigi pecus dicitur, potius quam Adigi. Sed iam video in libro Romę centum

ab hinc annis edito impressum esse *Abactio*: quomodo restituendum arbitror.

Præstare quam non parentarent] Suspectus mihi locus. Nam, *Parentans*, legendum videretur. Malim igitur *praoptare*, quam illud *præstare*: si modo antiqui libri accederet auctoritas.

C A P V T I V.

XX *Generatim distributa*] Sic lib. 1. cap. penult. (51) locutus est, pro *Distinctis* quibusque secundum suam cuiusque civitatem.

Prope aquo Marte] Sæpenumero, *aquo Marte pugnare*, est pari certamine dimicare. Nunc vero ad loci naturam refertur, quasi dixisset, *Pari natura loci, nulla iniquitate.*

Edocet quanto detrimento] Hoc idem, suis aliquanto post ad Gergoviam in memoriam reuocat, cap. 9. [52]

XXI *Munitio defendere*] Natiua scilicet. *Virtutem despicere*] Ironice *Virtutem* appellat pro Ignavia.

Turpiter se ex fuga recipiētem] Nihil muto. Tanrum dico, nō satis meminisse me similem locutionem legisse: *Recipere se ex fuga*. Nam *Recipere ex fuga* dicitur, qui fugientem recipit, vt lib. 6. c. 7. [35] *A quibus receptos ex fuga Tencteros docuimus*. Fortasse vacat particula *Ex*, sed, vt dixi, nihil affirmo.

XXII *Armis concrepant*] Similiter Tacitus de Germanis: *Si displicuit sententia, fremitu aspernantur: sin placuit, framen concutunt.*

C A P V T V.

XXIII *Laqueis falces auertebant*] Laqueis etiam arietes auertere solitos, Lælius lib. 36. testatur. *Nam cum ariete*, inquit, *quaterentur muri, non laqueis, vt solet, exceptos declinabant istius.*

Destinaverant] Sic Ald. & Steph. Alii nonnulli, *Distrauerant*, quod sine dubio verius est: pro auerterant, contrariam in partem attraxerant.

Aggerem cuniculis subtrahabant] Opidani fossas subterrancas sub mœnibus aperiebant, vsque ad aggerem Romanorum: hinc terram subtrahabant, vt turris in aggerem promotâ subuerteretur.

Turribus contabulauerant] Has etiam pontibus traiectis constratisque coniungebant, lib. 8. cap. 2. [9]

Agger expresserat] *Expressere*, opinor, dixit, pro extollere: vt *Expressere* & *Deprimere* contraria sint.

Expresserat] Subleuarat.

Commisiss malis] Locum a me non intelligi, ingenue fateor. nisi *Malos* pro scalis dixerit: & scilicet fuerint *Malis*, multis bacillis, quasi fibulis traiectis instructi. nam scalis in turribus summæ altitudinis adhiberi solitas, cū ex aliis multis constat, tum vero ex Procopio lib. Gott. belli, & lib. 2. vbi turres a Vittige Gotro extructas describit.

Apertos cuniculos] A Romanis. Nam opidani intra mœnia contrarios aperiebant, quas Gallice *Contraminas* vulgo appellamus. Tum in os cuniculi saxa, & ignes iaciebat: & trabibus præfictis fossas depellebant.

Muri Gallici forma] ~~_____~~ **XXIII** *Muri Gallici* speciem primus animaduertit eandem esse a fronte, quæ est Tessularii operis, siue Scacarii, quæ *Eschiquierum* vulgo appellamus.

Binos pedes] Non refertur ad *Collocantur*, sed ad verbum *Distantes* quasi dixisset, *Binos pedes inter se distantes*, vel sic, *Interuallis binū pedum distantes inter se.*

In solo collocantur] Non intra solum, sed humi. Sic Ciuil. 2. *Due primum trabes in solo aque lōge, distantes inter se pedes quatuor collocantur.*

Reuincuntur extrorsus Imo, *Introrsus*. *Reuincuntur* autem dicit, quia trāsuersaria trabs pedes quadragenos longa superimponitur; eaque commissuris & fibulis iungitur: hoc est, vt nostri loquuntur, *mortensis & certillis*. Id *introrsus* necessario faciendum fuit. In fronte nullus eiusmodi reuinctioni locus erat. Sic igitur emendandum.

Interualla] Binum pedum.

Paribus intermissis spatii] Non dubito quin sit legendum *Intermissis*. & ita Cæsaris consuetudo postulat.

Hoc enim in speciem] Ald. & Steph. *Hoc cum in speciem*. Fortasse, *Ob speciem*.

Rectis lineis suos ordines seruat] Eadem specie & figura, qua sunt Scacarii, quæ vulgo *Eschiquiers* appellamus: vt ille vir præstantissimo ingenio, & singulari iudicio præditus animaduertit.

Pedes quadragenos] Vcl *pedum quadragenum*, legendum est, vel addendum, *Longius*, vel eiusmodi aliquid subaudiendum.

Imbribus transirentur] Steph. & Ald. *Tardarentur*. Nonnulli impressi, *Turbarentur*, quod magis placet. Magis etiam Vrsini liber: *Militis cum toto tempore luto, frigore, & assiduis imbribus, turbarentur.*

Picem reliquasque res] Hic perspicue deest vox, *Alii*, vt sit, *Alii picem, &c.*

Pluresque paritis temporibus] Sic Stephan. & nonnulli impressi. Melius Ald. *Duasque*, nam alternatim excubabant, & opus faciebant.

Aggerem interscinderent] Ne longius ignis maneret.

Gallus per manus] Vel *Qui* interponendum est: vt sit, *Quidam Gallus, qui per manus, &c.* quod Faerno & Vrsino placere video. vel paulo inferius. *Hic*, nimirum illo loco: *Hic scorpione a latere dextro trahentis.*

A propugnatoribus vacuus] Nō satis video, quorsum *Propugnatorum* mentio pertineat: vbi de Protectoribus aperte loquitur. Et fieri potest, vt qui *Propugnatoribus*, vitiose legerit, hoc reponendum verbum putarit.

Omnia ex parte] Alii, *Omni parte*. Placeret, *Omni ex parte*.

Perfectis-

XXVI *Perfectisq; operibus*] Sane ita est in lib. Stephan. vt Faernus de suo testatur, *Derectisq; operibus*. Fortasse legendum *Erectis*, sed nihil affirmo.

Legiones intra vineas] Stephan. *Extra vineas*, quod sine dubio rectum est. non enim vineis contineri legiones poterant, nisi forte *Citra vineas* commodius legeretur; cum modo dicat, *In occulto*, quasi post vineas laterent: vnde subito, signo dato, scalis admotis iam muros prouolarent. Sed sic quoque Sallustius locutus est in Jugurth. *Tum vero*, inquit, *cohortatus milites, & ipse extra vineas egressus, testudine acta succedere, &c.*

XXVII *Obuia contraherentur*] Sic Steph. Ald. & omnes: Faernus delebat, *Contra*. Ego potius vocem *Obuiam* glossema esse iudicarem.

Continēt impetu petierunt] Sic Steph. Faernus autem, *Continuo petierunt*. Ego nihil mutandum censeo.

Silentio excepit] Vrsinus, *Silentio sic ex fuga recipit*, neque aliter sensum putat elici posse idoneum. Ego animaduerti aliud esse, *Recipere ex fuga*: aliud, *Excipere ex fuga*. Illud est, cum qui fugiebant, ad locum destinatum perueniunt: hoc vero, cum in ipsa via & fuga interceptiuntur, vt supra lib. 6. ca. 7. (35) *A quibus receptos ex fuga Tencteros atque Vespertes supra docuimus*. Et mox: *Primos Eburonum fines adeunt. multos ex fuga dispersos excipiunt.* Vercingetorix ergo de illorum fuga certior factus, celeriter familiares suos principes civitatum obuiam illis misit, qui silentio ipsos ad amicos suos deducerent.

Concursu & misericordia] Steph. *Miseria*, rectius multo, vt cuius perspicuum est.

Vt procul] Puto legendum esse *Et procul*. Ac mox: *Curavit: qua cuique*, non autem *Quæ*, in quo sensus nullus est.

Disparandos] Separandos, seiungendos.

Cuiq; civitati] Nam omnes generatim in civitates distribuerat.

C A P V T V I.

XXIX *Non virtute neq; acie*] Placet Vrsini liber, *In acie*, nam idem video nunc in illo Stephan.

Castra munire insituerent] Prius tamen dictum est lib. 5. cap. 11. (42) Neruios Romanorum exemplum & disciplinam imitatos cœpisse illorum castra circumvallare.

Sustinere possent] *Sustinerent*, scriptum est in nostro, & Stephan. & Roman.

XXX *Auctoritatem minuunt*] Sic lib. Ciuil. 2. c. 6. (31) *Quasi non & felicitas rerū gestarum, exercitus benevolentia Imperatoribus, & res aduersa odia conciliet.*

Patienda est perferenda] Faern. ex veteris codicis auctoritate, duo illa, *Et perferenda*, reiciebat. Ego de Steph. lib. idem affirmo.

XXXI *Singuli magistratus*] Quos lingua Gallica *Vergobretos* appellabant, lib. 1. cap. 4. (16)

Regiam potestatem] Superius eodem illo loco Regiam potestatem interpretatur, ius *vita & necis*. Quo loco nonnulla quæ huc pertinet exposita sunt.

Suas cuiusq; eorum] Locus de mendo suspectus. Legendum videtur, *Suas cuiusq; eorum esse, &c.*

Etiā ad se euocat] Sic Ald. At Steph. *Ad se De-* **XXXIII** *ceriam euocavit*, quod idem de suo Vrsinus testatur, qui opidum ignobile illud fuisse putat. *Quod non displicet, cum mox sic inferat, Eo conuenisset.*

Fratrem a fratre] Cotuin a Vedeliaco.

Duos ex una familia] Hæc eandem in Augurum R. collegio legem fuisse, scribit Dio lib. 39.

Cotum magistratum deponere] Sic Ald. at Steph. Imperium, cuius illam glossam fuisse arbitror.

Intermissis magistratibus] Non cōtinuatis in eadem aut persona, aut familia, vt in Coto acciderat.

In magna Cæsaris difficultatibus res] Sic Steph. **XXXV** Ald. & c. At Faern. & Vrsin. sic: *Erat in magna Cæsari difficultatibus, ne &c.*

Quartis quibusq; cohortibus] Sic Ald. Quod qui non intelligunt, sic immutant: *Demptis quibusdam cohortibus*. Quod eruditus viris indignum fuit. Nā sensus est apertissimus, Cæsarem quartam quamq; cohortem de quaque legione detraxisse, atque hoc pacto e quatuor legionibus, quas præmittebat, vnius numerū detraxerat. Nam si e quadraginta cohortibus (quibus legiones quatuor constabant) quartam quamq; cohortem detrahas, efficies numerum decem cohortium, id est, vnius legionis, siue hominum quinq; millium.

Isdem subicitis] Falso igitur scribit Dio lib. 40. Cæsarem ratibus suum exercitum traduxisse.

Pars inferior] Nam Vercingetorix superiorem partem, quoad securis adigi potuerat, rescindendam curarat.

C A P V T V I I.

Castris pro opido] Noster, Steph. & Rom. *Prope o-* **XXXVI** *pidum*: quod idem Vrsin. de suo testatur.

Horribilem speciem præbebat] Strab. lib. 4. scribit, Aruernos hoc in bello habuisse hominū quadringenta millia, duce Vercingetorige.

Virtutis suorum periclitaretur] Sic Ald. at Steph. *Perspiceret.*

Tenebatur tamen] Sic omnes lib. Ego sic probarem: *Non nimis tamen firmo tenebatur*. Nam quod *non minus* quidam reponebant: cui tandem probari poterit?

Subsidium ex opido venire] Placet Steph. lib. scriptura: *Subsidio ex opido veniri.*

Cum his primum communicat] Steph. *Premium*. **XXXVII** quod idem Vrsin. de suo testatur. *Premium* autem pecuniam, qua sollicitatus fuerat, intelligit.

Ad Cæsarem disceptaturi] Vrsino & Faer. placet ex antiquo lib. *Disceptatorem*. Ego idem video in lib. Steph. Neque tamen acquiesco. Nam vtrocuque modo addendum esset, *De suo*, hoc modo: *Quam Romani de suo ad Æduos*. Itaque vocem *Romani* tollendam arbitror, vt sit sensus: Cum de iure & legibus Æduorum ageretur, quid ita iudicium eius rei potius penes Cæsarem, quam penes ipsos Æduos fuisset? Significat Cæsarem ea de re

iudicasse, quæ non fuerat ipsius iudicii: ac propterea ei acceptum magistratum ferri non debere.

Et premio deductis] Placet Faerni coniectura, Adductis.

XXXVIII. Omnis nostra nobilitas] Noster, & Steph. & Ald. & Rom. Nobilitas omnis interit.

Omnes equites Aednoru] Steph. Rom. & noster, Multos equites.

Præsidii fiducia vna erant] Commeatumque in Cæsaris castra deportabant.

In eodem mendacio permanet] Probabilius videtur, vt est in Steph. & Ald. Eodem mendacio permanet.

C A P V T VIII.

XL Ad contrahenda castra] Angustioribus finibus circumvallanda. Nam quod pauci relictæ fuerant, contractior esse circummunitio debebat. Cuius rei prætermisio magnum vt post intelligitur, castris periculum attulit.

Sua clientibus] Hos lib. 3. c. 6. (12) Gallica lingua Soldurios, Latina Deuotos appellauit, atq; hanc mirificam in patrono fidem prædicauit.

XLI Iisdem in vallo] Qui locum hunc non intelligebant, ita mutarunt, Iisdem eodem in vallo. Imperite. nam Quibus iisdem, hoc sensu dixit, Cum propter paucitatem semper iidem pugnarent, neq; defessis integri submitti possent.

Fuisse tormenta] Legendum arbitror, Tumenta, quibus milites incubabāt, quæ pilis ciliciis plerumque constant. vtraq; appellatione lana tomentum nõ continebitur, inquit Iuriscōsultus. his tomētis inferciuntur culcitæ, quas Galli Materata nomināt. Et hæc coniecturā locus ille perspicue confirmat, quem subiciam ex lib. de bel. ciu. 3. cap. 9. (44) Magnitudo inaccesserat timor sagittarum. atq; omnes fere milites aut ex subcoactis, aut ex centonibus, aut ex coriis tegmenta fecerant, quibus tela vitarent.

Pluteos vallo addere] Pluteos, opinor, dicit iam asseres crassiores, quos pro lorica supra vallum ponebat.

XLII Ad cognoscendum spatium] Quasi in re liquida & perspicua deliberandi locum esse nullum putaret. Hæc est illa temeritas, quam in Gallis Cæsar reprehendit: quam Cic. lib. Offic. 1. sic explicat. Ne incognita pro cognitis habeamus, hisq; temere assentiamus. quod virtutum effugere qui vult (omnes autem velle debent) adhibebit ad considerandas res & tempus & diligentiam.

XLIII Questionem decernunt] Apparet, Questionis nomine, nõ tantum iudicium, & cognitionem ipsam iudicium significari: verum etiam inquisitionem criminum, quæ iudicium antecedit: quam Pragmatici nostri vulgo Infirmationem appellant.

Rursus exercitum contraheret] Subobscurus locus. nam antea neq; exercitum contra erat, & de contrahendis tantum castris erat locutus. Exercitum autem distraxerat. Nam e sex legionibus quatuor secum abduxerat. Verum hoc nõ est omnem exercitum distrahere, sed partem duntaxat. Con-

trahere ergo dixit, pro Reuocare.

Si alterum amisset, quin pene] Vrsinus affirmat in suo lib. ita scriptum: Si alterum amisset, non dubitari quin pene, &c. Nihil in meis istiusmodi reperio: ac videtur recte vox Quin cum illis superioribus, Non aliter, conuenire.

Mulioneq;] Præclare hunc locum ex suo lib. restituisse sibi Vrsinus videtur, hoc modo: Magnum numerum impedimentorum ex castris, mulorumq; produci, neq; iis ferramenta detrahi, mulioneq; &c. Sed neque in vilo meorum quicquam eiusmodi video, neque quorsum ferramenta milis detraheretur, satis intelligo. Illud scio, Impedimentorum nomine crebro mulos, & eiusmodi sarcinaria iuncta significari. Front. in Stratag. Petreius in magna aquarum & pabuli inopia impedimenta interfecit. Quod Cæsar lib. Ciu. 1. commemorans, Illi, inquit, & inopia pabuli adducti, & quo essent ad id expeditiores, omnia sarcinaria iumenta interfecit iubet. Et alio loco: Cum legiones duæ flumē transissent, impedimenta q; omnis equitatus sequeretur, subito iumentorum, & aquæ magnitudine pons est interruptus. Et aliquanto post: Desiderati sunt eo die equites pauci, calonum atq; impedimentorum non magnus numerus. Hæc cum ita sint, non tamen omnino liber Vrsini repudiandus est; potiusq; hic locus ita corrigendus videtur: Magnum numerum impedimentorum ex castris produci, isque strata detrahi, mulioneq; &c. Nam Lilius li. 7. de Dictatore C. Sulpitio loquens, Rem, inquit, nouam excogitat: quæ diuise multi nostri atq; externi Imperatores, nostra quoq; quidam atate vsi sunt. milis strata detrahi iubet: binisq; tantum centunculis relictis, agones partim captiuus, partim agrorum armis ornatos imponit.

Spatium itineris iugebat] Non puto Cæsarem adeo ieiune de re perspicua scripsisse: sed aliquid ad spatium designandum addidisse, veluti Altero tanto, vel Vehementer, vel aliquid eiusmodi.

Produxerant Galli] Fontasse Perduxerant, & eius legeretur.

Densissimis castris] Confertissimis tētoriiis & tabernaculis.

Corporis parte nudata] Thorace deposito, quod pectoris munimentum erat.

Qua cum erat concionatus] Lib. Steph. Conceronatus. Non dubito mendum subesse, nam concionandi tempus certe non fuit. Reponendum igitur, Commoratus. Nam paulo post ita scribit: Ipse paulum ex eo loco cum legione progressus, ubi constitit, euentum pugna expectabat.

C A P V T IX.

Spatio pugna] Id est, longinquitate, diurnitate. M. Petreius] Noster & Steph. M. Petronius.

Ad Auarietum] Sup. hoc ipso lib. cap. 4 [19] Nihil magis in aquum lacu] Rectissime sic emendatum est in libris recentioribus: cum in antiquis nostris omnibus scriptum esset Nihilominus.

Retinendos eos non censuit] Ita placet, vt est in Aldino.

Aldino. quamuis veteres nostri omnes habeant, Constituit.

Quos & quam humiles] Hac de re lib. 6. c. 4. (12) Omnibus ereptis sociis] Sic noster, & Aldinus rectissime: cum in Steph. & aliis antiquitus impressis vitiōse legatur, Capis.

C A P V T X.

XLV Nouiodunum opidum Eduorum] Has esse, quas nunc Niuernas vocant, nemo dubitat. Aimoinus tamen lib. 1. cap. 5. Niuedunum sic interpretatur. Quam quidam, inquit, Niuernis esse putant. Sed de Biturigum Niueduno loquebatur, quam falso Niuernas esse putauit. Dio vero lib. 40. Nouiodumi nomen retinuit.

Ex prouincia expellere] In prouinciam, restituendum arbitror, vt de Gallia prouincia Romanorum intelligatur. Hanc opinionem sequens pagina duobus locis perspicue confirmat. Ibi, Iter in prouinciā conuertet. Item, Cæsarem in prouinciā contendisse confirmabant. Et hoc quoque a Nicasio Ellebodio animaduersum Manutius testatur.

XLVI Adiungi Labieno] Quem in Senonum fines cum quatuor legionibus miserat.

Vim fluminis refringeret] Eadem se ratione vsus scribit in Siconi transmittendo, lib. de bel. ciu. 1. cap. 13. [64] Rationem Vegetius exponit lib. 3. his verbis: Explorato vado, duæ acies equitū ordinantur, interuallis competentibus separata, vt per mediū equites & impedimenta transeant. nam acies superior aquarum impetū frangit: inferior, qui rapti submersiq; fuerint, colligit atq; transponit.

Repleto exercitu] Replere exercitum, dixit pro Reficere, & recreare: an potius, pro Commeatus defectum supplere?

C A P V T XI.

XLVII Secundo flumine] His tribus, quatuorue locis Secundo & Aduerso flumine Cæsar dixit, pro Iuxta flumen, vel Secundum, vel Aduersum, & Ad ripas fluminis. Velut inf. Magnum ire agmen aduerso flumine, pro, Ad ripam amnis, sed contra fluminis naturam. Planius igitur fuisset, Secundum flumen. Plaut. Rud. Quid illuc est hominum secundum litus.

Secundo Gallia motu] Nunc secundum motum Gallia dicere videtur, non numero & ordine: sed euentu & successu. Nam multo plures Galliar motus, & rebelliones fuerant.

XLX Quinque reliquas] Hic locus ostendit quod alio loco diximus, in legione decem cohortes fuisse.

LXI Equitatus peditatusq;] Noster, & Romanus & Stephan. Exercitus, equitatusq; nihil inuito tantum profiteor aliis non paucis locis ita Cæsarem locutum, vt inf. cap. 1; [68] Quod equitatus, qua maxima parte exercitus confidebat. Et nunc idem video Manutium secutum.

LXII Presentem adesse existimarent] Sic noster & Stephan. & multi impressi. Sed in Aldino & Manutia-

no vox Presentem sublata est. mendose. Nam verus hæc locutio est, a Terentio & Cicerone vsurpata.

Transfixi pilis] Stephan. & Rom. Confixi telis, quod non placet. Nam pila ante congressum coniciebantur.

Contra castra Labieni] Sic noster. Steph. autem & Romanus & multi impressi, Contra Labienum, quod non placet. Nam modo dixit, e regione castrorum Labieni præsidium in statione relictum.

Victorumq; impetum] Placet Faerni coniectura, vt particula Que deleatur.

C A P V T XII.

Horum supplicio] Durum ac prope incredibile hoc videtur, Aduos in obfides Gallos, ad eorum ciuitates terrendas, seuisse.

Frequentes multitudines suffragiis] Rectissime hunc locum emendauit Vrsinus, ex Faerni lib. Eo conueniunt vndiq; frequentes. Multitudinis suffragiis res permittitur.

Illi quod amicitiam] Illi, hoc est, Rhemi & Lingones.

Indulgentiam requirunt] Id est, Amissam sentiunt, vt Pedianus interpretatur. Gallice dicimus, Regretter. Frustra desiderant: eius desiderio laborant.

Suum consilium] Recte. cum in aliis sit Conciliū: per c. Nam suum consilium ab reliquis separare, modo dixit, quod alibi, Sibi consilium capere.

Deniq; ei rei constituit diem] Sic omnes lib. Eo magis ita probarem, si quis liber adiuuaret, Diemq; ei rei constitui. Nam vox Denique superuacanea videtur.

XV millia numero] Millium, secundo casu legendum arbitror: vt aliis pleriq; locis.

Finitimi ei prouincia] Pronomen Ei tollendum arbitror. Nam prouinciam modo Allobroges dicit: vt supra lib. 1. pag. 1. (c. 6) & aliis locis. Segufianos autem Allobrogum esse finitimos, & extra prouinciam trans Rhodanum primos, idem docuit lib. 1. cap. 5. (10)

A superiore bello] De quo dictum est lib. 1. cap. 10 [44]

Imperium totius prouincia] Non regionis Allobrogum, sed prouinciæ Narbonensis, quam se Romanis erepturos sperabant.

Superioribus annis] Lib. 4. c. 3. [18]

Præliari consueuerunt] Lib. 1. c. 11. [48]

Manus idoneis equis] Lib. 4. c. 1. [2]

Atq; euocatis] Locus hic ostendit, quod alibi diximus, Euocatos non modo in peditum, sed etiam in equitum numero fuisse. Quales autem Euocati essent, alio loco docuimus.

Equos sumit] Opinor, non eos, quibus vti solebant: sed quos præterea paratos habebant.

Conuocatisq; ad concilium] Corrigendum Consi- lium per s. nam conuentum modo dicit præfectorum & magistrorum rei militaris.

Si pedites suis auxilium ferant] Sic Ald. Steph. &

tur, miserima morte interiisse.

LXXX Omnes milites] Aldus, Omnium militum intenti animi. Steph. Omnes milites intenti pugna euentum expectabant. Quod sine causa mutandum non est.

LXXXI Vno die intermisso Galli] Hoc de Gallis exterioribus intelligendum est: vt mox ostendet.

Fundis liberalibus] Opinor, quibus liberalia saxa iactantur. Veget. libro secundo, cap. 23. Sed & manu sola omnes milites meditabantur liberalia saxa iactare, qui usus paratior creditur: quia non desiderat fundam.

LXXXII A munitione aberant Galli] Rurfus de Gallis exterioribus locus intelligendus est.

Stimulis induobant] Patet igitur, Cefatem eodem illo triplici defensionum genere aduersus exteriores hostes vsu fuisse, vt paulo ante dixi: nimirum cippis, talcis, & liliis.

In scrobes delapsi] Steph. Delati.

Cum lux apparet] Steph. multo concinnius, Cum lux appeteret. vt aliis locis.

Ex superioribus castris] Ex superioribus castrorum locis. nam loca erant inaequalia, vt saepe dictum est.

At interiores] Nunc de Gallis, quos in opido Vercingetorix habebat, loquitur.

At interiores] Qui ex opido eruperant.

Priores fossas] Duas igitur tantum fossas Caesar duxerat. Nam si tres fecisset, nunc dixisset Primas.

LXXXIII Vergas launum] Stephan. vbique Vergas launum.

LXXXIV A castris] Sunt qui castris reponant. quod cuiusmodi sit, non intelligo. Fortasse Contos aliquanto melius conueniret.

In aliena virtute] Stephan. Salute: quod abiudico.

Plerumque quae absunt] Cum duobus locis pugnant, qui in vno pugnant, aliorum periculo commouentur. Eodem illud pertinet in lib. de bell. ciuil. 2. c. 1. [4] Communi sit vitio natura, vt inuisis, latitibus atque incognitis rebus magis confidamus, vehementiusque extrememur.

LXXXV Vtrisque ad omnia occurrat] Sic Ald. Sed propter insequentia Steph. libri scriptura probabilior est, quam etiam in quibusdam impressis videmus: Vtrisque ad animum occurrit, vnum esse illud tempus, quo maxime contendere conueniret. id est, Et Gallis & Romanis in mentem veniebat.

Si rem obtinuerint] Si in iis defendendis superiores euaserint.

Iniquum loci ad decliuitatem] Sic Steph. Ald. vero & plerique impressi, Exiguum, quod valde probor: sed multo magis, si pro Ad, legeretur In. vt sit sensus: Exiguum loci fastigium magnum habet in decliuitatem momentum.

Agger ab vniuersis] Aggerem hoc loco pro glebis, & frondibus ac virgultis, quibus agger extruebatur, posuit, vt aliis locis.

Aggere & cratibus aditus expediunt] Sic Ald. LXXXVI Steph. vero Aggere & cratibus fossas implent. Ego vtrumque coniungendum cenfeo, Fossas implent, Aditus expediunt.

Ex colore vestitus] Purpureo, vt opinor. Plut. in LXXXIX Bruto: τὸ δὲ Βράτων ὁ Ἀπώνιος αὐδραῖον περιελάμβανεν, τὸ μὲν αὐτῶν τῆ παλαιοτέρῃ ἢ αὐτῶν Φοινικίδων αὐδραῖον ἐπέλεγε, ὅθεν ὕπερον ἢ τῶν Φοινικίδων περιελάμβανεν. Hircius de bello Africo, Cum Scipio sagulo purpureo ante Regis aduentum, uti solitus esset, dicitur Isba cum eo egisse, non oportere illum eodem uti vestitu atque ipse uteretur. Itaque factum esse illico, vt Scipio ad album sese vestitum transferret.

Nostri omittis pilis] Sic Stephan. Magis placet Emittis, vt est in Ald.

Hostes terga verterunt] Stephan. Hostes ergo terga verterunt. Liu. lib. 1. Nec manere ergo nec transire ausus, &c.

Duces producantur] Plutarch. in hoc Producantur verbo, vt in aliis non paucis, ab interprete deceptus, putauit idem esse quod pompae causa transeunt. Scribit enim Vercingetorigem armis pulcherrime indutum, equo ornato vectum, ter circa Caesaris tribunal obequitasse, deinde proiectis armis Caesari ad pedes procubuisse: Sed ecce alias rursus fabulas. Nam Dio lib. 40. scribit, Vercingetorigem nullo antea misso internuntio repente ad Caesarem venisse, multosque illo inopinato aduentu perturbatos fuisse. Addit autem illum a Caesare in triumphum ductum ac necatum.

Ciuitates recuperare] Aduorum & Aruernorum Remp. conciliare in gratiam & amicitiam cum Caesare reducere. nam reliquarum ciuitatum milites praeter illas duas in hostium numero habuit.

Harum rerum literis] Ald. Huius anni rebus cognitis. Steph. His literis cognitis. Placet Faerni liber, His rebus Caesaris literis cognitis.

Supplicatio indicitur] Stephan. & alter antiquiss. Redditur. Post haec autem miniaris literis scriptum in Stephanico ita erat: Iulius Celsus Constantinus legi commentarios Caesaris.

LIBER VIII.

CAPVT I.



Vetonius in Iulio, Reliquit & rerum suarum Commentarios Gallici, ciuilibusque belli Pompeiani. Na Alexandrini, Africique, & Hispaniensis incertus auctor est. Alii enim Oppium putant, alii Hirtium, qui

qui etiam Gallici belli nouissimum, imperfectumque librum supplenerit.

Inertia deprecationem] Vt mihi per te inertem esse liceret.

Rerum gestarum Galliae] Sic locutus est, pro In Gallia, infra c. 8. [51] Sed multo durior illa verborum tractatio est: huic tamen scriptori familiaris. Nam quod Comparantibus, nonnulli restituunt, pro Comparandis, plane absurdum est.

Præcepta facultas] Cicero in Brut. Commentarios quosdam scripsit rerum suarum, valde quidem probandos: nulli enim sunt, recti & venusti, omni ornatu orationis, tanquam veste detracta. sed dum voluit alios habere parata, unde sumerent qui vellet scribere historiam: ineptis gratum fortasse fecit, qui volunt illa calamistris inuere: Janos quidem homines a scribendo deterruit. nihil enim est in historia pura & illustri breuitate dulcius.

Aliter audimus] Minus attente.

Pro testimonio] Vt in historia scribenda. na qui scribit historiam, quasi pro testimonio dicit ea, quae narrat: & quasi ex visu ea percepta habuerit. nam περὶ τὸ ἴσασθαι dicta putatur.

Coniurationes facere] Initium belli inferendi communis totius Galliae consilio certam in diem conferre.

Resisti posse Romanis] Hoc cum aliis locis, tum praesertim apud Alesiam est cognitum: vbi ducenta quadraginta millia exteriorum hostium, octoginta delecta interiorum profligauit.

Non poterant contineri] Vt intelligi possit magnam admodum B. turigum potentiam fuisse: praesertim amplius xx opidis vno die incendio absumptis.

Imparatis deiectisque] Stephan. & nonnulli veteres impressi, Defectisque. quomodo sine dubio legendum est. Nam Defectum, pro eo cui quid deficit, veteres dixisse, nemo mediocriter eruditus ignorat.

Vulgare incurfionis signum] Sic lib. 5. capite 12. [48] Tum fumi incendiiorum procul videbantur, &c.

Quantum in ratione esset] Quantum humana ratione prouideri poterat.

Expeditionum munus iniungebat] Stephan. & Ald. Onus.

CAPVT II.

Aulercos] Aulercos Eburones (vt opinor) significat.

Impedita circumdata palude] Melius Steph. & Ald. Locum castris excelsum in sylua circumdata palude. nam mox vltiorem syluam nominat.

Veterimas legiones] Sic Stephan. & Ald. Alii impressi Veteranas. quod magis placet. quoniam in li. 1. c. 5. [24] quatuor veteranorum legiones sese habuisse scribit.

Agminis ratio] Hunc eundem ordinem Caesar se-

tenere solitum scribit, cum hostes propinquarent. lib. 2. c. 5. [19]

Quas legiones] Sic Ald. & multi impressi. At Stephan. sic, Cum repente instructas velut in acie certo gradu legiones accedere Galli viderent, &c. Quae lectio, cum auctorem tam bonum librum habeat, causaque cur mutetur, nulla sit, a nobis sine dubio retinenda est.

Loricatamque] Sic Steph. & Ald. & alii innumer. Faern. & Vrsinus restituunt Coronis. sed dictum est superiore libro, Lorica esse structuram in muris, quam vulgus hodie Parapetum appellat, quod petus vt lorica muniat.

Lateribus directis] Dixi eodem libro fossam lateribus directis esse, quae ad perpendicularum excavata est.

Quo propior hostium vallo] Placet consensus Faerni, Vrsini, & Stephanici, Alter qui propior hostem in ipso vallo collocatus esset.

Barbari nitebantur] Steph. Ald. Inflabantur. quod etiam propter huius scriptoris, & Caesaris consuetudinem retinendum est.

Locus natura munitis] Sic Steph. & Ald. Alii, Locus, in secundo casu. quod sine dubio rectum est.

Inflantantur atque incitantur] Sic Steph. Ald. nus vero Inflantur. vtrumque recte.

Equitibus interpositi] Hac de re dictum est lib. 1. c. 17. [48] & lib. 3. de bel. ciu. c. 16. [84]

Paucisque in resistendo] Steph. & Ald. Paucisque resistantibus interfectis.

An aduersis mediocribus timidores] Sic Aldin. At Stephan. An aduerso mediocri casu. quod aequae placet.

CAPVT III.

Castrorum vias instruant] Steph. multo melius, Copsias armatorum in suis instruant castris. Quod etiam video quosdam scribere se in manuscriptis aliis codicibus reperisse.

Ascensu laceffendos] Stephan. Caesar neque resistentes aggrediendos tanto collis ascensu iudicabat.

Diutius permanere sine periculo] Sic Steph. Ald. tamen, Sine cibariis. quam controuersiam veterum librorum numerus disceptabit.

Superioribus commentariis] Non sane declaratum, sed leniter tantummodo significatum est libro tertio, capite quarto, [18] vbi locum annotauimus.

Per manus stramentorum] Faernus verborum ordinem immutat. Sed qui Caesaris traiectionis verbis consuetudinem, & huius imitatoris attendet, nihil sine veteris auctoritate codicis immutabit.

Equorum insidias veriti] Hac traiectionum importunitas, qua Hirtius delectatur, cum huic loco, tum aliis compluribus obscuritatem attulit. Ordo est, Vix priores partes equorum suorum aduer-

terent. Tum deinde insidias veriti, &c.

XVII Qua consuetudine] Sane in Steph. ita legitur, vt in multis impressis, Qua consuetudine pabulat oribus mittere praesidio consueuerat. Sed absurdior locutio videtur: & Aldina lectio probabilior, Equitatumque, quem ipse pabulatores mittere praesidio consueuerat, &c.

XIX Velut indagine] Apta similitudo, & ad loci naturam & ad hostium consilium, qui Romanis easdem insidias tendebant, quas venatores explicata indagine feris ponere consueuerunt. Primus cum paucis se ostendit] Placet Stephan. & Faern. Primus.

Propter aliquem timorem] Insignis sententia syllabae vnus vitio deprauata. Restituendum Timor in primo casu, neque in re pers. cua vilo argumeto est opus.

XIX Pari Marte] Pari certamine, ancipiti proelio, vario certamine. Alibi Caesar vsurpauit de loco.

Haud inuulnibus nostris] Sic Ald. Melius Stephan. Aut.

XX Abesse quam octo millibus] Vox Quam sine dubio delenda est. Eius autem loco in Ald. & Steph. ita reperio, Non longius ab ea caede abesse plus minus octo millibus passuum, &c.

Cognita calamitate] Vrsin. hoc delet. Ego in illum locum restituo, Cognita calamitate omnibus aduersis. Nam ex illis paucis ex fuga receptis calamitatem cognitam significat. Et paulo post perturbationem notabimus.

XXIII Sine ulla perfidia] Insignis philosophiae locus: An contra perfidum vti perfidia liceat. Simpliciter detestandam esse perfidiam, satis multis locis Caesar ostendit.

Permotus celeriter] Locus sine dubio deprauatus. In Steph. legitur, Permotus vel celeriter. Vrsinus ex suo commodissime locum restituit: modo particula, Et, addatur hoc modo, Et centurio, velut in sueta re permotus vellet hominem conficere, celeriter a familiaribus prohibitus Comii, non potuit.

In conspectum cuiusquam Romani] Nunquam Romano cuiquam fidem habiturum.

C A P V T I V:

XXIV Ad praesens imperiam] Sic Steph. & Ald. Nonnulli ad praesens periculum, quod non placet. Nam sensus est, Ad victorum insolentiam euitandam.

Qui in illis regionibus praerat] Erat, legendum est, vt in Steph. Faern. & Vrsin.

Togata Galliam] Quam eandem & Citeriorem & Cisalpinam Caesar appellat.

Impetu illorum] Steph. & Ald. Quia repentino latrocinio atq; impetu incolae illorum erant oppressi. Probabilior tamen vsitata videtur.

Proximum sua dignitatis] Duas postremas voces Faernus tollit. Si ex libri veteris auctoritate, prob. sin minus, nihil muto.

Vastare ciuitibus] Sic omnes lib. Et potest esse sensus, Regionem vastari ciuitibus, cum multi inter-

ficiuntur. Itaq; Orofius: Horrenda (inquit) hominum strage vastauit. magis tamen placeret, Vici, si modo vetus aliquis liber adiuuaret.

In omnes partes finium] Sic Steph. Mendose. Ald. xxv In omnes fines partium.

Dumnaco duce Andium] Steph. Adimmaco. sed xxvi neq; alio locis sibi constat, & Orofius nomen hoc prodit.

C. Caninii certior] Stephan. C. Caninii Rebili certior. xxvii

Et Romanum & externum] Nonnulli reponerent, Et Romanum exercitum suscinere hostem. quod non placet. Nam externum hostem appellat, quem Caesar superiore libro Exteriorem dixit. Interiores enim Caesar hostes appellauit eos, qui sunt in opido. Quare sublata particula Et, locus erit integer timus.

Propter magnitudinem constratum] Sic Ald. Transcundum, quod sine veteris auctoritate codicis mutandum non est.

Sub sarcinis] Dixi superius quodam loco. xxviii

Omne agmen morarentur] Sic Steph. Vrsinus ex suo & Faern. libro tollebat, Agmen. Sed puto illum ita scripsisse pro Omne.

Constitit audacius] Sic Stephan. Aldianus vero, Constitit.

Subsistentes equitibus] Ita placet, cum in Steph. legatur, Subsistentibus.

C A P V T V.

Exulibus omnium ciuitatum receptis] Steph. Ascitis. Aldin. Accitis. vulgata magis placet.

Millibus ex fuga quinque] Stephan. & Ald. Non amplius hominum duobus millibus ex fuga collectis, &c.

Liberam vagandi] Placet Steph. Libere vagandi. xxxii

Circumdare moratur] Sic Steph. & multi impressi. Aldianus vero Conatur, quod ab imperitissimo confectum facile paulo post intelligitur.

Disposita praesidio habeat] Sic valde placet, quauis in Steph. Disponat.

Intra millia passuum x] Sic Ald. Steph. tamen: A millibus non amplius xii.

Summa velocitatis] Rectissime, vt patet ex lib. I. cap. II. [48] Stephanicus mendosissime, Felicitatis.

Intra castra distribuit] Faern. ex suo lib. In terna castra, quod valde placet, cum infra dicat, eu praesidia dimississe.

C A P V T V I.

Concursu maximo militum] Sic Steph. rectissime, cum in Ald. vitiosissime legatur Consensu. Nam coactum Caesarem concursatione & flagitatione significat.

Verberibus exanimatum] Hoc erat more maiorum supplicium de damnato sumere. lib. 6. c. vi.

XXIX Vnam aetatem] Na hic erat annus imperii Caesaris octauus: Ser. Sulpitio, M. Marcello Coss.

XL Aqua prohibere hostem] Front. n. lib. Stratag. 3. c. 7. C. Caesar, inquit, in Gallia, Caduceorum ciuitatem ante ciuitatem & fontibus abundantem ad inopiam aqua redegit, cum fontes cuniculis auertisset, & fluminis usum per sagittarios arcuisset.

In infimis] Steph. Sic enim imis radicibus montis ferebatur.

XLI Agger in altitudinem pedum nouem] Steph. Pedum sex. Sed illud verisimilius est. nam Orofius scribit aggerem & turrim pedum lx fuisse. Cu autem tabulata x essent, oportet singula quinque pedes alta fuisse.

Dimicationis periculo] Placet Vrsin. Dimicatione & periculo.

XXII Fortissimo susinebant animo] Ita est in Steph. & Lugdunensibus, quauis in Ald. legatur, Paratissimo. sed hoc parui refert.

Vt quisq;] Vrsin. ex suo, Quem quisq;. Idem est in Steph. Sed nihil mutandum arbitror.

XLIII Magna etiam] Praclare hunc locum Faernus & Vrsin. ex suis lib. restituerunt, Et iam magna parte suorum siti amissa, in sententia permanerent.

XLVI In Belgio] Permaneo in sententia, & Belgis, vbiq; legendum arbitror. nusquam enim istiusmodi nomen in aliis gentibus Caesar finxit. Sic paulo post, In Belgis, pro, In Belgium.

XLVIII Vulnera per fidem interpositam] Stephan. & Ald. Perfidia interposita, quod non placet.

L. Paulo, C. Marcello Coss.] Pantagathus & Vrsinus reponunt, L. Lentulo. Sed adueritur ordo annorum ac fastorum, quem initio posui. Nam is annus quem insequentem appellat, est ipsius imperii & belli Gallici nonus.

C A P V T V I I.

I. Sacerdotii petitionem] Vt in Augurum collegium allegeretur.

Caesaris decedentis] Ald. Recedentis. Neutrū magno opere placet. Commodius legeretur, Absentis, si a vetere quoquam adiuuaremur. Alioqui, Decedentem interpretaremur, de prouincia & Gallia. Nunc video in editione Vrsini, Intercedentis. opinor ex vulgata consuetudine, qua Intercedere dicimus pro deprecari. sed Vrsino Latinae linguae ratio aduersatur.

Anni commendaret petitione] Sic Steph. & Ald. & alii innumerati. nonnulli Lugdunenses sustulerunt. Petitione. Sed commodius ita emendabitur, Et honorem suum in insequentis anni commendaret petitionem. Ac nunc video idem Faerno & Vrsino placuisse, apud quos tamen. Petitione pro Petitionem scriptum est.

Consules creatos] Obscure loquitur, nisi forte vel Creatos dixerit, pro Designatos, quod fiebat mensis Sextilis, comitiis consularibus: vel Creandos legendum sit. Sed illud probabilius est.

Sibi conuictus] Dura locutio, pro Ipsi. & subau-

ditur, Casari. Necessitudine legationis] Ser. Galbam legatum quoq; numerat Caesar initio libri 3. Male in Steph. & quibusdam legitur, Consuetudine.

T. Labienum] Sic est T. Labienus, qui cum Caesaris legatus in Gallia decem annos fuisse, tamen ab eo discessit, & Pompeii se partibus adiunxit.

Propter salubritatem] Nam huius autumnus pestilentia tentatum suum exercitum fuisse, posterioribus lib. i. testatur.

C. Curio Tribunus pl.] Hic est C. Curio, Tribunus, vt Suetonius scribit, violentissimus. qui de principio Caesari aduersatus, post tamen in eius partes transit. Coelius in epist. ad Cic. Quod tibi supra scripsi, Curionem frigere iam calet: nam seruentissime concepitur. bellissime enim, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum & pro Caesare loqui coepit. Itaq; Epit. 109. C. Curionis, inquit, Tribuni pl. primū aduersus Caesarem, deinde pro Caesare actiones continet. Plutarchus in Pomp. scribit, Curionem hunc a Caesare magno aere alieno liberatum, atque ita in ipsius partes adductum. Hoc autem illius postulatam totidem prope verbis commemorat. Et in eandem sententiam scribit Dio li. 40. & Velleius lib. 2.

Fore eo factis] Valde placet Vrsin. & Faern. libro rum scriptura, Fore eo pacto.

Discissionem facere] Faern. & Vrsin. & Manut. Per se Senatus. quibus non assentior: quauis per discessionem fieri S. C. soleret. Sensus est: Curio discessionem fecit, vt qui suam sententiam sequerentur, iidem pedibus in suam partem discederent. Plutarch. scribit, cum ii qui solum Caesarem armis deponere, Pompeium magistratum retinere censerent, discessionem fecissent, plerisque omnes in eorum sententiam pedibus isse, cum iterum discessio facta esset ab iis qui dimisso exercitu priuatum vtrunque esse censerent, pro Pompeio viginti duos solum, pro Curione reliquos omnes sterisse. Appianus autē lib. de bell. ciu. a. in hoc numero cccclxxx. posuit.

Consules] L. Paulus, C. Marcellus.

Iusserunt] In quibusdam annotatum video iusserunt, quod probabilius videtur. Valde placeret Intercesserunt, vt Octau. Pantagathus restituit: si modo libris auctoribus id fecit.

Nam Marcellus] M. Marcellus, qui proximo superioris anno cum Ser. Sulpitio Coss. fuerat. Huius autem rei totius historia extat in Epist. Coelii ad Cic. lib. fam. 8. ep. 8. & 13.

Contra Legem Pompeii & Crassi] Liu. Epit. 107. Lex lata est, vt ratio absentis Caesaris in petitione consilatus haberetur, inuito & contradicente M. Catone. Locus hic ostendit, Cn. Pompeium, C. Licinium Crassum Coss. legem hanc tulisse: de qua tamen opera pretium est audire quod Suet. scribit in Iul. Acciderat autem, vt Pompeius legem de iure Magistratum ferens, eo capite quod a petitione honorū absentes summauebat, ne Caesarem quidem exciperet, per obliuionem; ac mox, lege iam in as incisa & in e-

varium condita corrigeret errorem. Ciceronis autem lib. ad Artic. 3. haec verba sunt. Idem etiam (de Pompeio loquitur) contendit, ut x Tribuni pl. ferrent, et absentis ratio haberetur, quod idem ipse sanxit, lege quadam sua: M. q. Marcello Cos. finientis provincias Gallias Kal. Martis restitit.

Retulerat de Caesaris provinciis] Liu. Epit. 108. Præterea contentiones inter Coss. de successore C. Caesaris mittendo, agente in Senatu C. Marcello Cos. ut Caesar ad petitionem Consulatus veniret, cum is lege lata in id tempus Consulatus provincias obtinere deberet.

XIV Fit deinde S. C.] De hoc meminit Caesar lib. ciu. 3. c. 17. [88]

Ad bellum Parthicum] In quo M. Crassus interierat. Dio scribit, Bibulo id bellum mandatum fuisse, lib. 40.

Vni Casari detrahuntur] Pompeius, inquit Dio lib. 40. ex his quas secum habebat nullam dedit: sed eos qui huic negotio praefecti erant, iussit eam legionem a Casare petere, quam ei commodarat. Ita cum uterque videretur unam legionem dare, re ipsa Caesar ambas dedit.

Casari eam dedit] Verbum Casari tollendum videtur, nam Pompeius eam legionem quam Casari miserat, Reip. quasi de suo numero ad bellum Parthicum attribuit. Plutarch. in Pompeii vita scribit, cum belli Parthici praetextu eos milites repetiisse, quos ei commodarat. quos Caesar, etsi causam non ignoraret, vitim ccc denariis donatos ei remisit. Idem scribit Dio lib. 40.

Se expoliari] Legendum videtur, Ea se expoliari.

Ex suo numero] Recte sic. Cum in aliis quibusdam legatur, Et suo nomine. Numerum autem intelligit x Legionum, quæ attributæ illi fuerant.

XV Per M. Marcellum] Corrigitur, ut in aliis nonnullis, A Paulo & Marcello Coss.

Ab se missas] Primam, quam a Pompeio: & decimam quintam.

FRANC. HOTOMANVS LECTORI S.

Non sum nescius (Lector) operam me iuuentuti perutilem nauaturum fuisse, si nomina gentium, regionum, urbium, ac locorum, quibus his in libris Caesar utitur, cum iis, quibus hoc tempore utimur nominibus, contulisset: ut quo quidque loco gestuaz esset, notari iam a quoque & animaduerti posset: eamque suauissimam animorum oblectationem futuram fuisse. Sed primum omnium affirmo, illud opus esse non priuati & tenuis alicuius hominis, praesertim in umbraculo & Bibliotheca sua consenscentis: sed Regis ac satrapæ cuiuspiam, qui sibi vetus illud Antonini aut Ptolemei præclarum exemplum imitandum proponeret. non enim solis Gallis, sed Germanis, Heluetis, Allobrogibus, & Britannis damna ope-

ra fuisset. neq. vero in libris tantum de bello Gallico opera illa sumenda, verum etiam in iis, qui de bello Civili conscripti sunt: qui sine Italia, ac praesertim Hispania totius cognitione & comparatione plene intelligi non possunt. Præterea quantum ad Germaniam attinet, video quidem eruditos viros complures bonamque operam patriæ suauasse: Henr. Giareanum, Ægidium Tschudum, Altamerum, Thomam Hubertum, Iohannem Rhellicanum: & qui longe reliquis omnibus antecellit, Beatus Rhenanum. Verum illi tam parum inter se constant, atque adeo tam multa perspicue pugnantia tradiderunt, ut nihil propemodum certi atque explorati reliquerint. In Gallia vero nostra, quis est, qui vel minimum in tam præclaro instituto laborem posuerit: quod magno gentis nostræ cum pudore fatendum est. quæ ut olim Ægyptii a suis Tyrannis in molibus ac pyramidibus extruendis occupati fuerunt, ne cui meliori cogitationi locum relinquere- rent, sic tota prope in litibus sectandis, & forensibus ac rabulariis negotiis atatem consumit. Itaq. Raymundi Marliani, doctissimi viri, libellus de Gallia & Germania regionibus conscriptum relinquendum putauimus: tantisper dum Heros aliquis existat, qui Casaris librorum studiosus, vel potius virtutis amulus, negotium eius rei conscribere quamplurimis doctis viris, magnis propositis præmiis, committat. Interea eam partem Itinerarii Antonini, quæ ad Galliam nostram pertinet, adhibendam curauimus: simulq. Regum ac Principum Gallorum, Germanorum, ac Britannorum nomina, literarum oribus nuper a nobis animi causa descriptam in hanc appendiculam retulimus.

EX ITINERARIO ANTONINI AUGUSTI, Galliarum provincia XVI.

Viennensis. Narbonensis I. Narbonensis II. Aquitania I. Aquitania II. Nouem Populania. Alpes maritimæ. Bellica I. Bellica II, in qua transitus ad Britanniam, id est, Remus. Germania prima super Rhenum, in qua est Magontia. Germania II, in qua est Agrippina. Prouincia maxima Sequanorum, in qua est Vefontiacensis. Prouincia Alpium Graiarum & Penninarum, in qua est Tarantasia. Aquitania Viennensis item Metropolis. Aquitania I, in qua est Beturicum. Prouincia II, in qua est Burdigala. Nouem Populania, in qua est Ausua. Narbonensis I, in qua est item Metropolis. Narbonensis II, in qua est Aquis. Lugdunensis I, in qua est Lugdunum. Lugdunensis II, super Oceanum, in qua est Rotomagus. Lugdun. I II, in qua est Turonis.

Lugdun.

Lugdun. IV, in qua est Sennis.

METROP. PROVINC. LVGDVN. I. CIVI. LVGD. numero IV.

Ciu. Eduorum.
Ciu. Lingonum.
Castrum Caballionense.
Castr. Marifconense.

METROP. PROVINC. LVGD. II. CIVI. numero VII.

Ciu. Rotomago.
Ciu. Baio cassium.
Ciu. Abricantum.
Ciu. Ebroicorum.
Ciu. Salarum, id est, Saiorum.
Ciu. Lexouiorum.
Ciu. Constantia.

PROVINC. LVGD. III. CIVI. numero IX.

Metrop. Ciu. Turonum.
Ciu. Cennomannorum.
Ciu. Redonum.
Ciu. Andicaurum.
Ciu. Namnerum.
Ciu. Corrisopitum.
Ciu. Cianctium, id est, Venetum.
Ciu. Ossimorum.
Ciu. Diablantum.

PROVINC. LVGD. IV. CIVI. numero VII.

Metrop. Ciu. Senonum.
Ciu. Carnorum.
Ciu. Antifodorum.
Ciu. Tricassium.
Ciu. Aurelianorum.
Ciu. Parisiorum.
Ciu. Melduorum.

BELLICA I. CIVI. numero IV.

Metrop. Ciu. Treuerorum.
Ciu. Mediomatricorum, id est, Metis.
Ciu. Leucorum, id est, Tullo.
Ciu. Veredonenfium.

BELLICA II. CIVI. numero XII.

Metrop. Ciu. Remorum.
Ciu. Sueffionum.
Ciu. Catalaunorum.
Ciu. Veromannorum.

Ciu. Atratuatum.
Ciu. Camaracensium.
Ciu. Turnacensium.
Ciu. Siluanectum.
Ciu. Bellouacorum.
Ciu. Ambianensis.
Ciu. Morinum, id est, Ponticum.
Ciu. Bononensium.

PROVINC. GERM. I. CIVI. num. IV.

Metrop. Ciu. Magontiacensis.
Ciu. Argentoracensium.
Ciu. Nemetum, id est, Spira.
Ciu. Vangionum, id est, Vuormen.

PROVINC. GERM. II. CIVI. num. II.

Metrop. Ciu. Agrippinensis, id est, Colonia.
Ciu. Tungrorum.

PROVINC. MAXIMA SEQUANORVM CIVI. numero X.

Metrop. Ciu. Vefontiacensis.
Ciu. Equestrium, id est, Neuiduno.
Ciu. Eluntiorum, id est, Auenticum.
Ciu. Noidenolex Auenticus.
Ciu. Basiliensium, id est, Basilia.
Castr. Vindonise.
Castr. Ebrodunense.
Castr. Argentariense.
Castr. Rauracense, id est, portus Abucina.

PROVINC. ALPIVM GRAIARVM, ET PENNINARVM. CIVI. num. II.

Metrop. Ciu. Centronium, id est, Tarantasia.
Ciu. Valensium, id est, Octodorus.

ITEM IN PROVINCIA. PROVINC. VIENNENSIS. CIVI. num. XIV.

Metrop. Ciu. Viennensium.
Ciu. Gennauensium.
Ciu. Gratianopolitano.
Ciu. Albensium.
Ciu. Viuario.
Ciu. Decensium.
Ciu. Valentinorum.
Ciu. Auenicorum.
Ciu. Arelatensium.
Ciu. Carpentoratensis, num. VI. Ndausca.
Ciu. Massiliensium.
Ciu. Ricartiorum.
Ciu. Vafionensium.

Ciu. Arausinorum.
Ciu. Cabellicorum.

PROVINC. AQUITANIA I.
CIVI. numero LX.

Metr. Ciu. Bituricum.
Ciu. Aruernorum.
Ciu. Rotenorum.
Ciu. Abigenisium.
Ciu. Cadocorum.
Ciu. Lemauicum.
Ciu. Gabalum.
Ciu. Vellaurorum.

PROVINC. AQUITANIA II.
CIVI. numero VI.

Metr. Ciu. Bardagalensium.
Ciu. Agennensium.
Ciu. Etolisensium.
Ciu. Santonum.
Ciu. Pictaorum.
Ciu. Petrogoriorum.

PROVINC. NOVEM POPOLONIA.
CIVI. numero XII.

Metr. Ciu. Aufciorum.
Ciu. Aquensium.
Ciu. Lactoracium.
Ciu. Conuenarium.
Ciu. Constantanorum.
Ciu. Boarum, quod est Bot.
Ciu. Beranensium, id est, Benainas.
Ciu. Aturensum.
Ciu. Vafatica.
Ciu. Turfaubica Tralugorra.
Ciu. Elloronensium.
Ciu. Ellofaticum.

PROVINC. NARBONENS.
CIVI. numero VIII.

Metr. Ciu. Narbonensium.
Ciu. Tolosatum, id est, Tolosa.
Ciu. Beterrensum.
Ciu. Agatensum.
Ciu. Nemaufensium.
Ciu. Magalonensium.
Ciu. Lurucensium, id est, Lutaua Castrum.
Castr. Vercienfe.

PROVINC. NARBONENS. II.
CIVI. numero VII.

Metr. Ciu. Aquensium.
Ciu. Abtensum.
Ciu. Retensium, id est, Reias.
Ciu. Foroiulensium.

Ciu. Appencensium.
Ciu. Segesterorum.
Ciu. Antipolitana.

PROVINC. ALPIVM MARITIMARVM
CIVI. numero VIII.

Metr. Ciu. Ebreduno.
Ciu. Diniensium, id est, Dina.
Ciu. Rigomagensium.
Ciu. Solliniensium.
Ciu. Saniciensium, id est, Sanieisio.
Ciu. Glannatenna.
Ciu. Cemelensium.
Ciu. Venficiansium, id est, Ventio.

NOMINA REGVM ET PRINCI-
pum barbarorum.



Adcantuannus, Aquitanus, bello Sontiarum summam imperii tenebat, & opidum a Caesare oppugnatum defendebat lib. 3. c. 6. [22]

Aegus & Roscillus, Allobroges, duo fratres, Abducilli filii, qui principatum in ciuitate multis annis obtinuerat, singulari virtute homines, quorum opera Caesare ad Pompeium defecerunt lib. ciuil. 3.

Ambiorix, rex dimidia partis Eburonum lib. 5. c. 8. [26] & lib. 6. c. 6. [30] Imperia erant eiusmodi, vt non minus haberet in se iuris multitudo, quam ipse in multitudinem, lib. 5. c. 8. [27]

Antebrogius, Rhemus, primus suae ciuitatis, legatus ad Caesarem a suis missus lib. 2. c. 1 [3]

Ariouistus, rex Germanorum, a Sequanis mercede conductus aduersus Aeduos, in illorum finibus annos quatuordecim confederat lib. 1. cap. 12. [31] Rex atque amicus a Senatu appellatus fuerat Caesare Consule. c. 13. & 15. [35 & 43] Galliae ciuitates, quae aduersus ipsum coniurarent, vno proelio fuderat, stipendiariasque sibi reddiderat. libro 1. cap. 16. [44]

Belloues Tarquinio regnante ab auunculo Ambigato Celtarum Rege delectus, qui Italiam occuparet. a Caesare non nominatur: sed a Livio lib. 5.

Boduognatus dux Neruorum, qui summam imperii tenebat, cum illi aduersus Caesarem pugnant lib. 2. c. 7. [23]

Caburus, princeps ciuitatis Heluorum, cuius filius C. Valerius Donotaurus anno belli Gallici septimo interfectus est lib. 7. c. 12 [65]

Caxulogenus, Aulerus, singulari scientia rei militaris, ad eum est honorem euocatus, vt Parisii & finitima ciuitates ei summam imperii deferrent, anno belli septimo lib. 7. c. 11. [57]

Cassiuellaunus, Britannus, cui, cum Caesare in Britanniam exercitum traduxisset, summa imperii belli

bellique administrandi communi Britannorum consilio permiffa est. lib. 5. ca. 5. [11]

Carullius, rex in ea parte Britanniae quae est ad Cantium, & tota maritima est: Cassiuellauni imperio castra naualia Caesaris improuiso adortur. lib. 5. cap. 7. (22)

Casticus, Catamanteledis filius, Sequanus. lib. 1. cap. 2. (3)

Catamanteles, regnum in Sequanis multos annos obtinuerat, & a Senatu, populoque Romanis appellatus erat. lib. 1. cap. 2. (3)

Catimulcus, rex dimidia partis Eburonum, frater Ambiorigis. lib. 5. c. 7. (26) & libro 6. cap. 6. (31)

Cassiuellus, Aeduus, pedestribus illorum copiis, quae ad Caesarem missae fuerant, praefectus. lib. 7. cap. 12. (61)

Cauarinus, Seno, quem Caesare apud Senonas regem constituerat. regno domoque a suis expulsum, ad Caesarem confugit. lib. 5. cap. 13. (14) Eum Caesare Senonum equitatu praefecit. lib. 6. c. 1. (5)

Cimberius, dux Sueuorum, frater Nasuae, qui centum Sueuorum pagos primo Gallici belli anno ad Rheni ripas subsidio Sequanis adduxerat, Rhenumque transire conabatur. lib. 1. cap. 8. (37)

Cingetorix, de Treuironum principatu contendebat cum Induciomaro. lib. 5. cap. 2. (3) cuius erat gener; mansitque in fide Caesaris. lib. 5. c. 13. (57) Alter fuit Britanus, rex in ea parte quae est ad Cantium, qui Cassiuellauni imperio castra Caesaris improuiso adortus est. lib. 5. cap. 7. (22)

Comus, Atrebas, quem Caesare Atrebatibus regem constituerat. lib. 4. cap. 5. (21)

Conodunus, & Cornatus, Carnutes, desperati homines, quibus ducibus Carnutes anno septimo arma sumperunt. lib. 7. cap. 1. (3)

Conuitolitanus, Aeduus florens & illustris adolescens, qui summum magistratum, quem illi Vergobretum appellant, in sua ciuitate obtinebat. lib. 7. cap. 6. (32)

Cerobus, Bellouacus, dux suae gentis, in bello aduersus Romanos, anno octauo, vna cum Comio Atrebate. Ei populi R. nomen odio summo erat. lib. 8. c. 2. (6)

Cotus, Aeduus, antiquissima familia natus, homo summam potentiam & magnam cognationis. Vergobretus in sua ciuitate renunciatus. lib. 7. c. 6. (32)

Critognatus, summo in Aruernis natus loco, & magnam habitus auctoritatis Alesiae summam imperii tenebat. suavit, vt qui ad bellum inuites essent, eorum corporibus oppidani vitam tolerarent. lib. 7. cap. 14. (77)

Diuico, Heluetius, princeps legationis ad Caesarem missus. lib. 1. cap. 1. (13)

Diuitiacus, Aeduus, principatum in ciuitate sua obtinebat, cui Caesare ex aliis Gallis maximam fidem habebat, Romanorum aduentu in antiquum locum gratiae atque honoris restitutus est. Eius summum erat in Populum R. studium. Itaque ipsius suauis Caesare de Gallia occupanda consilium supplicat. lib. 1. cap. 3. (3. 19. &c.)

Drapes, Seno, vt primum Gallia defecit, collatis vndique perditis hominibus, impedimenta & comatus Romanorum interceptit. lib. 8. c. 4. (30) captus a Caninio, paucis diebus se cibo abstinuit atque ita interijt. lib. 8. cap. 7. (44)

Dumnacus, dux Andium, anno octauo Lemouicum oppugnauit. lib. 8. cap. 4. (26)

Dumnorix, Aeduus, frater Diuitiaci Aduorum Principis, gratia & largitione apud Sequanos plurimum poterat. lib. 1. c. 4. (9) Equitatu Aduorum praerat. In Caesarem perfidus, c. 7. (18) ob rebellionem interfectus. lib. 5. cap. 3. (7)

Duracius, Picto, qui perpetuo in amicitia Romanis permanfit. lib. 8. c. 4. (26)

Epasnactus, Aruernus, amicissimus Populi R. qui Lusterium Cadurcum cepit, & victum ad Caesarem adduxit. lib. 8. cap. 7. (44)

Eporedorix, Aeduus, summo loco natus adolescens, & summam domi potentiam: qui de principatu cum Viridomaro contendebat. lib. 7. c. 7. (39) quo duce ante aduentum Caesaris Adui cum Sequanis bello contenderant. lib. 7. cap. 12. [67]

GAlba, rex Sueffionum, xii oppidorum dominus, ad quem Belgae anno belli Gallici secundo propter iustitiam prudentiamque summam totius belli detulerunt. & ad id bellum millia armata quinquaginta pollicebatur. lib. 2. cap. 1. [4] Eius duo filii Nouoduno capto Caesari obfides dati sunt. lib. 2. cap. 4. [13]

Gobanitus, Aruernus, Vercingetorigis patruus, Aruernorum princeps. lib. 7. cap. 1. [4]

Guirnatius, princeps Carnutum, rebellionem & bello concitato, captus & verberibus exanimatus. securi percussus est. lib. 8. cap. 6. [38]

Icius, Rhemus, primus suae ciuitatis, legatus ad Caesarem a suis missus. lib. 2. cap. 1. [3]

Immanuētius, Britannus, qui in ciuitate Trinobantium regnum obtinuerat. lib. 5. cap. 7. [20]

Induciomarus de Treuironum principatu cum Cingetorige contendebat. lib. 5. cap. 2. [3]

Iscus, Aeduus, summo magistratu in sua ciuitate praerat. lib. 1. cap. 7. [16]

Litanicus, Aeduus, amplissima familia natus, perfectus decem millium militum, quae Caesari ad bellum ab Aeduis missa sunt. lib. 7. c. 7. 8. & 10. [17. 38. &c.]

Lusterius, Cadurcus, homo summam audaciae, a Vercingetorige imperatore in Ruthenis missus. lib. 7. cap. 2. [5] eam ciuitatem Aruernis conciliauit. lib. 7. cap. 2. [7]

Mandubratius, Britannus adolescens, qui Caesaris fidem secutus, ad eum in continentem Galliam venerat: cuius pater Immanuētius regnum in Trinobantium ciuitate obtinuerat, interfectusque erat a Cassiuellauno. lib. 5. cap. 7. [20]

Moritasgus aduentu in Galliam Caesaris regnum in Senonibus obtinebat: huius fratrem Cauarinum Caesare, illo, vt credi par est, mortuo, regem constituerat. lib. 5. cap. 13. [54]

Nasua, dux Sueuorum, frater Cimberii: qui primo belli Gallici anno centum Sueuorum

pagos ad Rheni ripas. Sequanorum subsidio adduxerat: & Rhenum transire conabatur. lib. 1. c. 8. (37)

Numenius Heluetius, nobilissimus suae civitatis, princeps eius legationis quam primam Heluetii ad Caesarem miserunt. lib. 1. cap. 3. (7)

Oltonico, rex Nitiobrigum qui a Senatu Romano appellatus. libro 7. cap. 6. (31)

Orgetorix, apud Heluetios longe nobilissimus, & ditissimus fuit, regni cupiditate inductus, coniurationem nobilitatis fecit, de Gallia occupanda. Cuius rei accusatus mortem sibi conscivit. lib. 1. cap. 1. (2. & c.)

Piso, Aquitanus, amplissimo genere ortus, cuius pater in civitate sua regnum obtinuerat, amicus ab Senatu appellatus. lib. 4. cap. 3. (12)

Egonax, rex in ea Britanniae parte, quae tota Smaritima est, & Galliam spectat: qui a Cassiuellauno castra Caesaris adoriri iussus est. lib. 5. capite 7. (22)

Sedulius, dux & Princeps Lemouicium, postremo Galliae motu. lib. 7. cap. 15. (18)

Sigouesius, Tarquinio regnante, ab auunculo suo Ambigato Celsarum Rege missus, qui agros ad Hercinium saltum occuparet. Liu. lib. 5.

Surus, Aedius, qui & virtutis & generis summam nobilitatem habebat: solusque ex Aediis usque ad annum octauum in armis permanit, captus in Treuiris à Labieno. lib. 8. (45)

Tasgetius, Carnurus, cuius maiores in sua civitate regnum obtinuerant. Hunc Caesar in maiorum locum, restituerat. lib. 5. cap. 8. (25)

Taximagulus, rex in ea Britanniae parte, quae est ad Cantium, quae tota maritima est. lib. 5. c. 7. (22)

Tentomatius, rex Nitiobrigum, cuius pater ab Senatu Romano appellatus erat. lib. 7. cap. 6. & cap. 8. (31. & 46.)

Vercingetorix, Celtilli filius, Aruernus, summam potentiam adolescens, cuius pater principatum Galliae totius obtinuerat. auctor defectionis & belli contra Caesarem gerendi. Rex a suis appellatus. lib. 7. cap. 1. (4)

Verodotius, Heluetius, nobilissimus suae civitatis, princeps eius legationis, quam Heluetii primam ad Caesarem miserunt. lib. 1. cap. 3. (7)

Vedeliacus, Aedius, qui Vergobretus in sua civitate fuerat. lib. 7. cap. 6. (32)

Vergasillaunus, Aruernus, Vercingetorigis, consobrini, postremo Galliae motu unus e quatuor summis ducibus deligitur, quibus summa imperii tradita est. libro 7. cap. 14. (76.)

Vertiscus, Rhemus, suae civitatis princeps, & praefectus eorum equitum, quos Rhemi Caesari auxilioli miserunt anno belli octavo. lib. 8. cap. 2. (12)

Viridovix praerat Vnellis, ac summam imperii tenebat eorum omnium civitatum quae defece- rant. lib. 3. cap. 5. (17)

Viridomarus, Aedius, adolescens summam domi potentiam, quem Caesar ex humili loco ad summam dignitatem perduxerat: & cum Eporedorige de principatu contendebat. lib. 7. cap. 7. (39) Po-

stremo Galliae motu unus e quatuor ducibus fuit aduersus Caesarem. lib. 7. cap. 14. (76)

Voccio, Germaniae rex, cuius sororem Ariouistus ab ipso in Galliam missam, uxorem duxerat: in Ariouisti fuga periit. libro 1. cap. ult. (53)

FRANC. HOT- MANI IVRISCI.

in
LIBROS C. IULII CAESARIS
de bello Civili
Notæ.

LIBER I.

CAPITULUM I.

De bello civili.] Verus liber sic, Commentariorum belli civilis Pompeiani liber primus. quod non displicet.

Literis Caesaris.] Literarum argumentum hoc fuit, ut sibi absentis alteri Consularis mandaretur. Nam ut lib. 8. diximus, lege Pœpia Licinia latum erat, ut eius absentis ratio comitiis Consularibus haberetur. Sueton. *Senatum*, inquit, *literis deprecatus est, ne sibi populi beneficium adimeretur: aut ut ceteri quoque Imperatores ab exercitibus discederent.* Plutarch. in Pomp. & item in Cæs. scribit, Antonium invito Senatu Caesaris literas ad populum recitasse, quibus postulabat, ut provinciis exercituque dimissis uterque apud populum actionum suarum rationes redderet. Item in Cæs. alteras ab eodem literas allatas quibus petebat, ut ceterior saltem Gallia & Illyricum sibi cum duabus legionibus concederetur, usque ad alterius Consularis petitionem. Hæc eadem Dio lib. 41. & Appia. Ciu. 2. & Orofius. De his autem Cæsaris postulatibus Cicero lib. ad Attic. 7. epist. 6. *De Rep. inquit, valde timeo, nec adhuc fere inveni, qui non concedendum putari Caesari, quod postulare, potius quam depugnandum. Cur autem ex nunc primum ei resistam, quam cum quinquenniū prorogabimus, aut cum ut absentis ratio haberetur, ferebamus?* Contra tamen epist. 8. *Nam quid impudentius tenuisti provinciam per decem annos, non tibi à Senatu, sed à te ipso per vim & per factionem datos. praterit tempus non legis, sed libidinis tuae: fac tamen legis, ut succedatur, decernitur: impedis, & ais: Habe mei rationem, habere nostrum. exercitum tu habes diutius, quam populus iussit, invito Senatu?* Hæc perterrita ac perurbata Ciceronis mentis argumenta sunt. Legenda etiam Familiæ libro 6. epist. 12.

retur. Nam ut lib. 8. diximus, lege Pœpia Licinia latum erat, ut eius absentis ratio comitiis Consularibus haberetur. Sueton. *Senatum*, inquit, *literis deprecatus est, ne sibi populi beneficium adimeretur: aut ut ceteri quoque Imperatores ab exercitibus discederent.* Plutarch. in Pomp. & item in Cæs. scribit, Antonium invito Senatu Caesaris literas ad populum recitasse, quibus postulabat, ut provinciis exercituque dimissis uterque apud populum actionum suarum rationes redderet. Item in Cæs. alteras ab eodem literas allatas quibus petebat, ut ceterior saltem Gallia & Illyricum sibi cum duabus legionibus concederetur, usque ad alterius Consularis petitionem. Hæc eadem Dio lib. 41. & Appia. Ciu. 2. & Orofius. De his autem Cæsaris postulatibus Cicero lib. ad Attic. 7. epist. 6. *De Rep. inquit, valde timeo, nec adhuc fere inveni, qui non concedendum putari Caesari, quod postulare, potius quam depugnandum. Cur autem ex nunc primum ei resistam, quam cum quinquenniū prorogabimus, aut cum ut absentis ratio haberetur, ferebamus?* Contra tamen epist. 8. *Nam quid impudentius tenuisti provinciam per decem annos, non tibi à Senatu, sed à te ipso per vim & per factionem datos. praterit tempus non legis, sed libidinis tuae: fac tamen legis, ut succedatur, decernitur: impedis, & ais: Habe mei rationem, habere nostrum. exercitum tu habes diutius, quam populus iussit, invito Senatu?* Hæc perterrita ac perurbata Ciceronis mentis argumenta sunt. Legenda etiam Familiæ libro 6. epist. 12.

A. C. Fab.

NOTÆ F. HOTMANI.

A. C. Fabio Caesaris.] Sic vetus lib. & Aldin. Alii complures: *A. Fabio C. Caesaris.* Sed consuetudo Caesaris perpetua hæc est, ut prænominem non utatur a retro. Significatur autem *C. Fabius Curio*: de quo superiore libro extremo: qui Tribunus anno proximo fuerat. Quem enim hic Caesar *Fabium*, Dio lib. 41. *Curionem* appellat. Appianus quoque lib. Ciu. bell. 2. *Curionem* literarum latorem nominat: & triduo MCCCLXXII ab exercitu Caesaris Romam confecisse scribit.

Consulibus.] C. Claudio Marcello, L. Corn. Lentulo, qui paucis ante diebus Consulatum inierant. Hæc enim historia omnis ad Ianuar. mentem pertinet.

Tribunorum pl.] Tribunos Dio nominat, *M. Antonium, Q. Cassium*, quos Caesaris partium studiosos fuisse constat. C. tamen *Cassium*, & *M. Lepidium*, & *L. Torquatū Pompeianos* Cicero nominat, ad Attic. lib. 7. epist. 21. Plutarchus in *Pomp. Metellum* Caesarianis adiungit. At ipse Cæsaris patulo post, in fin. cap. 7. aperte *L. Merellum* in suis aduersariis numerat.

In ciuitate.] Magnopere assentior Faerno & Vrsino, verba duo hæc abundare. Nam *in urbe* quidem id factum esse, mox dicitur. Sed *in ciuitate*, pro *Intra mœnia urbis*, durius videtur. Et cum ita loquebantur, velut in *Quintiana*: *Quæ res in ciuitate*, &c. hoc significabant, id est, *In populo Romano*. & sic paulo infra: *Ciuitatem esse in armis*. Et apud Liu. lib. 21. *Ciuitatem omnem in expectationem belli erectam inueniunt.* Item lib. de legib. 3. *Qui illa urbe pulsi, carere ingrata ciuitate, quam manere in improba, maluerunt.* Durius tamen videtur id glossæ attribui. Quod si verus aliquis Codex haberet *Infinite*, valde arduerit. Nam, ut ait Varro, qui senatum habiturus erat, eum referre oportebat, *aut infinite de Republica, aut de singulis rebus finite*, teste Gellio lib. 14. c. 7. Ac plane mihi persuadeo, id ex glossa sumptum: cum eruditus aliquis veterem formulam esse sciret, *Referre de Rep.* pro *Referre de summa Rep.* infinite, non de singulari aliquo negotio. Cicero Philipp. 3. *Quamourem Tribuni pl. quamquam vos mihi aliud nisi de presidio retulistis, tamen mihi videmini magno consilio potestatem nobis de tota Rep. fecisse dicendi.* Idem Catil. 3. *Senatum consulis de summa Resp. quid fieri placeret.* Sueton. in Iul. *M. Marcellus Cos. edicto prefatus, de summa se Rep. acturum, retulit ad Senatum ut ei succederetur.* Liu. lib. 40. *Secundum rem diuinam, ut de Repub. Senatum consulerent.* Et lib. 26. *De Rep. tamen primum, ac de provinciis ambo Coss. ad Senatum retulere.*

Scipio.] *Q. Cæcilius Metellus, Pius, Scipio*: qui triennio ante Consul fuerat cum Pompeio: cuius filiam morte P. Craffi viduam uxorem duxerat Pompeius. Plutarch. in Pompeio. vbi tamen legitur, *Corneliam*.

Sibi consilium capturum.] *Consilium sibi capere* dicebantur honesto verbo, qui ab aliis discessionem faciebant, sibi que separatim consulebant. Sic

hoc ipso libro, non procul ab extremo: *Ut iureno omnes, se exercitum ducesque non deserturos, neque sibi separatim a reliquis consilium capturos.* Et li. 2. in seq. c. 4. (20) *Si id non fecisset, sibi consilium capturos.*

Senatus in urbe habebatur.] Hæc non coherent: *Senatum in urbe habitum: & Pompeium adfuisse.* Nam Pompeio, cui Proconsuli decreta Hispania fuerat, in urbe adesse ius non erat. Qui enim cum imperio erant, iis intra urbem esse non licebat: eoque Senatus eis extra urbem dabatur in æde Bellonæ: ut in libel. de Senatu exposuimus. Itaque sub finem huius lib. *Ut idem*, inquit, *ad portus urbanis presideat rebus, & duas bellicosissimas provincias absens tot annos obtineat.* Itaque lib. 8. cap. ult. *Proximis*, inquit, *diebus habetur Senatus extra urbem.* & Dio lib. 41. *Tum*, inquit, *Pompeius in suburbio cum exercitu erat.* Quæ cum ita sint, P. Victorius disputabat legendum esse *Aberat*, quod Faernus & Vrsinus rectissime improbarunt. Nam quo sensu dixisset, *quod Senatus in urbe habebatur, Pompeiusque aberat, Scripionis orationem ex ore Pompeii mihi visam fuisse?* Rursum autem absurdum videtur, admoneri *Senatum in urbe habitum*. Itaque non dubito scriptum a Caesare fuisse *Ad urbem*: & ab imperito quopiam vel in glossa, vel in textu, repositum *In urbe*. Cum autem hæc scripsissem circiter octavo post anno, admonitus sum virum quendam doctissimum reperisse in libro manuscripto, *Pompeiusque ad urbem erat*: quod sine controuersia probandum puto.

Dixerat aliquis.] Nihil inuenio magis tamen placuisse numero plurali: *Dixerant aliqui.* Nam post parenthesis sic infert: *Hi omnes, &c.*

Primo M. Marcellus.] Qui biennio ante Consul cum Ser. Sulpitio fuerat.

Ante de ea re.] Sic vetus, & alii complures. melius Ald. & nonnulli impressi, *De republica*: id est de summa Reipubl. ut paulo ante.

De eare ad Senatum referri.] Aldin. *De repub.* quod sine dubio rectum est.

Tuto & libere.] Nam eo presidio tutus Senatus aduersus Caesarem & Pompeii exercitus fuisset.

In suas provincias.] *Obtinebat* (inquit in Caesare Plutarch.) *duas provincias Pompeius, Hispaniam & Africam uniuersam: quas per legatos administrabat.* Sic infra cap. 17. *Duas bellicosissimas provincias absens tot annos obtineat.*

Abreptis duab. legionibus.] Verus & alii nonnulli, *Correptis*. Vitiose. Nam primam & decimam quintam legionem Caesari Pompeius abripuerat: ut dictum est superiore lib. extremo. Neque hæc legionum duarum abductionem videtur Cicero probasse, scribens ad Att. li. 7. ep. 12. *Spes omnis* (de Pompeianis loquitur) *in duabus inuidiose retentis pene alienis legionibus.* Habebat autem hoc tempore Caesar legiones XI, ut scribit idem ad Att. lib. 7. epist. 7.

Pronuntiatum.] Moris erat, dictis sententiis, ut eas Consul pronuntiauerit, id est, commemoraret: ut, si videretur, discessio fieret. cuius rei exemplum est in epist. Cicer. ad Lentul. lib. 1.

M. Antonius, Q. Cassius.] Iulius Epit. 109. Cū S. C. factura esset, ut successor Casari mitteretur, M. Antonio & Q. Cassio Tribunis pl. quoniam intercessionibus in S. C. impediebant, urbe pulsus, mandatum a Senatu Consulibus, & Cn. Pompeio, ut viderent, nequid detrimenti Respubl. caperet.

Sententia graues.] Acerba, & vehementes in Casarem.

III. *Misso ad vesperum sen.*] Apparet verum esse, quod alio loco scripsi contra Vrsini sententiam, vtrunque visitatum fuisse, *Ad vesperam*, & *Ad vesperum*.

Omnes qui sunt eius ordinis.] Notanda locutio. Non enim senatorium ordinem hic significat, cū essent hoc tempore prope mille Senatores, quos omnes non est ver simile a Pompeio domum euocatos. Sed facete ordinem usurpauit pro numero eorum, qui inimici Casaris erant.

Laudat Pompeius.] Sic omnes lib. Pantagathus tamen *Promptos*, ex ingenio restituebat: quod mihi non probatur. Nam vniuersē laudauit post qui reprehendendi videbantur, singulatim reprehendit.

Ad ius comitorum.] Postulat, ut ius comitorum feruetur diebus autem comitialibus Senatum haberi non licebat ex lege Pupia: ut posterius dicitur. Curio superiore proximo Decembri. mense Tribunatu abierat, quem anno proximo gesserat. Dio lib. 40. scribit, eum Pontificem fuisse, & postulasse, ut mensis vnus intercalatio fieret, nequid noui in Rep. decerneretur.

C. Curio.] De hoc diximus lib. superiore. *Bello civili* (inquit Velleius lib. 2.) non alius maiorem flagrantioremq; quam C. Curio Tribunus pl. subiecit facem: vir nobilis, eloquens, audax, sua alienaque & fortuna & pudicitia prodigus, homo ingeniosissime nequam, & facundus malo publico.

Atque eorum.] Magis placeret, *Atq; ij*: si modo vetus liber adiuuaret.

L. Piso Censor.] Censuram enim hoc anno gesserunt Appius Claudius Pulcher, L. Piso Cæsonius, Casaris socer. vt ait Dio lib. 40.

IV. *Dolor repulsa.*] M. Cato in petitione prætura, prælato Vatino repulsam tulit. Idem cum legem impediret, qua prouinciæ Consulibus in quinquēniū Pompeio Hispaniæ, Gallo Syria, & Parthicum bellum, Casari Gallia & Germania dabatur: a C. Trebonio Trib. pl. legis auctore in vincula ductus est. Epit. 105. Dio vero lib. 40. scribit, eum Casaris & Pompeii opera Consulatu deiectum fuisse: factosque Marcellum & Sulpitium.

Regum appellandorum largitionib.] Satis ostendit, Reges exteros, qui a Senatu amici & Reges appellabantur, magnis id largitionib. ab eius anni Consulibus redemisse. Qua ex re vel exterarum gentium stultitia, vel Romani nominis terror cognosci potest.

Pro necessitudine.] Nam Pompeii filiam in matrimonio habebat. Plutarch.

Ostentatio sui.] Legendum arbitror, *Assentatio*

sui, vt alibi locutus est. nam quorsum ad hanc ostentationem ostentatio pertinisset?

Illo affinitatis tempore.] Ad retinendam Pompeii necessitudinem ac voluntatem, Octauiam sororis suæ neptem, qua C. Marcello nupta erat, conditione ei detulit: sibi que filiam eius in matrimonium petiit, Fausto Sylla destinatum. Sueton.

Infamia duarum legionum.] Infamia propter duas legiones abductas.

C A P V T II.

Raptim atq; turbate.] Faern. Vrsin. & meus *vetus*, *Ruptim*, quod valde placet. Nam, vt opinor, *Ruptim agere*, & *Ordine agere*, opponuntur.

Extremi iuris intercessionem.] Vox *Intercessionem* ociosa hoc loco videtur, & ex glossa in contextum irrepsisse. Cum plebs Romana civili bello a Marianis partibus stetit, Sylla victor multa ei ademit, in his Tribunitiæ potestatis partem maximam. Intercessionem tamen reliquerat, vt infra cap. 3. (7.) Cicero de leg. 3. *Quamobrem in ista quidem re Syllam vehementer probo, qui Tribunis pl. sua lege iniuria faciendæ potestatem ademerit, auxilium ferendi vel querit. Extremum autem ius appellat, minimum & postremum.* Hæc olim ita scripseram. Et video nunc idem Manutio doctiss. viro placuisse.

Octauo denique mense.] Locus mihi obscurus. nisi forte Saturninum, Gracchos, & similes intelligat, atque ita rem exponamus: Tribuni magistratum nonis Decemb. inibant. Octauo post mense Consularia comitia habebantur. Tum igitur nouis Consulibus designatis, de suis superiorum octo mensium actionibus cogitare consueuerant, quo modo accusationem anni insequentis effugerent.

Extremum atque vltimum.] Male, qui alterutrum tollendum putant. Sic enim Cicero diuin. 2. *Cælum extremum atque vltimum* dicit. Hoc autem S. C. quale esset, copiose exposui in lib. de Senatu, sub voce S. C. *ultima necessitatis*.

Dent operam. Coss. Populi R. Tribuni.] Recte iam pridem emendatus ab aliis hic locus est, vt pro *Populi R.* reponatur, *Prætores.* & hæc eadem Cic. Famil. 16. epist. 11.

Quæq; Coss. sunt ad urbem.] *Proconsules* legendum esse non dubium est. Significat autem Pompeium Hispaniæ Proconsulem Scipionem, cui Syria, L. Domitium, cui Gallia, decretæ fuerant. Ciceronem quoq; qui è Cilicia reuersus ad urbem erat. Famil. 16. epist. 11.

Biduo excepto comitali.] Lege Pupia cauebatur, Ne diebus comitialibus Senatu haberi liceret. Sic in epist. ad Q. Frat. *Consecuti sunt dies comitiales, per quos Senatus haberi non poterat.* Et ad Lentul. *Senatus haberi ante Kal. Feb. per legem Pupiam (id quod scis) non potest.*

Profugiunt ex urbe.] Antonius, Cassius, Curio. Fam. 16. epist. 11.

Erat

Erat Rauenna.] Sic Sueton. *Transiit*, inquit, in orientiorem Galliam, conuenibusque peractis Rauenna substitit, bello vindicaturus, si quid de Tribunis pl. intercedentibus pro se grauius a Senatu constitutum esset.

Suis lenissimis postulatis.] Sic recte: cum in plerisque antiquis & scriptum & impressum sit *Leuissimis*. Nam Casar Pompeii postulata, acerba: sua lenia & placida vult videri. Sed longe aliter Cic. Fam. 16. epist. 11. *Omnino & ipse Casar amicus noster, minaces ad Senatum & acerbas literas misit.* Aut sequantur saltem.] Delēda vox *Saltem*, auctore antiquo lib. pro qua video plerisque in libris restitutum *Statim*. sed illa ex glossa erat: vt cuius perspicuum est

S. C. perscribuntur.] *Perscribi* S. C. dicebantur, quæ quæpiam de causa rata non erant: veluti cum aut Tribuni intercesserunt, aut non legitimo loco habitus Senatus fuerat. Ea *Auctoritas* dicebatur. Dio lib. 55.

Prouincia priuatis decernantur.] Hoc est quod in huius libri fine queritur, in se iura magistratuum commutari, ne ex prætura & consulatu, vt semper, per paucos probati & electi in prouinciis mittantur. Plutarchus in Pompeio scribit, Catonem in Siciliam abiisse, quæ prouincia ei obuenerat.

Scipioni obuēnit Syria.] Plutarch. scribit, Pompeium misisse Scipionem suum socerum, & Cn. filium suum in Syriam, clausis parandæ causa.

L. Domitio Gallia.] Sueton. scribit, hunc per tumultum succedentem Casari nominatum. Vlterior autem huic, ceterior Confidio obuēnit. Fam. 16. epist. 12.

Philippus & Marcellus.] L. Martius Philippus, qui vti abhinc annis Consul cum Cn. Lentulo fuerat, alter ab illo Tribuno pl.

Sortes deticiuntur.] Quorum ratio in decernendis prouinciis habebatur, eorum nomina in sortibus scripta, in vrbem coniciebantur, dein vrbem commota deticiebantur. id erat prouincias sortiri. Cic. in Lig. *Tuberonis fors coniecta est ex S. C. cum ipse non adesset.*

Paludati votis nuncupatis.] Hæc de redictum est in Ver. 7.

Quod ante id tempus acciderat nunquam.] Cicero tamen hac ipsa de re scribens ad Attic. lib. 8. epist. 23. *Ipsi Coss.* inquit, quibus more maiorum concessum est, vel omnes adire prouincias, aut legati sunt eorum, &c.

Licēores habent priuatis.] Scribatur, *Priuatim*, vt in aliis quibusdam, nihil obscuri relinquatur. Sed nunc video in Manutiano ita impressum. quod placet.

Et e fanis tolluntur.] De hoc more commendatarum fanis pecuniarum, Cicero de Legibus 2.

VII. *Casar concionatur.*] Sic Sueton. *Atq; ita traiecit Rubiconem exercitu adhibitis Tribunis pl. qui pulsi supervenerant pro concione fidem militum flens, ac veste a pectore discissa inuocauit.*

A quibus deductum.] *Vetus Diductum.* Aldin.

Inductum. Vetus placet. Nam *Diducero*, pro *Diducere* visitatum est. vt hic noster: *Diducendique erant milites.*

Armia restituta.] Hoc vt vere dicam, non intellico. non enim armis, sed lege Pompeius Tribunitiæ potestatem restituit Consul cum M. Crasso. vt Plutarch. in eius vita. & Pedian. in Diuin. demonstrant. Quare aut vox *Armis* delenda est, aut potius *sine armis* legendum. Cicero quidem lib. de legib. 3. scribit, Pompeium sensisse, necessarium id fuisse, neque potuisse ciuitati diutius eam potestatem deberi. At iam video Vrsini testimonium de Ant. August. qui vocem *Armis* tollendam censebat.

Dona etiam qua ante habuerit.] Sic meus codex: quod idem Vrsinus de suo testatur. Placet tamen P. Victorii coniectura, lib. Var. 10. cap. 24. vt *Bona* legatur. quam visitatam esse locutionem omnes eruditi norunt. *Habuerat* autem paulo infra legitur in meo antiquo: melius quam in vulgatis, *Habuerit*.

Ad arma sit vocatus.] Sic apud Sallust. in Catil. & Cicero in Mil. *Videret, nequid Res. detrimari caperet: quo vno versiculo satis armati semper Consules fuerunt, etiam nullis armis datis.*

Locisq; editioribus occupatis.] Nihil affirmo. tantum dico, veteres libros Ciceronis de leg. consulendos, si qui reperiri possint, in quibus vox *Editis*, vel (vt hic) *Editioribus* ascripta sit. Nam vulgo lib. 3. ita legitur: *Cuius primum ortum si recordari volumus, inter arma ciuium, & occupatis & obsessis vrbis locis, procreatum videmus.*

Hanc enim euocauerat.] Liuius tamen dimidia tantum legionem numerat. *Casar*, inquit Orosius, *Rubicone flumine transmeato, mox vt Ariminum venit, v cohortes quas tunc solas habebat, cum quibus (vt ait Liuius) orbem terrarum adortus est, quid facto opus esset, edocuit.* nisi forte x pro v apud Orosium reponamus.

C A P V T III.

VIII. *L. Casar.*] Cicero ad Att. lib. 7. epist. 12. *L. Casarem vidi Minturnis ad VIII Kal. Feb. mane cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutus: vt idipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse, qui tantis de rebus huic mandata dederit: nisi forte non dedit, & hic sermone aliquo arrepto pro mandatis abusus est.* At epist. seq. *L. Casar mandata Casaris ad Pompeium detulit ad VIII Kal. cum is esset cum Coss. Theani. Probata conditio est, sed ita, vt ille de his oppidis qua extra suam prouinciam occupauisset, præsidia deduceret. Id si fecisset, responsum est, ad urbem nos redituros esse, & rem per Senatum confecturos. Spero etiam in presentia pacem nos habere: nam & illum furoris, & hunc nostrum copiarum supponeret.*

Casaris legatus.] Nominatur lib. 7. cap. 12. (65) *Priuatim necessitudinibus.*] Meus antiquus, *Necessitatibus.* quod idem Faern. de suo testatur. & ita sine dubio corrigendum est.

Eadem fere atq; eisdem de rebus.] Nihil sine ve-

teris libri subdicio temere mutandum puto. Attamen idem esse arbitror, Agere eadem, & Agere iisdem de rebus. præterea verbum Commemorasse per se non satis constat. Itaque videndum, ecquis vetus ita scriptum haberet, Eisdem de rebus commemorasse.

xx Liberare possint.] Meus & Aldin. Possent. quod verius arbitror.

Semper Reip. primum.] Deleo Reip. nam de sua, non de Reip. dignitate loquitur. Et rectius fuit in lib. Vrsini, quam ipse existimet.

Populi R. beneficium.] Recte sic iam pridem in Ald. emendatum est: cum in meo Ant. & reliquis ita legatur: Quod pro beneficio sibi contumelia ab inimicis extorqueretur. Error natus est ex nota P. R. Ac beneficium intelligit, vt eius absentis ratio in Consulatus petitione haberetur. Populi autem beneficium appellat, quia lege id sancitum fuerat, pugnante Cn. Pompeio in Cos. Epist. 3. lib. 8. ad Att. & Fam. lib. 6. epist. 6.

Semestri imperio.] Tantum enim adhuc Cæsari restabat.

Hac omnia tandem.] Vox Tandem, abest a meo, & Ald. & antiquis.

Ipsi exercitus dimittantur.] August. tollebar vocem Ipsi, quod non probo. Nam in meo & Faerni & Vrsini libris ita est recte: Ipsi exercitus dimittant. Hoc est, ipsi Pomp. & Cæs. de quibus agitur, omnes reliqui discedant ab armis. Sic Coelius Fam. 8. epist. 14. Cn. Pompeius constituit non pati C. Cæsarem Consulatum aliter fieri, nisi exercitum & prouincias tradiderit: Cæsari autem persuasum est, se saluum esse non posse, si ab exercitu recesserit: fert illam tamen conditionem, vt ambo exercitus tradat.

In Italia.] Sic Fam. 16. epist. 12. Feruntur omnino conditiones ab illo, vt Pompeius eat in Hispaniâ, delectus qui sunt habitus, & præsidia nostra dimittantur.

x Capuam peruenit.] Cicero tamen (vt modo dixi) Theanum nominat.

Illi deliberata respondent.] Sic omnes antiq. Placet tamen peruulgata: Illi re deliberata respondent. vt Gall. bel. 4. cap. 2. (9) Legati hæc se ad suos relatueros dixerunt, & re deliberata post diem tertium ad Cæsarem reuersuros.

Per eos remittunt.] Forte Eisdem.

xi Si peracto Cæsaris consulatu.] Nam Cæsar ad Consulatus petitionem se venturum pollicebatur: & se præsentem trinundium petiturum. Fam. 16. epist. 12.

Mendacii religione obstrictus.] Honeste, pro Periturus.

C A P V T I V.

Pisaurum, Famum.] Omnes hæc nominantur Fam. 16. epist. 12. præter Famum. vbi scribit illis, occupatis Pompeium & Coss. urbem reliquisse.

xx Tignium Thermum prætozem.] Obseruati autem ab Eugubino Steucho legendum & hic & in epist. ad Att. lib. 7. epist. 13. Inguium, vel potius Inguium. quæ dære cum A. Manutius scribit, cum præsertim.

Malaspina vir doctissimus in Comment. in epist. ad Attic.

Tigniorum.] Legendum ergo Inguiorum. & mox, Inguium recipit.

Aperto sanctiore arario.] Sanctius ararium fuisse videtur, in quo pecuniæ ad vltimos casus referuabantur. Liuius lib. 27. Cetera expedientibus quæ ad bellum opus erant Consulibus, aurum vicefimarium, quod in sanctiore arario ad vltimos casus seruaretur, promi placuit. Cic. ad Att. 7. epist. 20. Hoc cuiusmodi est? v. 11 Id. Feb. Capuam C. Cassius Tribunus pl. venit, attulit mandata ad Coss. vt Romanæ venient: pecuniam de sanctiore arario auferrent, statim exirent urbe relicta. Appian. de bel. ciu. 2. scribit ararium fuisse, in quo pecuniæ bellici tantum tumultus causa asseruabantur, si quis attingisset, eius caput sacrum fuisse.

Citra Capuam.] Quæ Ciceroni Procol. attributa fuerat, vt eam aduersus Cæsarem tueretur. Fam. 16. epist. 11.

Legi Julia.] De coloniis, quam in lib. de Legibus exposuimus.

Libertati confirmat.] Mire dictum, pro Liberos esse iubet.

Circum familiares conuentus.] Cic. Att. 7. epist. 13. Gladiatores Cæsaris, qui Capua sunt, sana commode Pompeius distribuit, binos singulis patribus. Secutorum in ludo 100 fuerunt. Eruptionem facturi fuisse dicebantur.

Auximo Cæsar progressus.] P. Victorius vir doctiss. Var. 4. cap. 15. contra omnium lib. consensionem reponendum putat, Maximo Cæsar progressus: id est, magnis itineribus. Sed Victorius animaduertere debuit, primum Cæsarem itinerum suorum seriem contexere. superius autem dixerat, se Auximum venisse, atque illud recepisse. deinde cum dicat, Percurrit, nunquid satis celeritatem itineris faciendo demonstrat?

Labienus.] Hic est T. Labienus, cuius Legati opera fortissima & fidelissima Cæsar annos nouem vsus erat in Gallia, qui nunc a Cæsare desciiuit. Fam. 6. epist. 10. Maximam autem plagam accepit, quod is qui summam auctoritatem in illius exercitu habebat, T. Labienus sceleris socius esse noluit, reliquit illum, & nobiscum est. Sic ad Attic. 7. epist. 11.

Finitimis regionibus coegerat.] Legendum vt in Antiq. & Aldin. Finitimis ab regionibus.

Ibi in presidio habuerat.] Antiq. Ibi presidio, quod magis probo.

Cohortesque amplius xxx.] Orosius similiter legiones tres numerat.

C A P V T V I.

Quadragesima in singulos iugera.] Summa ita mensura, nam xxx fuisse cohortes, modo dixit. Itaque Manutius, Quaternæ, reposuit. Sed quid illud est quod infert, Pro rata parte Centurionibus euocatisque? Sciendum est centurionis stipendium dupla.

duplo maius peditis stipendio fuisse: equitis, triplo. id quod Polyb. lib. 6. & Liuius multis locis demonstrant. Quæ autem in stipendio proportio seruabatur, eandem in donatione quoque seruari solitam, cum ex hoc loco, tum ex quamplurimis & Liuii, & Plutarchi, & Appiani locis facile intelligitur. Notandum est autem, quod ait Domitium agros è suis possessionibus esse pollicitum militibus, primum vt intelligatur, eiusmodi fuisse colonos Domitii, de quibus posterius commemorabit. deinde vocem, Possessiones, hoc loco non proprie vsurpari, pro iis quæ vsu tantum, non proprietatis iure habebantur; de quibus in Feudali Dictionario diximus: sed pro Latifundiis, improprie.

Centurionibus euocatisque.] Euocati dicebantur, qui legitimo militiæ tempore perfuncti, cum emeritis & confectis stipendiis essent, tamen propter rei militaris scientiam, & quod plerique beneficii affecti fuerant, nominatim literis ac nuntiis ab Imperatore, magis officii & amicitia causa, quam pro imperio euocabantur: iisque plerunq; præfectus aliquis attribuebatur. Dio libro 55. ἐκ τῶν ἐν τῷ πόντῳ ἀπὸ τῆς ἡλικίας τῶν σὺν ἡμῶν ἐστὶν ἀναλαβόντων τὸν πόλεμον, ὅτι περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐστὶν ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων, ὅτι περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐστὶν ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων, ὅτι περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐστὶν ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων. Cæsar supra cap. 1. Multi undique ex veteribus Pompeii exercitibus, spe prætorum atque ordinum, euocantur. Idem infra lib. 3. Euocatorum circiter duo millia, quæ ex beneficiariis superiorum exercituum ad eum conuenierant, quæ tota acie disperserat. Item: Erat Crastinus euocatus in exercitu Cæsaris, qui apud eum primum pilum in legione decima duxerat. Hic signo dato, Sequimini me, inquit, manipulares mei qui fuistis. Cicero in epist. ad Appium: Antonium præfectum euocatorum missi ad te, cui si videbitur, cohortes traderes. Sallust. in Iugurth. Præterea ex Latio fortissimum quendæ, pleurosq; militia, paucos fama cognitos accire, & ambiendo cogere homines emeritis stipendiis secum proficisci. Hinc etiã in exteros translata. Cæsar Gall. 3. c. 5. (20) Multis præterea viris fortibus Tolosa, Carcasone, & Narbone nominatim euocatis, &c. Euocati autem modo peditibus, modo equitibus admiscebantur. De peditibus, Crastinus, de quo modo diximus, testimonio est. De equitibus, Cæsar lib. 7. cap. 12. [65] Eorum aduentu, de Germanis loquitur, quod minus idoneis equis utebantur, a Tribunis militum, reliquisque equitibus R. atque euocatis equos sumit, Germanisque distribuit.

xix Sulmonenses.] Male ergo apud Orosium legitur, Apud Salonem, corrigendumque Sulmonem, auctore Plin. 3. 12.

A. Q. Lucretio.] Huius Lucretii crebra mentio est in epist. ad Att. vt eorum temeritas, qui Lucetatio mutarunt, dilucide appareat.

Et oppid. & milites.] Sic Aldin. De militibus tamen nihil noster Antiq. vbi scriptum ita est: Vniuersique oppidani obuiam, &c. quod sane verius esse arbitror. Nam modo dixit Sulmoenses a co-

horribus coerceri. Deserti autem a suis ducibus milites Antonio se dederunt: vt modo subiunget.

A Rege Norico.] Agrum Noricum in Gallia nominat lib. 1. Gall. cap. 3. [1] à Boiis occupatum. sed Regem Noricum ex Germania, eod. lib. extremo. Non puto Regem vllum Boiorum a Cæsare in Gallia relictum. Itaque ad Germanum id referendum arbitror.

Circumuenire instituit.] Meus antiq. & Aldin. Circumuenire. Et infra lib. 2. Curio Vricam obsidere & vallo circumuenire instituit. Multi tamen hoc ipsum mutant.

Domitius dissimulans.] Meus antiq. Simulans. quod magis probo. Nam ista pronuntians, non dissimulat, sed simulat, & fingit. Hanc autem Pompeii desertionem Cicero mirifice exagitat, Att. 8. epist. 7. & 8. Culpam tamen omnem Pompeius in Domitium conferebat, quod ipsius literis cognosci potest, quarum exemplum extat eodem li. epist. 17. 18. 19. 20. Summa aut hæc erat, se neque pares cum Cæsare copias habere, neque iis duabus quas habebat, legionibus satis confidere, vt iis Reipubl. fortunas committeret. Itaque censere, vt Domitius oppido relicto suas copias cum ipsius copiis coniungeret.

Consultandi causa.] Hoc puto e glossa sumptum, eo magis quod Faernius & meus Antiq. habent Consultandi. quam vocem Langobardicam esse, facile ex libris legum Barbaricarum intelligitur. Memorabile est autem quod de hoc Domitii terrore Seneca scribit lib. de benef. 3. Corfinium, inquit, Cæsar obsidebat. Tenebatur inclusus Domitius. Imperauit medico, eidemque seruo suo, vt sibi venenum daret. Cum tergiversantem videret, Quid cunctaris, inquit, tanquam in tua potestate totum istud sit? mortem rogo armatus. Tum ille promisit, & medicamentum innocuum bibendum illi dedit. quo cum sopitus esset, accessit ad filium eius. Iube me, inquit, adseruari, dum ex euentu intelligis, an venenum patri tuo dederim. vixit Domitius, & seruatus a Cæsare est: prior tamen illum seruus seruauerat.

Prima vespere.] Meus antiq. & Aldin. Prima vespere. Sed ita puto illum locutum, vt alibi Prima nocte, pro Incunte nocte.

Paruis momentis.] Cic. Phil. 5. Minimis momentis maxima inclinationes temporum sunt, cum in omni casu Reipub. tum in bello & maxime civili, quod opinione plerunq; & fama gubernatur.

Exitus obseruent.] Meus antiq. & Ald. Afferuent. Neq; eorum.] Meus & Aldin. Neque eo. Placet Faerni, Neque vero.

Tanta erat summa expectatio.] Mire dixit, Tanta summa erat: pro Tanta erat. Cicero de offic. 1. Adeo summa erat obseruatio in bello mouendo.

Vt alius in aliam.] Sic valde aridet: cum in meo & Ald. & aliis permultis legatur Nullus.

Ea re ex ciuitate expulsos.] Meus lib. In ea re. Faernus ex ingenio, Ex iniuria. Sed Ea re, apud

Cicer. vilitatum est, pro Hac de causa. Causam autem significat, Cæsaris in Italiam aduentum. Notanda etiam locutio Ex ciuitate expelli, pro Ex urbe. Nam superius, Profugiunt, inquit, ex urbe Tribuni pl. Cic. Att. 10. epist. 4. *Ei sunt, qui nisi me ciuitate expulissent, obtinere se non posse, &c.*

Ad suam dignitatem.] Meus, *In suam.* quod magis probo.

XXIII *Pauca apud eos locutus.*] Ita sine dubio legendum, quauis in Antiq. & Aldin. legatur, *Loquitur. Aperre eorum.*] Sic Aldin. meus Antiq. & alii permulti. Legendum *A parte*, vt in aliis nonnullis.

Dimittit omnes incolumes.] De hac Corfiniensis clementia extat Cæsaris ad Ciceronem epistola ad Att. 9. epist. 19.

HS. LX.] Scribatur plene *Sexagies.* ne pro *Sexaginta* ea nota sumatur.

Quod aduexerat Domitius.] Vetus. Cod. & Ald. *Quod aurum adduxerat, &c.*

Sacramentum dicere.] Alio loco exposuimus.

C A P V T V I.

XXIV *Reprehensus in itinere.*] *Deprehensus in itin.* Vetus: *Dep. ex itinere.* quod probo.

Cn. Magius.] Hac de re extat Cæsaris ipsi⁹ epist. ad Att. 9. epist. 8. *Cn. Magium Pompeii prefectum deprehendit: scilicet, & meo instituto usus sum, & eum statim missum feci. Iam duo prefecti fabrum Pompeii in meam potestatem venerunt, & a me missi sunt.*

Prefectus fabrum Cn. Pompeii.] Liuius li. 1. vbi de classibus a Seruio Rege descriptis commemorat: *Addita,* inquit, *huic classi dua fabrum centuria, qua sine armis stipendia facerent: datum munus, vt machinas in bello ferrent.* Sed de *Prefecto fabrum* Veget. lib. 2. cap. 11.

Atque ad se Brundisium.] Sic Ald. Meus vero, *Atque ad eum.* Legendum opinor, *Atque ad Brundisium.* quæ vetus locutio est.

Communis salutis.] Aldin. *Salutis causa.* quod aperte mendosum est: etiam Antiquo meo lib. auctore.

Idem perfici.] Pro *Tantum*, vel *Tantumdem.*

XXV *Cum cohortibus xx.*] Id est, duabus legionibus, siue decem hominum millibus. Meus codex, *Decem* habebat: quod magis placet, cum modo dixerit Coss. secum magnam exercitus partem abduxisse; & Cic. ad Att. 9. epist. 11. scribat Claudiana dimidio plus scripsisse Pompeium habere, quam reuera habuerit. Scripserat autem de triginta millibus epist. 4.

Ibi restitisset.] Vetus, *Remansisset.* Sed parui refert.

Administrationesq.] Id est, vias, comitatum, itiones & rediciones. Qua de re scribit Cicero ad Att. 9. epist. 14. *Epistola mihi affertur a Lepa, circumuallatum esse Pompeium, rariibus etiam exitus portus teneri.* Sed & ipse Cæsar epist. 17. eiusd. lib. *Pompeium,* inquit, *se oppido tenet, nos ad portum*

castra habemus. sonatur opus magnum, & multorum dierum propter altitudinem maris. sed tamen nihil est quod potius faciamus. ab utroq; portus cornu moles iacimus, vt aut illum quamprimum traicere, quod habet Brundisii copiarum cogamus, aut exitu prohibeamus.

Pedes xxx.] Noster, *Pedibus xxx.* Vtrumque mendose. melius Aldin. *Pedum.* nam latitudinem & longitudinem ostendit, vt paulo post constabit: cum ait alias *pari magnitudine* adiectas.

Multis tormentis.] Vox *Multis* abest a meo Antiq. & recte abest, meo quidem iudicio. Satis est enim dixisse *complectas.*

Telis pugnabatur.] Vetus. *Pugnabant.* quod probo.

Magium non remitti.] Quid igitur est, quod Cæsar ipse scribit lib. ad Attic. 9. epist. 16. *Ad vii Id. Mart. Brundisium veni, ad mirum castra posui. Pompeius est Brundisii. misit ad me Cn. Magium de pace. qua visa sunt, respondi. Hoc vos statim scire volui. Cum in spem venero de compositione aliquid me conficere, statim vos certiores faciam.* Nisi forte eum cum Caninio Rebilio, de quo mox dicitur, remisit. Sed hæc mera diuinatio est. Ac plane hoc aliquid argumenti est contra auctorem. Commentariorum Cæsaris.

Etsi impetus eius.] Vocem, *Etsi*, redundare ac plane tollendam esse arbitror.

Vt ipse colloqueretur.] Ipse autem erat non Pythagoras, sed Pythagora callidior Cæsar. cuius hæc fuit perpetua ratio, etiam cum Ariouisto Germanorum duce.

Ab armis discedatur.] Placet lectio nostri Antiq. à quo duæ primæ voces absunt. nam & sæpe *Discedi*, simpliciter ita vsurpatur: & iam non de discessione ab armis, sed a colloquio agitur.

Quod Coss. absint.] Nam superioribus proximis diebus *Dyrhachium profectus* modo dixit quamuis Cic. epist. 4. ad Att. 9. vna cum Pompeio profectos scribit.

Nihil sine illis.] Vetus *Nec sine.* quod magno pere probo. Nam illud proximum, *Renuntiat quod Consules absint*, veruste dixit, pro *Renuntiat Consules abesse.* Cuius locutionis exempla eruditus nota sunt. Plaut. in *Asin.* *Equidem iam scio, filius quod amet meus.*

Diebus nouem.] Cæsar vii Id. Mart. Brundisium venit, vt ipse scribit epist. 16. Pompeius fugit ad xvi Kal. April. vt patet ex epist. 18. qua ratione numerus quadrat. *Mutius & Trebatius Ciceroni Imp. S. Cum Capua exissemus, ex itinere audiimus, Pompeium Brundisio ad xvi Kal. April. eum omnibus copiis, quas habuerat, profectum esse, Cæsarem postero die in oppidum introisse, concionatum esse. inde Romam contendisse. velle ante Kal. esse ad urbem: & paucos ibi dies commorari: deinde in Hispanias proficisci.*

Vicos plateasque.] Hic notandus error Fl. Sospatri, qui dixit, *Vicos esse humiles domos. & quam incendi-*

precedimus, non Vicos, sed vias esse vicorum. Plateas in adificat] Hæc eadem Plutar. in Pomp. & Veget. lib. 4. ca. 5.

C A P V T V I I.

Naues conscendissent] In ead. epist. conscendisse Pompeius dicitur ad v Non. Mart.

XXIX *Maxime pertinebat*] Noster, Aldin. & alii complures, *Probabat.*

Facultatem ademerat] Idem scribit Plutarch. Cæsarem nauium penuria impeditum, quominus Pompeium persequeretur. Ac memorabile est, quod eodem loco scribit, Italiam isto modo à Cæsare dierum lx spatio in suam potestatem redactam, sine vilo prælio & sanguine. Atque hæc quidem Plutar. in Cæs. In Pompeio vero scribit historicos omnes hanc ex Italia Pompeii discessionem in summi strategematis numero posuisse. Quorū quantus error sit, licet ex Cic. ad Att. epi. cognoscere.

XXX *Propratore Roma*] In meo Antiq. *Romanum.* Vtrumque ab Ald. abest. quod magis probo.

Africam sorte Tubero] Cic. in Ligar. *Tuberoni fors coniecta est ex S. C. cum ipse non adisset.*

Ex prouincia fugit] Cic. ad Att. 10. epist. 14. *Cato, qui Siciliam tenere nullo negotio potuit, & si tenuisset, omnes boni ad eum se contulissent, Syracusis profectus est ante diem vii Id. Kal. Maij.*

XXXI *Vacuas ab imperiis*] Sic Aldin. Noster vero, *Vacuas prouincias ab imperiis.* vtraque placet.

Ex pratura] Sic Cicero in eadem: *Interim P. Aelius Varus, qui Prator Africam obtinuerat, Vricam venit: ad eum statim cõcursum est, atq; ille nõ mediocri cupiditate arripuit imperium: si illud imperiũ esse potuit, quod ad priuatum clamore multitudinis impetere a nullo publico consilio deserebatur.*

Filium exponere in terram] Cicero in Ligar. *Prohibiti estis in prouincia vestra pedem ponere, vt prohiberis, summa cum iniuria.*

XXXII *Ad urbem proficiscitur*] Trebat. ad Cic. lib. ad Att. 9. epist. 14. *Pompeium Brundisio profectum: Cæsarem postero die in oppidum introisse: concionatum esse: inde Romam contendisse: velle ante Kal. esse ad urbem.*

Expectato legitimo tempore] Decem enim anni inter superiorẽ Cæsaris Cõsulatam intercesserant.

Quod ab omnibus] Corrigenendum vt in aliis quã multis: *Quod omnibus pateret.* Atque ibi puncto interposito, noua in eundã sententia, quã repetito verbo. *Docet.*

Latum ab decem Trib. pl.] Sic Cic. Att. 7. epist. 3. *Cur imperium illi, aut illo modo prorogatum est? cur tant opere pugnatum est, vt de eius absentis ratione habenda x Tribuni pl. ferrent?*

Erstina consuetudine] C. Cæsar Cõs. M. Catonem sententiam rogauit: Cato rem que consulebatur, quoniam non e Republ. videbatur; perficere volebat. Eius rei gratia dicenda, longa oratione utebatur; eximiebatq; dicendo dicens. Erat enim ius Senatori, vt

sententiam rogatus, diceret ante, quicquid vellet alius rei: & quoad vellet. Cæsar Cõs. vixerem vocauit: eumq; cum finem non faceret, prehendi loquentem, & in carcerem duci iussit. Senatus consurrexit: & prosequeretur Catonem in carcerem. Hac inuidia facta, Cæsar destitit, & mitti Catonem iussit. Hæc ex Capitonis historia Gell. li. 4. ca. 10.

Ipsõ Cos. Pompeio] 111 Consule, atque adeo pugnante. Fam. 6. epist. 6. lib. 8. epist. 3. ad Attic.

Cur fieri passus esset] Sic noster & Aldin. & alii permulti. Video tamen in quibusdam impressis, *Ferri.* quod verius puto.

Circumscribendis Trib. pl.] Hanc eandem belli causam Cicero Philipp. 2. commemorat. *Quam causam,* inquit, *de Cæsare significans, dementiissimi sui consilii & facti afferebat, nisi quod intercessio neglecta, ius tribunitiũ sublatum, circumscribitur à Senatu esset Antonius? Est autem Circumscribere aliquid, Ab Rep. remouere, & curia foroque prohibere. Nam superius hac ipse de re loquens cap. 2. (5) *Nec tribuni pl. inquit, spatium datur sui periculi deprecandi: sed de sua salute die septimo cogitare coguntur.* & Cicero hac ipsa dicit ad Att. 7. epist. 9. *Si forte Tribuni pl. Senatum impediens, aut populũ incitans notatus, aut S. C. circumscribitur, aut sublatum, aut expulsus sit, dicens se expulsum, ad illum confugerit.* Et Orohus: *M. Antonius & P. Cassius Tribuni pl. pro Cæsare intercedentes, intercedentẽ Lentulo Consule, curia foroq; prohibiti, ad Cæsarem profecti sunt.* Sic vsurpatur in Miloniana: *Nunquã illum Resp. suo iure esset ultra. Senatus, credo, Pratorẽ eum circumscripsisset. Ne cum solebat quidem id facere, in priuato, eodẽ hoc, aliquid profecerat.**

Exemplum in fra extat lib. 3. ca. 5. (21) vbi ita scribitur: *De quibus rebus Seruilius ad Senatum retulit: Senatusq; Coeliũ ab Repub. remouendum censuit. Hoc decreto eum Consul Senatu prohibuit: & concionari conantem de rostris deduxit.* Sic Philipp. 13. *Senatus in Capitolium. Parata de circumscribendo a adolescente sententia cõsularia.* Loquitur de C. Cæsare, quẽ Consul ab Repub. remouere conabatur: Hæc cum iam pridẽ scripsissem, animaduerti postea Manutiũ doctiss. virum locos eiusdemmodi multos protulisse.

Illi se honori defuturam] Sunt qui sic emendent: *Sin timore defugiant, illi suo honori non defuturam, sed per se Remp. administraturam.* Quanto melius noster Antiq. *Sin timore defugiant, illis se oneri non futurum, & per se Remp. administraturum.* Neque disputatione, aut argumentis opus esse arbitror. Sed iam ita video à Manutio huic impressum locum.

Vt operibus ante studuerit] Sic noster vetus & Ald. opinor, pro *Rebus gestis.* quæ sententia proba est, si locutio exemplum haberet. Alioqui corrigendum videretur, *Vt opibus ille studuerit.* vt de Pompeio intelligatur. Sunt autem qui, anteire hoc loco, reponant: quod sine vetustorum librorum auctoritate fieri certe non debuit. Sed vetus lectio retinenda est. Nam Cicero pro Marcello,

Vt quantum, inquit, operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum afferat laudibus.

XXXII Timoris causa] Quod Pompeium ab se deser- rum metuerent: vt Plutarch. quoque in Cæs. com- memorat.

Reliquasq; res] Astute reticet quod Plutarchus scribit, cum Cæsar ad ærarium venisset, vt pecu- nias inde auferret, Metellum hunc grauius inter- cessisse: Cæsarem ei atrociter minatum esse: & cum claues nusquam inuenirentur, accitis fabris fores effregisse. quod etiam Orofius memoriæ prodi- dit.

CAPVT VIII.

XXXIV Ex Sicilia & Sardinia] P. Victorius Variarum r. cap. 2. hunc locum ex anti. libro ita restituit: Quas Sicilia & in Cosano à priuatis coactas, seruis, liberis, coloniisq; suis compleuerat. Docet autem Cosanum Domitii villam fuisse. Colonos autem dicit Cæsar, quibus Domitius agros ex suis possessionibus & latifundiis attribuerat, vt superius dictum est. Et de huiusmodi colonis locus est insignis apud Ap- pianum ἐμφυλ. β. Et nunc video Mamurium Victo- rii sententiam secutum, & vocem Cosano impres- sisse.

Nova Cæsar officia] Vtriusq; merita paucis post versibus exponet.

In eorum fide] Hæc vniuersæ Galliæ fuit ratio, quemadmodum superioribus lib. intellectum est: vt teues aliquot, vel pagi, vel ciuitates in poten- tiorum fide & clientela essent: hoc est, vt & ab his illæ defenderentur, & illæ his, cum vsus veniret, subsidium ferrent.

XXXV Massiliensium xv primos] Vetus lib. Massilia. q; magis probo. Decuriones autem erant aliis in vr- bibus, iidem qui Romæ Senatores. Ex eorum or- dine certus virorum numerus deligebatur, cui pri- morum nomen imponebatur modo x, modo xv, quibus certa muneris publici procuratio manda- batur.

Ex auctoritate] Ex decreto Decurionum.

Victus Gallias attribueris] Suspectus mihi lo- cus. Corrigendum videtur, vel hoc modo, Victa Gallia, in sexto casu, vt quos Pompeius simpliciter fruendos concesserat, eos Cæsar absolute dono dederit, vel, Gallias attriuerit. quod beneficium nihilomags ad Massilienses, quam ad vniuersam prouinciam Galliam pertinebat. Sed superior cõ- iectura eo magis probatur, quod paria vtriusque beneficium mox appellantur.

Nestrurum eorum] Valet ad quæstionem Feudi- ficam, de Vassallo duorum patronorum, si illi in- ter se contendant, quod Vassalli officium sit.

CAPVT IX.

XXXVI L. Afranio Legato] Difficile dictu est, non potius scriptum sic fuisse, L. Afranio Pompeij legato, præ- sertim cum illam vsque adhuc nusquam nomina- rit.

Totius Lusitania] Sic omnes antiqui. Legen- dum arbitror Toti, casu tertio. nam sensus est, Toti Lusitaniæ auxilia imperantur à Petreio: Celti- beris, & reliquis, ab Afranio.

Scutata, ceirata] Videntur hæc nomina his pro- uinciis ex ceruis & scutis imposita.

Quem ipse petiuerat] Sic Ald. Faernus, Quam ipse pacauerat. Quasi vero eius rei commemoran- da vel tempus, vel causa vlla fuerit. Meum igitur Antiq. sequor, vbi Pacauerat legitur. Nam ita pa- rasse dicit, vt nobilissimum & fortissimum quem- que nominatim euocaret.

Pignore detinuit] Nam Centurionum pecunia, quasi pro pignore tenebatur à Cæsare, ne ab illo ad Pompeium propinquantem deficerent. Præcla- rum strategema.

Consuetudine congressa] Progressa corrigendum putarem. atque hoc ad Cæsaris consuetudinem magis accedit.

Subito inuentorum] Acutissime Oët. Panta- gathus animaduertit legendum Vi ventorum. ei- que magnopere assentior. non enim pondere iu- mentorum, sed tempestate pons interruptus est, vt mox dicit.

Aggere atq; cratibus] Agger hoc loco perspicue pro trabibus & longuris, quibus pons constabat.

Sub castris Afranii constitit] Antiq. Constitit. quod magis probo.

Contra hostem]. Notandus locus, in quo ciuēs, non iam Aduersarii, vt sæpe alias, sed Hostium no- mine appellantur.

Prima & secunda acies] Hoc Cæsaris facinus retulit Veget. in numerum strategematum: sed ta- men, non satis, vt videtur, intellectum. C. Cæsar, inquit, cum aduersus Afranium copias educeret, & recipiendi se sine periculo facultatem non haberet, sicut constituerat, prima & secunda acie furtim à tergo ad opus applicata, xv pedum fossam fecit, intra quam sub occasum Solis armati se milites eius rece- perunt.

Longius agger potendus] Aggeris nomine mate- riam, & vimina, & fasces virgultorum nunc intel- lit.

CAPVT X.

Decliu fastigio] Vetus sic, Editus locus tenui fastigio. quod non placet; sed pro Decliu legend- um arbitror, vt sæpe alias, Leni. Nam inter De- cliuitatem & Fastigium apud hunc nostrum nihil interest. Similis locus infra lib. 2. Id autem est iu- gum directum, emmens in mare, vtraque ex parte præruptum, atque asperum, sed paulo tamen leniore fastigio ab ea parte, &c.

Impetum aduersus montem] Magis placet Anti- quus: Aduersus montem impetum in cohortes fa- ciunt.

Nonnulla parte compulsis] Ad sensum, non ad verba relatio fit persæpe. vt alijs locis annotaui- mus.

Ex pri-

Ex primo hastato] Sic Antiq. & Ald. nonnulli impressi, Primus hastatus.

Principi centurio] De quo alio loco commemo- ratum est.

Vtriusq; superiores] Vetus, Vtriusq; sed vulgata pla- cet.

Nastorum impetum] Vetus, Nostorum diu im- petum.

Numero essent quod] Verbum Essent, abest ab Ald. Sane si particula quoque insequēs deleteretur, concinnior sententia videretur.

Hostes terga vertere] Mirum est in Aldin. non esse Hostes, sed hoc modo: Terga vertere aduersarios coegissent.

Nix profluit] Sic Aldin. Noster vero Proluit. quod etiam habent impressi quidam. Magis placet Faerni coniectura, Profluxit. ac fortasse etiam Flu- men, pro Fluminis melius legeretur. Nam sic Cic. in lib. de Clar. Orat. dixit. Fluum extraripas disfluere.

Maximi comitatus] Sic Antiq. Aldin. & qui- dam impressi. Alii Commentus: vitiose. nam Co- mitatum pro parte exercitus veteres dixerunt. vt paulo infra, Magnos comitatus, qui ad Cæsarem iter habebant.

Tempus erat autem] In meo vox autem abest. Placet Faerni lectio: Tempus autem erat anni. Pu- to Cæsarem scripsisse, Tempus erat anni difficilli- mum.

Pecora secundum subsidium] Animaduerte, pri- mum commeatu genus fuisse frumentarium: alte- rum, pecuarium. Et sic capite insequenti: Cæsar ci- uitatibus, quo minor erat frumenti copia, pecus im- perabat.

CAPVT XI.

Vt fert Gallia consuetudo] Noster & Ald. Gallica consuetudo.

Millia sex cum seruis libertisq;] Legendum arbi- tror, Libertis. nam hæc vsitata locutio est, pro In his serui libertique. Quod vulgo dicitur, Compu- tando seruos libertosque. Sic paulo post: Eo die na- ues Massiliensium, cum iis quæ sunt capta, intereunt nouem.

De nocte proficiscitur] Recte: & sic in Aldin. cum in meo sit, Diu noctuque vitiose.

Histamen omnibus] Legendum arbitror Tum pro Tamen: cui locus hic esse non videtur.

Qua fere res] Cum modo dixerit Annona, non video quemadmodum voci Res locus esse possit. Eadem autem sententia vsurpatur à Cic. in ea pro Pomp.

Magni domum concursus] Non placet. Faer- nus restituit, Demum, quod etiam video in meo Antiq. Videtur legendum, Magni ad domum Afranii concursus, magna gratulationes fie- bant. Nam Romæ videntur hæc gratulationes factæ.

Imperat militibus] Milites Cæsaris munia o-

munia obibant: pontes extruebant: frumenta de- metebant: naues ædificabant. Sic Gall. 5. cap. 1. & alibi persæpe.

Vfus Britannia] Supra libro Gall. 4. capite 5. (31)

Carina ac statumina] Nonnulli Stramine. quod plane absurdum est. nam infimam nauis partem ex tabulis conficiebat: tum viminibus reliquum corpus aptabat. Lucan. in 4.

Primum cana salix, madefacto vimine paruaam Texitur in puppim, caesoq; induta iumento

Vestoris patiens tumidum superenatat amnem. Sic Venerus stagnante Pado, fusoq; Britannus Navigat Oceano, &c.

Demonstratum est. Sup. ca 8. (34)

Colonis pastoribusque.] De quibus dictum est eodem libro: sed legendus Appianus ἐμφυλ. β. sub- initium.

CAPVT XII.

Cognito hostium] Hostium nomine vtitur, opi- nor, quod non tam Romani erant aduersarii, quã Galli, Albici & pastores: vt modo dixit.

Pastoresque indomiti] Hoc significat, opinor, quod dixit initio Gall. 4. de Sueuis. Libertate vi- ta, quod à pueris nullo officio aut disciplina assuefacti, nihil omnino contra voluntatem faciunt, vires a- li, & immani corporum magnitudine homines effici.

Spe libertatis incitati] In Antiq. & Ald. Excitati. quod magis probo.

Sub oculis Domitii] Sic omnes lib. præter solum Aldinum. vbi scriptum est, Domini. quod magno- pere arriдет, atque ad seruorum nomen valde ac- commodatum est.

Remos transcurrentes detergere] Detergere remos dicebant veteres; cum obiecta nauis transuersæ hostili, eius remos impetu suo perfringeret. ridi- culo fortasse nautico: quasi transcurrentibus re- mis fœdaretur. Itaque nauem remis detergi dice- bant. Hirt. de bell. Alex. Actantum doctrina potu- it, vt in dispari numero nulla transuersa hosti obii- ceretur nullaque remis detergerentur: sed sem- per venientibus aduersa occurrerent. Liuius lib. 36. Due regia vnam circumstunt, & ab utroque latere remos detergunt. Hinc Detergere pinnas muri apud eundem libro trigesimo octauo: Asseribus falcatis detergebat pinnas. Idem libro trigésimo septimo: Si qua concurreret rostro cum hostium nauis, aut pro- ram lacerabat, aut remos detergebat.

Atq; artificio] Sic Antiq. & Ald. Sed Artifici probo: vt est in vulgatis.

CAPVT XIII.

Diuerspugnabant] Vna naue inter duas inter- posita.

Aliis

- LIX *Alias non longo*] Nofter *Alit.* & mox *Alit longiore*, quod non improbo.
- LX *Cum Ofcenfibus contributi*] Propter viciniam.
- LXI *Triginta in latitudine*] Sic vetus codex & Ald. & multi impreffi. Vrfini lib. *Altitudinem*. quod nō probo. nam quod erat fluuius auertendus, maior latitudinis quam altitudinis ratio habenda erat. *Partem aliquam Sicoris auerteret*] Antiq. *Parte aliqua Sicorim auerteret*, quod valde aridet. *Duobus contrariis generibus*] Sertorianorum & Pompeianorum. *Absentis*] Pompeii, qui Sertorianos vicerat, cuiusque nomine & auspiciis nunc bellum gerebatur. *In barbaris*] Non dixit infinite, *In Hispanis*, sed *In barbaris*: quasi vulgus & plebem significet. *Naves conquiri*] Sic placet: quauis in Antiq. & Aldin. fit, *Conquirere*.
- LXII *Huc iam reduxerat rem*] Antiq. & Aldin. *Huc iam rem duxerat*. Faern. *Huc iam adduxerat*. Fortalic. *Huc iam rem perduxerat*. *Ad tranfeundum impedirentur*] Nofter, *Non impedirentur*. Et modo dixit eos tranfire potuiffe.
- LXIV *Sufsinere extremum agmen*] Sic Antiq. & Ald. *Sufsinere*, hoc loco est, Subfistere & morari, iter fupprimere. In quibusdam vulgatis est, *Subfistere*. *Totis vero castris milites conturbati*] P. Victorius ex suo libro restituit *Circulari*. quod mihi vehemēter placet. nam cum palam de Cæsare queri nō auerent, in circulis querebantur. Legendus Victor. Variat. 8. c. 13. *Supra atq; infra*] Cæsaris institutum alio loco notauimus, vt peditatu p flumē transportando, equites supra atque infra constitueret. vt patet lib. 7. cap. 10. (16) vbi institui huius rationem exposuimus ex Veget. lib. 3. ca. 7. *Interiit tamen nemo*] Nihil muto. atque ita legi placet. verum tantē si quo in vetusto & bono libro ita legeretur, *Tamen non nemo*, libenter eam scripturam cū hac cōmutarem. Quorsum enim vox *Tamen* neque vero eo minus traductus incolumis exercitus dici potest.

C A P V T XIII.

- LXV *Procul visos conspexit*] Sic omnes lib. Neque vllum inuenire licuit, in quo non verbum *Visos* legeretur.
- LXVI *Vasa militari more conclamari*] In strategematis loco Frontinus hoc numerat lib. 1. C. *Cæsar*, inquit, *per exceptum quandam aquatorem, cum comperisset Afranium, Petreiumque castra nocte moturos, ut citra vexationem suorum, hostilia impediret consilia, in initio statim noctis, vasa conclamare milites, & prater aduersariorum castra egi muros cū fremitu, & sonum iussit continuare quos retentos volebat, & arbitrari castra Cæsarem mouere.*
- LXVII *Timori magis quam religioni*] Maiorem sui timoris, quam sacramenti rationem ducere. Causā autem esse arbitror, animorū ardorem, qui in civili dissensione multo maiore odio inflammantur:

vt nulla salutis spes sit. Nisi hæc sit potius, quod in bellis ciuilibus remissior esse militaris disciplina solet, ne milites ab alienati in aduersariorum partem discedāt. Id enim proxime significare videtur. *Lucem multum per se pudorem*] Sic l. b. 2. cap. 6. *Namq; huiusmodi res, aut pudore, aut metu tenentur: quibus rebus nox maxime aduersaria est.* *Nos necessarij victus*] Ita est in meo & Faerni li. LXII vt ipse testatur. *Atq; ad llerdam reuertit*] Hoc Cæsaris factum Frontinus laudat, & in strategematis loco numerat. lib. Strateg. 2. *Difficultas tardabat*] Nofter & Aldin. *Difficultates tardabant.* *Excelsissimus*] Abest ab antiq. lib. & si retinendum videtur, *Excelsissimum*, legendum erit. *Iugis Octogesam perueniret*] Peri iuga montium. C A P V T XV. *Cæsar in eam spem venerat*] Front. li. Strateg. 1. factum Cæsaris aliter interpretatur. *Cæsar* (inquit) *cum exercitum Afranii & Petreij circumuallatum siti angeret, isq; ob hoc exasperatus, interfectis omnibus impedimentis ad pugnam descendisset, continuit suos, arbitratus alienum dimicationi tempus: quod aduersarios & ira & desperatio incenderat.* *Et quod non ab initio*] Duos versus deesse arbitror, quibus Cæsarianorum querelas & sermones exponeret. Nam verbum *Conqueruntur* ad Cæsarianos pertinere puto. Itemque illud, *His pronocati sermonibus*: Cæsarianorum scilicet. *Arma autem conferre*, modo dixit pro coniungere. *Cum Cæsare per Sulpitium*] Hæc duæ voces, *Cum Cæsare*, ab sunt à nostro Antiq. & meo iudicio ab sunt, non desunt. *Armat familiam*] *Familia* nomine intelligit, o- LXV pinor, quos Proconsoles ex domesticis conuictionibus, aut necessariis apparitionibus secum habere consueuerat: qui quasi ex cohorte pratoria appellari solent, vt ait Cic. Epist. ad Q. Fr. In qua nullū aliud genus animaduerto, quod ex Familia dici possit. Nā seruos certe ad arma non vocaret. Colonos quidem, de quibus superius diximus, potest etiam hoc verbo significare. *Beneficiarius suis*] Suo aliquo beneficio obligatis. *Aduersarius tradunt*] *Aduersario*, habet V. C. LXVI, quod valde probo. *Consilium captures*] Iam ante dictum est, *Sibi consilium capere*, vocem esse seditiosam: cum defectio fit a maiore parte. *Ad idem iusurandum*] Vetus placet, *Ipse idem iusurandum adigit Afranium*. Nam sæpe præpositionem verbo adiungebant, vt *Arbitrium adigere*: pro *Ad arbitrium*. Sic *Rhodanum exercitum transficere* dixit Plancus ad Cicer. epist. 9. lib. 10. Et puto Ciceronem de Fin. 3. sic scripsisse, *Si Annibal ad portas venisset, mirumq; iaculum transficisset*: vbi vulgo legitur *Iaculo*. *Vt producat*] Nofter *producant*, quod non minus aridet.

Quos

- Quos ceperant*] Non dubito, quin *Receperant* legendum sit: vt in nostro antiquo Vrfinus restituebat, *Plerisque*, quod non probo. *Vana religio iusurandi*] Sic Ald. sed multo verius Antiquus, vbi *Nona* scriptum est: vt renouatum superioris diei sacramentum significet. Sic enim posterius lib. 2. cap. 6. (32) *Relinquitur nona religio, vt eo neglecto sacramento, quo nunc tenemini*, & c. Vrfinus quoq; idem de suo testatur.
 - LXXII *Insucta ad onera portanda*] Diximus alio loco ex Tusc. Cicer. magnam fuisse cu. usque Romani militis sarcinam: cum præter arma & vallum, etiā dimidiati mensis cibaria portarent.
- C A P V T XVI.
- Consilium explicaturos*] Sic legitur in impressis permixtis. Aldinus tamen & nofter vetus, *Explicaturos*, quod non aq; probatur.
 - LXXIX *In locis campestribus subsistebant*] Nofter, *sustinebant*, vt aliquanto superius: *Ac nonnunquam sustinere*, extremum agmen. *Desuper protegebant*] Vox prior abest à nostro & Aldino. *In aduersarios tela coniciebant*] Sic nofter, itemque Aldinus. nonnulli *Aduersos*, placet Faerni coniectura, *Auersos*. *Tum inquirebant*] Fort. *Requirebant*.
 - XXC *Sexta eius diei*] Aldinus, & nofter, *Eiusdem diei. Relictis religionibus*] Sic nofter & Ald. Placet Faerni lib. lectio, *Eductis legionibus*.
 - XXCI *Munitiones proferunt*] Longius vallum & fossam producant. *Præfenti malo aliis malis remedia dabantur*] Vt minore incommodo maius vitaretur. *Ad id expeditiones*] Ad crebras eruptiones: quāquam Faerni lib. scriptura non displicet, vt, *Ad iter*, legamus. Et hæc de re Frontin. lib. Strat. 2. *Cæsar*, inquit, *cum exercitum Afranii & Petreij circumuallatum siti angeret, isq; ob hoc exasperatus, interfectis omnibus impedimentis ad pugnam descendisset, continuit suos, arbitratus alienum dimicationi tempus: quod aduersarios & ira & desperatio incenderat.*
 - XXCII *Praelio diffugisse*] Sic omnes lib. Ego tamen contra omnium auctoritatem legendum esse arbitror, *Praelium defugisse*.
- C A P V T XVII.
- XXCIV *Vt foeminas circummunitionis*] Sic Ald. & omnes reliqui. Nofter, *Circummunitionis*, quod magis placet.
 - XXCV *Minus conuenisse*] Quam Afranio, qui modo verba fecerat. *Se qui etiam*] Se, nimirum Cæsarem. *Quam integerrima*] Quasi vero prælio, non aliā de causā, quam vt paci consuleretur, superfederit. *Exercitum sumum*] Totus hic locus interpunctionis vitio sententiam obscurauit. Zeugna figura

est. Officium suum Cæsar præstitit. Exercitus Cæsaris præstitit. Itaque *Exercitum sumum*, id est, Cæsaris. *Suisque interfectis*] Hoc eod. lib. c. 16. (75) *Quos deprehendit interfectis*, & cap. 17. (76) *Produetos palam in pratorio interficiunt*. *Quos in sua potestate habuit*] Nofter, *Habuerit*, quod sine dubio verum est. idemque de suo Vrfinus testatur. Sed voce *Tamen* interposita multo commodior sententia videretur: ibi, *Tamen quos in sua potestate*, & c. *Conseruavit & rexit*] Hoc lib. cap. 17. (77) *Sūma diligentia conquiri & remitti iubet. Illius deniq; Afranii. Illorum humilitate*] Sunt qui reponant, *Humilitate*: quos facere imperitē, cum loci sententia, tum Cæsaris consuetudo conuincit, qui *Humilitatem* crebro vsurpat, pro infima & abiecta conditione ac fortuna. Cicero in Cluent. *Arrogantiam eius deridendam magis arbitrarentur propter humilitatem hominis*. *Iura magistratuum commutar*] Non seruari vetera Magistratuum iura, sed induci noua. *Ex pratura & consulatu*] Post praturam & Cōsulatum. *Per paucos probati & electi*] Hi sunt Scipio & Domitius priuati, de quibus sup. capite secundo. (6) *Actatis excusationem*] Quid hoc loco significet, aperuit sup. cap. 1. (3) *Mulit undique ex veteribus Pompeii exercitibus, spe præmiorum atque ordinum euocantur*. nam *Obtinere exercitus* modo dixit, pro *Ducere ordines & præfecturas habere*. *Firmum esse posse*] Quod promississent. id est, *XXCVI* quauis fidem Afranio darent, atque in eius verba iurarent, tamen se fidem non seruaturus. *Aequa facta aestimatione*] Pretio cuiusque rei *XXCVI* facto. *Introduxerunt*] Quasi controuerfarum introductione, signum sit imperii approbati.

LIBER. II.

C A P V T I.



Digit ad ostium Rhodani] Sic oēs Antiq. Nonnulli autem *Attingit* reposituerunt. Sed *Adigere* præcise dixisse videtur, pro *Naves adigere*. quæ fuit vsitata veterum locutio. *Materiamque*] *Trabes*, ad aggeris latera firmanda: *Vimina*, ad vineas contexendas. *Asseres enim*] *Asseres* hoc loco non pro tabulis vsurpat, sed pro validis sudibus, & palis cuspidibus.

præacutis. ut alibi pro trabibus, interdum pro contis. etiam pro longuris vsurpantur. L. i. lib. 4. 4. Per proclius sumpto fastigio, longi duo validi asseres ex inferiore parte in terra desigebantur. in eos transfuersi incumbentes tigni, ut pons esset, iniungebantur, humisq; insuper iniiciebantur. Solido precedebat Elephas in pontem: cuius priusquam in extremum procederet, succis asserebus collapsus pons prelabi eum leniter cogebat. Tacitus lib. 20. Eduxerant turrim duplici tabulato: q; prætoria porte propinquatem promoti contra validi asseres & incusse trabes perforerunt. Pro contis vero apud eundem lib. 30. Postremo asseres ferreo unco præfici (harpagones vocant milites) ex Punicis nauibus iniici in Romanas cepti. Et lib. 38. Arietibus muros quatuebat, asserebus falcatis detorgebat pinnas. Et mox: Falces anchoris ferreis iniectis in interiorum partem muri trahentes asserebus perfringebant.

Inter manus præferebatur] Quod vulgus dicit de manu in manu. ut alio loco diximus. Seneca de breu. vit. Cui ex balneo inter manus elatus, & in sella positus esset, &c. Noster aliis plerisque locis, per manus, dixit.

Aequandi loci causa facta] Vitiola interpunctio loci sententiam deprauat. Nam vox Facta cum insequenti coniugeta est, hoc sensu: Tectum facta ex fortissimis lignis antecedebat, aequandi loci causa. Nisi forte Soli potius quam Loci legendum videtur.

Fortissimis lignis] Equi fortitudinem Cicero dicit testatur. Ligni fortitudinem antea non legeram. Cicero dixisset Firmissimis. Vegetius tamen crebro ita loquitur.

Euoluta] Dicitur est pro Inuoluta. Cicero tamē in contraria significatione posuit, lib. de Orat. 2. Libenter enim se cognitum iam artificem, aliquandoq; euolutum illius integumentis dissimulationis sua, nudatumq; perspicio.

Ignis iactus] Posterius lutum, coria, centones, tomenta, & crates in hoc numero reponit.

Per Albicos] Homines asperos, montosos, indomitos: de quibus dictum est superiore libro, capite 8. (34)

Pauca erant arata] Hoc est, rostrata. Virgil.

Quot prius arata steterant in litore puppes.

nam ab aris rostris sic appellantur:

Inopinante Curione] Quem prætorem cum tribus legionibus in Siciliam Cæsar miserat. lib. 1. cap. 7. (30)

Vehementiusq; extereamur] Sicli. 7. ca. 16. (84) Omnia, inquit, plerunq; qua absunt, vehementius hominum mentes perturbant.

Ex publicis custodiis] Sic noster Antiquus. Magis tamen Ald. lectio probatur: Publicisq; custodiis. Nam stationes intelligit eorum qui præsidio urbi relicti fuerant.

Victoriam ab diis] Vetus ab his. ut Ver. 1. Sese iam ne Deos quidem habere, &c.

Vel externis auxiliis] Si domestica copia non sufficerent.

Quibus in pugna] Vetus. In pugando. quod æq; vt arri det.

Vite periculum cederet] Manifestum mendum. Legendum, vt in aliis, Accidere.

Magna vis eminuit] Legendum vt in nostro Antiquo, Magna vi: & vt in ceteris omnibus Antiquis Iniebant. nā ad coniunctos Albicis hoc refertur.

De improviso imprudentibus] Suspectus mihi locus: qui tamen in omnibus libris ita legitur.

Tanta re pronisa] Noster Pronisa: & mox pro Enisus, vsus: quod magis placet. nisi Tantum, vt in Ald. corrigamus.

Respectus patrie] Sic noster Antiq. Aldus tamē, vt Conspectus. quod magis placet.

Vt est rerum omnium magister vsus] Sic Cicer. 1. viii de Orat. vsus qui magistrorum omnium præcepta superat. Sed initio Luculli, quantum in re militari valeat, ostendit: & Vegetius initio lib. 1.

CAPUT II.

Plutei ac vinearum] Pluteus nunc pro machina vsurpatur: quæ vna cum vineis opposita erat ante milites, qui opus faciebant, ne telis ex oppido missis vulnerarentur. Plutei & vinearum formam sub exitum libelli adscribemus.

Laterculo] Lateribus minoribus & luto. Lateres autem crudos, non coctos fuisse, posterius ex muscoli descriptione intelligetur.

Supra eum locum tigna transversa] Sic Aldin. & plerique. Noster vero & nonnulli impressi, Duo tigna. quo modo sine dubio legendum est. Nam hæc duo tigna transversa crucis figuram (vt vulgo loquimur) habebant. Nihil ad huius turris intelligentiam æque notandum est.

Suspendere] Sustinerent tectum.

Directo transversus] Planum igitur & subiectum fuit tectum, non fastigiatum.

Asserebus religauerunt] Asseres imposuerunt, eosque clavis defixerunt. Axibus tamen legitur in quibusdam: quod non displicet.

Tegumenta perpendiculari] Sic omnes Antiqui. nonnulli impressi Præpendere, vt paulo post. quod magis probo. Quamquam Vnde, pro Vbi planius fuisset. Tegumenta autem intelligit storeas, quæ inde præpendebant, dum in contignatione superiore parietes fiebant: nimirum quia pluteorum & vinearum tectis satis muniti non erant.

Contabulationem] Tectum illud planum ex asserebus factum.

Storias autem] Storeas, legendum putarem. L. i. lib. 30. Numida præcipue arundine textis storeasq; pars maxima tectis passim nullo ordine, &c. Tres autem iccirco tantum fecit, quia tres tantum turris partes iis storeis obtexit.

Latas quatuor pedes] Id est, crassas. Nam latitudo cuiusque pedum erat triginta: quantum erat turris spatium, quo quouersus.

Traisci posse] Quia reli impetum mollius sustinebant.

Ex pars

Ex pars turris] Quantum altitudo pluteorum & vinearum passa est.

Pluteos ad alia opera] Nunc machinas intelligit.

Pluteos abduxerunt] Pluteorum nomine latius etiam vineas comprehendit: vt ex superioribus intelligitur.

Turris tectum per se ipsum] Nihil in hac structura æque notandum est, vt quod de tecto dicitur. Intelligendum est enim, illud coniunctum operi ab initio non fuisse: sed tantisper per se constitisse, sensimque cochlea subleuatum fuisse, dum opus fieret, sextaque contabulatione poneretur.

Prehensionibus] Prehensionem hoc loco accipere cogimur pro machina, qua tigna ædificiorum adhibita cochlea subleuantur: vel potius propria subleuatione, & instrumenti opere. Credo Prehensionem à Cæsare dici, quod alio nomine Pegma dicebant, tabulata quædam tacite & ex occulto quasi per se assurgentia. Seneca libro decimotertio, epistola octagesimonona. Artes ludicre suat, quæ ad voluptates oculorum atque aurium tendunt. iis ammuneres licet machinationes, qui pegmata per se surgentia excogitant, & tabulata tacite in sublime crescentia. Martial. 1. Epigramm. Et crescent media pegmata celsa via. Cum hæc iam pridem scripsissem, auimaduerti Ad. Turnebum virum eruditissimum libro Aduers. 11. capite vicesimoquarto in hunc Cæsaris locum multa scripsisse; ab his notis nostris valde dissentanea. In iis autem illud præter cetera mirum videri potest. quod ait milites hoc tectum sine vineis & pluteis prehensisse, & leuasse. quasi vero vel nunc manibus, vel antea vineis & pluteis adprehendendū vis fuerint. Sed integrum lectoribus iudicium relinquemus.

Aliam prehensionem] Sic impressi complures. Melius noster & Ald. Alia prehensione. Nam ordo est: Alia prehensione & subleuatione expediebant sibi locum ad ædificandum. Tectum enim ita subleuabant, vt de super eo tegumento muniti aduersus saxa & tela esse possent, à fronte vero, storeis.

Vt primo] Vt extrema parietum structura capitatur tignorū tegerentur.

Summam contabulationem] Tectum contabulatum, pensile, nec dum operi coniunctum.

Aequè longe] Pedum sexaginta: intus autem latebant.

Columella] Inter quas intercolumnium, id est, spatium relictum erat; cuius ab vna parte milites opus facere, & murum subruere possent: ab altera parte, si qui vulnerati essent, ex cedere, & alii recedentes atque integri succedere. Hæc postea latera nominabit.

In altitudinem quinque] Quantum hominum, qui intus latebant, altitudo poscebat.

Capreolis] Capreoli dicuntur ab architectis ligna, quæ proclinata capitibus inter se iunguntur: interiecta trabe oblonga, quam idem Canterium

appellant. His vtraque ex parte tecti fastigium sustinetur. Legendus Vitruuius lib. 10. cap. 20. vbi Testudinis formam describit.

Vbi tigna] Si trabs fuisset, Canterium, vt modo dixi, appellasset.

Tigna bipedalia] Plurali numero est vsus. quod non tam facile vnum (sexaginta pedes longum reperiretur, quam duo tricenum pedum.

Laminis clauisq; religabant] Laminam superimponebant, eamque clavis in tigna & capreolos ad actis deuinciebant.

Ad extremum] Id est, in extrema inferiore parte.

Lateres qui sisper] Nequid ignis hostium nocere possit.

Contineant] Id est, sustineant.

Lateres diluere] Locus hic ostendit, Laterem non esse glebam ex argilla igne decoctam, vt tegulam, vel imbricem. nam argilla coacta Testa dicitur, opinor; quasi testa: sed esse massam ex argilla vel luto, quæ tecto isti imposta sole induratur. quæ quia si lauetur, liqvescit, & defluit, atque incertum resolutur: inde natum Terentianum illud in Phormione proverbium videtur, Laterem lauare, pro laborem inanem sumere, operam perdere.

Tectum vineis] Vineæ antecedeabant; secundum quas musculus, sensum adigebatur.

Machinatione nauali phalangis] Id est, Phalangis eodem modo subiectis, quo in machinatione nauali, id est, in nauibus vel ex arido propellendis, vel in atidum subiacentis subici solent. Phalangis autem Cæsar Latino nomine scutulas interpretatur infra libro tertio. Ligna scilicet oblonga & rotunda, instar cylindri, quæ oneri subiecta vectibus impelluntur. Biremes, inquit, subiectis scutulis impulsas vectibus in interiorum partem traduxit. Interdum Phalanges pro fustibus teretibus vsurpantur. Plinius libro septimo, capite quinquagesimo sexto, Prælium, inquit, Afri contra Aegyptios primam fecere fustibus, quos vocant Phalanges.

Inuoluta labuntur] Non intelligo, cur non, Euo- x; lute, potius legendum sit.

A lateribus] Non lateres dicit tecto impositos: sed latera vtraque ex muscoli parte: quæ nos superiorum intercolumnia diximus.

Ab opere] Inter milites, qui intus opus faciebant, quidam interiecti erant, qui fustis & longuriis cupas illas à pedibus militum remouerent.

CLAVUS III.

Portis se fortis erumpunt] Libri consentiunt. vt verus illa fuisse locutio videatur. Et sane ita est. nā sic locutus est Cicero multis locis.

Inermes cum insulis] Liu. 29. Legati Locrensium velamenta supplicum, ramos oleæ (vt Græcis mos est) porrigentes ante tribunal, &c. Idem libro 44. Sordidati, barba & capillo promissa, cum rariis

olea ingressi curiam, procubuerunt. Loquitur de legatis Alexandrinis. Item lib. 45. vbi de Rhodiis loquitur: Vniuersi rursus prociderunt: ramisque olea supplices iactantes tandem excitati curia excesserunt.

Eiusdem generis complura] Nihil muto. Tantum testificor in nostro Antiquo scriptum esse: Eiusmodi complura. quod æque placet.

Ab hominibus doctis] Non iam literarum doctriam significat, vt quibusdã placere video. Sed Doctos dixit, pro Instructis vt li. Gal. 7. ca. 4. (10) Hi iam ante docti quid interrogati pronuntiarent. Cicero dixit, Factos, ad Att. 2. Vt, qui illis factus institutusq; venisset.

XIV Et in hostes impetus eorum] Vox Eorum superuacua est: & à libris quibusdam recte sublata.

Superioris temporis] Hoc a me non intelligi fateor, nisi legamus Superiori die, vel potius vtrunq; relinquamus. Nam quod nonnulli de Contemptione dicunt, plane absurdum est.

XV Agger comporari] Sic Ald. Noster vero Comparari. quod æque placet.

Et contestu] Noster, & multi impressi, Contestu. nimirum, in urbem.

Eadem fere altitudine] Omnes veteres Latitudine. Ego non dubito quin vtrunq; verum sit, atque hoc modo legendam: Latitudine atque altitudine.

XVI Aut vis militibus aut ignis eis nocere] Antiquus noster multo concinnius: Quia aut vi militibus, aut igni operibus noceri posset.

Turribusq; circumiri] Melius idem Antiquus, Circumueniri. Nam Circumuenire, pro Circummunire, aliis multis locis notauimus.

Propinquitate interire] Sic omnes alii. Noster multo verius, Int ererent.

CAPVT III.

XVII Fiduciariorum opera] Fiduciarium dicitur, cuius quid fidei & potestati ita committitur, vt nullo iuris vinculo, sed sola fide sit obligatus. Sic, Pater fiduciarium, Heres fiduciarium, Tutor fiduciarium, in iure appellantur, vt in Comm. verb. iur. exposuimus. & in eandem sententiam infra cap. vltimo (42) Curio. Cæsaris legatus ita loquitur: Nunquam amisso exercitu, quoniam à Cæsare fidei commissum acceperit: se in eius transiitum reuersurum confirmat. Sed Hirtius bell. Alex. capite quarto hoc verbo est abusus. Nam Fiduciarium regnum dixit, pro Vsurpatum & occupatum. Locum autem vulgaris in libris vitiose interpunctum a nobis emendatum subscribemus: Paratum enim omnem multitudinem esse, confectam radio, & puella fiduciariorum regno, dominationeque crudelissima Ganymedis, facere id quod Rex imperasset: nam Arsinoe testamento vacuam Regni possessionem occupat, &c. Lilius lib. 34. Optimum ratus Nabidi eam Lacedaemoniarum regnum, velut fiduciarium dare.

Omnibus referebat] Ita placet itaque in meis omnibus refererebat. Ita placet itaque in meis omnibus refererebat.

maibus constanter scriptum est. Vrsinus tamen, Ferebat, quod non æque arridet.

Ad Massiliam destinari. Non video cur veterum omnium scripturam repudiemus, in quibus legitur, Destinari.

Procuranda hereditatis] Moris erat, vt Senatores, quibus hereditas in prouincia relicta testamentum fuerat, legationem liberam à Senatu hereditatis persequenda causa impetrarent. Cic. Agr. 2. Hereditatem abundantiam causam, quibus vos legationes deditis, qui & privati & priuati ad negotia exierit, non maximis opibus, neq; summa auctoritate pradi: tamen auditis profecto, quam graues eorum aduentus sociis vestris esse soleant. Idem Fam. lib. 2. epi. ad Cornifici scribit, eos qui cum libera legatione proficiscebantur, lictores à prouincialibus magistratibus, & insignia ceterorum legatorum accepisse.

Perterritis ciuibus R.] Sic Ald. & multi impressi. Noster multo verius, Perterritos ciues R.

HS. cxc mill.] Id est, quatuor millia coronatorum, septingentos quinquaginta: quæ pertenuis ad Varonis negotium summa est. Quare legendum cæseo, HS. centies nonagies: & vocem Millia tollendam, vt efficiatur summa coronatorum quadringentorum septuaginta quinque millium.

Triticum modios cxx mill.] Modium in casu secundo quin sit legendum, dubitaturum neminem arbitror.

Iudicia in priuatos reddere] Iudicia de priuatorum rebus constituere, non modo iniquum non est, sed etiam prætorium. Quare nihilo probabilior Vrsini aut Octauii Pantagathi emendatio est: demirorque hoc ab illis non obseruatum. Locus enim sic emendandus est, vt sine interpunctione continenter legatur, quasi scriptum ita esset: Et iudicia in priuatos, qui verba atque orationem aduersus Rempub. habuissent, reddere: eorumque bona in publicum addicebat.

Edictum scilicet proposuerat: Si quis aduersus Rempub. (id est, aduersus Pompeium) verba fecisset, se iudicium eo nomine daturum: damnatque bona in publicum addiceturum. Quare, qui particulam, Vero, interiecerant, ibi, Qui vero verba, stultissime illos fecisse apparet. Et similis iudicii formula extat apud Lilium libro vigesimo quarto: Pronuntiarunt, verba orationemque eos aduersus Remp. habuisse, quò coniuratio deserenda Italia causa fieret. Totus autem locus, qui varie conturbatus est, ita restituendus est: Quas Cæsari esse amicas ciuitates arbitrabatur, is grauiora onera iniungebat, presidiaque eo deducebat, & iudicia in priuatos reddere, qui verba atque orationem aduersus Remp. habuissent, eorumque bona in publicum addicebat. Quod autem sequitur, Prouinciam omnem in sua & Pompeij verba per iusurandum adigebat: fateor in meis omnibus ita scriptum esse: ac testificor nihil a me immutari.

Tantum dico videri posse ex aliorum locorum comparatione vocem, Per, abundare vt sup. lib. 1. In hac verba iurat ipse: eadem iusurandum adigit Afrani-

Afranium. Vt hoc modo similiter dictum sit, Prouinciam iusurandum adigere. Cum hæc iam pridè scripserim, animaduerti Manutium ex Nicasii docti. viri coniectura reponere, Aduersus Pompeiū. quam coniecturam primum Lilius locus refellit: deinde quis nescit eos qui rerum potiuntur, semper Reip. nomine abuti?

XIX Pompeii beneficia] Insignis locus: ex quo intelligitur, quæ Langobardi Feuda nominarunt, ea Romano more Beneficia dici consueuisse: & quos illi Vassallos, hos Clientes appellatos.

Ad statutum diem] Vox Statutum abest a meo antiquo, Aldino, & aliis nonnullis: planeque repudianda est.

Per se portas Varroni clausit] Priuato consilio, nulla expectata auctoritate.

Deductis tribus] Id est, cum Varro tres in arcem cohortes presidii causa induxisset.

XX Voluntate prouincia reperiebatur] Noster & Aldin. Voluntas prou. reperiebatur: quod probo.

In Italiam venturum promississet] Italiam recte iam pridem Rhellicanus restituit. Faernus nuper, Pronuntiasse. Plin. lib. 3. c. 1. Oppida Hispanensis conuentus, Celtica, Axatiara, Arruci, Menoba, Ilipta, cognomine Italica.

XXI Pedibusq; Narbonam peruenit] Pedibus & Pedestri itinere dicebant veteres, pro eo quod iam dicimus Terrastris. Sic infra c. 6. [32] Eoq; illos compulerim, vt neq; pedestri itinere, neq; nauibus commeatu iuuari possint?

Legem de Dictatore] Dio lib. 41. scribit, M. Æmilium Lepidum, eum qui postea Triumuir factus est, huius anni Prætorem populo persuasisse, vt Cæsarem Dictatorem facerent. Plutarchus a Senatu dictum, & dies xi gessisse.

CAPVT V.

XXII Panico vetere] Frugis genus, de quo Plin. lib. 18. c. 7. & 10. Panico Galia quadam, præcipue Aquitania vititur.

Dedere sine fraude] Antiqua locutio, pro Vere & ex animo. Liu. 41. Vt prætor sine fraude, cum de bello aut pace agere velit, aduocet consilium. Idem 24. Nihil præterea cura Consule pacti, quam vt sine fraude Punicum emitteretur presidium.

Que missu Bruti] Sic Aldinus & complures impressi. Noster Iussu. quod etiam in quibusdam impressis rectissime legitur.

Pro nomine & vetustate] Noster, Pro nomine vetustatis. De Massilia autem antiquitate Strabo multa præclare, itemque Cicero Orat. pro Flac. Quemadmodum autem conseruauit, docet Orofius his verbis, Cæsar Massiliam rediens obsidione domitam, vita tantum & libertate concessa, ceteris rebus abstraxit. Plutarchus in Solone Massiliam a mercatore conditam, memoriz prodidit.

XXIII Remulco abstraxit] Laz. Bayfius putat fictū verbum ex Græco ῥυμουλακῆν, quasi ῥύμουσι ἰλακῆν, funibus trahere: cū funibus illigata nauis e scapha trahitur. Sic infra lib. 3. Submersam nauem remulco, multis contendens funibus, eduxit. Sed si hoc verum est, inflexam fuisse consuetudine pronuntiationem oportet. alioqui Rymulcare, vel Rumulcare scribendum fuisset. Sext. Pompeius, Remulco (inquit) est cum nauis magna scapha remis trahitur. Itaque Nonius a remis & mulcendo deduxit: quasi nauis leni tractu ad progressum mulceatur. Liu. lib. 25. Marcellus nocte nauim onerariam cum armatis remulco quadriretris trahi ad Acradinam iussit. Idem lib. 32. Tarde inde ad Maleam trahendis plerumq; remulco nauibus peruenit. Video sane pro fune vsurpatū, quo deligata nauis trahitur. vt apud Valgium potestam veterem:

Hic mea me longo succedens prora remulco Latratem gratis sistit in hospitibus. Regnum Iuba publicauerat] Iuba Hiempsalis filius, Rex Numidiæ, Pompeii partes secutus est. Curio cum Tribunus pl. esset, legem tulerat, eius regnum vt populo R. addiceretur. A Pompeio Rex appellatus, a Cæsare hostis iudicatus. Dio lib. 41. Exercitus conclamatione] De hoc more Imperatoris appellandi, abunde dixi in Præf. Instit. Iuris. Appianus quidem lib. de bell. ciuil. 2. hanc eandem historiam commemorans, subiungit, honorem hunc olim tribui solitum ducibus, ob quoduis præclarum facinus militare. sua autem ætate nemini concedi, nisi qui x hostium millia vno proelio cæcidisset.

Auribus Vari seruiunt] Seruire auribus, idem est, quod loqui ad gratiam.

Supra demonstratum est] Supra lib. 1. ca. 5. extre- mo. [18] Traduxerat Curio] Sic Ald. & aliquot impressi. Video tamen esse qui vocem Curio suis in libris sustulerunt: quos facere perperam & huius loci sententiam corrumpere, non difficile intellectu est. Cæsar enim cohortes amplius xxx Corfinio capto receperat, & sacramentum apud se dicere iusserat. Supra lib. 1. c. 5. [23] Eas igitur tres legiones Curio secum in Africam traduxerat. Planior tamen esset sententia, si pro Legioneq; vetus liberemendaret, Quo legiones.

Apud Domitium] Quem Corfinii præfuisse dictum illo lib. c. 5. [15] Atq; in castris Curionis] Ante hæc verba desiderari quippiam necesse est. Ac plane tota hæc fere pagina mendose descripta est.

Magnum omnium incessit timor] Sic omnes lib. Legendum tamen putarem, Omnes, vel Omnium mentes.

Aliis alii tradiderat] Sic Aldin. Noster tamen, Atq; illi aliis ediderant. quod non minus arridet.

Ciuile bellum] Locus sine dubio mendosus: atque, vt opinor, sine veteris ope codicis, insanabilis.

Commilitescit] Alterum item mendum, & opis eiusdem indigens.

C A P V T VI.

XXI Huiusmodi militum] Noster, Hi militum. Locus hic eiusdem opis indiget.

Circumuentos a suis] A tribus legionibus Domitianis, quas Caesar sacramentum apud se dicere iusserat.

XXII Aut pudore aut metu] Similis prope sententia sup. lib. 1. cap. 14. [7] Perterritus miles in civili disensione timari magis, quam religioni consilere consuevit.

XXIII Dimisso concilio, concionem aduocat] Puto me a libi docuisse Concilium esse, cum Legati & ceteri qui cum potestate aut imperio sunt, in consilium adhibentur: Concionem, cum ad omnes milites oratio habetur. Sic ad Herenn. 3. Si quam rem in concione, aut in concilio faciendam censebimus.

Vestri facti prauidicio] Modo dixit, Auctoritate. Vtrumque tum dicitur, cum alicuius factum alii pro exemplo sequuntur.

Incerta victoria] Ita legendum est sine dubio: quamuis in nonnullis legatur Certa.

Capitis minutione] Acerbe, quasi Domitius qui in Caesaris potestatem venerat, seruus aut certe didicitus eius factus sit. Sed hoc elatorie dictum est. Nam, ut ait Vlpianus, in civilibus disensionibus, quamuis saepe per eas Resp. ledatur, non tamen in exitum Reip. contenditur. Quare qui in alterutras partes discedunt, vice hostium non sunt, inter quos iura captiuitatum & postliminiorum sunt. Liuius lib. 22. Imo desiderate, dum patria est, dum ciues eius estis, sero nunc desideratis diminuti capite, ab alienati iure civium serui Carthaginensium facti.

Neque pedestri itinere, neque nauibus] Locus hic ostendit, quod superius aliquoties diximus, Iter pedestre dici ab antiquis solitum, pro eo quod vulgus dicit, Terrestre.

XXIII Consensus suo] Faernus, Suorum. Ego, Summo, legendum arbitrabar. sed Faernum locus duabus paginis interiectis adiuuat, in quo ita legitur, Itaque suorum omnium consensu Curio reliquas copias expectare parabat.

C A P V T VII.

XXIV Amissis equis] Mendum quidem turpe, sed multo turpius est, a nullo adhuc emendatum. Corrigen- dum est, Admissis. qua locutione & hic noster alibi est usus, neque vlla prope apud auctores frequentior est, pro Incitatis. Hac cum ante annos decem scripsissem, animaduerti postea in quibusdam nouis impressis locum hunc emendatum fuisse.

Praoccupatis animis] Vrsinus, Praoccupatus animus, & mox, Cogitabat, cui propterea non assentior, quia multis locis Caesarem ita locutum animaduermimus, nonnullos etiam notauimus.

XXV A fugientium] Omnes antiqui A: quod rectissime Vrsinus commutauit in Hac cum aspiratione.

Atque iter impeditur] Nonnulli, Atque impediuntur.

quod perspicue rectum est. Significat enim cum hominum multitudine receptus impediretur, turba oppressos interisse.

Castris expellerentur] Vetus, Pellerentur, quod magis placet.

Atque vulneratis] Vrsinus affirmat legi in suo libro, Ac mille vulneratis. Ego scripsisse Caesarem arbitror, Aut vulneratis.

Vallo circummunire] Omnes antiq. & Ald. Circumuenire. quo verbo quam plurimis aliis locis vsum Caesarem adnotauimus.

Conuentus qui conitare] Recte sic: cum alii Conflarent reposuerint. Nam conuentum vnus opidi significat. Ex variis autem generibus, id est, vel ex variis municipiis, vel ex variis hominum ingeniis, quorum alii Caesaris rebus fauebant: alii aduersabantur.

Equites conuenit] Sic omnes antiq. Video tamen in quibusdam recentioribus Inuenit. quod magis probo.

Insolenter quidem, sed libenter] Sic plerique. Magis tamen Aldina probatur, Vt de suis homines laudibus libenter praedicant.

Spolia praeferebantur] Legendum putarem, Praeferebantur.

Homines equitesque producebantur] Fortasse, Equitibus.

Curionem ab spe morabatur] Noster Antiq. Aldinus, multi impressi, Ad spem. quod cur mutetur, causam non video. Nam idem est, ac si dixisset, Curionis spem morabatur.

C A P V T IIX.

In aciem immittit] Idem libri, Mittit. quod sine dubio rectum est.

Parentes suos commendabant] Commendare, verbum extremo vitae tempore usitatum. Cicero de Orat. 1. Filios suos paruos tutela populi R. commendaret. Et de fin. 2. Nam ista commendatio puerorum, memoria est charitas patriae. Loquitur de testamento Epicuri, quo Metrodori liberos commendarat. Item lib. 3. Quorum uterque tibi testamento liberos suos commendauit. Hirt. de bell. Afr. Ipse omnibus rebus diligentissime constitutis, liberis suis L. Casari commendatis, ferrum in cubiculum tulit, atque ita se traiecit. Cicero Offic. 3. Et is qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum, causa postulauisset.

Si quos ex eo periculo] Si quos amicos, notes, commilitones.

Vt in reliquis rebus] Sic omnes antiqui, quos mihi videre licuit. Vrsinus testatur in suo scripto, Vt miseris in rebus. quod Vasconius Lutetiae impresserat xxx abhinc annis.

Paucis lenunculis] Hos etiam Lembunculos appellat Grammatici, & eosdem esse dicunt, qui & Lembi appellantur: hoc est, nauiculas piscatorias. Nonius exempla profert. Tacitus lib. 14. vbi de Agrippina Neronis matre loquitur, Nando, inquit, deinde

deinde occursum lenuncularum Lucrinum in lacu vestam villa sua inferunt. Ammianus lib. 16. Auido, inquit, flatu ventorum lenunculo se commississe piscantis.

XLIV Legatis cum Centurionibus] Sic noster vetus. Aldin. tamen, Legatorum numero centurionibus. quod magis placet, quae dixisset, Pro legatis, vel Legatorum loco.

L I B E R III.

C A P V T I.

Dictum enim a M. Emilio Legato praetore, superius ostendit lib. 2. c. 4. [21] Per leges] Per legem Corneliana L. Sylla latam, ne cui eundem magistratum, nisi decennium intercessisset, petere liceret.

Appianus de bello ciu. Tantum autem a primo impius Consulatu intercesserat.

Fides esset angustior] Ipse interpretationem subiecit. Cicero in Manil. sic fere locutus est. Nam cum in Asia res magnas permulto amiserunt, scimus Roma solutione impedita fidem concidisse.

Arbitri darentur] Dio lib. 41. Sorte deligerentur.

Aestimationes possessionum] Planus haec Sueton. De pecuniis mutuis, inquit, disiecta nouarum tabularum expectatione (qua crebro mouebatur) decreuit tandem, ut debitores creditoribus satisfacerent per aestimationem possessionum, quanti quascumque ante civile bellum comparassent, deducta summa aris alieni, si quid usura nomine numeratum, aut perscriptum fuisset; qua conditione quarta pars fere crediti deperibat. Atque hoc nimirum est, quod Plutarchus significat in vita Caesaris, cum ita scribit, & οὐκ ἔστιν ἡντιμωτατος χρησθησιν οὐκ ἔστιν. Quod autem Dio 41. scribit, Caesarem tulisse, nequis vel in argento, vel auro plus pecunia possideret, quam LX sestertium, non intelligo. Multo commodius Appianus, qui belli ciuil. 2. sic scribit, τὰς μὲν δόσεις πᾶσι ἐκ ἑδωκας, πηνηταὶ δὲ ἄνδρων ἀπὸ φηνης οἱ εἰς τὰς χηρῆσιν τῆς δουλείας ἐκ τῆς χρημῆτων δίδεναι. Nonas quidem tabulas non concessit: aestimatores vero possessionum constituit, quibus oportebat debitores creditoribus pro pecuniis satisfacere. De simili ratione Aestimationis, Liuius libro 7.

Rogationes ferentibus] Ipso auctore & impulsore Caesare: qui ea ratione gratificari populo volebat: ut mox dicit.

Ambitus Pompeia lege] Huius capita exposui in indice Legum Rom. vbi Pompeiam de Ambitu nominauit.

Singulis diebus] Vna actione, non pluribus.

In otio ciuili belli] Sic Aldinus. vitiose, sine dubio. Legendum Inotio, ut in multis impressis.

Suffecissent] Turpe mendum parua litura corrigitur, Suf fecissent. Et ita video iam in multis impressis.

Iudicio populi] Qua de causa leges illas rogandas curauerat.

Feris Latinis] Celebrabantur a Latinis ciuitatibus xlvj, quae cum populo R. in Albanum montem quotannis conueniebant: Dionys. lib. 4.

xj dies tribuit] Idem scribunt Plutarchus & Appianus.

Hoc unum inopia nauium] Totam hoc, Inopia nauium, ex glossa videtur in contextum irrepsisse. Tamen non inopia fuit, sed copia.

Vacuum atque otiosum] Suspicio de mendo. Non enim tempus aut spatium temporis otiosum, ut opinor, dicitur. Quare videndum, an Vacuus & otiosus potius legendum sit.

Societates earum prouinciarum] Societates publicanorum, qui in illis prouinciis negotiabantur, & Vectigalia exercebant.

Mercenarias duas] Noui libri, Sexcenarias. quo verbo necesse est significari sexcentos in cohorte fuisse: cum legitimus vulgarium numerus quingentorum esset. qua de causa Quingentaria dicebantur. quoniam prima Milliarum ex eo numero vocaretur. Paucis tamen post verbis Mercenarias ab iis, qui vel imperio, vel gratia comparati fuerant, distinguit.

A. Gabinius] Cui Ptolemaei Regis reducendi potestas data fuerat.

C A P V T II.

Terram attingit Graec.] Duo lib. veteres, Germanorum, sed P. Victorius vir doctissimus Variar. 13. c. 1. docuit legendum esse Cerauniorum.

Iussu D. Laelii praerit] Hic spiritus sustinendus, & puncto distinguendus locus. ut intelligatur Minutum Rufum iussu D. Laelii praefuisse.

Iracundia erupit] Potest disputari pronomen sua, positiuam esse pro ipsius: sed tamen relinquatur nomen Naetiae, cui verbum nullum respondebit.

Nam ad verbum Erupit referre, nulla ratio est. Consulendus igitur liber aliquis antiquus: ecquis meam hanc coniecturam confirmet. Nam cum Caesar hoc loco Bibulum, dissimulanter tamen, perstringat: fieri potest, ut Iracundiam expuit, facere dixerit. Quo verbo Terentius est usus, Quasi vbi illam expueret miseriam ex animo. De Bibuli autem iracundia paulo post cap. 4. [16] iterum mentio fit.

Indiligentia vero, pro Diligentia, quod Vrsinus ex suo lib. restituit, incredibile dictum est, quam mihi proberetur. Serius enim Bibulus eis occurrerat. Videndum etiam an Iracundiam in quarto casu legi possit, retento verbo erupit, ut apud Terent. in Eunucho, Tamne erumpere hoc licet mihi gaudium? pro expromere, & quasi diu cohibitum emittere.

Complexum veniret] Sic noster & Aldin. Facete autem Bibulum eludit. pro, In Caesaris manus, aut potestatem. Itaque mendose in multis libris legi-

tur. Si in conspectum Caesaris venire possit. Duabus igitur de causis excubabat, primum ut Caesaris, si posset, naudem aliquam interciperet: deinde ne ipse interciperetur. Nam vitæ sublidium ac misericordiam a Cæsare nullam expectabat.

ix. Sese munierunt] Noster. His sese munierunt. quod placet.

Re frumentaria laborabant] Noster, A Re. quam veterem esse locutionem, nemo ignorat.

Præfectis mulierum criminibus] In nervorum inopia subsidium hoc fuit: vt obfessi mulierum capillis formata efficerent: quod in Capitolii obfidione factitatum Vegetius scribit lib. 3. ca. 9. Et de eadem est apud Iul. Capitolinum in vita Maxim. & Plutarchum in lib. de scenore.

Hiems appropinquabat] Nihil mutandum. nam hæc fuit orationis ἐπιλογία, a capite, Sed post discessum Liburnarum. Domitius enim prius hoc incōmodum accepit, quam ad Pompeium cum Liburnis naui bus veniret.

C A P V T III.

x. Vibullium Rufum præfectum] Hunc, opinor, significat præfectum fabricum, quem Att. c. 9. epistola 8. scribit cum Cn. Magio altero præfecto in suam potestatem venisse.

Ad Corfinium] Lib. c. 5. [23]

Iterum in Hispania] Hoc nominatim quidem demonstratum non fuit, sed in Hispaniam a Pompeio missum ad tres ipsius legatos, Afranium, Petreium, & Varronem, lib. i. cap. 8. [24] Cum autem Afranius & Petreius in Cæsaris potestatem cū suis omnibus copiis venerunt, vult intelligi, in eo numero hunc quoque fuisse.

Africanum exercitum] Sanc Afranius scriptum est in meo antiquo: ut de suo Vrsinus testatur. sed mendose, ut opinor. Nam etsi Cæsari se Afranius milites dederant, tamen non hoc incommodum Cæsaris, sed Lucrum numerabitur. Recte igitur Africanum exercitum præter Curionem numerat. quia præter Curionem, qui Imperator appellatus fuerat, multo maxima pars ipsius exercitus in Africa interierat.

Roma a Senatu & a pop.] Non videtur æqua cōditio, cum Cæsar in Senatu, & plane in populo dominaretur.

Et Reip. & ipsis] Totus hic locus ita mendosus est, ut sine veterum codicum auctoritate sanari facile non possit. Faernus restituere, Expedire. sed quam consentaneum illud videtur, Placere si uterque: pro Ut uterque, deinde illud Necessario iudicio, quid significat? etiam illud, Si uterque iurasset fore virumque contentum.

Triduo proximo] Paulo aliter Plutarch. Si inter se congressi exercitibus intra diem tertium dimissis reconciliata gratia & iureiurando dato, in Italiam redirent.

xi. Gracos murum ascendere] Locus mihi integer minus videtur, neque Vrsini emendatione indigere.

Contra imperium populi R.] Primum nulla lege id erat prohibitum, deinde non Imperium, sed Imperatorem dixisset. Quare non dubito quin Imperatorem legendum sit.

Simulac Caesar] Vrsini emendatio nondum mihi satisfacit: potius enim scripsisset Dicitur est, quam Dicebatur. Itaque quod iam aliquot locis obseruatum est, verum hunc suo loco motum arbitror, ibique collocandum, Cognitis iis rebus quæ erant Oriei atque Apollonia gesta, simul quod Cæsar appropinquare dicebatur, Dyrrhachio rimens, &c. Placet autem quod Vrsinus restituit Terroris.

Princeps Labienus] Hic est T. Labienus, qui cum Cæsaris legatus in Gallia fuisset, & res magnas gefisset, initio ciuili belli a Cæsare desciuit, seseque Pompeio adiunxit. Cic. ad Att. 7. epist. 11. Labienus ab illa discessisse, propemodum constat. Si ita factum esset, ut ille Romam veniens magistratum & Senatui Roma offenderet, magno vsui causa nostra fuisset. damnasse enim sceleris huius amicum Reipublica causa videretur. Et epist. seq. Labienum quæ iudicio faciunt, iam diu ciuile nullum præclarium, qui ut aliud nihil, hoc tamen profecit, dedit illi dolorem. Dio. lib. 41. scribit, cum discessionis causam hanc habuisse, quod cum opibus & gloria creuisset, maiores sibi spiritus sumperat. qua de causa Cæsari suspectus, atque inuisus esse coeperat.

C A P V T IV.

Perfecto occupato itinere] Vet. noster & Ald. Profecto. Vrsi. sc. ibi restituit a Statio Profectus. quod non displicet. magis tamen placeret, Profectionis occupato itinere. Nam significat anteuertente Pompeo iter ad Dyrrhachium præoccupatum fuisse.

Benemerit a ciuitates tutæ essent presidio] Ita est in omnibus, quos vidi, libris. Faernus restituit, Ciuitati esset presidio: quasi vero de vnica Apollonia, ac non de finibus Apolloniatum loquatur. Plin. lib. 3. c. 23. Cuius in finibus celebre Nymphæum accolunt Barbari, Amantes, ac Bulliones.

Sub pellibus] Dixi lib. Gall. 3. c. 8. [29]

Quantum nauium] Id est, quantum quod nauium habebat, passum est. nam Faerni emendationem non intelligo.

Nudanda litora] Nudari litora dicuntur, siue ab hominibus relinquuntur, siue ab aqua. Tacitus. l. b. 5. Flatibus Etesiarum implentur vada, hybernus Austro renouit fluctus, pulsosque introrsus freto, breuia litorum nudantur.

Profectum aliquid Bibuli mandatis] Antiquo noster, & Ald. Perfecturum aliquid de Bibuli mandatis. Iam pridem credidi reponendum esse Vibullii, quæ superioris capitis initio [c. 10.] dictum est a Cæsare legatum de pace ad Pomp. missum. In eaque sententia video quoque nonnullos esse. Sed postea veritus sum ne non satis commode Legati mandata dicerentur, nam & supra & infra vbi que Cæsaris ipsius mandata hæc appellantur. Eo accedit, quod nondum exposita hæc fuisse a Vibullio mandata videntur.

xii

xiii

xiv

xv

C A P V T V.

videntur. Nam pag. seq. Vibullius, inquit, sedato tumultu de mandatis Cæsaris agere instituit. Perexigua fortasse mutatio integritatem huic loco restitueret, si Perfectum iri aliquid Bibuli mandatis legeremus. ut mox, Missuros ad Pompeium, atque illum reliqua perfecturum, hortantibus ipsis. Sic infra c. 12. [57] vbi simili de negotio agitur, Scipionem, inquit, ea auctoritate esse, ut magna ex parte compellere, atque errantem regere possit. Sperabant ergo fore, ut si Bibulius, cuius tanta erat auctoritas, aliquæ e suo numero ad Pompeium mitteret, multum ipsius mandatis proficeretur. Nam Pompeius imperii partem Bibulo concesserat: neque quisquam erat, qui maiore odore Cæsarem prosequere etur.

xvi. Butrotum opidum Corcyra] Sic Aldinus. Corrigendum Oppositum. Plin. lib. 4. c. 12. Insula autem ex aduerso Thesprotia Corcyra a Butroto xlii millibus passuum.

Reliqua perfecturum] Noster antiquo. Reliqua per se acturum. quod placet, cum modo dixerit, summam omnia rerum ad illum delatam.

xvii. Nihilominus tamen] Vox Tamen abest a meo antiquo, & recte abest, sententiaque manet integerima.

Periculum præstare] Promittere legatos ad Pompeium sine periculo ituros, & ad Cæsarem redituros.

xviii. Beneficio Cæsaris] Idem de Rege Alexandrino scribit Seneca li. de consol. ad Mart. Quis erat, inquit, turpius, quam Pompeii viuere beneficio Regis? Nisi cum in Italiam] Placet Vrsini emendatio, ut vox Nisi tollatur: si modo veruatum librum auctorem habet. Alioqui legendum putarem, Si cum exercitu in Italia ex qua profectus sum redactus existimabor. Nam Lucanus aliud in tempus hanc Pompeii orationem conferens, & aliquantum inflectens sententiam ita loquentem eum facit:

nunquam me Cæsaris, inquit, Exemplo reddam patria, nunquamq; videbit Me, nisi dimissa redeuntem milite Roma, &c. Sed hic aliam secutus sententiam Pompeius videtur.

xix. Afrigitinis ab saltu Pyrenæo] Sertorianos significat. Docet autem hic locus etiam inter fugitivos & ciues iurisdictionem communionem intercedere.

Auditus] Ita est in Ald. mendose, ut cuius perspicuum est. Legendum, ut in nostro antiquo, & aliquot impressis, Milibus factis, auditum responsum est.

Admodum tuto] Ne hoc quidem admodum placet, videturque desiderari verbum Impetraturum.

Summissa oratione] Non video quomodo vel flumine interiecto loqui summissa oratione posset, vel Altercandi verbum cum oratione summissa aut exitu colloqui turbulento conueniat.

Orationem interrumpunt] Noster antiquus, Interrumpunt. Quintil. lib. 6. c. 4.

Pax esse nulla] Noster antiquo. Pax esse non potest.

Rufus Prator] Liuius Epit. 3. C. Cæcilius Rufus xx prator cum seditionis in urbe quam maxime concitaret, nouarum tabularum spe plebe sollicitata, abrogata magistratu, pulsus urbe Miloni exul, qui fugitiuorum exercitum contraxerat, se coniunxit. Vterque cum bellum molirentur, interempti sunt. Hæc ille. Fuit autem hic Rufus, prætor, ut opinor, peregrinus. Erat enim ius inter se collegis intercedendi. Simillimumque video in Verr. 3. locum, ad quem etiam hunc nostrum in Commentariis accommodaui. Itaque L. Piso, inquit, multos codices impleuit earum rerum, in quibus ita intercessit, quod ipse alitor, ut edixerat, decreuisset, quod vos oblitos esse non arbitror, qua multitudo, qui ordo, ad Pisonis fellam isto prætoris solitus sit conuenire. quem iste collegam nisi habuisset, lapidibus cooperatus esset in foro.

Causa debitorum suscepta] De quibus dictum est sup. c. 1.

Initio magistratus] Legendum arbitror, Initio magistratu.

Per arbitrium fierent] Noster, Per arbitrium, quod idem Vrsinus de suo affirmat. Sed plures adhibitos arbitros superius dictum est.

Præsens consilium uerax] Huius lib. 3. c. 1.

Sexies seni dies] Obscurus mihi locus. Videndum an ita emendari possit, Sexies senis Idibus. primum quia constat Idibus solui pensiones solitas. unde illud Horatii,

Omnem relegit Idibus pecuniam.

Deinde quæ spatium hoc esset triennii, ut menstrue pensiones essent. Cælius ergo legem tulit, ut creditæ pecuniæ soluerentur sine usuris, non semel, sed pensionibus ita diuisis, ut intra triennium persoluerentur: quæ fere illorum temporum consuetudo fuit. Liu. lib. 6. Creatique Tribuni C. Licinius, & L. Sextius promulgauere legem de ere alieno, ut deducto eo de capite quod usuris pernumeratum esset, id quod superesset triennio æquis portionibus persolueretur. Hæc de bell. Afr. Itaque bis mille H. S. his imposto, ut per triennium sex pensionibus populo R. soluerent, &c. Liu. lib. 7. Semuniarium tantum ex unciarum foenus factum, & in pensiones æquis triennii. Nunc video Manutium mendum quoque animaduertisse: & pro Sexies seni dies, reposuisse Sex pensionibus. Longe a vestigijs usitæ lectionis. sed integrum Lectoribus iudicium relinquo.

Ab Rep. remouendum] Diximus lib. i. hoc esse, xxi quod antiqui Circumscribere dicebant: cum alicui cura & foro interdicere.

Eo in Italiam euocato] Scripsisse Cæsarem arbitror, Eum euocatum: nisi vocem Quod, tollamus, & ut in meo libro est, legamus, Reliquias quas habebat.

Visæ proditione opidi apparere] Nonnulli impressi, Et familia Neapoli visæ, atque proditio opidi appareret. Quo melius nihil sine ope librorum veterum afferre possumus.

XXII. Ea qua faceret] Subauditur, Quibus scriberet ea qua faceret, &c.

Per Bibulum delata] Sunt qui Vibullium reponant: quem a Cæsare legatum de pace ad Pompeium missum, dictum est initio c. 3. [10] Sed hoc nemo probabit, qui meminerit Vibullium non Pompeii, sed Cæsaris legatum fuisse. deinde non paucis illis diebus hæc significare Milonem sibi a Pompeio per Bibulum nuntiata, sed iam tum cum per Italiam Bibulum copias cogebar.

Eo cum a Q. Pedio] Legendum videtur, Et pro Eo. Praetorem autem cum legione cur dicat, non intelligo, nisi forte illum ei oppido cum legione vna præfuisse significet.

CAPUT VI.

XXIII. Omnium litora] Omnia litora legendum arbitraret.

Clausos tueri] Ald. Teneri. Noster, Tenere. quod probat.

XXV. Sive ad litora] Ald. Et ad Oricum, sive ad litora. Vetus noster valde placet, Ne occasionem nauigandi dimitterent: si vel ad litora Apolloniatiū cursum dirigere, atq; eo naues eicere possent.

XXVI. Q. Coponius] Hunc Cicero Caium appellat lib. de Div. i. vbi quædam ad hunc locum pertinentia subiungit, quæ subscribemus. C. Coponium ad te venisse Dyrrhachio cum pratorio imperio classi Rhodiæ præisset, cum primis hominem prudentem atque doctum: eumque dixisse, remigem quendam ex quinqueremi Rhodiarum vaticinatum, madefactum iri. xviii. diebus Graciam sanguine: rapinus Dyrrhachii, & consensionem in naues cum fuga, fugientibus miserabilem respectum incendiis fore: sed Rhodiarum classi propinquum reditum ac domum iriorem dari, tunc neq; ipsum non esse commotum; M. q; Varronem & M. Catonem qui tum ibi erant, doctos homines vehementer esse perterritos: paucis sane post diebus ex Pharsalica fuga venisse Labienum: qui cum interitum exercitus nuntiasset, reliqua vaticinationis breui esse confecta. nam & ex horreis direptum effusumque frumentum, vias omnes, angiportusque constrauerat, & vos naues subito perterriti conscendistis, & nocte ad opidum respicientes, fugantes onerarias, quas incenderant milites, quia sequi noluerant, videbatis: postremo a Rhodiæ classe deserti, verum vatem fuisse sensistis.

XXVII. A nostris distraberetur] An pro Subleuaretur, e naufragio eriperetur?

XXIX. Pontones quod est genus] Naues traiciendis fluminibus idoneæ, quos, opinos, Buccos hodie appellamus. A ulon. in monosyll.

In tribus in geminis constratus ponto sit, an pontes. Isidorus Pontonium appellat. Gell. lib. 10. c. 25. Pontones.

CAPUT VII.

XXX. M. Crassum interfecerant] De quo est apud Flor.

& in Epit. Liuii.

Columnaria, ostiaria] Tributum in singulas columnas, in singula ostia. Cic. Attic. 1. Columnarium vide ut nullum debeamus. Idem lib. Fam. 3. epist. 8. Ne in venditionem tributorum, & illam acerbissimam exactionem, quam tu non ignoras, capitum atque ostiarum inducerentur sumptus minime necessarii.

Singulis cum imperio perficiebatur] Sine dubio legendum, Singuli cum imperio perficiebantur: quavis ita sit in omnibus, quos vidi antiquis.

Suo etiam priuato imperio compendio seruebant] Sic Aldia. & multi impressi. Ac disputari posset sensum hunc esse: vt suo compendio seruirent; idque priuato imperio. Sed assentior iis qui in nonnullis impressis vocem Imperio sustulerunt, nisi forte veteris mei libri scripturam probemus, Imperio compendioq;. Vt facere ita locutus sit. pro, Non modo publico imperio, quod eis mandatum fuerat, sed etiam suo priuato seruebant.

Honestæ præscriptione] Cicero dicere solet Nominæ. Alii, Prætextu, aut Colore.

Vniuersis imperatis] Cum pecuniæ non singulis, sed vno nomine vniuersitati imperantur. Hirt. de bell. Afr. Petieruntq; a Cæsare, vt vniuersis trecentis vno nomine pecuniam imperaret.

Donationem esse dicebant] Prolatio diei species donationis est: quia vt plus petit, qui ante diem petit, ita minus soluit, qui tardius soluit.

Vestigal pro mutuo] Prius pecunias exegerant, nunc vestigal ipsum, id est, decumas. Videndum tamen an Promutuum vno verbo legendum sit; quod esse verbum Iuris in Comment. eorum verborum docuimus: cum pecunia repræsentatur, id est, antequam debeat, per soluitur. Sic paulo supra, Debitam biennii pecuniam exegerat: & ab eisdem insequentis anni mutuam præceperat. Ex quo intelligitur Promutuum esse, cum mutua pecunia præcipitur, quæ nondum debebatur. Quod Gallice dicimus, Aduancer.

Ceterasq; eius Dea statuas] Vrsinus corrigendum putat, Ceterasq; ei rei die constituta. sed mox dicit. Præsentem exactam, neque diem constitutam. Legendum puto Ceterasq;: vt aureæ & argenteæ intelligantur.

Naupacto relictis] Sic Aldini & antiqui. Corrigendum, Reiectis. vt in quibusdam impressis.

CAPUT VIII.

Duobus amissis] Sic omnes quos videre licuit, tū manu scripti, tum impressi. Corrigendum, vt in nostro Antiquo, Nostri duobus amissis, &c.

Ab Acilio] Recte ab aliis notatum est vel Caninio, hîc, vel superius, Acilio legendum esse.

Ad libram turres] Facere turres ad librâ, opinor, est facere turres eadem altitudine qua sunt aliæ cæ, quibus conferuntur. Vnde Librare aquam veteres dicebant, cum altitudo loci vnde ducebatur, cū equo ducebatur, quasi libra imaginaria conferebatur.

tur. Turres enim in nauibus extruēbant, quibus milites per machinationes quâdam in oppida maritima inferebant. Vnde illud Virgilio:

— credas innare reuulsas
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos,
Tanta mole viri turritis puppibus instant.

CAPUT IX.

XLI. Parua parte noctis itinere intermisso] Nihil mutuo. sed scio Cæsaris consuetudinem esse, vt Paruam partem dicat. velur de bello Gall. 5. Qui magnâ partem omnis temporis in his locis fluere consuevit.

XLII. Secundo usus consilio] Cepit consilium, quod erat ordine secundum.

XLIV. Nostri perpet. n. n. videbant] Noster antiqui. Habebant, quod multo certius est, quam ex Faerni coniectura iungantur. sed præterea vox Qui, vt in quibusdam impressis, necessario interponenda est: hoc modo, Nostri qui, &c.

Illi interiore spatio] Sic Ald. Noster, In minore, quod minus placet.

Ex subcoactis] Laz. Baysius Subcoactas interpretatur, quæ apud Vlpianum Coactas, sermone Gallico Feltra dicuntur. de quibus Plinii locum hunc profert ex lib. 8. ca. 48. Lana & perse coacta vestem faciunt: & si addatur acetum, etiam ferro resistunt: imo vero etiam ignibus nouissimo sui purgamento, quippe abenis polientium extracta, in tomenti usum veniunt.

XLV. Occupandis præsidis] Occupare præsidia est locum castello faciendo, & præsidio imponendo idoneum capere, & in ea re celeriter hostibus anteuertere. Alibi dicitur Occupari locus præsidis. Hirt. bel. Afr. Loca q; idonea opportunaq; complura præsidis occupare.

Recipere se iussit] Noster, Statuit. quod idem de suo Faernus testatur.

XLVI. Subito conspicati] Faerni. Constipati. quod valde probat.

CAPUT X.

Aduersus pilum] Manut. Cliuum. quod verum arbitror.

XLVII. Superiore anno in Hispania] Libro I. cap. 14. 15. [48 & c. 51.]

Ad Aleiam] Lib. 7. c. 12. [74]

Ad Auaricum] Lib. 7. c. 3. [17]

XLVIII. Appellatur Chara] Sunt qui Carus reponant, & ἡγορὰ designari vident, de quo Dioscorides lib. 1. c. 66. quasi vero Carii aut Cari & nomen & vsus Romanis ante hoc Valerii iuuentum incognitus fuisset. Præterea Plin. lib. 19. c. 8. vbi hanc Dyrrhachini cibi historiam narrat, aliquanto post Careum ab illo diuersum commemorat. Charam igitur Cæsar appellatam hanc radicem scribit, nimirum ab incolis & Dyrrhachinis. alioqui non dubium est, quin Carium & Tranquillus & Lucanus, ἡγορὰ aut Plutarchus & Appianus nominassent. Famem (inquit Tranq.) & ceteras necessitates, non, cum obsideretur modo, sed etiam si alios ipsi obsiderent, tam opere tole-

rabant, vt Dyrrhachina munitione Pompeius, visis genere panis ex herba, quo sustinebantur, Cum feris sibi rem esse dixerit, amoueriq; ocyus, nec cuiquam ostendi iusserit: ne patientia & pertinacia hostis, animi suorum frangerentur. Lucanus autem lib. 6.

Sed patitur senam veluti circumdatus arcta
Obsidione famem: nondum surgentibus aliata
In segetem culmis, cernit miserabile vulgus
In pecudum cecidisse cibos, & carpere dumos,
Et morsu spoliare nemus, let humiq; minantes
Vellere ab ignotis dubias radices herbas.
Qua mollire queunt flamma, qua frangere morsu,
Qua q; per abrasas utero demittere fauces.
Plurimaq; humanis antehac incognita mensis
Diripiens miles, saturum tamen obsidet hostem.
Equos tolerari] Egre sustentari. vt infr. hoc li. c. XLIX

12. [18] Quorq; erat eius rei minor copia, horideo adaugere, atq; his rationibus equitatum tolerare.

Vniuersas in multitudinem sagittas] Noster antiqui. Vniuersam. quod non dubitamus esse verissimum.

CAPUT XI.

Ignes facerent interim] Video in recentibus impressis, Alio loco ignes facerent, alio excubarēt: quod vt meo iudicio verissimum est; ita per absurdum esset putare, nihil aliud hoc loco desiderari. Versus enim multos, fortasse etiam paginam integrâ deesse, facile cum ex sequentibus, tum etiam ex Luciano & Suetonio intelligitur. Vna, inquit, sexta legionis cohors, præposita castello, quatuor Pompeii legiones per aliquot horas sustinuit: pene onanis confixa multitudine hostilium sagittarum. Lucanus autem rem gestam narrat lib. 6. ab illo versu, Vt primum libuit, &c.

Asiam obtinuerat] Pro quo extat Ciceronis oratio.

Scana venturionis] Appian. de bell. ciu. 2. Minucium præfectum annum erat, cuius scutum cxx telis confixum fuerat: ipse sex vulneribus affectus occu- um etiam amiserat.

Sed in castello] Vbi vna cohors quatuor Pompeii legiones sustinuit. Sueton.

Foramina cxxx.] Sic Plutarch. Apud Suetonium tamen cxx leguntur. Vterq; autem addit excussum eidem oculum, scemoreq; & humero transfixum fuisse. quod idem Lucanus scribit. & Valer. Maximus 3. c. 2.

Ad principium] De hoc promotionis genere vide Veget. 2. c. 21.

Fruentone & spectariis] Apparet esse mendum, & placeret Plin. Augusti ni emendatio, Fruentone, veste, pecunia, aliisq; militaribus donis: si vel auctoritate libri veteris niteretur: vel cum Cæsar duplex iâ stipendium dixisset, non frustra nunc pecuniam iteraret. P. Victorius restituebat, Veste, diariis, Var. r. c. 23. Sed ad militaria dona Diaria non pertinet. Ego restituendum sic putarem, Fruentone, vestuario, militaribusq; donis &c. Tacitus Donatiua passim appellat.

Aduersosq; iubet ferro contundere vultus.

Triclinia strata] Noster Trichilas stratas. quod eodem modo impressum videre licet in libro Romæ edito a Petro de Maximis, anno MCCCCXXI. Sunt qui affirmant, in quibusdam legi Triclinia mensis instrata. quod nullis adhuc me in libris, aut nostra, aut patrum memoria impressis reperire potuisse. cōfirmo: quantumuis multos iuueſtigari. Quod autem ex manuscriptis (vt aiunt) exemplaribus restitunt Trichilas mēſis instratas: sane propter illorum doctrinæ præstantiam non contemnendum arbitror. sed scrupulos aliquot proponam. Trichilas autem interpretatur vitium aut cucurbitarum iugamentum & vmbra culum, quod lingua nostra Trellas appellamus. Videamus igitur primum cum Cæsarum uerum & delicias Pompeianis obiectet, fatiſne conueniat trichilas & istiusmodi vmbacula in eo genere numerare. quorum vsum ne laxis quidem aut calonibus quisquam inuideret. Liu. lib. 35. Cum ibi stant iua essent, & pauci tabernacula haberēt, multitudo alia caſas ex arundinibus textas, fronde, quæ vmbra modo præberet, texissent, &c. Deinde cum Sternendi verbum absolute non vsurpetur, nō magis quam Tegendi, dubitare me fateor, fatiſne Latine dicantur Trichilas sterni, pro Erigi vel institui. nam vocem Mensis, vt iam testatus sum, nusquam reperire potui. Iam vero cui probari poterit, tot in illis Pharsalicis campis vitium, aut cucurbitarum trichilas fuisse? Præterea quod Cæsar scripsit, Triclinia strata, magnum argenti pondus expositum, id Plutarchus in Pomp. Græce sic expressit: ἡ τετραπέδων ἐκταμύτων μισάδ, & κατὰ πρὸς οὐρα πρὸς κεντῶ. Quinetiana Lucanus 7. de lectis diferte commemorat:

capit improba plebes Cespitè patritio somnos, vacuumq; cubile Regibus infandus miles premit.

Eodem accedit, quod Sternere triclinium & argentum exponere, quæ Cæsar hoc loco coniunxit, vltate ab aliis auctoribus coniunguntur, item vt Conuiuium apparare. vt Rhetor. ad Herean. 4. Perſpicit argētum quod erat expositum, vſit triclinium stratum Item in Verr. 6. Cum essent triclinia strata, argentumq; expositum in adibus. Item Verrina 5. Cum Apronius e palestra redisset, & in triclinio, quod in foro strauerat, decubisset, statuitur Lollius in illo gladiarorum conuiuium. Et mox: Publice sibi conuiuia parari, sterni triclinia etiam in foro iubebat. Idem in Muræ. Rogatus est a Maximo, vt triclinium sterneret. Et mox: Stravit pelliculis hædinis lectulos Puniceos, exposituit vasa Samia. Postremo video genus hoc ipsum deliciaum, Triclinii scilicet in castris parati, similiter a Liuio vitio verti Romanis quibusdam. Nam lib. 40. Prætorio, inquit, deiecto, direptis quæ ibi fuerunt, ad quæstorium, forum, quintanamq; hostes peruenerunt. Ibi cum omnium rerum paratam expositamq; copiam, & stratos lectos in quæstorio inuēssent, Regulus accubans epulari cœpit. Cœlius autem Rhodig. lib. 8. c. 11. Trichilas, inquit, apud Cæsarem stragula vestis prætenuis genus sunt qui putent, nimirum, (vt

arbitror) quam vulgo Trellis alemanicum appellamus. quod quā ineptum sit, quiuis, vt opinor, intelligit. Ad extremum autem prætereundum nō videtur, quod multi de Cæsaris moderatione testantur, in quibus Seneca lib. de ira 2. Cum sarcinam, inquit, deprehendisset epistolarum ad Pompeium missarum, ab his qui videbatur aut in aduersis, aut in neutris fuisse partibus, combussit. quamuis enim moderate soleret irasci, maluit tamen non posse. Gratissimum putauit genus venia, nescire quid quisq; peccasset. Memorabile est etiam quod Gellius lib. 15. cap. 18. scribit de Cornelii cuiusdam sacerdotis vaticinatione, qui eo ipso die quo hæc pugna facta est vicisse Cæsarem exclamauit.

Comitatu equitum triginta] Ex quo licet varietatem verum humanarum perſpicere, cum is qui xxxiv annorum spatio gentes omnes terra & mari superare solitus esset, tum demum in senectute quid esset vincit & fugere condidicerat, vt ait Plutarch. in Pompeio.

Vniuersi simul Larissam] Sic nostri omnes. P. V. xcvii storius Var. 9. cap. vlt. scribit se in optimo libro legisse, Vniuersi iuris eius Larissæ. quod video quibusdam eruditis placuisse: cum tamen sensus in eiusmodi verbis nullus sit. Cum autem dixerit, Vniuersi, placet repudiari vocem Simul, quasi plane superuacaneam. sed pro Iuris eius, videndum an Cursum, vel aliud quiddam commode restitui possit. Vetum bene habet. Nam Manutius ab hoc in doctissimo restitutum testatur Viris equis. quo nihil acutius, nihil commodius excogitari potuit. Et locutio vetus doctis iam pridem cognita est.

In os aduersum] Sic, vt acies gladii supra occipitur exiret, vt ait Plutarchus.

Circiter millia xv] Plutarchus tamen & Appian. Asinium Pollionem auctorem laudant, qui in eo prælio a Cæsaris partibus steterit, scripseritq; non amplius sex hominum millia cecidisse.

CAPVT XIX.

Cassius cum classe] Memorabile est, quod Plutarch. in Pomp. scribit, cum Pompeius tantum naualibus copiis valeret, nō aliud ipsius grauius peccatum fuisse, aut callidius Cæsaris cōsiliū, quam quod tam procul a classis auxilio prælium abstraxerit.

Pari atq; antea ratione egerunt] Noster, Pari vt antea ratione egit, quod probo.

Pecunia societatis] Societate publicanorum intelligit. Nam qui in prouinciis publica exercebāt, Romæ societatem contraxerant.

Rex erat Ptolemæus] Ptolemæi Auletis filius, quem regno a suis pulsum Pompeius per Gabiniū restituerat. Dio lib. 42.

Bello confecto] Quo Ptolemæum Ægypti Regem huius pueri patrem reducerat.

Amici Regis] Epit. 112. Cn. Pompeius cum Ægyptum perisset, iussu Ptolemæi Regis pupilli, auctore Theodoro præceptore, cuius apud Regem maxima erat auctoritas, & Phorino, occisus est ab Achilla, cui de legatum

Legatum id facinus erat, in nauicula.

Ab Achilla & Septimio interficitur] Plutarchus scribit, Septimium primū ensem in eum auersum adegisse: secundum Saluim, qui centurio ipsius fuerat: tertium Achillam vulnerasse. Pompeium nihil se indignum elocutum, vtraq; manu vultum sua toga texisse, arque ita concidisse, annos natum vnde sexaginta. tum deinde præcisum caput ad Regem allatum, cadauer autem in litore abiectum, ac diu relictum, donec Philippus quidam Pompeii libertus fragmentis nauiculæ piscatoriæ pro rogo congestis, ipsum combussit. Qua de re Cicero lib. de Diuin. 2. ita scribit: An Cn. Pompeium censet tribus suis Consulatus, tribus triumphis maximarum rerum gloria letaturum fuisse, si scisset se in solitudine Ægyptiorum trucidatum iri, amisso exercitu: post mortem vero ea consecutura, quæ sine lachrymis non possumus dicere? Item lib. Tusc. 3. Constabat eos qui conciderent vulneribus Cn. Pompeium vidissent, cum in illo ipso acerbissimo miserrimoq; spectaculo sibi timerent, quod se classe hostium circumfusos viderent, nihil tum egisse, nisi vt remiges hortarentur, & vt salutem adipiscerentur fuga: posteaquam Tyrum venissent, tum afflictiari, lamentariq; cœpisse.

Duobus temporibus] Hoc ipso lib. cap. 7. [33]

CAPVT XX.

Simulachrum Victoria] Hæc eadem Valerius lib. 1. cap. 6.

Ad valuas se templi] Dio lib. 41. ad Cæsaris simulachrum. Sed hæc omnia Dionis ex hoc loco corrigenda sunt. Mirum est autem, nullam a Cæsare mentionem eius Cornelii auspici fieri, de quo mira Liuus scripserat, quæ Plutarchus in Cæsare, & Dio eod. lib. commemorant. Plin. etiam lib. 5. c. 9. scribit, Nilum quinque tantum cubitorum fuisse, veluti, inquit, necem Magni prodigio quodam flumine auersante.

Antiochia in Syria] Idem Obsequens in lib. de prodig.

Ac remotis templis] Lambinus reponerat, Templi, casu secundo. Faernus ex suo lib. Reconditis templis: quod magis placet; cū verisimile sit plura templa fuisse: & Valerius illo loco ita hæc edat: Sonum Tympanorum Pergami abditis delubris editum.

Tympana sonuerunt] In templo Bacchi, vt scribit Dio.

In tecto] Mire ergo & Valerius & Obsequens scribunt, sub Cæsaris statua palmam enatam. Nam Cæsar in templo suam statuam fuisse narrat: in tecto palmam enatam.

Ex punitamento] παρὰ τὴν βέρον τῶ ἀνδριᾶτο, ait Plutarch. in Cæs.

Quod fasces anteferrentur] Hoc quid sit, verba Trebellii Pollionis in Æmiliani Tyranni vita, quæ subscribam, declarant: Qui cum Theodota vellet imperium proconsulare decernere, a sacerdotibus est prohibitus: qui dixerūt fasces consulares ingredi Alexan-

driam non licere. Cuius rei etiam Ciceronem, cum contra Gabiniū loquitur, meminisse satis nouimus. deniq; non extat memoria rei frequentata. Quare scire oportet, Herennium Celsum vestrum pareniē, dum consulatum cupit, hoc quod desiderat non licere. Fertur enim apud Memphim in aurea columna Ægyptiis literis scriptum, tunc demum Ægyptum liberant fore, cum in eam venissent Romani fasces & prætextæ Romanorum: quod apud Proculum Grammaticum doctissimum sui temporis virum, cum de peregrinis regionibus loquitur, inuenitur.

Nutritus eius] ἡγοροφάδοι τῶ δὲ ἡσῶν ἐν ἡγοροφάδοις τῶ πῶλον τῶ τῶ ἀποῖς ἐστὶ σὺμβεβῶι, inquit Plutarchus de Phorino & Achilla.

CAPVT XXI.

Pharus est in insula] De Pharo & eius turribus Plin. lib. 36. cap. 12. & aliis locis. item Ioseph. bell. Iudaic. 5. Ammian. lib. 22. Strab. lib. 17. In eam noster Dictator coloniam duxit. Solinus, Est & Pharos, inquit, colonia a Cæsare Dictatore deducta, ex qua facibus accensis nocturna dirigitur navigatio. Nam Alexandria insidioso accessu aditur, fallacibus vadis, cæco mari.

EIVSDEM HOTMANI DE ALIQVOT rei bellicæ instrumentis. Obseruatio.



QUONIAM in his Cæsaris Commentariis passim quorundam instrumentorum militarium mentio fit, de quorum interpretatione mihi neq; cum Valerio viro doctissimo, neq; cum aliis recentioribus, ac ne cū veteribus quidem Grammaticis satis conuenit, optimum factu existimaui, nostram de iis obseruationem subiicere. Primum autem dicemus

De aggere.

AGGERIS nomen tripliciter ab antiquis vsurpato: primum pro mole ad incenia opidorum, deinde pro munitione castrorum; postremo pro materia qua moles munitione extruitur. Molem intelligimus tumulum ex lignis & glebis ac cespitibus extractum, vt in vrbium aut castrorum muros vel militibus, vel turribus mobilibus ascensus præbeat. Cæsar lib. ciu. 2. c. 1. [1] Magna iumentorum atq; hominum multitudinem ex omni prouincia vocat: vimina materiamq; comportari iubet, quibus comparatis rebus, aggere in altitudinem pedum octoginta extruit, Lucanus 3.

tunc omnia late

*Procumbunt nemora, & spoliantur robore sylva:
Vt, cum terra leuis mediam virgultaq; molem
Suspendant, struata laterum compage ligatam
Arctet humum, pressus ne cedat turribus agger.*

Ex quibus intelligitur, trabes a lateribus adlaberi solitas, quæ latera firmarent, ne terra diffunderet: interiore autem partem viminibus, virgultis & terra repleri atq; infarciri solitam. Liuius lib. 10. Forte quodam loco male densatus agger, pondere suprastantium in fossam procubuit. Tanta autem aggeris interdum altitudo erat, ut prope moenia adaeuaret. vt bel. Gall. 2. cap. vlt. [32] *Armorum magna multitudine de muro in fossam, qua erat ante opidum, iacta, sic ut prope summam muri aggerisque altitudinem acerui armorum adaeuaret, &c.* Liuius lib. 5. *Nam cum agger promotus ad urbem, vineaq; tantum non iam iniuncta moenibus essent, &c.* Sallust. in Iugurth. *Vineas agere, superq; aggerem iacere, impositis & super aggerem turribus, opus & administratos tutari.* Cæsar lib. 7. ca. 5. [24] *Aggerem latum pedes cccxxx, altum pedes lxx extruxerunt. Cum is murum hostium pene ctingeret, &c.* Itaq; plerumque obfessi cuniculos sub moenibus agebant, usq; vel aggeris terram subtrahebant, vt adacta turris corrueret; vel viminibus signem subiciebant, vt lib. 3. Gall. ca. 5. (21). *Cuniculis ad aggerem vineisq; actis, cuius rei longe sunt peritissimi Aquitani, propterea quod multis locis apud eos araria sectura sunt.* Item lib. 7. cap. 4. [22] *Et aggerem cuniculis subtraherent, eo scilicet, quod apud eos magna sunt ferraria.* Item cap. 5. [24] eod. lib. *Est animaduersum summare aggerem, quem cuniculo hostes succenderant. Et mox: Alii faces atq; aridam materiam de muro in aggerem eminens iaciebant.* Atque hæc quidem de mole, ad quam etruendam non modo fabri, verum etiam milites his ferramentis instructi erant: bidentibus, ligonibus, rastris, alueis, cophinis, qualis vt Vegetius scribit lib. 1. c. 24. & lib. 3. cap. vlt. *Iam vero Aggerem pro muro & munitione castrorum vsurpari, ex his intelligitur locis. Cæsar Ciu. 3. c. 13. [6] Erat eo loco fossa pedum xv, & vallus in altitudinem pedum x: tantundemq; eius valli agger in latitudinem patebat.* Item lib. 7. c. 13. [72] *Post eas fossas aggerem & vallum x i pedum extruxit. Quibus ex locis patere arbitror, cum castra fossa & vallo munitur, inferiorem valli partem, & quasi basim Aggerem appellatum fuisse. Postremo Aggerem pro ipsa materia poni solet, multis Cæsaris locis cognosci licet. Triplex autem erat materia: trabium, quæ, vt dixi, latera firmabant, frondum, & cespitum, veluti Ciu. 2. cap. 3. [15] *Quod unde agger omnino comportari posset, nihil erat reliquum, omnibus arboribus longe lateq; in finibus Massiliensium excisis, &c.* & mox: *Atque ille congestus ex materia fuerat agger.* Item Gall. 3. c. 6. [25] *Lapidibus, telisq; subministrandis, & ad aggerem cespitibus comportandis. vbi Cespites sine dubio pro glebis posuit. Iosephus lib. bel. Iudaic. 7. c. 1. scribit in obfudata Hierosolyma arbores omnes quoquoersus ad stadia xc defronatas fuisse. Cæsar**

lib. 7. c. 5. [23] *Haec reuincuntur introrsus, & multo aggerem vestiuntur.* & cap. 11. [58] *Cratibus atq; aggerem paludem explere, atq; iter munire conabatur.* & cap. 14. [81] *Agger ab vniuersis in munitionem coniectus, & ascensum dat Gallis, & ea qua in terra occultauerant Romani, contegit.* & cap. 13. [79] *Aggerem & cratibus fossas explent.*

De turribus mobilibus.

TURRIS mobilis, siue (vt Vegetius appellat) *ambulatoria*, erat machina, instar ædificii extrahibus & tabulis interdum decem contignationibus extructa. Intus erat aries, quem suspensum milites in hostium murum impellebant. Ex superiore parte pons demittebatur in eundem murum, & scalæ confestim iniiciebantur. Tota autem machinatio subiectis rotis a militibus circiter quinquaginta introrsus promouebatur, cum musculus aut vinea præcederent, sub quibus toffores rastris & ligonibus viam muniebant, aggeremque, de quo diuimus, solidabant: vt moenibus Turris propinquare posset. In eandem sententiam scribit Veget. lib. 4. cap. 27. *Eius ædificandæ rationem tradit Vitruuius lib. 10. cap. 19. & de illius forma locus est insignis apud Cæsarem lib. Gall. 2. cap. 8. [30] Liuius lib. 21. Ipse Annibal, qua turris mobilis omnia munimenta urbis superans altitudine agebatur, horum aderat. Eius autem altitudo tanta fuit, vt plerumq; denum tabulatorum esset, velut lib. Gall. 8. cap. 6. [41] *Extruitur agger in altitudinem pedum nouem, collocatur in eo turris decem tabulatorum.* Et bell. Alex. *Has altissimas turris denum tabulatorum munitur, præterea alias ambulatorias totidem tabulatorum construxerant, subiectisq; eas rotis, funibus immitisq; obiectis, directis plateis, in quancumq; erat visum partem, mouebant.* Iosephus quidem belli Iud. lib. 6. cap. 8. *tres Romanorum turres in Hierosolymitana obfisione testatur quinqueagenum cubitorum fuisse. De pontibus vero, quos iniungi solere diximus, insignis extat locus apud Hirtium Gall. 8. cap. 2. [9] *Turres, inquit, crebras excitari in altitudinem trium tabulatorum, pontibus traiectionis constratisq; coniungi: quorum frontes viminea lorice la munitur.* Lucanus 3.**

stellatis axibus agger

*Erigitur, geminasque aquantes moenia turres
Accipit, hæc nullo fixerunt robore terram,
Sed per iter longum caussa respere latenti,
Illinc tela cadunt excelsus urbis in arces.*

Multa etiam in eandem sententiam scribit Propertius lib. Gott. 1. vbi turrim describit a Vitruvio Gortorum ducem factam in oppugnatione vrbis Romæ. nam cum Romani quinquaginta milites introrsus adhiberent, qui turrim rotis in quatuor angulis subiectis propellerent, Vitruvius bobus extrorsus erat vsus, quibus ab opidanis interfectis, Gortorum insania & stoliditas ridendi materiam præbuit. Aliam quoque lib. 2. describit ab eodem Vitruvio in Arimini oppugnatione factam, cuius altitudo

altitudo vrbis moenia superabat, & quatuor rotis sustinebat: sed casu illo edoctus, non boues ad trahendum adhibuerat; verum intra vineas homines collocarat, qui machinam traherent. Vtrobique autem scribit, scalas summæ altitudinis in turribus adhibitas, quibus ad murum admotis, conscenderetur. Liuius lib. 32. *Nam cum turris per aggerem parum densati soli ageretur, rota vna in altiore orbitam depressa, ita turrim inclinavit, vt speciem vrentis hostibus, trepidationemq; insanam superstantibus armatis præbuerit.* Iosephus autem eod. lib. scribit, vnam ex illis turribus eodem aggeris vicio concidisse.

De testudine.

TESTUDO (inquit Veget. lib. 4. cap. 14.) a similitudine vera testudinis vocabulum sumpsit: quia sicut illa modo reducit, modo profert caput, ita machinamentum interdum reducit trabem, interdum exerit, vt fortius cadat. Liuius lib. 34. *Iam testudinibus admotis, murus subrueratur: iam arietibus quatiebatur.* Existimabam autem Testudinem ex eodictam, partim quod testudinis figura facta esset, partim quod non rotulis, vt vinea & turris, sed subiectis scutulis, & vectibus impelleretur: quasi testudineo gradu incederet. Sed Amm. Marcellinus lib. 23. ei rotas attribuit: vbi eius formam his describit verbis: *Testudo compaginatur immanis, axibus roborata longissimis, ferreisq; clauis aptata, & contegitur coriis bubulis, virgarumque recentis textura, atq; limo asperguntur eius suprema, vt flammeos detrectet & missiles casus. Conferuntur autem eius frontibus trifurca cuspides, præacuta, ponderibus ferreis graues, qualia nobis pictores ostendunt fulmina, vt quicquid petierit aculeis exercitis abtumpat. Hæc ita validam molem rotis & funibus regens numerosus intrinsecus miles, languidiori murorum parti, viribus admovent vocatis: & nisi desuper propugnatorum valuerint vires, collis parietibus aditus patefacit ingentes.* Hæc Marcellinus. Plura autem Vitruuius lib. 10. c. 19. & 20. Ex quibus, multisque Cæsaris locis intelligitur, Testudinem ex trabibus ac pluteis fieri solitam: coriisq; ac ciliis contegi: sub eaq; latuisse qui viam turribus aut vineis munitabant, & saxa de via remouerent, ac solum æquarent. Cæsar Ciu. 2. c. 1. [2] *Antecedebat testudo pedum sexaginta, æquandi loci causa facta, ex fortissimis lignis, euoluta omnibus rebus, quibus ignis iactus & lapides defendi possent.*

De musculo.

MUSCULOS Veget. lib. 4. cap. 16. interpretatur: *Machinas, quibus tectis milites apportatis lapidibus, lignis & terra fossas complebant, vt turri ambulatoria viam munitur.* At Cæsar Musculorum tecto vsum tribuit non viæ aggerem supportato munitæ, sed muri subruendi, lapidesque, vectibus subducendi: quos Mantelletos, vulgo appellamus, quamuis interdum Musculi subiectis rotulis im-

pellerentur: cum Mantelleti plutei sint, quasi scuta grandiora, quæ capiti superimposita, ictus opidanorum defendunt. Cæsar Gall. 7. c. 14. [84] *Vercingetorix ex opido egreditur: longurios, musculos, falces, reliquaq; qua eruptionis causa parauerat, profert.* quo loco musculos pro pluteis tantum posuit. Itemque Ciu. 3. cap. 14. [80] *Cæsar castris munitis (scalas musculosq; ad repentinam oppugnationem fieri, & crates parari iussit.* Sed eorum qui rotulis agebantur, formam insignem Cæsar describit lib. Ciu. 2. c. 2. [10] *vbi musculum pedes sexaginta longum a Trebonio factum exponit: cuius inter columnas spatiaq; vacua milites vectibus muros subruerant. Interim, inquit, sub muros milites vectibus infima saxa turris hostium, quibus fundamenta continebantur, conuellunt.*

De vineis.

VINEAS Veget. lib. 4. cap. 15. interpretatur: *machinationem tabularis cratibusq; constratam, qua subiectis rotulis impellitur, cuius tecto muniti obfidentes, murorum fundamenta subruunt.* Opinor autem inde dictas, quod, vt pleriq; locis vinea sepibus vimineis, ita illæ tectis vimineis muniti solebant, velut apud Cæsar lib. Ciu. 2. c. 1. [2] *Tantaque multitudo tormentorum, vt eorum vim nulla contexta viminibus vinea sustinere possent, &c.* Vsum autem vinearum Lucanus lib. 3. his describit verbis:

*Tunc ad optata leui præcedit vinea terra,
Sub cuius pluvibus & tecta fronte latentes
Moliri nunc ima parant, & vertere ferro
Moenia, nunc aries suspensio fortior ictu
Incessus densi compagem soluere muri
Tensat, impositis vnum subducere saxis.*

præterea vsum vinearum esse video, vt cum plures ordine impellerentur, milites post eas occulti sequerentur, adeo magno numero, vt legionem Cæsaris numeret, velut lib. 7. cap. 5. [27] *Legiones extra vineas in occulta expeditas cohortatus, &c.* Sallust. in Iugurth. *Tum vero cohortatus milites, & ipse extra vineas egressus, testudine acta succedere, & simul hostes tormentis sagittariisq; & funditoribus eminens terrere.* At Numida saepe antea vineis Romanorum subuersis, item incensis: Et non multo ante: *Vinea cum ingenti periculo frustra agebantur, nam cum ha paululum processerant, igni aut lapidibus corrumpebantur: milites, neq; pro opere consistere, propter iniquitatem loci, neq; inter vineas, sine periculo administrare.* Hinc Sub: *vitem præliari dicebantur milites, cum sub vinea militari pugnabant,* inquit Festus. vnde illud Lucili: *Neq; prodiere in altum: præliari procul sub vite.* Quæ cum ita sint, quis non miretur Ad. Turnebum, tam diu in Cæsaris & veterum scriptorum libris versatum, Vineas tamen credidisse gestabiles fuisse, & quinq; perticis corio & ciliis tectis constitisse? Nana lib. Aduers. II. cap. 24. *Apollodoros, inquit, in Poliorceticis Vineas appellat minores & leues testudines, quasi vero Romanas Vineas aut Testudines. Apollodoros describat, ac non alias*

FIGVRÆ, QVARVM

MENTIONEM IN NOTIS HOT-

MANVS FECIT, QVASQVE CÆ-

fari addendas curauit.

FIGVRA PONTIS A
CÆSARE DECEM DIEBUS
ad Rhenum traiciendum ef-
fecti. lib. 4. c. 5. (17)



Primus illud scire oportet, Cæsarem vnus folius iugi opus ac figuram exponere, cum amplius x x fuisse constet: deinde vnamquamque operis partem litteris designari. Nam

- A A sunt bina tigna ab imo præcuta, machinationibus in flumen impacta: quibus alia item bina e regione respondent. A A.
- B Trabes transuersariæ bipedales, quibus ea tigna iungebantur interuallo pedum duorum, ab utroque latere fibulis infixis.
- C Aries, siue rostrum sublicis in flumen impactis triquetra figura factum, quo fluminis impetus diffindebatur, ne pontem labefaceret.
- D Alia sublicæ supra pontem mediocri spatio in flumen adactæ, quibus tigna vel naues ab hostibus immittæ sisterentur, ne ponti nocerent.
- E Trabs bipedalis inter binas tignorum iuncturas immissa, quam transuersariæ bipedales trabes commissura sustinent.
- F Fissuca, id est, machinatio qua tigillum ferratum & fune suspensum, atque ab aliquot operariis in sublime tractum, in caput impacti tigni demittitur, ut crebris ictibus impulsum adigatur.

FIGVRA BISONNIS,
lib. 6. cap. 5. (26)



Bisonnis figuram non ad aliorum scriptorum aut veterum aut recentium qui mirifice inter se discrepant, sed ad solius nostri Cæsaris exemplar exprimendam curauimus. Est Bisonis (inquit: sic enim legendum in Notis ostendimus) cerui figuræ cuius a media fronte inter aures vnus cornu existit excelsum: cuius e summo rami tanquam palma diffunduntur.


ALCIS FIGVRA,
lib. 6. cap. 5. (27)



In Alcis quoque descriptione solius Cæsaris auctoritatem secuti sumus, repudiatis aliorum omnium commentis.


commentis. Alcium, inquit, consimilis capris figuræ est: magnitudine paulo antedunt: mutila cornibus, & crura sine nodis articulisque habent. itaque cum ad arbores succifas acclinatæ vna cum iis conciderunt, quod sese erigere non possunt, capiuntur.

VRI FIGVRA, EO-
dem lib. & cap. (28)



Vros describit Cæsar paulo minores elephantis: specie, colore, & figura tauri: feritate tanta, vt ne paruuli quidem excepti mansuerent. cornuum ea figura & amplitudine, vt Germani eorum labris argento circumlitis pro poculis vterentur.

FIGVRA MVRORVM
Gallicorum Cæsari 7. cap. 13.




Murorum Gallicorum figuram Cæsar a fronte describit, eadem specie qua opus, quod Tessulariū appellant, esse solet, quod lingua nostra Eschiquerium nominamus. nam

- A Saxum est quadratum. & extremum tigni quadrati, eiusdem magnitudinis: alternaque saxa & tigna ita iungebantur, vt singula saxa tignis quaternis, singula tigna quaternis saxis cōcluderentur; omniaque rectis lineis suos ordines seruarent. Tignum autem cuius vnus extremus versus fossam oppidi B littera notauimus, partem reliquam directam intra oppidū habebat. vbi vero complura eodem modo in solo posita & directa fuerant, tum superiniecta versus alteram extremam eorum partem trabe transuer-


saria commissuris & fibulis introrsus reuinciebantur. Has trabes D littera notauimus. Post saxum quadratum introrsus agger positus erat, inter saxa in longitudinem directæ interiectus, quem C littera designauimus. Vt autem vnus cum duntaxat pontis iugum Cæsar lib. 4. descriperat, ita nunc primam huius muri contenturam, ac basim tantum exposuit. Sed huius præclari operis interpreti magno & excellenti viro, cui huius inuentionis laus debetur, placuit integram muri speciem proponere.

ALESIA ET OPERVM
ad ipsius oppugnationem figura, ex
lib. 7. cap. 14. (72)




- A Alesia in colle summo, admodum edito loco.
- B Collis summus.
- C Duo duabus ex partibus flumina, quibus collis radices alluuntur.
- D Prior fossa pedum xx circiter medium montem contra oppidanorum eruptiones circumducta.
- E Spatium pedum cccc inter duas fossas, vbi trium generum defensiones positæ sunt, cippi, lilia, & stimuli.
- F Altera fossa xv pedum a duobus montis lateribus, quorum pars inferior ac demissior aqua ex flumine completur. Ita mons duabus fossis manufactis, duabus natiuis quadrati figura circummunitur.
- G Agger cum lorice & pinnis & ceruis, quorum figuram separatim exposuimus.
- H Turres frequentes toto opere circumdatæ.
- I Castra Cæsaris, in quibus mestrua sibi cibaria, pui.
- K Agger cum lorice, pinnis & ceruis. (dit.
- L Fossa xv pedum circumducta.
- M Spatiū quadringentorum pedum inter duas fossas, vbi trium generum defensiones positæ sunt: cippi, lilia, & stimuli.
- N Fossa pedum xx contra hostes exteriores.

AGGERIS ET LORICÆ FIGURA.




G Agger xii pedes altus. O Loricæ & pinnæ. Loricam appellat, muri summam partem, qua pectus, & latera, quasi lorica teguntur. Pinnæ: Loricæ autem plerumque ex cratibus & viminibus fiebant; interdum ex pluteis; id est, crassis asseribus, & tabulis. Noster lib. 5. cap. 11. (40) Turres contabulantur. pinnæ loricæq; ex cratibus attextuntur. Interdum etiam Loricula est structura, qualis in pontibus aut tectis planis fieri solet: ne qui despiciat, labatur. Sic Hirtius lib. 8. Loriculamq; pro hac ratione eius altitudinis inadificari. Et mox: Quorū frontes viminea loricula munirentur. Et lib. 7. cap. 8. (41) Pluteosq; vallo addere. R Cerui eminentes ex commissuris pluteorum & aggeris. id est, tanquam furcæ tricipites aut quadricipites, instat cornu ceruini, ex ferro, ut opinor, ad impediendum ascensum.

CIPPORVM FIGURA.




R Cippi. hoc est, stipites tricipites, aut quadricipites, delibratis & præacutis cacuminibus; ab infimo reuincti longioro transuersariis. S Longurius commissuris & fibulis iunctus: quo stipites in imo reuinciuntur, ne auelli possint.

LILIORVM ET TALEARVM FIGURA.



Q Liliū, id est, stipes fœminis crassitudine ab summo præacutus. Ex similitudine autem floris sic appellatur, non aperti (nam esset distimillimum) sed adhuc compressi. Viminibus autem & virgultis tegebantur. T Taleæ pedem longe, ferreis hamis infixis, quos Stimulos appellabant. Hodie muricibus vtuntur.


FIGURA TURRIS AD MASSILIAM EX LIB. CIUIL. 2. CAP. 2. (9)



A Turris quadrata, cuius singula latera pedes tricenos quinos patebant. B Prima. C secunda. D tertia. E quarta. F quinta. G sexta contignatio. H Fenestra sub singulis contignationibus in struendo relicta. I Locus tecti, quod erat planum, factum primo ex duobus tignis transuersis, crucis figura; tum ex impositis trabibus: quibus primum asseres, tum

rum lateres, postremo centones iniecti sunt. K Tectum pensile, quod literis distinctum a nobis fuit: sed a fabro prætermittæ sunt. L Crux, duo sunt tigna transuersa crassiora, sub quorum centro tignum subiicitur, quo cochleæ opera subleuantur. quinquies autem subleuantum est. M Trabes directæ transuersæ cruci impositæ: aliquanto longiores & eminentiores parietibus quarum ex proiectis storea præpendebant. N Storea quatuor pedum crassitudine & triginta quinq; pedes lata ex anchorariis funibus factæ. O Significaret asseres, siue tabulas trabibus illis infixas. P Significaret lateres, & lutum asseribus impositum. Q Significaret centones lateribus superimpositos.

FIGURA PREHENSIONIS.



Prehensio, quæ cochlea fiebat: qua hodieq; fabri in subleuandis ædificiorum tignis vtuntur. Hæc sub centrum duorum transuersorum tignorum subiecta totam tecti contignationem subleuabat. Nostra lingua vocatur Guindal.


Lectori S.

Nec in his figuris, mi lector, nobis probauit operam suam sculptor, male in quibusdam exemplum imitatus. Id in tantam temporis angustiam coniecti mutare non potuimus, ringentes frustra. In ponte Tigna A A debebant esse rectiora longe, qua male obliqua fecit; inque alteris e regione negligenter omisit trabes transuersarias quibus iunguntur. P fecit, ubi debebat D esse. In B ponte cornua ramosiora esse debebant, & pedes erectiores, sicut & in Alce corpus nimis est longum, & pedes sunt humiliores itaq;. Lilia in imo debebant esse tenuiore & longiore omnino folio etc. Sed hoc operis credo huius facti fuit, ut omnia Iuliano more peragerentur, id est, celeriter, dispari tamen ipsius interdum fortuna. In his figuris certe, qua festinate fuerunt nimis. Monere id volumus ideo tantum, ne cui cauillandi occasio daretur; in quo præter ineptos & maleolos speramus operam sumpturum neminem. Doctis enim si rem probamus, satis superq; imagunculas certe non morantur isti; nec relictius vel melius ullus ipsis pictor exprimat, quam ipsi rem vident, quum Casari verba legunt.

G. IVNGERMANVS Lectori S. Ne hæc pagella vacarent scilicet, amice lector, da illo tot doctorū Commentationib. vexato ponte Casariano volumus quædam, quod tibi haud ingrati futurum fore sperabamus. hic subiungere; & antedemnia lucundi, qui primus Casari serio factū voluit, & fecit quoq; quantum in se fuit. Figuram exprimi curauimus ex editione Glareani, quam plus quã 150 anni sunt quod Steph. Grauius Friburgi in Brisgoia excudit. Tu nostrū studium boni cõsule, nobisq; faua.

IOANNIS IVCVNDI VERONENSIS COMMENTATIO DE PONTE CÆSARIS.

Qui describitur l. b. 4. de bell. Gal. cap 17.



PONTEM, eadem torma & ratione, bis fecit Cæsar supra Rhenum flumē latissimum, rapidissimū, & altissimū. Primum in Menapis contra Sicābros. Deinde paululū supra eum locū in finib. Treuitorū, ex quo transit⁹ erat ad Vbiōs Cæsarī amicos. A Tigna bina sesquipedalia paulum ab imo præacuta dimensa ad altitudinem fluminis, &c. B Trabes bipedales immisæ sup vtraq; tigna, q̄ binis vtrimq; fibulis ab extrema parte dist nebant. C Fibulæ quæ disclusæ distinent bipedales trabes. D Vbi fibulæ disclusæ in cõtrariã partē reuinciuntur. E Materia directæ, quæ iniecta supra bipedales trabes totum opus contexebat. F Sublicæ obliquæ ad inferiorem partem fluminis adactæ, quæ pro ariete subiectæ, & cum omni opere coniunctæ, vi in flumine recipere. G Fistuca, qua adigebantur tigna in flumine. Hæc vtraq; insuper bipedalibus trabibus immisissis. Hunc locum sic corrigendum puto: Hæc vtraq; insuper, bipedales trabes immisissæ. hac ratione, vt insuper sit præpositio, & hæc vtraque, sit accusandi casus. Quod si duriusculum hoc quisquam existimari, sciat Cæsarē ipsum simili vsum constructione in secundo de bello ciuili in expugna-

tionem Massiliæ, his verbis: *Hanc insuper contignationem, quantum tectum plutei, ac vinearum passum est, laterculo astruxerunt.* Sciat & Vitruvium in quinto, ubi ait de portibus & structuris in aqua facendis simile fecisse constructionem: *Tunc procinnatio ea impleatur arena, & exaquetur cum margine & planitia puluini: deinde insuper eam exaurationem, pila quæ magna constructa fuerit, ibi struatur.* Quare si sic, ut puto, perseverat corruptus librorum vitio locus, neque sensus constabit, neque constructio, nisi implexa & litigiosa grammaticis. Sed ut utraque constent, sensus scilicet & constructio, tamen ingeniosis, quam grammaticis, & operi verba sunt conformia, & opus verbis, animaduertendum est, quod postquam descripsit modum figendi, & adigendi tigna in fundo fluminis, ex qua adactione magnam stabilitatem & firmitatem assecuta sunt, venit se ad *bipedales trabes*, quæ transuersam totius pontis latitudinem perficiebant, & qua ratione possint, & quo modo sustinerentur, docet; dicens, quod *super hac utraque*, id est, super bina tigna, quæ & in parte superiori, & ea quæ in parte inferiori posita erant, *bipedales trabes immissa, quantum eorum tignorum iunctura distabat, binis utrimque fibulis, ab extrema parte distinebantur.* Quibus discussis & in contrariam partem reuinctis, &c. In hanc eandem sententiam mecum venire videtur Leo Baptista Albertus, vir & ingenio & literis clarus, in suo de Architectura, qui eiusdem Cæsariani pontis descriptionem repetens, non aliter ei visum fuit potuisse sibi ipsi satisfacere, nisi his verbis: *Huiusmodi autem immissa trabes binis utrimque fibulis ab extrema parte distinebantur. Quibus discussis, & cetera. Quid autem sit Fibula, & quomodo discludatur, & reuinciat, non omnibus peruia est notitia. quamuis eius sit quotidianus usus. Vtuntur autem ea viri ac mulieres ad capita cingulorum, quibus circum se fluentes contineant vestes, trajecto per anulum altero cinguli capite, fibulaque reuincto, ut quanto plus trahitur, tanto fortius firmetur. Eiusmodi autem sunt & sella, multis Italiae vribus communes quæ clauæ seruantur & ad sedendi usum, cum discluduntur, & in contrariam partem reuinciantur, eo fortius compressæ firmantur. Hoc etiã ita esse ex Vitruuio clarissime apparet in decimo, his verbis: *Tigna tria ad onerum magnitudinem ratione expediuntur, & à capite fibula coninnctæ, & in imo diuarcata eriguntur.* Et infra, *Sin autem maioribus oneribus erit machina comparanda, amplioribus tignorum longitudinibus, & crassitudinibus erit utendum, & eadem ratione in summo fibulationibus, in imo succularum versationibus expediendum.* Et libro primo ubi de mœnibus disserit: *Crassitudinem autem muri ita faciendam censeo, uti armati homines supra obuiam venientes, alius alium sine impeditione praterire possint, dum in crassitudine perpetua talea oleaginea, & stulata, quam creberrima instruantur, uti utraque muri frontes inter se (quemadmodum fibula) his talis colligatæ, æternam habeant firmitatem.**

tem. Huiusmodi autem fibulis, quibus tunc, & in colligandis muris, & in munitionum vallis vtebantur, hodie quoque & nos utimur, transuersis in latum longioribus fibulatis dispositis, ut ictibus glandium non vno loco tantum, sed tota valli contrariam partem reuinctis. Ex dictis satis constare poterit, & sensus, & constructio verborum Cæsaris, & pontis forma secundum figuram à nobis traditam.

IVL. CÆS. SCALIGERI
SVPRÆ PONTE CÆSARIS
ex lib. de subtilitate ad Cardanum.

Exercitatio cccxxix.

Cæsaris pontis.

CÆSARIS pontem, miror, quibus verbis uolentius, aut purius, aut ornatus pingere te posse persuadebas. De tuo nãque nihil auers, præter figuram. Quæ quam sit misere & intellecta, & expressa, vix dici queat. Satis enim seipsam prodit. Sed illa additio præclara. Verba Cæsaris sunt: *Tigna bina sesquipedalina, paululum ab imo præacuta, dimensa ad altitudinem fluminis, in intervallo pedum duorum inter se iungebat.* Cardani verba hæc: *Tigna bina sesquipedali crassitudine, longitudine tanta, ut in imo fluminis fixa aqua superficiem attingant, duorum pedum intervallo utrimque iunge.* Quam verborum appendicem hæud optimam afferre formam, & quantitatem materiæ ad pontem faciendum, palam est. Nam quanta erunt tigna, si non superent fluminis superficiem? Aut super quo construes? Quomodo fibulata trabes, superstrata materia vrgentem fluminis vim sustinebunt: si sublicarum capita non extent? Quomodo immiseris inter duo tigna trabes? At tu in tua pingebas ita, ut tigna super imponerentur. Illa te fefellerunt, cum diceret: *dimensa ad altitudinem fluminis.* At hoc volebat ille: ut & infingerentur, & extarent, ne breuiorem magnitudinem ita aperiret aqua, ut non possent, quantum opus exigeret, superesse. Tu vero secabas ad superficiem. Obsecro te saltem in pictura tua fibulas ostende mihi. Ioannes Lucundus cuius noster, nobili genere prognatus, qui Maximilianus iussu cum Hieronymo Dominio Norico, fortissimo, ac sanctissimo viro inter tyrocini rudimenta, me utriusque literaturæ primis factis imbut, vir fuit in Philosophia Peripatetica non ignobilis, Scoticae sectæ summus, Theologus, in Mathematicis nulli secundus, in Optice, atque Architectura omnium facile princeps. Neque is tamen, neque Aldus tota cum Academia sua, quid fibula esset hæc, assequi potuerunt. Et res est alioqui, ut mihi quidem videtur, non admodum magni momenti ad intelligendum. Est enim fibula, corpus durum, oblongum, quod ingreditur

HIERONYMI MAGII
Declaratio constructionis
PONTIS lignei in Rheno apud
Cæsarem.


Lib. 4. Miscell. c. 10.

REBUBLICIVM Iulii Cæsaris pontem, non tantæ artis, formæque nomine, quam præscriptio obsecrationis obscuritate famosum, quo ille Rhenum iunxit, qua exercitum traduceret, multi illustrare nostra, & parentum ætate contenderunt. Qui suas ad hanc usque diem inuulgauerunt sententias, sunt infra scripti, scilicet, Ioannes Lucundus, Leo Bapt. Albertus, Hieronymus Cardanus, Iul. Cæsar Scaliger, & Ioannes Buteo nulli eruditione, aut ingenii acutamine secundus. Atque ii quidem ut in rem publicam literariam utilitatis non parum inueherent, summa ope contenderunt suntque ea de causa bonorum omnium laudibus prosequendi, qui quod potuerunt sedulo præstiterunt, & si multorum iudicio rem non satis assecuti videntur. Horum exemplo & nos ducti, in hanc militiam nomen dedimus, eosque labentes si fieri possit subleuare, pontisque huius structuram breuibus declarare conabimur. Cæsaris verba sunt hæc: *Rationem igitur pontis hanc instituit. Tigna bina sesquipedalina, paululum ab imo præacuta, dimensa ad altitudinem fluminis, in intervallo pedum duorum inter se iungebat. Hac cura machinationibus immissa in flumine defixerat, fistucisque adegerat, non sublica modo directæ ad perpendicularium, sed prona ac fastigiata, ut secundum naturam fluminis procumberent: his item contraria duo ad eundem modum iuncta intervallo pedum quadragenum, ab inferiore parte contra vim atque impetum fluminis conuersa statuebat. Hac utraque in super bipedalibus trabibus immissa, quantum eorum tignorum iunctura distabat, binis utrimque fibulis ab extrema parte distinebantur. Quibus discussis, atque in contrariam partem reuinctis, tantæ erat operis firmitudo, atque earum natura, ut quo maior vis aquæ se incitauisset, hoc artius illigata tenerentur. Hac directæ iniecta materia contexebantur, ac longioribus cratibusque consternebantur. Ac nibilo secius sublica ad inferiorem partem fluminis obliquè adigebantur, quæ pro arietibus subiectæ, & cum omni opere coniunctæ, vim fluminis exciperent. Et alia item supra pontem mediocri spatio, ut si arborum trunci, siue nauis deiciendi operis causa essent à Barbaris missæ, his defensoribus earum rerum vis minueretur neu ponti nocerent.* Hæc illè. Quæ ita explicanda atque excipienda esse censemus.

[Sesquipedalina] Id est, sesquipedali crassitudine, ut omnes putant. [Paululum ab imo præacuta] Non admodum præacuta, eo quod, ut est verisimile, alueus fluminis facile cederet, ac tigna illa admitturus videretur. [Dimensa ad altitudinem fluminis] Vt

cc 3.

ditur in foramen aliquod, ad quippiã cohibendū, ne laxetur, aut prolabarur: quali fundat illud, quod perforat. Talis acus ærea, vel aurea, ut est apud Poetam, quæ in annulo transuersa transadigit corrigiam ad cincturas. Itē lignea talea, pro rei modo parua, magnaue, quæ cum aliis in partibus indita, tum in extantibus extra partes tignorum capitibus prorsum infixæ muros ipsos arcet, ne diducti proruant. Talis rotarum quoque modiolos, ne dilabantur, cohibet axis extremitatibus impacta. Quis enim nescit *fibula morsum* a Poeta dici? Quis à Græcis *περὶ ἴα*, propterea quod *transfigat*? Quis à Catone parari *consibulas* ad comprimendas arbores torcularis? At illi magni viri pro *fibulis* interpen sua trabibus suppositæ. Tu vero quam nouam nobis affers subtilitatem? An tandem putemus abs te illius pontis repetitam descriptionem, ut cum Cæsare dicendi puritate certares? Igitur plusquam Latine sic loquutus es: *Hic pons stabilis est, omnique oneri sufficiens, nec conuellendus.* At intererat tuæ subtilitatis ostendere tam decantatæ firmitatis rationem. Ea est in robore, ac mutuo responso fibularum. Nam cum ex aduerso tignorum summa fastigia prona sint, necesse est, fibularum exteriorum demissionem ab inferiori longiore distantia tignorum prohiberi. Interior autem fibula præstat id, ut ne tigna magis inclinēt mutuo nutu; atque ita decumbant trabes. B, tigna prona in loco A, ubi est fibula: trabs C, quæ est in tractu AA, non poterit descendere in tractum DD.



Est in maius intervallo. Etiã vellè docuisses nos, quid sint *discusse fibula*. Si nescis (nesciūt. n. alii quoque) *discusse* erāt: quia altera interior, altera exterior: ut pro se utraque ab altera exclusa, alteram vicissim discluderet. Ne interior extrorsum, exterior introrsum prodiret, muro obiectu inter se prohibebant. Itaque nec absistere tigna cedendo poterant, propter exteriorem; neque prorsum inclinari, & coire, propter interiorem. Reuinctæ vero erant in contrariam partem; ut totum opus magis cohereret.


nam haberetur ratio partis tigni cuiusq; , quæ in alueu adigeretur, & auctus fluminis, si pluuvis forte excreuisset. *Intervallum pedum duorum inter se iungebat*] Transuersariis scilicet, aut etiam fibulis, e duriore materia, vt diuelli nequirent, in scalaru morem copulabat: tanto intervallo relicto, quantum ad bipedales trabes excipieudas satis esset. *Machinationib. immissa*] Nam propter magnitudinẽ ac pondus, sine machinis tigna illa bipedalia iuncta, in flumen immitti non poterant, vt qua oportebat aluei parte locarentur, & consisterent. *Fistucisq; adegerat*] Id est, instrumentis ad defigenda altius tigna illa aptis, quæcumque ea fuerint, siue quæ in machinis in capita tignorũ demitteretur (quas nunc vulgo *Mazzacastellos* vocamus) siue multis ansis à quaternis aut pluribus hominibus sustollerentur ac illiderentur, vt malleis fieri solet. Cum enim alueus Rheni propter limum solidior non esset, vt in multis fluminibus vsuuenit, huius etiam organi vi tigna licet sequipedalia, Buteone quamuis reclamante, adigi potuisse existimamus. Quod autem alueus ad tigna admittenda minime esset cõtumax, ipsemet Cæsar innuit, vt diximus; qui *tigna* illa non admodum, vt alioqui oportebat, sed paululũ *fracta* fuisse dicit. Sane verbi *Adegerat*, sensus à Buteone; & aliis quibusdam allatus, mihi non videtur germanus, si apud Latinos auctores eius vsus spectemus. Nãq; eo significatu vsurpant, vt intus agere atq; insigere demonstrat. Plinius l. 16. c. 10. *In arborem clauus ferreus adigatur*, &c. Quæ res satis est manifesta, vt minime hoc loco audiendus videatur Buteo, qui putat fistucis, id est, palis quibusdã, circa tignorũ calces defixis tigna illa vi ac necessitate adacta dici, hoc est, in sua sede coacta, & obfirmata. Quod nescio quã facile fieri posset, vbi flumẽ altius esset, adeo vt pali supra aquã non exstarent, atq; ideo tundi, ac in alueu satis agi nõ quirerent. Præterea nõ video, cur tigna, quæ sublicis ex inferiore fluminis parte, tanquã antea cõfirmabatur, his palis indigerent; aut cur infra opere fere absoluto, sublicas obliquas (si vt Budæus facit, locũ illũ accipiamus) circa tignorũ calces, non Buteonis pnotatas fistucas, siue palos Cæsar defigat. Adde qd verbũ *Adegerat*, vna cũ verbo *Defixerat*, respicit has voces. *Prona, ac fastigata*, siue *fastigiata*, vt Cæsar tigna non ad perpendiculũ, vt fieri consueuisset in sublicis, sed pna ac paululũ inclinata, defixa ac in alueu adacta dixerit. *Pedũ quadragenũ*] *Quadragenũ* dicit, nõ *quadragenta*, ratione multorũ iugorũ, quib. pons constare debeat, in quorũ singulis paria tignorũ inuicẽ pedib. quadragenta distarent capitib. non calcib. vt trabiũ bipedalium, q̄ immittendẽ essent, & pontis latitudinẽ intelligamus. *Ab inferiore parte*] *Hoc est, in aqua supersuie*, inquit Buteo, non sine errore, vt mihi videtur, cum Cæsar fluminis partem intelligat post priora tigna, vt post vocem *Quadragenũ*, cõma ponatur. *Bipedalib. trabib. immissis*] Crassitudine bipedali, quãta posset intervallo p̄dicto pedũ duorũ cõgrue excipi. Quod Cæsar ipsemet ex-

plicat inquit, *Quantũ eorum tignorũ iunctura distabat*. Dixit aut̄ *trabib.* in plurali, respiciens ad plura iuga, non aut̄ qd binæ trabes immitterentur, ne nimis superflua firmitas q̄ ita videatur. Nullus. n. Mechanicus aut Architectus negaturus est, trabes bipedales in quadragenta pedũ spatio transeuntis exercitus oneri ferẽdo esse. et si alibi cõtrariũ affirmamus. *Binis vtrinq; fibulis*] Buteo aut̄ nõ *binas fibulas vtrinq;*, sed vnicas ponit, qd miror ab eo esse factũ, cũ res satis sit aperta. Forma etiã fibularum magis operosa est, & infirma, quã q̄ loco huic conuenire videatur, licet fibula in alios usus ad subnectendas vestes, ad baltheos, ceteraq; huiusmodi, ea forma ac etiã circulari fere, fieri conuenierint. Ego *fibulas* p̄ clausis & ligno duriore accipio, quib. adactis tigna illa vna cũ trabib. immissis prius perforata cõfigerentur, atq; vnita cõtinerentur. *Fibulas* autẽ, a *figendo* dictas suspicor (*fixulã* nãq; p̄ *fibula* veteres dixerunt) vel qd axiculũ fibule, qui baltheo, aut rei huiusmodi per fibulã ductæ insiguntur, referent. Quod aut̄ clauis non ab similes ab Architectis Mechanicisq; *fibula* appellentur, satis demonstrat Vitruu. l. 10. c. 2. dũ de tñũ tignorũ iunctura loquitur, quã infra c. 3. *fibulatione* vocat (licet Buteo & alii loca hæc aliter accipiant) & Oribasius in lib. de Machinamentis, c. 4. dũ ait, *fibulam in organo Fabri spatia distingere ad resudine & fibula cõtinenti causa in spatia in q; radice pertusa inseri*. & infra scribit, *fibulas infixas clauorũ vsũ p̄bare*. Idẽ quoq; inferius c. 8. *fibula* meminit, q̄ insiguntur laterib. organi cuiusdã, ad cõtinentos dentes tympanorũ versatiliũ: eodẽq; capite *fibula* vtitur tanquã clauo ad cõtinentũ plinthiũ in scãno, eadẽ fere ratione, qua fibulis suis Cæsar vsus est ad cõtinentas intra tignorũ binorũ interualla trabes bipedales. cap. demũ 25 loquẽs de Fabri pnotati organo, sic inq̄t ex interprete, *Proposita pars radice peruiso foramine peritiditur, per qd fibula demittitur, ne radix euellatur, sed manũ in foramine torqueatur*. Hęc ille. Vides *fibulas* Architectis Mechanicisq; ipsius clauorũ vsũ p̄bere. Quæ testimonia cũ sint satis, reliquis, q̄ afferre possem, super sedeo. Sane Scaliger à nostra sententiã nõ multũ secessit, *fibulas* ipsas trabi ita insigens, vt nõ ipsas tignorũ binorũ stimas partes cũ trabe inserta perforerent, sed hinc inde trabis dũtaxat capita, vt intra fibulas binas vtraq; tignorũ paria media distingerentur. Quæ fibularũ affixio abhinc annos XVI ab Andrea Brugonio Mechanico præcellenti excogitata, licet Cæsaris sententiã non nihil quadrare videatur, mihi nõ aridet, cũ nõ multũ p̄ster firmitudinis, nec ita arte vt oportuit, tigna trabẽq; deuinciat. siquẽ in Scalgeri fibulatione, si maior vis aqua se incitauisset, in duas dũtaxat fibulas vis omnis incipitura esset. sc. vtrinq; in interiores, exteriorib. nihil adiuuanti p̄stantib. & vna solũ defracta fibula iugo p̄tis multũ roboris decessurũ videretur. Quæ p̄pexisse p̄tis huius Architectos verisimile est. Minus etiã constructionis rationi & Cæsaris sententiã quadrat Lucius *fibula*, q̄ omnino à fibularum qua-

ADRIANI TVRNEBI

PONTIS Cæsariani
explicatio.

Aduersar. l. 24. c. 30.

 Oniungitur à Cæsarẽ Rhenus p̄te, Cõmentariorũ l. 4. cuius cõstructio molesta multis est: quãquã in ea explicanda multum studii operẽq; posuerunt homines doctissimi. ego, non quod me plus quam eos sapere putẽ, ad eam rem accedo, sed vt si in Senatu de re quapiam deliberaretur, & Senator essem, aut si in concilio consultaretur, in quo esset mihi ius sententię dicendæ: quod & eo audacius faciam, quod hæc mihi fere sententiã dictauit vir eruditissimus Gulielmus Pelisserius Montis Pessuli episcopus. Tigna defigit bina superiore parte fluminis, his totidẽ ab inferiore opponit: quod idem sæpius fecerat, dum tota latitudo fluminis sic binis tignis statutis, & totidem oppositis occuparetur. Verum bina & totidem his e regione obiecta describere satis habuit, quod in aliis eadem operis ratio esset. Tigna superioris partis inclinata procumbebant secundo flumine, quib. ediuerso respondebant totidẽ aduersus flumen inclinata & fastigata. Inter tigna emissę erant trabes, quę tignorũ interuallũ bipedale ab imo fluminis vado vltra summã altitudinẽ eius implebat. hæc extremæ, quot tigna erant, quatuor videlicet, totidem, id est, quatuor fibulis singulæ religatæ erant, ad singula tigna singulis. p̄inde dicit, *binas vtrinq; fibulas* fuisse. nã & ad superiora duo tigna duæ erant, & totidẽ ad inferiora. *Fibulas* aut̄ interpretor copulas, & paxillos, quib. trabes ad tigna fixæ tenebantur: atq; id etiam est quod *Distineri* Cæsar dicit. Vtrinq; n. tigna hinc & inde ediuerso tenebantur, suis quæq; retinaculis, & paxillis deuincta. ita cum *disclusa* essent tigna immissis trabib. (trabes. n. bipedales interpositæ tigna discluebant atq; discludebant) & in contrariã partẽ reuincta suis quæq; fibulis & copulis, quib. vtrinq; distinebantur, firmissimũ opus reddebatur: eam contignationẽ materia iniecta cõtinebat directæ, & crates consternebant. Subiiciebat *sublicas* ad inferiorẽ partẽ p̄tis, crebrũ veluti vallũ faciẽs. *sublicæ* aut̄ cũ p̄te cõiunctæ, suis brachiis ad mediũ flumẽ obliquæ pergeres in mucronẽ coibãt, literæ V similitudine, vt passim in excipulis Sequanę fieri videm. Earũ *sublicarũ* is erat vsus: aq̄ fluminis libere euolui nõ sinebat, qua retetã & restagnãte vis & impetus fragebatur, posq; minus laborabat. *Pro ariete* aut̄ qd dicit, i. loco ppugnaculi & munimeti. nã *Ariete* p̄ defensione vsurpari solere, nõ est ignotũ. Cic. in Topic. *ex quo aries ille subijcitur in vestris actionib. si telũ manu fugit magis quã iecit*. i. illa defensio. Itaq; nõ probo doctis. viri sententiã, qd *pro ariete* vno verbo hic legit. Erãt & *sublicæ* supra p̄tem mediocri intervallo distuctę ab eo, nõ vt inferiores cũ p̄te cõiunctæ, quæ qua vis inferretur p̄ti, defenderet atq; phiberent. Quæ *sublicæ* dicitur, ab Alberto *sublicæ* vocatur. vt ita in Cæsarẽ legisse videatur. Verus criticus de his ita scribit, *sublicas* *καταπληξις* οὐκ ἐστὶν ἡ ἀποκαταστασις τῆς ἀποκαταστασις.

rũ quarumcunq; forma aut imitatione absunt & magistrabẽ suffulciũt, quã bina tignorũ paria renunciant & detineant. Igitur vrego sentio, dicendum videtur, *vtrinq;*, id est, in vtroq; tignorũ paria circa extremas, i. e. summas partes, prope capita scilicet, ita fuisse fibulas, quæ clauorum vsus præbent, defixas, vt per tigna ac insertam trabem pcederent, & arctius tignorũ trabib; capita iungerent, religarent, ac distinerent. Quæ defixione ac iũctura, nulla in opere huiusmodi, meo iudicio, firmior expeditiorq; excogitari potest. Cuius etiam hic est vsus, vt trabẽ quãuis tignorũ transuersariis vtrinque insisterent ne superinducto ponderi cedat, ac deorsum prolatur, contineat. *Ab extrema parte*] Id est, suprema, siue summa; nam capita tignorũ significat, vt patet. *Distinebantur*] Id est, iuncta ac illigata vtrinq; detinebantur. *Quibus distulsi*] Quibus tignis vtrinque separatim clausis, id est, iunctis, ac fibulis illis defixis, arctius detentis. *Claudere* enim pro iungere & Vlpianus noster aliquid dicit. Quamquam non me latet & Scaligeri, ac Buteonis fibulis tigna claudi, sed tamen non ita valide ac ex vsu, vt nostris. *Sublica ad inferiorẽ partẽ fluminis*] Lucundus, & Buteo perperam locant sublicas. alter enim eas, forma literæ X intra bina tignorũ paria pronas, alter circa tignorũ calces directas ad perpendiculũ defigit. Cæsarẽ quamuis reclamante, qui *ad inferiorẽ partẽ fluminis aduictas* scribit, id est, post inferiorẽ partẽ p̄tis ad differentiam subiectorũ verborũ, *Et alia itẽ supra pontem & c. Obliquæ*] Non recta possunt tigna, sed imis hinc inde partib. diuicariatæ, supremis autem mutua inclinatione in tigna conuenientib. vt non solum vim fluminis nixu exciperent, sed ne tigna ad latera possent deflecti, efficerent. Nihil etiã prohibet quominus dicamus, sublicas inferiori parte fluminis cõtra tigna defixas fuisse, ita vt inclinatæ singulæ singulis tignis posteriorib. hærerent affixæq; essent supremis partib. *Pro ariete subiecta*] Id est, vt quasi arietis ferre volentis, & in frontẽ maxima vi incubentis, vicẽ, aut potius similitudinẽ singulæ exhiberent, perinde atq; (vt Plauti verbo vtar) cõtra vim fluminis arietarẽt. Buteo male, vt mihi videtur, exponit *Pro ariete*, id est, ante arietem, vt sit aries machina, quæ robusteum cylindrum valide ferratum, e sublimi præcipitem demittit in capita sublicarum, quam *Mazzacastellum* nostri Itali appellant, perperã etiam accipit pro quolibet arboris trũco, seu rate, vel nauis, quæ fluminis impetu ferretur in sublicas. *Cum toto opere cõiuncta*] Vt differrent ab eis, quæ supra pontem medio spatio defigebantur, & cum opere non iungebantur. Vides igitur quæ sint pontis huius *fibula*, & *sublica ad inferiorẽ partẽ fluminis pro ariete subiecta*: quæ duo, in hac pontis constructione difficultatem continebant. Potuissent ichnographia ac scenographia quæ dicta sunt, lectorum oculis subicere, sed allata a nobis apertiora videtur, nisi hebes quis omnino sit, quam quæ delineationes schemata quę requirant.

Ne & hac pagella plane vacaret, adiciamus sane eruditiss. Turnebi dissertatione de machinis, quas ad Massiliam effectas refert Caesar lib. 2. cap. 8. &c. de bell. civil. presertim quum Clariss. Hotmanus eius meminerit, ut quæ a sua explanatione longè diversa abeat; Gracæq; Apollodori verba, quæ Turnebus promit, Latino inde sermone exhibeat. Licèbit ita omni hæc sunt cura viri usq; sententiam comparare ad Casarem.

TURNEBI EXPLICATIO MACHINARVM ad Massiliam.


Lib. II. Aduers cap. 24.

Operam sumpsero in explicanda quadam apud Casarem fabrica in obsidione Massiliæ, ut opinor, de iuuentute non male merebor, quæ in legendis auctoribus nihil molestius reperire solet, quam architecturæ descriptiones. Nos igitur turrim lateritiam, quæ secundo belli civilis cõmentario extruitur, explicemus. Milites Romani in obsidionib. opera facere solebãt tecti pluteis aut vineis: inter quos intererat; quod plutei, ut quidam volũt, erant similes illis apudicibus, quas ædificiis applicamus, & tectum in vnam partem deuexum habebant, ut & plutei, in quibus scribimus: vineæ in vtramque partem deuexitatem tecti habebant. Apollodorus in Poliorceticis, vineas minores & leues appellat testudines. Sic enim scribit, σκέπη δ' ἢ αὐτὸς εἰς χεῖρας εἰλαφράς, αἱ καλοῦνται ἀμπλοί, διὰ τὴν ἑξείας καὶ τῆς σφινδονήσεως. εἰσὶ δ' ἴσθιαὶ τῶν καμακῶν ἐχουσιν ὀπίσθαι ὀρθὸς πᾶσι τῶν πέντε, δι' ἀλλήλων καὶ ἀλλήλη ἐξουγμύες, ἵνα πρῶσι τὸ πέντε ἀρίστημα, ἐν ἑκάστω ἔχοντας ἵνα ἐκπέσῃσιν ὀρθῶνται, καὶ ἀναπαύειν τοὺς φέροντας. Ἐν τῶν δὲ ῥῶν πᾶσι κῆρται μέγιστα, καὶ πᾶσι ἐξωθεν μέγιστη. οὐκ ἔστι δ' ἀνω πᾶσι τοῖς ἀμφοῖς καμακῶν ἐπισκευνται βρευσσῶν μύρια, μὴ πρὸς τὸν ὀρθῶν, διὰ πλάτ, καὶ χαλαρὰ μάλιστ' ἔχουσαι, ἵνα ἐκλήθηται πᾶσι πᾶσι πᾶσι γίγνεται ἢ ἀπὸ τῶν πᾶσι καμακῶν πᾶσι ἑνῶν, ἵνα πᾶσι αὐτῶν σχῆμα ἢ χεῖρας. Vegetio plutei è vimine contexuntur, cratibusque & ciliciis proteguntur, formamq; apudis habent: vineæ machinæ sunt è lignis leuioribus, longè magis quam altæ, quarum tectum munitione duplici tabulatis

cratibusq; contexebatur. His igitur pluteis & vineis tecti milites aduersus missilia & tormenta opidanorum, parietem ducebant lateritium. quem vbi ad contabulationem perduxerunt, transuersa tabulationem sustinentia sic imposuerunt tigna, ut eorum capita foris non apparerent. super hanc contignationem & contabulationem parietem laterculis porro adstruxerunt, eoque dum pluteis & vineis per tectum, quod non erat admodum altum, ad struendum uti poterant. vbi iam altior asurgebat structura, quam ut è vineis attingere eam possent, pluteos & vineas remouerunt: sed supra parietem, quem ultra primam contignationem erexerant, tigna transuersa iniecerunt, quibus suspenderent & sustinerent eam contignationem, quæ turri integumento futura esset: tignis trabes transuersas iniecerunt ultra parietem procurrentes (tigna Pullitras nostra lingua vocamus, trabes Soleas) vnde præpenderent demissæ storiæ & tegumenta quæ milites a telis defenderent, parietem sub contignatione secunda erigentes. vbi autem vsque ad tegumentum turris opus perduxerant, tegumenti contabulationem subleuabant, altiusque tollebant: quod Casar sic scribit, turris tectum per se ipsum prehensionibus ex prima contignatione suspendere ac tollere coeperunt: tantum autem eleuabant, quantum storiarum patiebatur demissio. quæ verba hanc sententiam continent: milites ipsum per se tectum sine vineis & pluteis prehensile, & leuabile quanta prolixitas erat. pendentium storiarum, ne si altius erigerent, interlucente spacio storiis non operto, nudi paterent telis opidanorum. Sic deinceps facta contignatione eleuato tecto storiisque præpendentibus muniti tectique opus expediebant. Ei adiunxerunt Musculum, qui a testudine differt paruitate. hæ enim machinæ ab animalibus per similitudinem nomen traxerunt, minoresque Musculi, maiores Testudines vocatæ sunt. Collocat in musculo duo longa tigna in solo crassitudinis bipedalis, in eis columellas defigit vtrimque, quas capreolis fastigatis coniungit, nostra lingua nomen capreoli retinet: capreolis imponuntur tigna perpetua tecti longitudine, quibus inuehantur trabes transuersæ a fastigio ad extremum musculi tectum. his infiguntur regulæ, quas lingua nostra Latas appellare consueuimus. Ita firmissimum ad omnem iniuriam & pondus tectum comparabatur.

IOAN. BRANTII ANTVERPIANI AD C. IULII CÆSARIS COMMENTARIOS NOTÆ POLITICÆ & Criticæ.

ff



IOAN.

NOBILIBVS ET MAGNIFICIS CONSVLIBVS ET SENATVI populoq. Antuerpiensi IOANNES BRANTIUS dedico confecroque.



V. E res in bene morata ciuitate, quod vos minime fugit, viri Nobiles ac Prudentes, plurimum possunt, Iustitia & Res militaris communi vinculo sic inuicem apte, diuelli ut haudquaquam possint. Nam & ipse leges latent in tutela bellica virtutis, & hac ipsa vicissim legum valet praesidio. Quo fit ut Homericus ille euadat Imperator Α μηδ' ἄριστος, βασιλεὺς τ' ἀγαθός κ' ἀγαθός τ' ἀρχηγός. Hac mihi replicanti variarumq; gentium Respublicas animo repetenti maxime occurrit, & quasi elucet vestra haec ANTVERPIENSIS, in qua vos intueor ut Senatores, ut Imperatores, ut ciues, ut viros deniq; cum prudentia & diligentia, tam omni virtute excellentes.


Nam quid de Iustitia dicam? eam sancte adeo ac religiose administratis, ut fasces vobis submittant (absit verbo inuidia) qua hic complures degunt extere nationes. Summos enim cum infimis pari iure retinetis, ut nec opulenti iniuriam, nec plebs contumeliam domi accipiant. Et si qui interdum, ut fit, ciuiles motus existunt, statim veluti in herba prudentia quadam opprimitis. Iam vero in iure dicendo quanta vobis seneritas? sed quae semper equabilis, gratia nunquam varietur. In audiendo quae facilitas & patientia? Aditus enim ad vos diurni nocturni patent: nec querimoniis cuiusquam aures clausa, sed in quas sicte & simulate questus causae insisurrari non patiamini. Quare efficitis ut cum gratiae nihil tribuatis, grata tamen, quae facitis, accidant omnia. Quid loquar de Re militari? in qua non modo eorum hominum, qui nunc sunt, gloriam, sed etiam Antiquitatis memoriam virtute adaequatis. Testis (ut vetera prope innumerabilia exempla praeter eam) haec ipsa Antuerpia, quae superioribus annis magnis Gallorum copiis pene oppressa, ipsorum sanguine redundauit. Testis vicina nobis Lira, quam urbem uno eodemq; die a Batavis occupatam, ciuium nostrorum auxilio ac singulari animi virtute conseruatam vidimus. An vero ullam usquam esse oram tam desertam putatis, quo non illorum dierum fama peruaserit? Qua fama excitati Principes Belgii ALBERTVS & ISABELLA, e numero vestro in consilium adhibent, partim etiam Consiliarios creant. Sunt in recenti memoria MASHI, AIALAE, MALINAE, ROBIANI, qui in hac Repub. omnibus perfuncti muneribus, hinc euocati res Belgicas uniuerse curant. De me, ut in hoc communi patria statu otiosus ne viderer, simul ut animus ex strepitu forensi non nihil reficeretur, ad ea identidem studia, quae adolescentis de more tractauimus, respectum habens me reuocauit. In iis unicum doloris leuamentum Historiam arripui; quae hoc unum (neq; enim de ceteris eius commodis, quae alii abunde pertractarunt, dicere in praesens propositum) imprimis praestat, ut nostrorum temporum miseriae magis intelligamus, sed patientius feramus. In historica autem scripturae vel M. Tullio iudice, familiam ducit C. IULIUS CAESAR, qui ut maximarum rerum gloria mortales omnes anteiuit, sic lingua Latina elegantia Romanos pene omnes superauit: rebus autem gerendis non modo interfuit, sed & praesuit. Quo factum, ut usum, qui rerum omnium magister, plurimum quoq; in historia scribenda valet, cum doctrina coniunxerit. Testatur id praecleari rerum a se gestarum Commentarii: quos equidem eo libentius in manus sumi, quod res nostras, hoc est BELGARVM propius tangant. Hi enim sunt, quos Caesar de uniuersa Gallia loquens omnium fortissimos, una cum Neruiis, predicat. Hi sunt, qui omni Gallia vexata, Teutonae Cimbrosq; intra fines suos ingredi prohibuerunt. Hi deniq; sunt (ut verbo dicam) quorum illa virtutem multis contra se bellis expertus, verbis in calumnia exulit. Et nisi propriis simultatibus & factionibus se ipsi consumsissent, (ut plerumq; fit cum rebus fractis & labentibus extremum malorum discordia accedit) ne Caesar quidem cum decem legionibus & toto decennio aduersus consentientes satis validus fuisset. Quantum itaq; a cura forensi & re familiari datum est otii, id omne his Commentariis legendis libenter impendi, quaeq; in iis notatu digniora obseruauit, exscripsi, annotaui, Plinii illius exemplo, qui nihil unquam legit, quod non exciperet. Hortantibus autem amicis ac pane conuicio efflagitantibus, ut publici curis, quidquid id est, facerem, & in lucem aliquando aspectumq; proferrem, cessi tandem victus & manumisi, fretus nominis vestri patrocinio. Quibus enim vel libentius velim quia ciuis; vel iustius debeam quia ab Actis ciuitati, quam viris in clarissima Reip. luce positus Caesaris Commentarios Notis illustratos, hoc est, magistram vitam, lucem veritatis historiam inscribere? Accipite igitur volentibus animis nostras in Casarem Notas qua Politicas, quae Criticas; utrisq; enim, qui partim in Rep. versantur, partim in studiis acquiescunt, gratificari quoad eius a me fieri poterit, studui; & hoc mea in vos obseruantia exstare volui monumentum, cupio quidem certe, sempiternum. Antuerpia Kal. Sextil. CIO IOCVI.

factionibus se ipsi consumsissent, (ut plerumq; fit cum rebus fractis & labentibus extremum malorum discordia accedit) ne Caesar quidem cum decem legionibus & toto decennio aduersus consentientes satis validus fuisset. Quantum itaq; a cura forensi & re familiari datum est otii, id omne his Commentariis legendis libenter impendi, quaeq; in iis notatu digniora obseruauit, exscripsi, annotaui, Plinii illius exemplo, qui nihil unquam legit, quod non exciperet. Hortantibus autem amicis ac pane conuicio efflagitantibus, ut publici curis, quidquid id est, facerem, & in lucem aliquando aspectumq; proferrem, cessi tandem victus & manumisi, fretus nominis vestri patrocinio. Quibus enim vel libentius velim quia ciuis; vel iustius debeam quia ab Actis ciuitati, quam viris in clarissima Reip. luce positus Caesaris Commentarios Notis illustratos, hoc est, magistram vitam, lucem veritatis historiam inscribere? Accipite igitur volentibus animis nostras in Casarem Notas qua Politicas, quae Criticas; utrisq; enim, qui partim in Rep. versantur, partim in studiis acquiescunt, gratificari quoad eius a me fieri poterit, studui; & hoc mea in vos obseruantia exstare volui monumentum, cupio quidem certe, sempiternum. Antuerpia Kal. Sextil. CIO IOCVI.

Lectori candido S.

EMERITO dixerim, Notis in Commentarios Casaris, quas nacti beneficio viri eruditissimi R.P. Andr. Schotti de Societate Iesu, qui illas Roma a *αὐτῶν* attulerat, nunc primi in lucem damus, & tantum tibi thesaurum inuidere nolimus. Prodiere quidem ex iis pleraeque immiste Notis Fuluianis in eo opere, quod Fragmenta historicorum inscriptum Plantinianis typis nuper exiit, sed tacito Ciacconii nomine parum verecunde. ut & Ald. Manutius Nepos sua in Casarem ad verbum magnam partem a Io. Rhellicano homine Germano clam est mutuatus. Si agnosceret, mutuuum foret; si tacet, furtum. Nos itaque Ciacconianas suo auctori veluti natalibus, ac nitori restituimus. quae vero genuinae Fuluii erant, illi reliquimus; postliminii iure suum cuique tribuendo. Nostris vero Notis, Politicis quidem iis qui Rempub. administrant seruire placuit, Criticis vero, qui rem potissimum litterariam spectant. In his autem, ne ignores, vsi sumus Codice Commentariorum Casaris calamo exarato admodum vetusto ex eiusdem Societatis bibliotheca, qui pluribus locis probam lectionem praese ferebat; praeter vulgatas pridem editiones notae itidem melioris Veneram, Beroaldinam, Basiliensem, Parisiensem Valcofanam; quas primis duntaxat earum syllabis expressimus. Quandoquidem vero (ut ille ait) ingenui est agnoscere per quem profeceris, Iusto Lipsio amico nostro singulari multa libenter accepta ferimus, quod ingens literarum lumen nuper, (pro dolor,) extinctum non sine lacrymis recordari possumus. Vale & fruire.

[Lectori. Ne in qua re offendas, scire debes nos Vrsini & Ciacconii notas diu iam accepisse; quas itaq; suo ordine Commentarioribus reliquis interuinximus. Nescii scilicet quod eruditiss. & politiss. Brantius cum suis ea coniungere volebat; de cuius instituto iam modo cognouimus. Quod te monere voluimus, ne quid vel nobis vel illi vitio vertas; illaque priora quae hic dicit, accipias quasi Ciacconianis praedicta; quod te insuper rogamus etiam.]



IOAN. BRANTII ANT-

VERPIANI

AD C. IULII CÆSARIS

COMMENTAR. DE BELLO

GALLICO LIB. I

Notæ Politicæ.



DE horum Commentariorum auctore dubitasse quosdam, & Iulio Cæſo, nescio cui, temere inscripſiſſe refert & refellit Senatus litterarii princeps Iust. Lipsius lib. 2. epist. quæst. epist. 2. quod infimæ ætatis quidam ita citarint: decepti, credo, recedentis manu, quæ ad ieci extremo libro solet. De stilo iudicat ibidem Lipsius, & lib. 2. Elector. cap. 7. Commentarii autem Cæsaris inscribuntur, quod in iis res eius in Gallia & bello civili gesta leuiter, breuiter, & quasi memorie tantum gratia perstringuntur, id quod ex Cicerone in Bruto, & Trāquillo in Cæsare apparet. Laudatur a Seruio passim: Ephemeris C. Cæsaris.

2. Gallia est omnis] Non omnis vsquequaque, sed Comata; in qua Cæsares gerebat. Similem omnino Gallia diuisionem apud Ammian. Marcellinum reperias lib. 15. 2. Cæsare proculdubio sumptam.

3. Harum omnium fortissimi sunt Belgæ] Præclarum Belgarum elogium, a quo nec abit Hirrius extremo libro 8. Belgæ, inquit, quorum maxima virtus, & ad sentit. itidem Cornelius Tacitus lib. 4. histor. quicquid roboris apud Gallos sit, Belgas esse.

4. Propterea quod a cultu, atq; humanitate prouincia longissime absunt] De prouincia Narbonensi accipio; quæ hodieque nomen retinet. ea subacta & domita diu a Romanis, cultura ab iis & mores acceperat, molliores. Itaque vino & delitiis utebantur; quæ ex Italia mercatores suppeditabant, & portioa Prouincialibus ad proximos Aquitanos ac Cæltas eadem vitia humanitatis specie transibant. Certe Cicero pro M. Fonteio, Referta, inquit, Gallia negotiatorum est, plena ciuium Romanorum, prouinciam hanc intelligens, vt in eadem vini portorium grande, & quæstuum institutum sit a M. Fonteio, vini scilicet ad reliquos Gallos exportandi. Non recte igitur Otmanus, vocem prouincia, superare contendit.

5. Minimeq; ad eos mercatores sepe commeant, atque ea qua ad effeminandos animos pertinent important] Idem Cæsar lib. 2. de Neruis hoc nomine

Belgarum fortissimis, quia nullus aditus ad eos fuit mercatoribus, nihil patiuntur vini, reliquarumq; rerum ad luxuriam pertinentium inferri, quod his rebus relaxare animos, eorumq; remitti virtutem existimarent. Et lib. 4. de Sucuis: Vitis ad se omnino importari non sinitur, quod ex re ad laborem ferendum rescolleſcere Lemnes atq; effeminari atbitrentur. Contra lib. 6. cum dixisset Cæsar, fuisse antea tempus cum Germanos Galli (scil. Volce Te-ctosages) virtute superarent, subdit statim: Gallis autem propinquitas & transmarinarum rerum notitia, vitia ad copiam atq; usque largitur, paulatim affiacit illi superari, natiq; vitia prouinciam se quidem ipse quoniam illi vitia comparant. Certe Iosephus lib. 1. cotta Apolloniensis qui Spartam ac Hierosolymanam a maritimis locis remoti in colerent, peregrinorum vitis vitas inquinatos fuisse tradit. De Carthaginensibus scribit M. Tullius Rulliana secunda extrema, fraudulentos & mendaces esse non genere sed natura loci, quod prosper portus suos multis & variis mercatorum & adænarum sermonibus ad studium fallendi studio quæstus vocaretur. Hoc item malum afferre mercaturâ & corrupte mores earum gentium, ad quos commearint, tradunt & disputant, qui de Reipublicæ optimo statu nostra memoria plurimi disseruerunt. in his Io. Bodin. lib. 3. de Repub. c. 8. & tangit Italorum doctissimus Pet. Victorius lib. 12. var. lect. cap. 4. vt non immerito Plato lib. 4. de Repub. & leg. voluerit eas ciuitates ad virtutem aptiores esse, quæ aliquanto longius a mari absunt, propterea quod quibus vitis maritimæ ac portuosæ vbres propter commercia, multarumq; gentium aditus, opportuna sunt, iis non facile corrumpi possint & effeminari. Ea causa inuehi peregrinas merces conciliariq; externa pretio displicuisse maiorib. scribit Plin. li. 29. natur. hist. c. 1. & prouerbio cesserunt Maritimi mores. Aristot. lib. 6. Polit. In commercijs, inquit, ciuium cum peregrinis maxime cauendum est ne ciuium boni mores externorum mercibus lascivis aut moribus turpibus corrumpantur.

6. Apud Heluetios lege nobilissimæ & ditissimæ fuit Orgetorix] Nempe cuius familia, vt mox Cæsar ait, circiter

circiter hominum millia decem fuit, præter clientes atque obzatos.

7. Coniurationem nobilitatis fecit] Coniurationis faciendæ formâ refert Seruius Honoratus princip. lib. 7. Æneid. ad primum huic versum: Vt belli signum Laurenti Turmus ab arce.

Milites autem a coniuratione perpetuo fecerunt a Lino, obseruat lumen Gallia: Ad. Turneb. lib. 11. aduers. cap. 18.

8. Et ciuitati persuasit] Locus perdifficilis, pugnat enim hæc proxime: moribusq; suis Orgetorige ex vinculis causâ dicere coegerunt. Si. n. persuasit, cur mox ex vinculis causam dicere cogitur? Non ob consiliu de Gallia occupanda, sed vt regni affectati reus. Frustra igitur laborat Otmanus, qui pro ciuitate, ei substituit. Vidit hoc (vt suum cuiq; tribuâ) Robertus Titius lib. 2. controuers. locor. cap. 20.

9. Perfacile esse, cum virtute omnib. præstarent, totius Gallia imperio potiri] Notandum Cæsarem virtutem cum nominat, bellicam siue militarem, hoc est, fortitudinem intelligere, quod & aliis scriptorib. esse perfamiliare ostendit Pet. Faber libro 1. semestr. cap. 12.

10. Cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat, & a S. P. Q. R. amicus appellatus erat] Infra lib. 4. de Pisonæ Aquitanao, cuius auus, inquit, in ciuitate sua regnum obtinuerat, amicus ab Senatu nostro appellatus. & lib. 7. de Theutomato Rege Nitobrigum: cuius pater ab Senatu nostro amicus erat appellatus. & inter alia Senatus in Ariouistum beneficia Cæsar commemorat, quod Rex appellatus esset a Senatu, quod amicus, quod munera amplissime missa, docetque eam rem & paucis contigisse, & a Romanis pro maximis hominum officijs consueuisse tribui vt & T. Liuius auctor est lib. 31. Annal. ab vrbe condita. vide & Barnabam Brissonium eximio illo opere Formularum lib. 2.

11. Et omnes clientes] Infra lib. 7. de Vercingetorige, conuocatis clientibus suis facile eos incendit. nempe quibus nefas fuit more Gallorum, vt Cæsar ait eodem lib. 7. etiam in extrema fortuna deserere patronos. vt vicissim illos patroni tuebantur. de quo plura Dionys. Halicarnassensis libro 1. antiq. Roman. Et Guliel. Budæus Gallia: ornamentum Annorat. prior. in pand. Feudorum apud I. C. nostros originem hinc deriuare non dubitat.

12. Obaratorumq; suos] Coniungit hos cū clientibus etiam Corn. Tacitus 3. Annal. Aliud vulgus obaratorum & clientium arma cepit. De illis meminit Varro lib. 6. de lingua Latina: Liber qui suas operas in seruitute, pro pecunia, quam debeat, dat, dum solueret, nexus vocatur: vt ab are, obaratus.

13. Trium mensium molita cibaria sibi quemque domo efferre iubent] Quid per molita cibaria hic intelligat Cæsar, vix capimus. subsistere nos iubent doctorum variantes sententiæ. Hear. Glareani hoc ipso in loco, & Franc. Luſini lib. 3. Parergon. c. 10. Lector arbitrat. Illud constat antiquitus in bellum ituris edici solere, vt sibi tridui non minus comitatum pararet, vt notat scholiastes Aristophanis

in Acharnens. hodieq; Thraces Turcæ farina cum olei lecytho trium dierum cibariis quotidie inquis gestant. Romanus miles dimidiati mensis cibaria ferre solet, teste Cic. Tuscul. 2. Apud Tit. Liuium lib. 21. Socii nauales decem dierum cocta cibaria ad naves deferre edicto proposito iubentur. Apud Salust. Iugurth. Metellus omnia iumentis sarcinis leuare iubet, nisi frumento dierum 2.

14. Erant omnino itinera duo, quib. itinerib. domo exire possent] Sepissime apud Cæsarem, vt semel admonet, repetitur quod antecessit. vt infra paullo: Diem dicunt, qua die &c. sexcenta alia occurrent exempla etiam apud M. Tullium, aliosque bonos Latinitatis auctores, historicos præsertim.

15. Et quâ maximis itinerib. posse] Octo scil. dierum spatio, auctore Plutarch. in Cæsare. Auctor autem est Suetonius in Iul. c. 57. meritoria rheda centena passuum millia in singulos dies confecisse.

16. Et sub iugum missum] Hostes olim iure belli deuicti, nudi, hoc est, discincti, creptis armis telisq; cū ignominia sub iugo transire cogebantur, quod Liuius teste lib. 3. Annal. ab vrbe condita trib. hastis fiebat, humi fixis duabus, superq; eas vna deligata. quem & legel. 9. Florus lib. 1. cap. 16. His armis exutos mittere sub iugum maluit.

17. Millia passuum decem nouem] Vide & admirare magnitudinem operum Romanorum, de qua plura doctiss. Lipsius noster lib. 5. de milit. Dialog. 13.

18. Vt sine iniuria & maleficio transcant.] Transitus & itinera militum talia esse debent, vt non modo manus, sed ne vestigiū quidē cuiquā pacato nocuisse dicatur, vt in Maniliana Cic. Hoc est, vt Vopiscus monet in Aurel. Nemo pullum alienum rapiat, ouem nemo contingat, vnam nullus auferat, segetem nemo deterat, oleum, sal, lignum nemo exigat, annonam sua contentus sit. quod apud veteres (auctore Frontino lib. 4. Strateg. c. 3.) tam stricte obseruatum, vt memoria tradiderit Scamurus pomiferâ arborem, quâ in pede castrorum fuerat complexa motatio, postero die abeunt exercitu, intactis fructibus, reliquam. Hæc autem duo (vt dicā & παρόδω) iniuria & maleficio sæpe a Cæsare iunguntur, lib. 2. bel. Gal. vt ab iniuria & maleficio se suosq; prohiberent.

19. Intelligebat magno cum prouincia periculo futurum. Docet passim politici, multisq; experimētis comprobatum est periculosâ esse potentium vicinia. Demosth. Olynthiaca 1. ὅλας ἀπεισοί, οἰμαί, τὰς πολιτείας ἢ τυραννίδας, ἀλλὰ οὐκ ἔστιν ἡμεῖς οὐδὲν ἔχουσι. & Alciphro epist. ad Encymonem: ὄσοι δὲ βλάσκων ὁ ἴσ' ἔστιν ἰσθμὸς ὀφθαλμοῦ. Inimicus & inuidus vicinorum oculus.

20. T. Labienum legatū prefecit] Cuius strenua ac fideli opera Cæsar toto hoc bello Gallico usus est. Postea tamen initio belli ciuili a Cæsare desciiuit, seq; Pompeio adiunxit. M. Tull. li. 16. epist. 11. ad Tironem: Maximam autem plagam accepit (Cæsar) quod is qui summam auctoritatem in illius exercitu habebat, T. Labienus, socius sceleris esse noluit, reliquit illum & nobiscum est. multiq; idem facturi esse dicuntur. & li. 7. ep. 12. ad Att. Labienum ab illo

discessisse propemodum constat. & epist. 13. Labienum
 in qua iudico. facinus iamdiu nullum civile praclarum?
 qui ut aliud nihil, hoc tamen profecit; dedit illi dolo-
 rem. Discessionis causam refert Dio lib. 41. a quo
 tamen tempore nunquam felici fortuna usus est,
 unde apud Lucan. lib. 5. — vir fortis in armis
 Caesareis Labienus erat, nunc transfuga vilis
 Cum duce praelato terras atq; aquora lustrat.
 Perit postea in acie Mundeni.

XXI 21 *Se se depopulatis agris non facile ab opidis ho-*
stium vim prohibere] Ita se res habet, qui agris ho-
 stium potius est, opidorum facile dominus euadit.
 Exempla adfert cum vetera, tum recentia Io. Bo-
 dia. lib. 5. de Repub. cap. 5.

XXII 22 *Nam omnis ciuitas Heluetia in quatuor pagos*
diuisa est] Ciuitas e pro vniuersa regione, & pagos
 pro partib. singulis a Cnare adhiberi obseruauit
 Gallia ocellus Adr. Turneb. lib. 3. aduers. cap. 3. &
 lib. 9. c. 7. Sed de domo testem producamus. non
 longe abiero. Subiicit Caesar: *Hic pagus* (Tiguri-
 nus) *cum domo exisset* &c. *que pars ciuitatis Helue-*
tiae insignem calamitatem pop. R. intulerat. & lib. 7.
eo opido recepto (Auarico) *ciuitatem Biturigum se*
in potestatem redacturum confidebat.

23 *Ea princeps poenas persoluit*] H. e. prima. sic su-
 pra paullo: *cuius legationis Numeius & Verodoti*
principem locum obtinebant. & infra: *princepsq; de-*
cima legio p. tribunos mil. ei gratias egit, inde reliqua
legiones. lib. 7. initio: *princepsq; se ex omnib. bellum*
facturos pollicentur. Vell. Paternus lib. 1. *inter hoc*
tempus & initium Nimi Regis Assyriorum, qui prin-
ceps rerum potius. Virgil. quoq; primus pro prin-
 cipe extulit. vt annotat Aurelius Victor in Origine
 gentis Romanae, illo versu:

— Traie qui primus ab oris,
 non ante quem nemo sed princeps.

XXIII 24 *Atq; ibi futuros Heluetios, ubi Caesar constitui-*
isset, atq; esse voluisset] Apud Hirt. li. 8. *Comius se ibi*
futurem ubi praescripserit, & ea facturum qua impe-
rauerit (Antonius) *obfidib. datis firmat.* Quod mox
 sequitur: *cuius legationis Dinito princeps fuit;* to-
 tidem poene verbis Sallust. extulit in Iugurth. *cuius*
legationis princeps fuit. L. Optimus.

25 *Quod improuiso*] L. u. lib. 3. Annal. *Arcē Tu-*
sculanā improuiso nocte capiunt. Cic. pro Muræna:
Syracusani improuiso in castra Hamilcaris irrupiunt.
 & alibi sepiissime. Idē de improuiso alibi dixit orat.
 pro Sex. Ros. Amer. *in quos si qui ex acie fugerint, de*
improuiso incidat. vt & noster li. 2. bel. Gal. *eo cum*
de improuiso celeriusq; omnium opinione venisset.
 Sallust. autem perpetuo: *ex improuiso.*

26 *Vt magis virtute, quā dolo contenderēt, aut in-*
fidias nitorētur] Testatur hoc ipsū de Gallis Hirt.
 de bel. Afric. *Gallus homines apertos, minimeq; insi-*
diosos, qui per virtutem, non per dolum dimicare con-
sueverunt. vt e Græcis Achei olim (teste Polybioli.
 13.) a struendis dolis vsq; adeo abhorruere, vt nec
 hostes suos vellent per fraudē vincere. vide ad hæc
 egregiā epistolā Consulū C. Fabricii & Æmilii ad
 Regem Pyrrhū apud Agall. li. 3. noc. At. c. 8. & extat
 Alexandri dictū apud. trian. *victoriā furari turpe.*

esse, manifeste & sine dolo vincendū. Contra occidit
 Virg. — *dolus an virtus quis in hoste requirat?*
 & Spartanorum rex Lyfander apud Plutarch. *vbi*
leonina pellic non pertingit, oportet vulpinam assuere.
 Hinc illa egregia calliditatis pars, vt Valerii verbis
 dicam lib. 7. c. 4. & ab omni reprehensione procul
 remota, quæ græca pronūciatione strategemata di-
 cuntur circumueniendi hostis excogitata.

27 *Consueffo enim Deos immortales*] Verissima
 yvāz Christiano non indigna. Deum quo lenius
 agit, segnius incipit, eo cum experit, perseverantius
 fauere, vt Liuii interim verbis vtar lib. 21. qui & li.
 3. *superbia crudelitatēq; eius seras, non leues tamen*
venire poenas ait. quomodo & A. Hirt. infra bellū
 Alexand. *Fortuna, inquit, plerumq; eos, quos plurib.*
beneficiis ornauit, ad duriosem casum referuat. P. Sy-
 ri Mimus: *Fortuna multis parcere in poenam solet.*
 quod & Plin. hinc excerpisse videtur natur. hist. li.
 1. c. 5. *Ita est profecto, multis fortuna parcit in poenā.*
 & lib. 2. c. 7. *poenas maleficiis aliquando seras, nun-*
quam autem irritas esse. vide aureolum Plutarchi
 libellum de tarda Dei vindicta. & parcemiam, Diu
 laneos habent pedes.

28 *Nam propter frigora, quod Gallia sub septen-*
trionibus, vt ante dictum est, posita est] Cor. Tacitus
 de Germanis: *apud quos, inquit, plurimum hiems*
occupat. & lib. 2. Annal. *iunari Germanos breui æ-*
state, & pramatura hieme. vnde proverbium apud
 Petron. Arbitrum: *Gallica frigidior hieme.* Auctor
 autem est Aristot. in Problem. maius frigus esse in
 locis his, qui positi sub septentrionibus, vnde fiat
 Boreas, quam in orientatibus.

29 *Diem instare, quo die frumentum militibus*
meiri oporteret] infra paullo: *Postridie eius diei, qd*
omnino biduum supererat, cum exercitui frumentum
meiri oporteret &c. lib. 7. post diem vii. *se se reuersu-*
rum confirmat, quam ad diem ei legioni, qua in præ-
sidio relinquebatur, deberi frumentum sciebat. Cer-
 to itaque die distri butum frumentum, & curatum
 summo opere ne is elaberetur, hic locus innuit. de
 quo & de vniuersa stipendii militaris ratione accu-
 rate Lipsius noster lib. 5. de militia dialog. 16. & lib.
 1. elector. c. 2.

30 *Complures annos portoria reliquaq; omnia æ-*
duorum vestigalia, parua pretia redempta habere
Redimere portoria vel vestigalia dicebantur pu-
 blicani, qui ea cōducebant in certū tempus, vt quo
 plus exigerēt, quā cōduxissent, eo lucrū plū facerēt.

31 *Nuptū in alias ciuitates collocasse*] Paulo ante.
 collocasse nude dixit, quomodo & M. Tull. as lib. 2.
 de offic. *Cum consuleretur utrū bono viro pauperi,*
an minus probato diuiti filiam collocaret, & Cor. Ne-
 pos in Epaminonda, *aut virgo amici nubilis propter*
paupertatem collocari non posset. Idem in Paulsania:
des ei filiam tuam nuptum, vt Terent. & Plautus nu-
ptū dare, & I. E. C. passim. Quod autē statim sequi-
 tur *fauere & cupere Heluetiis,* vsus ea ipsa loquendi
 formula idem Terent. And. act. 5. sc. 4. *vel quod i-*
psi cupio Glycerio.

32 *Præterita se Diuitiaco fratri condonare dicit*] XX
 Cul-

Culpam interdū condonare in gratiā honesti de-
 precatoris, humanitas est. vt hic Caesar in Diuitiaco
 fratris gratiam, Dumnorigi ignoscit.

XXI 33 *Ipsē de quarta vigilia*] De Vigiliis vide Ve-
 getium lib. 3. de re milit. c. 8. Iust. Lipium libro 5.
 de milit. dialog. 9. Quod statim sequitur *prima lu-*
ce, Sallust. *pari: er cum ortu solis dixit in Iugurth.*

XXII 34 *Confidius equo admissō, ad eum accurrit*] Lib.
 2. de bel. ciu. *sed admissis equis ad suos refugerunt.*
 Hirt. de bel. Afric. *Signo felicitatis dato, equo admissō*
in hostem contra principes ire contendit. Sic incita-
 to equo Cæsar dixit lib. 4. de bel. Gal. *incitato equo*
se hostibus obtulit, atq; interfectus est. & *incitatis e-*
quis impeditos adoriebantur. pro calcaribus succen-
 sās. Hic vero *admissō equo,* quasi frena laxando.
 T. Liuius: *Signum equitibus datum est, vt in hostē*
admitterent equos. Cic. 2. de finibus: *Nam etiam*
P. Decius, cum se deuoueret, & equo admissō in me-
diam aciem Latinorum incurreret, aliquid de volu-
ptatibus suis cogitabat. Ouid. lib. 2. de arte amandi:
 — *totis incumbere remis*

Vtile, & admissō subdere calcar equo.

35 *Idē a Gallicis armis atq; insignib. cognouisse*
Insignia que sint Adr. Turneb. lib. 9. aduers. cap. 8.
 docet ex Polyb. *Quem saper ea ipsa re explicat I.*
 Lipsius lib. 3. de mil. dial. 5. *Insignia autem a signis*
 ita distinguere videtur Cæsar, vt hæc copiarū sint,
 illa galæe. lib. 2. de bell. Gall. *Hostium tam paratus*
erat ad dimicandum animus, vt non modo ad insignia
accommodanda, &c. & lib. 7. *Caesar tectis insignibus*
suorum, occultatisq; signis militaribus. Diuersa au-
 tem Romanorum & Gallorum insignia fuisse, cū
 illi non nisi cristas, pennasq; auium; isti cornua aut
 animalū partes gestarēt variatq; effigies, docet Li-
 psius in analect. ad milit. lib. 3. d. alog. 5.

36 *Et Confidium timore perterritū, quod non vi-*
disset, pro viso sibi renunciaffe] Auctor est Philo-
 sophus lib. de insomniis homines sensu quam fa-
 cillime decipi, præcipue vbi turbati aliquo ani-
 mi motu sunt; vt amantes ex parua similitudine
 eam quam amant, coram cernere; timidi & ignaui
 hostium conspectum sibi fingunt. Exemplum hic
 vides, & apud Hirt. lib. 8. bell. Gal. *insidius cognitis,*
plura, quam videbant, exiimescebant. Sic patrū me-
 moria bello, quod Carolus Burgundia dux contra
 Ludouicum XI Galliarum Regem gessit, Burgundi
 cōspicati e longinquo & cælo obscuriori locū præ-
 altis carduis cōstitutum, hastas esse & hostium copias
 suspicari ad prælium se frustra præpararunt, vt re-
 fert prudens ille historiographus Philip. Comines
 lib. 1. capi. vlt.

XXIII 37 *Phalange facta sub primam nostram acie suc-*
cesserunt] Infra paullo: *militēs e loco superiore pilis*
missis, facile hostium phalangem perfrerunt. Rur-
 sum, *ac Germani celeriter ex sua cōiuetudine phalange*
facta impetus gladiatorum exceperunt. His in locis
 quid sit phalangem facere, docet Ad. Turneb. lib. 9.
 aduers. c. 7. vide & I. Lipsiū li. 1. Poliorcet. dial. 5.

XXV 38 *Caesar primum suū, deinde omnium e conspectu*
remotis equis] Eadem Suetonius Iul. c. 60. Plu-
 tarch. Cæsare. qui in Crassio simile narrat de Spar-

taco fugitiuorum Imperatore, & de Catilina Sal-
 lustius. Ammian. quoq; lib. 6. *Alemanorum, inqt;*
peditem fremitus indignationi mixtus auditus est;
vociferantium relicto equo factum debere versari re-
gales, ne si quid contigisset aduersum, deserti misera-
bili plebe, facilem discedendi copiam reperirent.

39 *Vt equato periculo spem fuga tolleret*] Infra
 hoc lib. extremo: *Germani omnem aciem suam rhe-*
dis & carris circumdederūt, ne qua spes in fuga relin-
queretur. Prudenter. Nam vt Tacitus ait lib. 3. hist.
 quanto plus spei ad effugium, tanto minor ad resisten-
 dum animus. Inter tria laudabilia, quæ Cato vno
 die fecisse putatur, illud est, *quod circūducto exerci-*
tu procul nauibus suis, castrisq; vbi spem nisi in vir-
tute haberent, inter medios hostes prælium cōmiserūt.
 Refert Tit. Liuius lib. 34. Annal. vide ad hanc rem
 qd prodidit memoriæ auctor de viris illustrib. c. 16.

40 *E loco superiore pilis missis*] De quib. Lipium
 vide l. b. 3. de milit. dialog. 4. qui in analectis monet
 perseverare apud nos Belgas vocem *pili,* qui sagit-
 tam sic vocamus.

41 *Praoptarent scutum manū emittere, & nudo*
corpore pugnare] Isadas Lacedæmonius apud Plu-
 tarch. in Agesilao, irruentib. in urbē Thebanis to-
 tum se nudauit, abiecta etiā tunica interiore, eoq;
 habitu altera manu hastile, altera ensēm gestans
 in confertissimos hostes irrupit, nuditatem hosti-
 bus summa temeritate ostentās. euasit tamen, eiq;
 decreta est corona, sed non sine mille drachmarū
 mulcta, quod nudus aduersus hostes pugnaffet.

42 *Tandē vulnerib. defessū, & pedem referre*] Lib.
 2. de bel. ciu. *vt simulatione timoris paulatim cedat*
ac pedem referant. vsus hoc verbo Lactant. Firmia-
 nus de vero cultu c. 24. *Ergo quicumq; aberrauerit*
referat pedē, seq; quāprimū recipiat ac reformet. & a-
 lii auctores passim.

43 *Nostros latere aperto aggressi circumuenire*] *La-*
tere aperto aliquoties occurrit. Contrarius *latere*
recto apud Terēt. act. 4. *See. i. triumpho si licet me la-*
tere recto abscedere. de quo & P. Nannus lib. 2. mi-
 scell. Tibull. quoq; suauissimus poeta *nudū latere*
 dixit lib. 1. eleg. 4. *Si volet arma, leui tentabis lu-*
dere dextra, Sape dabis nudū, vincat vt ille, latet.
Humerum apertum dixit Cæsar lib. 2. de bel. ciu.
humerum apertum gladio appetit.

44 *Auersum hostē videre nemo potuit*] Quod ti-
 midorū est, ac fugaciū, vt contra audaciū, *aduersū*
spectari. lib. 7. de bel. Gal. L. *Cotta legatus in aduer-*
sū os funda vulneratur. li. 3. de bel. ciu. *Interfectus*
est etiā fortissime pugnās Crastinas, gladio in os aduer-
sū coniecto. & Hirt. de bel. Alex. *diuersis enim telis*
nostri figebantur, aduersi ex vallo castrorum, auersiq;
ex summe. Sallust. Catilinar. *omnes tamen aduersis*
vulnerib. conciderūt. Catullus in Epithalam. Peleii:
 Nascetur vobis expers terroris Achilles,
 Hostibus haud tergo, sed forti pectore notus.

Valer. Max. lib. 2. c. 7. de Q. Metello Numidico:
 Crebras scil. victorias & multa trophæa peperit ex eo
 hoste, cuius tergum sub ambrōso imperatore, Roma-
 no militi videre non contigerat.

45 Impedimentis castrisq; nostri potiti sunt] Suet. Julio c. 60. nullum unquam hostem fudit, quin castris quocq; exiret. vbi eruditiss. Isaacus Casaubon. Narrat quoq; Plutarch. in apophtegmat. magnos duces stantib. adhuc hostium castris plenam se adeptos victoriam non putasse, necdum Imperatoris meritos cognomen.

46 Et propter sepulturam occisorum] Interfectorum cadauera sepelienda, etiã hostium, vel certe ipsi hostib. ad sepulturam concedenda esse, non iure gentium tantum receptum est, sed etiam veluti iure quodam diuino constitutum, vt plurib. demonstrat Pet. Faber li. 2. Semest. c. 1. Nec solent olim prius sepultura luctuq; affinium prohibere, nisi magnorum scelerum damnatos, puta parricidii, perduellionis, itemq; suspensiosos, vt notat Lipsius ad Cor. Tac. l. 6. Annal. Adde q; scribit elegãter Senec. de remed. for. Nō defunctorū causa, sed vinorū inuenta est sepultura, vt corpora & visu & odore foeda amoveretur, alios terra obruit, alios flāma cōsumpsit, alios lapid ossa redditurus includit. Nō defunctorū, sed nostris oculis parcimus.

XXIX 47 Litteris Gracis confecta] Et litteris & sermone vult Manutius. Dissentit Lipsius, qui de nudis characterib. accipit. neq; enim vsū illū sermonis Græcanici Helueticis vulgatum fuisse. Quod mox sequitur, ex vsu terra Gallia: id est, terræ Gallicæ. Sic Hirt. de bell. Afric. Namq; nullū portum terra Africa &c. Sallust. in Fragm. li. 4. histor. dua Gallia mulieres, pro Gallicæ. Agellius lib. 3. noct. Att. cap. 7. 8. & 10. terram Siciliam, Italiam, Galliam dixit.

XXIX 48 Locūq; domicilio ex magna copia deligeret] ex magna copia locorū nimirū Galliē cū potissimum delegerat, quē opportunissimū sibi iudicasset. Alioq; barbarę solēt gētes relicto patrio sterili solo meliores terras querere, vt de Cimbris ac Teutonib. in Italiã vinorū gratia expeditionē suscipientibus obseruauit Polybius, & eū secutus Lilius. Ae de Gothis, Hunnis, Vandalis, atq; Longobardis, ii obseruauerunt, qui de gentium migrationibus, vt Wolfgangus Lilius, multa scribere.

XXIX 49 Petierūt vt sibi conciliū totius Gallia in diē certam indicere, idq; Casaris voluntate facere liceret] Vtiliã & necessaria Reip. esse totius populi concilia docet prudens scriptor Ph. Cominē, eosq; qui aliter sentiunt grauius reprehendit l. 10. Cōm. de reb. gestis a Ludouico xi. & Carolo ix Gallorū Regibus, & post eū latius Io. Bodin. lib. 3. de Repub. c. 7.

50 Diem concilio constituerunt] Lib. 7. densique rei constituit diem.

51 Et iurando, ne quis enunciarer] Eod. lib. 7. ne res effertur, vt iurando ac fide sanciantur petūt. li. 5. extr. tanta diligentia omnes suos custodis intra castra cōtinuit, vt nulla ratione ea res enunciarer aut ad Treuitos perferri possit. Taciturnitatē optimū atq; purissimū rerum administrandarū vinculū appellat Val. Max. li. 2. c. 2. nec res magnas sustineri posse ab eo, qui tacere graue est, scribit Q. Curtius lib. 6. vbi de Perhis tradit, Regū arcana mira fide cœlare solitos, ven metus, inquit, non spes eliciebat vocē, quā prodere non audeant. & ob eã causã omniū, quæ apud ho-

stes gererentur, Alexandrū ignarū fuisse auctor est idem Curtius & Ammian. Marcell. lib. 21. De Anglis hoc ipsū testatur Froissardus. Extat & Senatusconsultū tacitū apud Capitolinū in Gordian.

52 Sese omnes flentes Casari ad pedes proiecerunt] Quid sibi vult fletus hic? qui toties in his Cōmentariis occurrit. Quid illa (vt Horatii verbis vtat) nō virilis eiulatio? Quin potius mōitore eodē Flacco li. epod. ode 16. Vos, quib. est virtus, muliebrem tollite luctum. Quid enim, inquit Cic. li. 2. Tusc. quæst. fletu muliebri viro turpius? Sed occurrit Meucela apud Eurip. in Helena: Καὶ, ἰν γ, ἡ λέγεται, ὡς αὐτὸς αὐτὸς ἰσχυρὸς ἢ ἔνυμφος αὐτὸς δὲ αὐτὸς ἐφθαλμῶν βαλεῖν. atqui aiunt esse viri generosi, in calamitatibus lacrymas ex oculis emittere. Sic supr. Diuitiacus multis cum lacrymis Casarem complexus obsecrare cepit. & post paulo: hac cum plurib. verbis flens a Casare peteret. & li. 1. de bel. ciu. flens Paterius manipulos circūit, militesq; appellat. Ipse Cæsar apud Suet. in eius vita cap. 33. pro concione fidem militum flens ac veste a pectore distissa inuocauit.

53 Gallia totius factionis esse duas] Duas quoq; in Thessalia fuisse idē Cæsar lib. 3. de bel. ciu. testatur reliquit. Totidē Athenis Æmil. Prob. seu potius Cor. Nepos in Phocone. Sūt autē factiones hominū cœtus, & tanquã cateruæ inter se dissidentes. Cæsar li. 6. qua ex re factiones diffusionsq; oriuntur. Partes sepe vocat Cic. & Sallust. partium studia in Iugurt. Quæ ciuitatibus, Rebus publicis, & totis puiciis quantę sint perniciet, imo exitio, aurea extat Liuii sententia li. 3. Annal. ab V. C. quam & veram, p̄ dolor, hoc seculū experitur: Fuere eruntq; factiones plurib. populis magis exitio, quã bella externa, quam fames, morbiue, quæq; alia in Deū iras, veluti vltima publicorum malorū vertunt. Testatur & Marii & Syllę, Cæsar & Pompeii bella ciuilia ab ipso etiam Horatio deplorata. Post etiam Romanorū temporib. factiones aurigarum colorib. discretæ Russata, Prasinæ, Venetæ, Alba siue Albata. de quibus Tertull. de spectat. cap. 9. Cassiodorus lib. 3. Var. epist. 13. Suidas, Isidorus, Cedrenus initio imperii Romani. Plura de factionum iacommodis suggeret Bodinus lib. 4. Politicorum c. 7. & Lænius Torrentius Antistes olim noster sacre pœseos patriæque decus ad illud Odæ 1. Horatii, Sunt quos curriculo.

54 Harum alterius principatum tenere Aedius, alterius Aruernos] pro Aruernis Sequanos posuit l. 7. de bel. Gal. Sed eum vtriq; iunctim principatum tenuerint, vt statim ex Cæsare colligi potest, & Sequani iam valde fracti ab Ariouisto & maiores essent, Cæsar Aruernos hic solos nominat, vt recte à Lipsio obseruatum est.

55 Quod solus neq; iurando, neq; obsidibus teneretur] Quibus duobus modis quod quis etiam hosti promisit, seruare debet. Fallere autem turpissimum semper habitum, vt exemplis adductis ostendit Cicero l. de offic. Io. Bodin. libro 5. de Repub. cap. vlt. Notat Cæsar Octacili Grassa perfidiam libro tertio de bel. ciu. Tirones, inquit,

multitudine nauium perterriti, & salo nauisæque confecti, iurando accepto nihil eis nocituros hostes, se Octacilio dederunt: qui omnes ad eū perducti, contra religionem iurandi in eius conspectu crudelissime interficiuntur. Extat similis Tisaphernis perfidia apud Æm. Prob. (siue is Cor. Nepos) in Agesilao quem legisse, non te mi lectro p̄nitebit.

56 Sed peius victoribus Sequanis, quam Aedius victis accidisse] Auxilia externa sæpe ducibus aduocanda, sed cum cautione illa T. Liuii lib. 35. ne ita externis credant auxiliis, vt non plus sui roboris, suarumq; proprie virium in castris habeant. Aliter si fiat, peius victoribus, quam victis accidet, vt hic Sequanis; qui contra Aedius sibi in subsidia Germanos mercede accersuerat. Hinc li. 2. Belgis inter coniurandi causas, quod vt Germanos diuitius in Gallia versari noluerant, ita populi R. exercitum hiemare atq; inueterasere in Gallia moleste ferebant. Notus apologus de ceruo & equo apud Aristotelem lib. 2. Rhetor. cap. 20. ex Stesichori ad Himærenses oratione, veribus ab Horatio celebratus lib. 1. epist. 10. Ceruus equum pugna melior amantibus herbis. & de equo & apro apud Phædrum Augusti libertum fabula 62. Vide quæ adferuntur. Per. Victorio lib. 8. Variat. lect. cap. 17. ex Strabone lib. 6. Geograph. & Isocrate oratione de pace. Recentia populorum exempla, quos peregrini exercitus mercede conducti & acciti pessime habuerunt, recenset Io. Bodin. li. 5. de Rep. c. 5.

57 Entium esse paucis annis, vt omnes à Gallia finibus pellerentur] De gentium migrationibus aliis alio pellenibus singulari volumine Wolfgangus Lilius.

XXIX 58 Neq; vllam omnino votem exprimere possent] Per. Victorius simili Demosthenis de Stratone contra Midiam loco docet magnitudinem doloris sepenumero vocem eripere iniuriam passis, lib. 1. Var. lect. cap. 5.

59 Quod, ois nec in occulto quidem queri] M. Tul. lib. 10. epist. 10. ad familiares. de M. Antonio: cuius, inquit, tanta est, non insolentia (nam id quidem vulgare vitium est) sed immanitas, non modo vt vocem, sed ne vultum quidem liberum possit serre ois quano. Claudian. in Rufin. lib. 2.

Nam miseris nec flere quidem, aut lenire dolorem Colloquis impune licet.

Nimirum suspitia in abdito profunde ducta tantum grauius, quod non liceat illa palam per os oculoluc effundere, & aperte queri. Nulla siquidem flendi maior est causa, quam flere non posse, ait Seneca philof. & Seneca Rhetor lib. 1. controu. 10. Perumq; omnis dolor per lacrymas effluit. Plinius Secūdus l. 8. ep. 16. Est quada etiam dolendi voluptas, præsertim si in amici sinu defleas: Ouidius: Expletur lacrymis egeriturq; dolor.

Pacatus in panegy. Theodosii: Est aliquod calamitatum delinimentum: dedisse lacrymas malis, & peccata laxasse suspitia. Statius in Syluis:

— nec te lugere seuerus Arceo, sed confer gemitus, pariterq; beatius.

Vide de tyranno subditos a mutuis colloquiis arcente Ælian. li. 14. & Cor. Tacit. de Vita Fusii Germani matre lib. 6. Annal. quæ necata est eo quod filii necem fleuisset.

60 Ipse autē Ariouistus tantos sibi spiritus] Pro xxxiij ferocia & superbia. Sic infra lib. 2. qua ex re fieri, vti eorum rerum memoria magnam sibi auctoritatem, magnosq; spiritus in re militari sumerent. & lib. 2. de bel. ciuili. His rebus tantum fiducia ac spiritus Pompeianis accessit.

61 Quod cōmodo Reip. facere possent] Sic li. 5. C. xxxv scribit Labieno si Reip. commodo facere possent, cōlegione ad fines Neruiorū veniat. & l. 6. Labienū Treboniumq; hortatur, si Reip. commodo facere possent, ad eam diem reuertantur. Erat. n. in commissa publica re exceptio hæc, vt id quod mandabatur ita fieret, si commodo Reipub. fieri posset: quo significabatur eam re non potestati magis, quã prudentiã committi, vt docet Paulus Manutius ad Cic. li. 1. epist. 1. ad famil. vbi hac ipsa formula vtitur, & alibi passim. vt & illa Quod commodo valetudinis tua fiat lib. 14. ep. 5. Vide Brisson. formul.

62 Ius esse belli, vt qui vicissent, ius quos vicissent, quem admodum vellent, imperarent] Hinc li. 7. qui suo beneficio conseruatos docerent, quos iure belli interficere potuisset. De quo belli iure plene tractat Pet. Faber l. 2. semest. c. 3. Atq; illud est q; scribit Q. Curt. l. 4. leges à victorib. dicuntur, accipiuntur à victis.

63 Non oportere se à pop. Ro. in suo iure impediri] Infra l. 4. Si se inuito Germanos in Gallia transire nequam existimaret, cur sui quidquã esse imperii aut potestatis trans Rhenū postularet? & li. 1. de bel. ciu. Cæsar acerbitate inimicorū docet, qui quod ab alio postularent, se recusarent. Notū est iuris axioma Quod quisq; iuris. Arn. l. 1. adu. gēt. Res agis sui iniustas, vt id in nobis constitutis esse dñabile, q; ipsi vos subditis, aut qua vobis licere permittitis, cōsimiliter aliis licitum esse nolitis. Arist. in Politicis ex Pythagora: Si quis patiat, q; ipse fecit alii, ius esto. Alexander quoq; Seuerus Aug. apud Inq. Capitol. eū quem reprehenderet militem de via ad raptū decedentem, Viste, inquit, hoc in agro tuo fieri, quod alteri facis? clamabatq; sapius quod a quibusdam siue Iudæis siue Christianis audierat, & tenebat, idque per præconem, quum aliquē emendaret, dici iubebat, Quod tibi non vis, alteri ne feceris.

64 Si in eo manerent quod conuenisset] Conditio nibus stare dicit Cic. 16. ep. 11. ad Tironem. Nihil aut tam congruū fidei humana, quã ea qua inter eos placuerunt seruare, ait Vlp. in l. 1. D. de pactis.

65 Tectū non subissent] Ridiculum quod de tecto Cicero Verrina 7. Hic, inquit, ita vivebat iste bonus Imperator (Verres) hibernis mensibus, vt cum non facile non modo extra tectum, sed ne extra lectum quidem quisquã videret. ita diei breuitas conuiuiis, noctis longitudo &c.

66 Vt magnam ad ducendum bellum daret facultatem] Ducere bellum, idem quod producere. vt apud Hirt. de bel. Hisp. Accedebat huc vt lōgius bellū duceret Pompeius. Idem valet bellū trahere. Cic. li. 10. ad Att. ep. 6. Si trahitur bellum quid exspectat?

& Linius lib. 5. *Vnum iam bellum annum tertium trahi, & consilio male geri, ut diutius gerant.* Sall. Iugurth. *penuria rerum necessariorum bellum trahi non posse.* Tēpus trahere dixit Hirt. de bel. Afr. *Conuictum trahere* Plinius lib. 3. epist. 1.

67 *Qui ingenti magnitudine* Talis & Israelitarū metus Numer. ca. 13. *populus, quem aspeximus pro-cera statura est &c. quib. comparati quasi locusta videbantur.* Immania tamen corpora, quo erant maiora, eo magis gladius ferroque patere ait Florus lib. 3. cap. 10. Linius lib. 5. *annal. ab vrbe con. de Gallis: Qua effuso agrum aduentat gens est, cui natura corpora animo, que magna magis, quam firma dedit, eo in certamen omne plus terroris, quam virium ferunt.* Cor. Tac. in Germania sua: *magna corpora & tantum ad impetū valida.* Placere tamē nonnullis Ducib. pro-cera milites statura, ut C. Mario, qui tironem repudiavit nisi senos minimum pedes, & denas uncias haberet testante Vegetio li. 1. de remilit. cap. 1. Sed idem virius ait fortes milites esse, quam grandes, ideoque non tam staturæ rationem habendam, quam virium.

68 *Abditi in tabernaculis* De Tabernaculis cuiusmodi fuerint, ex qua materia confecta, aliæque eo spectantia, vide apud I. Lipsium libro 5. de milit. Dialog. 5.

69 *Vulgo totis castris testamenta ob-signabantur* Milites in bellum profecturi, aut iam ad aciem parati, celeriter absque vlla solennitate testamentū faciēbant, quod in proximitate dicebatur. De quo vide passim I. CC.

70 *Quod aut quam in partem, aut quo consilio ducerentur, sibi querendum aut cogitandum putarent* Eleganter Otho apud Cor. Tacitum lib. 1. histor. *Tam nescire quadam milites, quam iure oportet. Ita se ducum auctoritas, sic rigor disciplina habet, ut multa per Centuriones tribunosque tantum iuberi expediat. Si ubi iubeantur, querere singulis liceat: pereūte obsequio etiam imperiū intercidit. Vobis arma, & animus sit, mihi consilium & virtutis vestra regimen relinquite.* Itaque, ut mox Cæsar subiicit, *arroganter faciunt, qui aut de officio Imperatoris desperare, aut ei præscribere videntur.* Similis extat reprehensio libro septimo, ob temeritatem cupiditatisque militum, quod sibi ipsi iudicauissent, quo procedendum, aut quid agendum videretur. & arroganter plus se, quam Imperatorem, de victoria atque exitu rerum sentire existimarent. Scilicet quod ipsi milites mox se purgantes confitentur, *de summa belli non aliorum iudicium est, quam Imperatoris.* Extat elegans Paulli Consulis ad milites oratio apud T. Lium lib. 44. *vnum Imperatorem in exercitū providere, & consulere quid agendum sit debere, nunc per se, nunc cum iis quos aduocauerit in consilium, qui non sunt aduocati, eos nec palam nec secreto iactare consilia sua.* Militem hac tria curare debere, corpus ut quam validissimum & pernicissimum habeat, arma apta, animum paratum ad subita impetia, Cura scire de se diis immortalibus & impo-

ratori suo cura esse. Quibus conuenit illud Vellei Patreculi lib. 2. *Exercitum prudentia Ducis regendum esse, non consilia Ducis iudicio exercitus.* Laudatur & à Plutarcho in Galba Paulli Æmilii factum, qui cum Imperator in Macedoniam venisset, id tantum operam dare milites iussit, ut singuli præparatas & paratas manus, gladioque præcutos & bene secantes haberent, rel. qua sibi cura futura.

71 *Seruili tumultu* De quo L. Florus lib. 3. cap. 19. & 20. De bello autem Romanorum aduersus Cimbro & Teutones consule Orofium l. 5. c. 16.

72 *Magis ratione ac consilio, quam virtute vicisse* Infra libro septimo, non virtute neque acie vicisse Romanos, sed artificio quodam & scientia oppugnationis. *ratione ac consilio* dolo & insidiis, hic interpretatur Hotman.

73 *Hac ne ipsum quidem sperare nostros exercitus capi posse* Sperare àuxer hic pro timere, quomodo Græci suum ἀσπίδα vsurpant. & poetis solenne, ut apud Terent. And. nam quod tu speras, propulsabo facile. Virg. li. 1. Æneid.

Si genus humanum, & mortalia temeritis arma, At sperate Deos memores sancti atq; nefandi. & lib. 4. *Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.*

74 *Se quod in longiorem diem collaturus esset representaturum* De representandi verbo multa Iureconsulti nostri, quos non describo.

75 *Tamen se cum sola decima legione iturum, de qua non dubitaret* Astutum Cæsar's consilium, qui ut quorundam ignauiam castiget, cum decima se legione in hostem iturum prædicat, quo consecutus est ut decimam tanquam præcipua fortitudinis testimonio cogeret, & ceteros pueret, ne penes alios gloria virtutis esset, ut Sex. Iul. Frontini verba vsurpem lib. 1. strategem. cap. 11. Id quod Homerici Diomedis exemplo factum obseruat Pet. Victor. lib. 2. Variar. cap. 3.

76 *Sibi que eam pratoriam cohortem futuram* Quid cohors, vnde dicta, & qua pratoria, abunde docet, I. Lipsius lib. 2. de milit. Dialog. 4. Cuius exemplo amicorum itidem cohors dicta. De qua idē Lipsius ad Cor. Tac. lib. 6. Annal.

77 *Huic legioni Cæsar indulserat, præcipue & propter virtutem confidebat maxime* Repetit statim, & præsidium quam amicissimum nominat.

78 *Hac oratione habita mirum in modum conuerse sunt omnium mentes, summaque acritas & cupiditas belli gerendi innata est* Vegetius libro 3. de re milit. cap. 11. *Menitis, inquit, & oratione ducis exercitui virtus crescit & animus, præcipue si futuri certaminis talem acceperint rationem, quam sperent, se facile ad victoriam peruenturos.* Tunc inimicorum ignauia vel error ostendendus est, vel si ante à nobis superati sunt, commemorandum. Dicenda etiam quibus militum mentes in odium aduersariorum, ira & indignatione moueantur. Quod omne hoc à Cæsare miro artificio obseruatum est.

79 *Inde reliqua legiones per tribunos &c. ut Cæsari satisfacerent* Satisfaciendi verbo vtitur Cæsar

etiam libro quinto in princip. & extremo. & passim alibi. Vsurpat & Suetonius in Julio cap. 73. & Claudio cap. 38. De vi autem & significatione eiusdem verbi ad dr. Turneb. lib. 8. aduersarior. cap. 25. Brisson um libro octauo de formul. s. Aduertere autem hic extor ab Hesiodo multis commendatam honestam æmulationem initio ἐγρω — ἀγαθῆ δ' ἐπὶ τῆς ἡδὲ βροταίσι.

80 *Eorum satisfactionem accepta* Libro sexto, Vltiorum satisfactionem accepit. M. Tull. libro septimo epist. ad Trebatium: *Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis.*

81 *Dies colloquio dictus est* Libro quinto, omnibus hibernis Cæsaris oppugnandis hunc esse dictum diem. Linius lib. 29. initio: *vbi dies, qua dicta erat, aduenit.* Simili modo Terent. Andr. *Hic nuptijs dictus est dies.* infra paullo, colloquio diem constitueret, noster dixit. & libro septimo, *denique ei rei constituit diem.*

82 *Ad equum rescribere* Ad equum rescribere est legionem eam quæ peditum erat, in numerum equitum transcribere. quam esse singularē Cæsaris nostri formulā obseruo. Sic fere Seneca. philos. epist. 4. ad Luciliū: *quum puerilem animum deposueris, & te in virum philosophia transcripserit.* quo transcribendi verbo ad rem propositam valde vtitur apposite Valer. Max. lib. 2. cap. 7. cum enim Tarentino bello magnum captiuorum civium furorum numerum à Pyrrho rege vltro missum recepissent Romani, decreuerunt, inquit Valer. *ut ex iis qui equo meruerant, peditum numero militarent, qui pedites fuerant, in feneratorum auxilia transcriberentur.* & ibidem pallo ante de L. Calpurnio Pisonē, *turmasque equitum, quibus præfuerat (C. Titius) adem tās equis in funditorum alas transcripsit.* Fuit igitur hæc militiæ mutatio pro pœna militari: pro premio vero cum contra pedites in equitū numerum transcribebantur, ut ex hoc Cæsaris loco colligere est.

83 *Quod Rex appellatus esset a Senatu, quod amicis, quod munera amplissime missa* Apud Lium lib. 30. Scipio Masianissimū primum Regem appellatū aurea corona, aurea patera, sella curuli, & scipione ciburneo, toga picta, & palmata tunica donat &c. Hirt. de bel. Alex. *si id fecisset, iam tunc sibi mitteret munera ac dona, qua bene rebus gestis imperatores ab amicis accipere consueverunt.* miserat enim Pharnaces coronam auream.

84 *Præsertim etiam quam nostrum amicitiam appetissent* Solere Romanorum amicitiam societatemque a quam plurimis etiam Regibus expecti ostendit Brissonius in Formulis. Addam Sallust. illud bello Iugurth. *Ceteri, inquit, Reges aut bello victi in amicitiam a vobis recepti sunt, aut in suis dubiis rebus societatem vestram expectauerunt.*

85 *De suis virtutibus multa predicauit* Habet tota hæc Ariouisti oratio Gallicam ostentationem, cum linguæ quadam intemperantia, quam in Gal. Diodorus Siculus libro quinto biblioth. quoque

reprehendit. In colloquijs verborum, inquit, patet & obscuri per inuolucra synecdochice pleræque enunciantes. tum multa hyperbolice ad suæ laudis amplificationem, aliorumque contemptum iactant. Minaces præterea sunt & elati, Tragicique exaggeratores. Talis est supra Helueti Diuiconis elatio. item Vercingetorigis libro 7.

86 *Et dedit tui subtrahantur* Crebra in his Commentariis & passim apud Lium alioque deditiorum mentio.

87 *Et quod bellum non intulerit sed defenderit* Id est, repulerit. Vidit hoc politissimi iudicii Iust. Lipsius lib. 2. var. cap. 22. Sic mox lib. 2. cum alias bellum inferrent, alias illatū defendērent id est, propulsarent, ut loquitur lib. 6. *vti aut ipsi iniurias inferrent, aut illatus propulsarent.* Cic. quoque lib. 3. offic. defendere iniuriam, pro prohibere dixit. adhibet & Maron. in Bucol. Plura colligit Lambin. ad Horat. lib. 1. od. 17. Quibus illud Ennianum addde: *Serua ciues, defende hostes, quum potes defendere.* Græci ἀμύειν dicunt, quod verbum & defendendi & propulsandi vim habet.

88 *Neque tam imperitum esse rerum* Imperitus rerum vsurpauit & alibi Cæsar, ut libro quinto quod non adeo sit imperitus rerum. & Cicero Verr. 3. *homo omnium rerum imperitus quærit quid sit ad perpendicularium.* Terent. Andr. *Tunc hic homines adolescentulos, imperitos rerum.* Imperitos simpliciter dixit Cæsar lib. 6. *barbaros atque imperitos homines, inopia cibariorum adductos.* Idiotas vulgo dicunt, simplices sæpe Cicero.

89 *Eos à se per fidem in colloquio circumuentos* Non recte igitur T. Labienus C. Volusenum misit, qui Comium per simulationem colloqui curaret interficiendum: ut est apud Hirt. lib. octauo. vbi nos plura num. 18.

90 *Qua arrogantia in colloquio Ariouistus vsus esset* Ferociam & iactantiam Gallis inesse Strabo quoque auctor est lib. 4. & hic noster Gallicam ostentationem appellat lib. 7. a qua abesse quam longissime debet optimus quisque Imperator, & magis cum Iugurtha Salustiano plurimum facere, & minimum ipse de loqui. aut cum L. Pisonē illo, de quo Velleius Patrec. lib. 2. *qua agenda sunt, curare sine vlla ostentatione agendi.* Vetus Græcorū dictū extat apud Eustathium, *ἄγους ἀπὸ τῆς γῆς ἐν πόλει καὶ ἀπὸς.* Confidens ante rem, plerumque ignauus. Et teste Seneca grauiissimo philosopho: *Venti desituri vehementissime spirare soleat.* Accedit quod arrogantia non solum suos possessores, sed & illos quos ei inseruit, & morem gerere contingit, perdit, ut ait Agat. libro tertio.

91 *Conantes dicere prohibuit, & in catenas coniecit* Improbe &c. contra ius gentium, quia, ut noster ait libro tertio, *vel ipsum legati nomen ad omnes nationes sanctum inuolatumque semper fuit.* ad quem locum nos plura.

92 *Quos ex omni copia singuli singulos sua salaria causa delegerant* Aduerte mil. xlviii

lector, mos & hic veterum later militaris, quem observarunt Pet. Victorius lib. 18. Vari. cap. 19. & Adr. Turneb. lib. 2. s. aduerf. cap. 7. Solere nimirum militiæ in cõstituenda acie a viro virum legi, vt in cuius virtute plurimum fiducia esse quisque statueret, cum in acie proximum haberet, cuius latus tegeter, & a quo suum vicissim tegeretur. Vide & Dionem Cassium l. 54 & Liuium lib. 10. Annal.

95 *Hic quid erat durium concurrerant*] Infra l. 7. cum equitatu expeditisq; qui inter equites præliari solent. Rursum; equesq; ab his accersit, & leuis armatura pedites qui inter eos præliari consueverat. Cor. Tacitus de Germanis: *Mibi præliantur aequa & congruente ad equestrem pugnam velocitate peditem.* Liuius de Gallis lib. 7. Galli inter equites raros sagittarios expeditosq; leuis armatura interiecerant. & lib. 4. 1. Veniebant decem millia Gallorum equitum, par numerus peditem, & ipsorum iungentium cursum equis, & in vicem prolapsorum equitum vacuos capientium ad pugnam equos.

XLIX 94 *Duas ibi legiones reliquit, & partem auxiliorum*] Quid inter legiones & auxilia intersit, expedit Veget. lib. 2. cap. 1. & 2.

95 *Non esse fas Germanos superare*] Nefas hic accipi videtur pro impossibili, vt apud Horat. & Cic. quod Græcis ἀδύνατον. non pro non æquo.

96 *Si ante nouam lunam prælio contendissent*] Agendis Rebus hoc auspiciatissimum initium credebant Germani (teste Cor. Tacito de moribus eorum) cum aut inchoaretur luna aut impleteretur. Lunam itaque (quam & deorum numero censebant, vt infra lib. 6.) Lunatici pugnatu obferuât, vt olim Lacones, qui a Lycurgo legem acceperant (auctore Luciano in astrologia) ne ante plenilunium exercitu exirent. Cæsar igitur in eligendo pugnae tempore, strategemate vsus est, quod à Frõtino referretur lib. 2. ca. 1. Antea Paullus Æmilius Macedonas vicerat obseruato lunæ defectu, teste Plutarcho in eius vita, & T. Liuii lib. 44. Sic & Galatæ eodem lunæ defectu perterriti vterius cum Attalo Rege procedere noluerunt, vt narrat Polybius lib. 5. Sed & patrum nostrorum memoria Christophorus Columbus Genuens, cum Indos ad humanitatem & hospitalitatis iura blanditiis allicere non potuisset, naminis metu perterruit. Lunam enim (quam & illi maxime colunt, & cuius deliquium breui fore Columbus prospexerat) manibus in cœlum elatis testatus est, eam iniuriam non impune laturam, quod illum Lunæ amicum & cultorem portu, hospitio, aquis, commentu proliberent. Post triduum Luna defecta luminæ Barbaros rationis ignaros & ad superstitionem mobiles adeo percudit, vt illico Columbi iussu obtemperarent. Refert Io. Bodinus lib. 5. de rep. cap. 1. Hebræis quoque Sabbatho depugnare primo religio fuit, quam & Plutarchus de hebræis ca. 10. sic irridet: *Indæi*, inquit, *Sabbatho desidentes, ociosi, hostibus scalas muris admoerentibus, murosque occupantibus nihil se mouerunt, sed superstitione tanquam reti capti se continue-*

runt. quos ita arrepta occasione Titus Vespasianus deuicit, vt autor est Frontinus lib. 2. Machabæi tamen Sabbatho necessitate compulsi feliciter pugnarunt, vt est lib. 1. Machabæor. cap. 2.

97 *Omnes marios in conspectu hostium*] Alarii qui & vnde dicti docet Veget. lib. 2. de re milit. ca. 7. A. Gellius lib. 16. noct. Attic. ca. 4. & e recentioribus Lipsius lib. 2. de milit. Dialog. 7. vbi hunc locum explicat.

98 *Generatimq; constituerunt, paribusq; intervallis Harudes*] Li. 7. hoc se colle, interruptis pontibus, Galli fiducia loci continebant, generatimq; distributi in ciuitates &c.

99 *Marcomani*] De quibus Tac. de mor. German. iuxta Hermundurios Narisici, ac deinde Marcomani & Quadi agunt. Præcipua Marcomanorum gloria viresque, atq; ipsa etiam sedes, pulsus olim Boijs virtute parca. & Velleius Paterculus lib. 2. histor. Nihil erat iam in Germania quod vinci posset, præter gentem Marcomanorum, qua Marobodio duce excita sedibus suis, atque in interiora refugiens, incinctos Hercinia silua campos incolebat. Florus lib. 4. ca. vlt. Missus in eam prouinciam Drusus primus domuit Vspetes; inde Tencheros percussit, & Catos. Nam Marcomanorum spolijs insignibus quendâ editum tumultum in trophæi modum excoluit. Posterior a M. Antonio philosopho Rom. Imp. Marcomani bello superati sunt, vt in eius vita refert Iulius Capitolinus, quem vide & Eutropium lib. 8.

100 *Vangiones*] Plinius lib. 4. cap. 17. Rhenum autem accolentes, Germania gentium in eadem prouincia Nemetes, Tribochi, Vangiones, hinc Vbii, Colonia Agrippinensis &c. Cor. Tacit. de mor. Germ. Ipsam Rheni ripam haud dubie Germanorum populi colunt Vangiones, Treboci, Nemetes.

101 *Dia fuerunt Arionis uxores*] Cor. Tacit. nam prope soli barbarorum singulis vxoribus contenti sunt; exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptijs ambiuntur.

102 *Qua quid res Cæsari non minorè quam ipsa victoria, voluptatem attulit quod hominem &c. ereptum è manibus hostium, sibi restitutum videbat*] Lucullus Imperator ad direptionem incitantibus dixit se malle vnum militem Romanum ex hostium manibus eripere, quam vniuersas hostium fortunas sibi vindicare.

IO. BRANTII AD LIB. II. I. CÆSARIS DE BELLO GALLICO Notæ Politicæ.

Ta populi Rom. exercitum hiemare] Vfus est hoc verbo Cæsar sapius & M. Tullius orat. pro M. Fonteio, præterea, inquit, *Cm. Pompeius maximus atq; ornatissimus hiemauit in Gallia.* Idem pro lege Manil. *hibernare* dixit, *Iam vero quemadmodum milites hibernant, quotidie sermones ac litteræ perferuntur.* & Sallust. *fre-*

frequenter hinc *hiberna.* Quæ qualia Romanis fuerint, & que *Aesina*, fusc docet Iustus Lipsius l. 5. de milit. Dialog. 1.

2 *Exercitus in vnum locum conduci*] Id est, contracti vt infra l. 4. *magnam manum Germanorum conditam Rhenum transisse.* Sallust. Iugurth. *paullatim milites in vnum conducit.* qua significatione Arnobius quoq; hoc verbum vsurpauit lib. 5. adu. gen. *tonans* (inquit de Ioue) *fulgens, & fulminans, & nubila terribilia conducens.* Græcis *συνωψευ* contrahere. Cæsar lib. 6. *omnes in vnum locum copias cogere* dixit.

3 *Resumentaria comparata castra mouet*] Iterat hoc sæpenumero Cæsar cum re tū verbo, vt l. 7. de obsessione non prius agendum constituit, quâ rem frumentarium expeditisset, & aliis sexcentis locis. Prouidesane ac prouiderent. Nā vt militaris doctor Vegetius ait l. 3. ca. 26. *Qui frumentum necessariumque commentum non preparat, vincitur sine ferro.* vide eund. c. 3. Vnde apud Sall. Iugurth. *Metellus, arma, tela, equos, & cetera instrumenta militia parat. ad hoc commentum assutum, deuiq; omnia qua in bello vario, & rerum multarum egent vsui esse solent.* Et sane, vt eiusdem Sallustii verbis dicam, *gerere bellum, quam fieri, tempore posterius, sed re atque vsu prius est.*

4 *Cum ab his quæret, qua ciuitates quantaq; in armis essent*] Inquisitio cauti & prudentis Imperatoris. præcipua enim res, vt ait Veget. l. 3. de re milit. c. 9. *utilitas ducis est, vt adhibitis ex vniuerso exercitu scientibus belli & sapientibus viris, de suis & hostium copiis sapius tractet, utrum maiorem numerum pugnantium ipse an hostes habeant &c. difficile enim vincitur* (vt idem ait c. 26. *qui vere potest de suis & aduersarii copiis iudicare.* Hinc illa M. Tullii Cicéronis querela de Pompeio li. 7. epist. ad Attic. *Cn. autem noster (o rem miseram & incredibilem) ut totius tæcet, non animus est, non consilium, non copia, non diligentia, mitram illa, fugam ab urbe turpissimam, timidissimam in opidiis conciones, ignorantem non solum aduersarii, sed etiam suarū copiarum.*

5 *Manus hostium distineri, ne cum tanta multitudine vno tempore confligendum sit*] Infra libro 3. bel. Gal. *qui eam manum distinendam curret.* Virg. lib. 11. Æneid.:

dum distinet hostem Agger murorum, nec inundant sanguine fossæ. Vbi Seruius, *distinet, arcet, depellit, proprie extra tenet. Nam dis separantis est, unde & diduco & distraho dicimus.* Hoc ipso libro Cæsar: quod ubi Crassus animaduertit, suas copias propter exiguitatem non facile diuici. & lib. 5. *dimittenda plures manus, diuisi, erant milites, id est, in diuersas partes & loco distrahendi.*

6 *Testudine facta portis succedunt*] Intelligit hunc locum Adr. Turn. lib. 9. aduerf. ca. 8. de ea testudine, quam faciebat exercitus se tegumentis scutoformi vndique operiens, vt testudo suo obducta est putamine, eaque specie referebat tectum edificiorum, sic autem se operiebant crate perpe-

tua aduersus sagittas Parthorum, & aduersus omnia missilia superne cadentia; cum urbem oppugnabant. Hæc Turnebus. adhibet Maron. libro 2. Æneid.

obsessumq; acta testudine limen & Plutarch. in Antonio. *συνασπισμός* Græci vocat. 7 *Namidæ & Cretas sagittarios*] Quantum utilitatis boni sagittarii in proeliis habeant, docet Veg. lib. 1. de re milit. cap. 15, vt hodieque *mosquataru* nostræ robur militiæ.

8 *Et funditores Baleares*] De quibus Florus vide lib. 3. ca. 8. & I. Lipsium lib. 5. de milit. Dial. 20. vbi fundas veterum cum nostris hodie tormētis comparat, & hæc ab illis superari contendit.

9 *Quæ castra, vt fumo atq; ignibus significabatur, amplius millibus passuum in latitudinem patebant*] Ex igne in castris incenso, de hostium copiis iudicari solitum. Infra li. 6. *monet vt ignes fieri in castris prohibeat, ne qua eius aduentus prociul significatio fiat.*

10 *Hostes protinus ex eo loco ad flumen Axonam contenderunt*] Lib. 2. de bello ciu. *ac nonnulli protinus eodem cursu in opidum contenderunt.* Sed protenus pro porro tenus vel prorsum per secundam vocalem scribo de loco, vt *protinus* per tertiam de tempore, quo libentius eo inclino, vt verba illa ex eo loco, pro glossmate habeam. Virg. lib. 9. Æneid.

Felix si protinus illum Aequasset nocti ludum. Idem Virg. eclog. 1.

En ipse capellam Protenus æger ago. Vide Turneb. lib. 3. aduerf. cap. 20.

11 *Hæc statim Cæsar per speculatores cognita*] *Speculatores* ad hoc instituti, vt hostilia silentio perspicerent, deferretque, passim in his commentariis occurrunt, sæpe etiam *exploratorum* nomine. Vide de iis Ad. Turn. lib. 27. c. 20. Lætin. Torrent. ad Sueto. Calig. cap. 52. Isaac. Casaub. ad eundem Sueto. August. in verbis: *curiosum ac speculatorem ratus.* Profecto magnis principibus istiusmodi speculatores vtilis, imo ad hostiū consilia exploranda plane sunt necessarii; iccirco quoque magnis præmiis & pensionibus retinendi. Liuius l. 2. de Hannibale, *neq; quicquam, inquit, eorum qua apud hostes agerentur, eum fallebat, & per fugis multa indicantib; & per suas explorantem.* & lib. 10. transfuga Clusini tres editis hostium consiliis dimittuntur cum donis, vt sub nōe vt quæq; res noua decreta esset exploratum perferrent.

12 *Insidias veritus*] Hirt. lib. 8. *Veritus insidias ne forte eodem in loco subsistere hostis, atq; allicere nostros in lotum conaretur iniquum.* & de bello Afric. *neq; longius progressus veritus insidias, quæ simulata fuga sæpe tenduntur.* exempla adfert Iul. Frontin. lib. 2. strategem. cap. 5. & 13. Memorabile admodum Paullus. Warnefridus lib. 5. de gestis Logobardor. ca. 5.

13 *Id ex itinere oppugnare constituit*] Supra paul. 10. *id ex itinere magno impetu Belgæ oppugnare coepe-*

vant. Quod fit cū sine machinis, celeriter scalis ad-
motis accessu tētur. Contrariū est obsidione siue
obsessione oppugnare, vt l. 7. de Gergoua: de obsessione
non prius agendū cōstituit, q̄ rē frumentariā prouidit
set. & iterū de Alexia: vt nisi obsidione expugnari nō
posse videretur. Vtrūq; explicat T. Liu. l. 37. An. Pro-
fectus ab Elatia primū in hostium terra circa Sper-
chiū amnem posuit castra, inde nocte motis signis, pri-
mā luce corona mœnia est aggressus. & paulo post,
Cum ad mœnia castra posuisset non corona, sicut La-
miam, sed operibus oppugnare urbem est aggressus.
Pluribus simul locis aries admouebatur, & cum qua-
terentur muri, nihil aduersus tale machinationis ge-
nus parare, aut comminisci opidani conabantur.
Quod Liuius corona aggredi, Cæsar ex itinere op-
pugnare dixit: & quod ille operibus oppugnare, hic
circumvallare, & obsessione aut obsidione expugnare.
Cor. Nepos in itinere dixit, Eumene: cum Antigo-
no conflixit non acie instructa, sed in itinere.

14 In opidū Bratupantio cōtulerunt] Sunt qui à
Bratupantio uicā e medio vocis detracta syllaba,
nostra Brabantia: nomen mansisse volunt, quib.
haut ego credulus, illis magis, q̄ putat esse. Clermōt
en Beauuais. quāuis alii malūt Beauuāt sur Oyse. Ex
tat Bratupantij memoria in vita S. Guiberti & in hi-
storia Aufridi episcopi Vltraiectensis apud Siebert.

15 Patriā virtutē proiectissē] Quasi à se reieci-
sēt, cū retinere, si voluissent, potuissent. M. Tul. pro C.
Rabirio: neq; ego, cui omniū ciuū libertas carissima
fuisse meā proiectissem. Græci ἀεικέλιον dicūt. Quod
statim sequitur, cum per eorum fines triuio iter se-
cisset, inuuit magnos fines habuisse Neruios, qui
quas sedes Cæsaris & Strabonis tēpore coluerint,
disce a Iusto Lipsio. centur. miscel. ep. 80.

16 Vt eandem belli fortunā experirentur] Supra l.
1. ut fortunam quæcumq; accidat, experiantur. l. 3. in-
ter se conuerant, eūdem omnis fortuna exitū esse laru-
ros. l. 6. atq; eundē omnes ferant casum. l. 1. de bel. ci.
eundemq; casum subiturū, quemcūq; ei fortuna tri-
buisse. Liu. l. 42. nec præclarior quicquā, quā pro di-
gnitate ac maiestate omnia fortuna expertum esse.
Belli autem fortunam dixit Cæsar quoque
l. 1. bel. Gal. quoniam belli fortunam tentassent, &
armis cōgressi ac superati essent. l. 7. Postremo prestare
dicebat per virtutē in pugna belli fortunā experiri. &
l. 2. de be. ciu. urbe capta eadē est omnis belli fortuna
patiēda. Ennius quoq; Quorū virtuti belli fortuna
pep̄cit. Cic. pro Marcello: Incertū est exitus, & anceps
fortuna belli. Liu. l. 38. percūtatū misit, utrū se dedere
Romanis, an belli fortunā experiri mallet. & quia vt
in bello, ita in actionib. quoq; utraq; in partem fortu-
na dominatur, vt ait Plinius iun. or. l. 5. ep. 20. iccir-
co dubiā iudicii fortunā dixit Quint. declam. 371.
& fortunā caussarū Symmach. l. 10. ep. 41. Idē iurgā-
di fortunā ep. 52. vt l. C. C. Dubia caussarū fata l. 2. C.
Theodof. de offic. om. iud. & incerta iudiciorum
l. 1. C. de aduoc. diuerf. iud.

17 Qui locū castris idoneū deligant] Qui qualis
fuerit, paulo infra habes, Collis ab summo & c. Qua-
lis autem castris locus deligendus, suggerit Vege-
tius lib. 1. de re milit. cap. 24.

18 Hanc sub sarcinis adoriri, qua pulsa impedimen-

tiāq; direptis & c.] Li. 3. bel. Gal. & sub sarcinis, infir-
mioresq; animo adoriri cogit abāt. Hirt. l. 8. & fugietes
perterritosq; sub sarcinis in itinere aggressi magna pra-
da, multis interfectis potuitur. Solent Romani mili-
tes, cū in bellū irent, quattuor oneris genera fecū
ferre, Cibū, Vtensilia, Vallū, Armā. Cū arma sola, ex-
pediti dicebantur, h. e. sine impedimētis vllis. Nā vt
Cicero eleganter ait Tusc. 2. Scutū, gladiū, galicā no-
stri milites in onere nō plus numerant, quā humeros,
lacetos, manus. Armā. n. mēbra esse militis dicunt,
qua quidem ita gerūtur apte, vt se vltus foret, abiectis
onerib. expeditis armis, vt membris pugnare possent.
Sed cū prærea alia illa onera ferret, que dicitur im̄ sub
sarcinis impediti dicebāt. Hinc l. 1. de bel. ciu. veri-
ti ne noctu impediti sub onere configere cogentur.

19 Quā quē ad finem porrecta ac loca aperta perti-
nebat] Loca porrecta hic dicuntur, neq; motib. inter-
septa, neq; siluis impedita Sall. Jug. in eo colle, quem
transuerso itinere porrectum docuimus.

20 Et iā in manib. nostris hostes viderentur] In ma-
nib. esse noua quadā ratione, & præter vulgatā cōsue-
tudinē Cæsarē dixisse, pro præsentibus esse, & ita propin-
quos vt pane manib. tangi possēt, notauit nū-
quā satis laudatus I. Lipsius lib. 3. Var. lect. ca. 13.
allato Virgilio loco lib. 10. Æneid.

Quod votis optastis adest, perfringere dextra,
In manibus Mars ipse, viri.

Cicerone in Bruto, & Catone Cætorio. Addo Liu. l.
30. de Scipione, tamen, inqt, cū victoriā ppe in ma-
nib. habeat, pacem nō abnuera. In manu quoq; dixit
Cor. Nepos in Timolote: & vt si in sua manu esset
fortuna, quo cōtenderat puenit. & vt M. Tul. p. Quin-
tius: oēs quorū in alteri manu uita posita est. Cōtra ex
manib. dimitti adhibet Cæsar noster l. 6. de bel. Gal.
cohortati inter se ne speratā pradā ex manib. dimitte-
rēt, itē: seq. ipsi adhortātur ne iatā fortunā ex manib.
dimittat. & l. 1. de bel. ciu. totis castris milite circula-
ri, & dolere hostem ex manibus dimitti. Cicero pro
lege Manilia: Rex ipse e manibus effugit.

21 Vexillū proponendū, q̄ erat in signe cum ad arma
cōcurrī oporteret, signū tuba dandū, ab opere renocādi
milites & c. signū dādū] Tria hic signa, primū vexil-
lū, q̄ Imperatores habebāt penes se in tabernacu-
lo, cūq; præliū erat cōmittendū, pponēbāt, tolle-
bātq; vt l. 1. bel. ci. hoc nūcio allato vexillū pposuit. &
apud Hirt. de bel. Al. & vexillo sublato, quo pugnādi
dabat signū. de quo adi Ad. Turn. l. 14. adu. c. 6. I. Li-
psii l. 4. mil. Ro. Dial. 12. & comm. ad Tac. l. 1. An.
Alterū signū Classicū, de quo idē Lips. ib. Dial. 10.
Tertiū Tessera, de qua verba hæc extrema signum
dandū primus accepit Io. Rhellican. Virg. l. 7. Æn.
Classica iāq; sonant, it bello tessera signū. vbi Seruius
interpres. Tessera symbolum bellicū q̄ ad pugnā exe-
cutionib. datur. sc. propter confusionē euitandā. Grace dicitur
ὄβρημα, vt sicut in bello Marii Lar Dem, in Syl-
la Apollo Delphicus, in Cæsaris Venus genitrix.

22 Superiorib. præliis exercitātū] Inf. l. 3. virtute
miliū, ac superiorū pugnarū exercitatione. Præclare
Veg. l. 1. c. 1. In omni prælio nō iā multitudine, & virtutē
indocta, quā ars & exercitiū solent præstare victoriā.

23 Quid fieri oporteret, non minus commode ipse
sibi præscribere, quam ab aliis doceri poterant] Lau-

XIX

XX

XXV

data est Hesioidi sententia lib. 1. ἔργων.
Οὐτος μὲν πᾶν ἔργον, δὲ αὐτῶ πᾶσι νόση,
Φροσώμενος τὰ κ' ἐπιτελεῖ, εἰς τὸ ἴσον ἀμείνω
ἔθλος δ' αὐτὸ καὶ αὐτοῖς, εἰς τὸ εἰσπῶντα πειθεται.
Ὅς δὲ καὶ ἐν αὐτῶ νόση, καὶ τὸ ἀλλοῦ ἀνεύων
εἰς θυμῶ βλάπτει, ὅδ' αὐτὸ ἀρχοῖτο αὐτῶ.

Qua sic M. Tul. extulit pro A. Cluentio: Sapientif-
simū esse dicunt eū, cui q̄ opus sit, ipsi ueniat in mē-
te, proxime accedere illū, qui alterius bene inuentis
obteperat. & T. Liu. l. 2. 1. oratione Minutii ad mili-
tes: Sape audiuī eū primum esse virū, qui ipse cōsulat,
quid in re sit. Secundū eum, qui bene monēti obediāt.
Qui ipse consulere, nec alteri parere scit, cum extremi
esse ingenii. Laudat Arist. l. 2. Eth. ad Nic. & Bal. M.
ho. ad iuuenes de vtil. e gentiū scriptis capiēda:
Clemens itē l. 3. Pæd. c. 8. Theologicæ accōmodat.

24 Cæsar necessarius reb. imperatis] Inf. l. 5. Omnib.
reb. ad Brit. amicū bellū cōparatis. Cic. l. 2. de offic. O-
mnēs, qui Rēp. gubernant, cōsulere debent, vt earū re-
rū copia sit, quæ sunt necessaria. & Quis, inqt Cassiod.
l. 3. c. 17. prouidentia habuisse putet, qui tunc cœperat
fabricis operā dare, aut penum condere, cum oporteat
bella tractare?

25 Ad cohortandos milit.] Li. 3. de bel. ciu. Exer-
citiū cū militari more ad pugnā cohortaretur. de quo
consule I. Lipsium li. 4. de milit. Dialog. 9.

26 Scutisq; tegmētā detrahēda] Solere Romanos
variis formis aut colorib. scuta sua insignire & no-
mīna qdā iis inscribere, vt Imperatorū sub qb. me-
rebat, ceteriorū, imo & sua, acute obseruauit Lips.
in anal. l. 3. mil. Ro. c. 2. Hirt. de bel. Al. milites adeo
fatebātur, vt Cn. Pōpeii nomen in scutis inscriptū ha-
berent. & paulo post: nomē Pōpeii ex scutis detraxe-
rūt. Quare nec mirū si eiusmodi scuta caute, curio
seq; habuerint, & contra nimbo, puluerē, taleq;
iniurias tecta. Itaq; hic regmēta Cæsar palā appel-
lat, Adr. Turn. l. 24. adu. c. 11. vocat operimēta scu-
torum, quæ Græcis σκῦματα. Plautus integumentā
vocat Bacch. scena. quid istuc. (burr. est.)

Nequā esse oportet scutum, integumentum impro-
vt quidem eum versum idem Turn. emendar.

27 Et calones] Serui militū erāt, qui ligneas cla-
uas ferebant, & illis armabātur ad tutelā domino-
rū. Festus l. 3. in cacula, & calones, & Seru. i. & 6. Æn.
ab his ligneis clauis, clauatores, & q̄ eas Græci κῶλα
vocēt, calones. veteri lingua Gallorū Barones dicti,
antiquus interpres Iuuen. Sat. 5. de qua voce alibi.

28 Qui ab decumana portā] De portis q̄ in castris,
vide Adr. Turn. l. 30. aduers. ca. 24. & doctissimē de
his differentem I. Lipsium l. 5. mil. Rom. Dialogi.

29 In his Primpilo P. Sext. Bac.] Vide q̄ de Primi-
pilo doctē scripserunt Ald. Manut. P. F. in Sall. Jug.
& Liq. f. l. 2. mil. Rom. Dial. 8.

30 Scuto ab nouiss. uni militi detractō] Narrat
eadem de Cæsare Plur. & Suet. in Iul. L. Florus l. 3.
Val. M. l. 3. c. 2. audi & Cordubensē poetā de Cæsa-
re Ipse manu subicit gladios, ac tela ministrat, (re-
Promouet ipse acies, impellit terga suorum,
Verbere conuulsa cessantes excitat hasta.

31 Milites signa inferre] Li. 7. eo signa inferri Cæ-
sar, acieq; conuerti iubebat. l. 2. bel. ciu. p̄ximos colles.

capere uniuersos, atq; eo inferri signa iubet. Æ. Prob.
seu Cor. Nepos: Datames signa inferri iubet. l. 1. bel.
Gal. signa ferridixit: cū castra moueri ac signa ferri ius-
sisset, nō fore dicto audietes milites. Erat autē hic mos
militaris, vt cū in aciē exeūdū esset, signiferis im-
peraretur à ducib. Infer signū in hostē. Liu. l. 6. de
Camillo: dato deinde signa ex equo desilit, & p̄ximū
signiferū manu arreptū secū in hostes rapit, Infer mi-
les, clamitās, signum. Vbi vero manendū erat, impe-
rabāt signifero statuere signū. Val. M. l. 1. c. 5. forte,
inquit, tēpore è p̄silio cohortib. redeuntib. centurio
in comitio exclamauit, Signifer statue signū, hic opti-
me manebimus. Plura Brissoni formulæ.

32 Et manipulos laxare iussit] Quomodo in a-
cie ordinē & interualla seruare ac custodire mili-
tes debeant, docet Veg. lib. 1. cap. 26.

33 Atq; ex eorū corporib. pugnantē] Thocipso l. p̄
eorū (occisorū) corpora reliquos audacissime trāsire
conantes & c. A duerte virtutē Belgarū, vt ceterorum
corporib. insistentes fortiter in hostē pugnauerūt.
Sequitur elegās γὰρ μὲν, facilia ex difficillimis animi
magnitudine redigi. q̄ Apia. de bel. Hisp. ita extulit:
nihil est tā arduū quā animō fortitudine superari nō possit.

34 Vt in miseris ac supplicib. vltis misericordiā vi-
deretur] Idē Cæsar apud Hirt. de bel. Al. de scipio:
petētib. dare ueniam utile esse statuit. Rursū: se neq; li-
bētius facere quicquā, q̄ supplicib. ignoscere. Eurip. in
Iō. κῆρυξ θέμυς φονέειν, Supplicē nefas occidere. Cor.
Tac. l. 12. An. Quāta peruicacia in hostē, tanta bene-
ficiā aduersus supplices ut enāū, siquidē bellorū egre-
git fines, quoties ignoscēdo transigitur. Et certe, natu-
ra iniuriā facit, & humanitatis legē violat, qui ul-
tra victoriam, & superatis hostib. iracundia indulget,
vt Nicet. ait in vita Balduini. Cauendū tamē (quod
Liu. l. 3. 1. An. monet) ne nimis facile vltis ignoscēdo,
plures, ob idipsū ad experiendā aduersus nos fortunā
belli incitem. Vide egregiā orationē Gylippi Lac-
nis ad Syracusanos, quæ de captiuis Atheniētib. vt
suppliciū sumāt suadet, apud D. S. c. 13. bibl. & Li-
uia cōsiliū, quod Augusto dedit apud Dion. l. 55.

35 Et finitimis imperauit, vt ab iniuria & maleficio
se suosq; prohiberēt] Magna & p̄elara Cæsaris cura in
cōseruandis suis paulo infra: militēsq; ex opido exi-
re iussit, ne quā noctu opidani à militib. iniuriā ac-
ciperent. l. 1. bel. ciu. extr. addit etiam vt quid quisq;
eorū in bello amiserit, quæ sint penes milites, suos, iis q̄
amiserint, restituatur. l. 3. bel. ciu. pauca apud eos de
lenitate sua locutus, quo minore essent timore, omnes
cōseruauit, militibusq; suis iussit, ne qui eorū viola-
rentur, neu quid sui desiderarent. Eadē cura & solli-
citate in omni principe requiritur, vt sc. vrbū ho-
minūq; quib. præest cōmodis vtilitatiq; seruiat, &
se ποιητὰ λαῶν exhibeat. vt Homerus vocat Aga-
memnonē. siquidē pastoris & principis eadē sunt ope-
ra vt Cyrus apud Xenoph. lib. 8. dixisse fertur. Itē
ἀρχων ἀγαθὸς οὐδὲν ἄλλο φέρεται παρὰ τὸ εὐγαθὸν, Bonus
Princeps nihil differt à bono patre. Tyrannus suum
ipsum commodum spectat & querit, at Rex subdit-
torū, vt scribit Arist. 8. Polit. c. 10. Claud. ad Honor.

Tu ciuem patremq; geras, tu consule cunctis,
Non tibi nec tua te moueant, sed publica ducuntur.

XXVII

XXVIII

36 *Altissimas rupes, despectusque haberet.* De-
spectus est ex loco superiore, quasi deorsum aspe-
ctus. vt lib. 3. bel. Gal. & loca superiora, unde erat
propinquus despectus in mare.

37 *Ipsi erant ex Cimbris Teutonisque prognati* Su-
pra tamen hoc lib. in princ. significare videtur fo-
los Belgas, Cimbras ac Teutonos a finibus suis re-
pulisse. locum vide.

38 *Vallo pedum XII, in circuitu XV millium, cre-
brisque castellis circummuniti* Cum spatium vides,
quod est XV milliarium, & valli continui altitudi-
nem pedum XII & pro rata latitudinem, amplius
tot turres ligneas in ambitu exstructas, & hæc o-
mnia non multis diebus manu militari confecta,
merito exclames cum T. Liuius lib. 9. Annal. *Iam
in opere, quis par Romano miles? quis ad toleran-
dum laborem melior.*

39 *Vbi vineis actis, aggerem exstructo, turrim con-
stitui procul viderunt* Sic supra de Sueffionibus:
*Celeriter vineis ad opidum actis, aggerem iacto, turri-
busque constituis, magnitudine operum, qua neque vi-
derant ante Galli, neque audierant, & celeritate Roma-
norum permoti & c.* Seneca philosophus lib. de bea-
ta vita ca. 26. *Sicut barbari plerumque inclusi, & igna-
ri machinarum, segnes laborem obsidentium spectant,
nec quo illa pertineant, qua ex longinquo instrum-
tur, intelligunt.* Xenophon lib. 1. *Noua instrumen-
ta bellica, & hostibus ignota ac inusitata magnum
illis terrorem adferunt.* De Vineis ad Adrianum
Turnebum libro II. aduersarior. capite 24. & Iu-
stum Lipsium in Poliorcet. libro 1. Dialog. 7. ex
Herone & Vegetio, quem explicat. De Aggerem
eundem Lips. lib. 2. mil. Rom. Dialog. 3. De Turri-
bus Dialog. 4. & de Machinis earumque origine
plene lib. 1. Poliorcet. Dialog. 3. & eund. Turneb.
ex Athenæo cum Vitruuio composito, lib. 24. ca.
31. & 33.

40 *Se magis consuetudine sua, quam merito eor-
um civitatem conseruaturum, si priusquam aries
&c.* Lib. 2. de bel. ciu. *Cæsar magis eos pro no-
mine & vetustate, quam pro meritis in se civitatis
conseruans.* Innuit autem hic locus, vbi moenia
quati ariete coperant, opidanus in deditionem
fidemque non solum recipi. Quod nos hodie
que ex militari lege in Bombarda tenemus.
Neque enim sine direptione bonorum, & ca-
ptiuitate in deditionem plerumque recipiuntur,
quorum moenia tormentis quassata sunt. Con-
iecit hoc in aduersaria sua Adr. Turneb. lib. 26. ca.
32. & Pet. Faber in semestria lib. 2. cap. 4. adhibito
hoc Cæsar's loco. Cicero tamen lib. 1. de officiis
grauiter monet, *qui armis positus ad Imperatoris fi-
dem confugiunt, quamuis aries murum percusserit,
recipiendos esse.* De Ariete latius agit idem Turneb.
lib. 23. cap. 31. & Lips. lib. 3. Poliorcet. Dialog. 1.

41 *Armorum magna multitudine de muro in
fossam &c.* Sententia est, aggerem pari admodum
altitudine cum opposito muro fuisse, & iacta inter-

trumque arma vtrumque exquasse. Lips. lib. 2. Po-
liorc. Dialog. 2.

42 *Nequam noctu opidani à militibus iniuriam
acciperent* Nocturni scilicet, quam interdum homines
ad facinora perpetranda sunt audaces. hinc no-
cturni temporis licentia Cæsar's lib. 1. de bel. ciu.
*ne militum introitu, & nocturni temporis licentia o-
pidum diriperetur.* Ouid. li. 1. amor. eleg. 6. de nocte:
illa pudore vacat.

& apud Petron. Arbitr. nocturnus pro fure, quod &
noctu grassentur fures, & atrociores fures noctur-
ni habeantur, vt obseruauit Adr. Turneb. lib. 19.
aduers. cap. 7. Cornel. Tacit. lib. 14. Annal. *Quod
perditissimus quisque per diem concupiuerit, per tene-
bras audit.*

43 *Sectionem eius opidi vniuersam Cæsar vendi-
dit* Quid sectio Romanis ex Asconio explicat
Pet. Nannius lib. 9. miscel. ca. 2. Qui emebant se-
ctores vocabantur. id autem fordium. Hinc Cicero
in Philip. M. Antonium insectans, Pompeii se-
ctorem sæpe appellat. Idem pro Sex. Ros. Amer.
Nonne cogitas te à sectorebus huc adductum esse?
quid postea? nescimus per ista tempora eosdem fere
sectores fuisse collorum & bonorum? & paullo post:
Fateor me sectorem esse, verum & alii multi.

44 *Ob ensque res ex litteris Cæsar's dies XV sup-
plicatio decreta est* Quod factum magis ex inuete-
rato populi Rom. erga Gallos odio, quam alia de
caussa nonnulli volunt. Vt qui palam profiteban-
tur se cum Gallis pro salute, non de gloria certare.
Quid enim? Annibal infestissimus ille Romano
nomini, qui annis XVI aut XVII in vicerib. Italia
hæsit, pop. Rom. multis variisque cladibus fregit, post-
quam Magni Scipionis virtute coactus est pro sua
patria pugnaturus in Africam reuerti, vacuumque
Italia possessionem Romanis relinquere, decre-
tum, inquit Liuius libro 30. *vt quinque dies circa
omnia puluinarum supplicaretur.* Nunc ob debel-
latos Belgas, aliosque nonnullos Gallia popu-
los, xv dierum supplicatio decernitur. Sed hoc
fortassean ex affectu pop. Rom. erga Cæsar'em? Er-
gone ille minor erga Pompeium, qui & Mithrida-
tem deuicit, & tot prouincias imperio Romano
deuictis Veiis, Senatus, inquit, *in quadridu-
um, quot dierum nullo ant. bel-
lo, supplicationes de-
cernit.*

I O.

IO. BRANTII

AD LIB. III. C. IVLII
CÆSARIS DE BEL. GAL.
Notæ Politicæ.

II

T Romanos non solum itinerum caus-
sa sed etiã perpetua possessionis] V su-
venit non raro, vt cui per prouinciam
alterius castra metari liceat, eandem
per vim teneat. Hinc Cæsar ipse su-
pra li. 1. *negat se more & exemplo populi Ro. posse iter
vili per prouinciã dare.* ratione ibid. paullo ante ad-
ducta: *quod homines inimico animo data facultate
per prouinciam itineris faciendi, temperaturos ab in-
iuriis & maleficio nõ existimabat.* Hinc ad Massiliën-
ses, (vt refert Val. Max. lib. 2. c. 7.) *intrare nulli cum
telo licet, praestogus est, qui id custodia gratia acceptum
exituro reddat, vt hospitium sua quemadmodum adue-
nientibus humana sunt, ita ipsi quoque tuta sint.* Quin
& mos Romanorũ fuit rarus ille & notandus, qui
in limite Imperii hoc seruabãt, vt externam nemi-
nem admitteret, exciperentque, nisi custode dato &
arbitro actionũ q̄ obseruaret Lipsius ad Taciti Ger-
man. ex eiusdẽ Taciti lib. 4. hist. & fragm. Dion. 73.
Pompeius quoque bello a Cæsare superatus cum in
Ægyptum fugisset, ad Ptolemæum Regem misit, vt
pro hospitio atq; amicitia patris Alexandria reci-
peretur, atq; illius operibus in calamitate tegeretur.
Verum ab amicis Regis, qui propter at-
tatem eius in procuratione erant regni, non modo
repulsam passus, sed & interfectus est. Timebant
enim (vt Cæsar ipse scribit lib. 3. de bel. ciu.) *ne sol-
licitato exercitũ regio Pompeius Alexandriam Æ-
gyptumque occuparet.*

IV 2 *Gesaque in vallum coniecit* Vtitur hoc voca-
bulo Maro lib. 8. Æneid. extremo:

— duo quisq; Alpina corniscant
Gesa manu.

Vbi Seruius, *Gesa, id est, hastas viriles. nam etiam
viros fortes Galli Gesas vocant.* fuere autem vnicui-
que genti propria sua arma, vt Gallis Gesa, sic
Pila Romanis, Armoricis Framæa, quas & Germa-
nis tribuit Cornel. Tacitus de mor. Germ. Macedo-
nibus Sarissa, Medis Acinaces, Teutonibus Cata-
toia, teste Virg. lib. 8. Æneid.

Teutonico ritus soliti torquere cateias.

Hispanis Lancea. Varro apud Agell. lib. 15. noct.
Attic. cap. 10.

V 3 *Atque omnem spem salutis in virtute pone-
rent* Quod sæpe reperitur in his commentariis.
vt infra hoc ipso lib. Sociates in sua virtute totius
Aquitania salutem positam putant. Supra lib. 2.
extremo: *cum vna in virtute omnis spes salutis con-
sisteret.* lib. 5. *omnem spem salutis in virtute pone-
bant.* lib. septimo: *nihil adeo arduum existima-*

bant, quod non virtute consequi possent. item, *tan-
tis subito difficultatibus, obiectis ab animi virtute au-
xilium petendum videbat.* lib. 2. de bel. ciu. *Curio
suos hortatur, vt spem omnem in virtute reponant.*
lib. 3. de bel. ciu. *hic cognosci licuit, quantum esset
hominibus praesidium in animi fortitudine.* Hirtius de
bel. Alexand. *omne certamen in virtute consistit.* Sa-
ne pulcherrimum idemque rarisimum est in virtute
spem positam habere, ait Cato oratio. ad Tribunos
& praefectos apud T. Liuium lib. 34. Simili forma
Sallust. in se spem habere, in Iugurth. crebro dixit.

4 *Neque cognoscendi quid fieret, neque sui colligendi
hostibus facultatem relinquunt* Sic lib. 5. *neque sui
colligendi, neque consistendi, aut ex essedis desiliendi fa-
cultatem dederunt.* lib. 7. *nostri cedentes usque ad castra
insecuti, sui colligendi facultatem non dederunt.* Ni-
mirum pars non parua victoria est hostem turbare
antequam dimicos. Veget. lib. 3. de re milit. cap. 18.
Frontinus lib. 2. Strategem. c. 4.

5 *Ita commutata fortuna* Quia paruis momentis
magnas rerum commutationes efficit, vt est lib. 3. de
bel. ciu.

6 *Hostium copiis suis atq; armis exsitis* Lib. 5.
magnumque ex his numerum occidit, atq; omnes armis
exiit. Certe probrosum valde fuisse armis exui
(quib. vires constant, vt ait Valer. Max. lib. 2. c. 7.) ex
eo intelligi potest, quod Hispani armis exuti mor-
tem sibi conseruauerint apud Liuium lib. 24.

7 *Quod sapius fortunam tentare Galba volebat*
Sic lib. 5. *cum se bis expertos diceret, non esse fortunam
amplius tentaturos.* lib. 7. *qui hanc tentandam fortuna-
nam non existimabant.* item: *neque fortunam tentatu-
rum, neque acie dimicaturum.* & Crispus in Iugurth.
*satis saepe iam & virtutem militum & fortunam
tentatam. nouam tentare fortunã dixit.* lib. 3. de bel.
ciu. & periclitari fortunam lib. 1. de bel. ciu. *cur
denique fortunam periclitaretur.* & lib. 3. de bel. ciu. *de-
bere vtrumque pertinacia finem facere, & ab armis dis-
cedere, neque amplius fortunam periclitari.* M. Tull. 1.
Offic. *Fugiendum, inquit, etiam illud, ne offeramus
nos periculis sine causa. quo nihil potest esse stultius.*
Seneca in Hercule furente:

— nemo se tuto diu

Periculis offerre tam crebris potest.

Adde quod scribit Appian. Alex. de bel. Hispan. *ἀ-
λογοῦν καὶ δουλοῦν ἐπὶ ὀλιγαῖς, Insanum ob res leues
subire periculum.*

8 *Horum auctoritate finitimi adducti* Infra lib. VIII
5. extremo: *tantum apud barbaros valuit esse
reperitos aliquos principes belli inferendi, tantamque o-
mnium voluntatis commutationem attulit, vt, &c.*
Hirt. lib. 8. *ne consilia belli querentibus auctor armo-
rum duxque deesset.* Vere Liuius li. 28. *Causa atq; ori-
go omnis furoris penes auctores est, reliqui contagione
insaniunt.* & Cor. Tac. lib. 1. Annal. *nihil ausuram
plebem principibus amotis.*

9 *Vt sunt Gallerum subita & repentina consilia*
Infra lib. 4. *Gallos in capiendis consiliis mobiles di-
xit.* Sed de his alibi.

10 *Per suos Principes inter se coniurant, nihil nisi communi consilio acturos*] Sallust. totidē pane verbis Iugurth. *Principes civitatis inter se coniurant. Bona & laudabilis coniuratio. infra lib. 5. ut quod esse ex usu Gallia intellexissent, communi consilio administrarent. & facilem esse rem seu manerent, seu proficiscantur, si modo unum omnes sentiant, ac probent.* Nimirum commune periculum concordia propulsandum, ne dum singuli pugnant, universi vincantur, ut est apud Cor. Tacitū in vita Agricola. & apud Cor. Nepotem seu Probum Themistocles universos esse pares aiebat, dispersos stabatur perituros. Nota Scyluri Scytharum Regis moribundū ethopocia ad concordiam numerosam Iobolem telorum fasciculo hortantis, in Plutarch. apophteg. & Sallustianum illud in ore natar: *Concordia res parvas crescere, discordia vel maximas dilabi.*

IX 11 *Naues interim longas adificari*] Græci *νεγες πλοια* vocant. de quibus vide Lazar. Baysum de re nauali, & Liliū Gyraldum.

12 *Quod nomen ad omnes nationes sanctum*] M. Tullius Verrina 1. *Legati nomen eiusmodi esse debet, quod non modo inter sociorum iura, sed etiam inter hostium tela incolume versetur.* Hinc iusta & acerba illa Hannonis querela apud T. Liuiū lib. 21. *Annal. Legatos ab sociis & profociis venientes bonus Imperator vester in castra non admisit, ius gentium sustulit.* quo scilicet iure legatos sacrosanctos & inuiolatos etiam in hostibus esse plurimos veterum auctorum testimoniis docet IC. præcipuus Iacob. Cuiacius Doctor noster ad l. 5. *D. de pactis.* vnde & *hostium ius* Tacitus appellat lib. 1. *Annal. hostium quoque ius,* inquit, *& sacra legationis & fas gentium rupistis.*

13 *Neque eorum locorum, ubi bellum gesturi essent, vada, portus, insulasque novissē*] Geminus huic locus infra li. 4. *Cæsar magno sibi usui fore arbitrabatur, si modo insulam adisset, & genus hominum perspexisset, loca, portus, aditus cognovisset.* Et re vera incertia locorum Imperatori sæpe maximo damno, iuno exitio fuit. iccirco Liuii monitum audiat: *Tū & hostium exercitum, locorū situm, naturam regionis nosse.* Alioquē, ut est apud Virgil. lib. 1. *Æneid.*

— *ignari hominumque locorumque Erramus.* — Et lib. 3. *Ignariq; via Cyclopum allabimur oris.*

14 *Sed multa tamen Casarem ad id bellum incitabant, iniuria rectorum equitum Romanorum*] Cicero Verrina 3. quam Peditanus de prætura urbana inscribit: *In qua, inquit, civitate non modo legatus populi Rom. circumfessus, non modo igni, ferro, manu, copiis oppugnatus, sed aliqua ex parte violatus sit, nisi publico satisfactum sit, ei civitati bellum indici atq; inferri solere.* De legatis obscene violatis, (vno ex iis etiam vrina resperfo) quæ belli Tarentini causa extitit anno. post R. C. 60 LXX L. Florus, siue is Annæus Seneca, lib. 1. cap. 18. Memiait & Valer. Max. lib. 2. cap. 2. M. Tul. pro lege Manil. Legati, inquit, *quod erant appellati superbibus, Corinthum patres vestri tatius Græcia lumen extin-*

ctum esse voluerunt. & post paullo: *Ius legationū verbo violatum illi persecuti sunt.* vide plura apud Ioan. Bodinum lib. 5. de Repub. cap. sexto extremo.

15 *Imprimis ne hac parte neglecta*] Vfus hac formula Iulius ipse carmine in Teretium Comicum, in verbis:

Lenibus atq; vitæ scriptis adiuncta foret vis Comica, ut equato virtus polleret honore Cum Græcis, neq; in hac despectus parte iaceres.

16 *Reliqua nationes idem sibi licere arbitrarentur*] Non enim, ut præclare Velleius lib. 2. histor. *ibi consistunt exempla, vnde ceperunt, sed quamlibet insenuem recepta tramitem, latissime euagandi sibi viam faciunt.*

17 *Omnes autem homines natura libertati stude- re, & conditionem seruitutis odisse*] Hinc Libertas naturalis facultas a Iurifconsultis dicitur quam & natura mutis etiam animantibus datam Ciuilis apud Tacitum oratio ad milites lib. 4. histor. testatur. *Seruitutem autem iudem Iurifconsulti contra naturam esse aiunt, iuno morti fere comparant, ut est in Regulis Iuris.* Ideoque haut mirum, si vt mortem omnes illam homines oderint fugiantque. Quod de Gallis Cæsar testatur lib. 7. in princ. vbi ex eorum ore hæc verba adscribit: *In acie prestare interfici, quam non veterem belli gloriam, libertatemque quam a maioribus acceperunt, recuperare.* Iulianus Imperator, is qui *νεγες* appellatur, epist. ad Antiochum Misopogona, Gallos barbaros ac feroces, & libertatis studiosissimos nominat.

18 *Prinquam plures ciuiles conspirarent*] Incipientibus vitis, inquit Hyperides, *obstruenda sunt vicia, cum vero semel malitiae radices egerit, & inuenerit, sicut coalita agritudo, difficilis est extinctu.* In eandem sententiam M. Tul. Philippica 5. *Omne malum nascēs facile opprimitur, inuicēratum sit plerumq; robustius, & ut est apud Cor. Tacit. 14. Annal. Sæpe modicis remediis primi motus cōsedere.* Sera tūc remedia, cum valnus iam ad extremos halitus peruenit.

19 *Cum ex alto se abstrus incitauisset, quod bis semper accidit horarum XII spatio*] De maris astu, quo modo maris accessum & recessum vocant boni scriptores vide Plin. lib. 2. natur. histor. cap. 97. Petr. Oliuar. ad Pompon. Melam, Læquinum Lemnium Medicum Belgam lib. 2. de ocul. nat. mirac. ca. 41. Hinc & *astu secundo & aduerso* apud Sallust. lib. histor. & *rumore secundo* apud Virg. 8. *Æneid. Secunda voluntas* apud Cæfli. 1. bel. ciu. *tanta,* inquit, *ac tam secunda in Casarem prouincia voluntas reperiebatur.*

20 *Digitū pollicis crassitudine*] Si de tabulis loquitur, huc refer illud Iuuenalis satyra 12. *In nunc & ventis animam committe dolato, Confusus ligno, digitis a morte remotus Quattuor, aut septem, si sit latissima tada.*

An de clauis potius sermo?

21 *Alutæque tenuiter confecta*] De cyclis ceo-

xio vide Baysum & Gyraldum.

XIV 22 *Erustra tantum laborem sumi*] *Laborem capere* dixit Terent. Andr. act. 5. sce. 2. & Heautont. act. 2. sce. 4. Cicero quoque pro Roscio Comædo: *non fuit causa, cur tantum laborem caperes, & ad me venires, per nuncium hoc, quod erat tam leue, transigere potuisti.*

23 *Quod in conspectu Casaris, atque omnis exercitus eius res gereretur, ut nullum paullo fortius factum latere posse*] Paulo aliis hoc verbis extulit lib. 7. *quod in conspectu omnium res gerebatur, neq; recte aut turpiter factum celari poterat.* Scilicet militem animat in prælia Regis magni præsentia, reddiq; *aut in vitæ experia.* urget, inquit Poeta, præsentia Turri. & *Oculus domini saginat equum.* Infra lib. 7. *Ipse dux hostium Camulogerus suis aderat, atque eos cohortabatur.* Sallust. bello Iugurth. *qua in parte Rex pugna affuit, ibi aliquandiu certatum, ceteri omnes eius milites primo congressu pulsī fugatique.* Plura ad lib. 7. num. 79. Dixit autem forte factum & Cicero lib. quarto epist. ad Atticum: *non mihi satis idonei sunt auctores, qui a te probantur, quod enim eorum in Rep. forte factum existit?* Virg. lib. 10. *Æneid.*

Quo fugitis socii, per vos & fortia facta, &c. Sallust. Iugu th. *Sua quisq; fortia facta ad caelum fert.*

XVI 24 *Reliquos sub corona vendidit*] Sic Veiorum vrbe capta direptaque a Romanis Camillus eorum Dux atque dictator postero die libera corpora sub corona vendidit, vt Liuius auctor est lib. 5. Idem lib. nono, *ad septem,* inquit, *millia sub corona venire* Sub corona quid sit, docet Agellius lib. 7. noct. Attic. c. 4.

XVII 25 *Perditorum hominum latronumque conuenere*] Infra li. 7. *atque in agris habet delectum egentium ac perditorum.* Vide, quæso, qui cito in militiam confluunt, scilicet perditū homines, & quibus os egestatem & flagitia (vt ait Tac. 3. Annal.) maxima peccandi necessitudo est, assueti latrocinis, bellorum insolentes. & recte purgamenta urbium suarum vocat Q. Curtius lib. 9.

26 *Nisi a quo loco aut opportunitate aliqua data legato dimicandum non existimabat*] Paulus Æmilius apud Agellium lib. 13. capite tertio dicere solitus, *perraro bonum imperatorem signis collatis decertare, nisi summa necessitudo, aut summa ei occasio data esset.* quod ita extulit Veget. libro tertio de re milit. cap. vigesimo sexto: *Boni Duces publico certamine nunquam nisi ex occasione, aut nimia necessitate configunt. Magnam autem partem victoria, teste eodem Veget. cap. decimo tertio, ipse locus in quo dimicandum est, possidet.* Hirtius de bello Alexand. *multum,* inquit, *adiuuant natura loci.* quem iccirco in proelio dispiciendum monet idem Veg. cap. nono. Hinc Datames (quod in eius vita refert Cornelius Nepos) *ut inferior copis, ita superior omnibus præliis disce-*

debat, quod nunquam manum confereret, nisi aduersarios locorum angustiis clausisset. & passim in his commentariis illa occurrunt. libro secundo: *neque nostros in locum iniquiorem progredi pugnandi causa viderunt.* libro quinto: *erat magis periculi res cum tantis copiis iniquo loco dimicare.* libro sexto: *hostem impedito atque iniquo loco tenetis.* libr. 7. *quid iniquitas loci habent incommodi, proponit.* libr. tertio de bello ciuili: *locum securum ad dimicandum dedisse.* De quo nonnihil etiam vide apud Pet. Victor. libr. 30. Variar. cap. vigesimo secundo.

27 *Occasionem negotii bene gerendi amittendam non esse*] Libr. 6. *ne sui in perpetuum liberandi, &c. occasionem dimittant.* eodem lib. extremo: *ne quam occasionem rei bene gerenda dimitteret.* libr. 1. de bello ciuili, *ne quam rei gerenda facultatem dimittat.* Occasionem autem in bellis obseruandam politici quique scriptores serio admonent. Polybius lib. 9. *Valet in omnibus rebus & pollet occasio, sed maxime in bellicis.* Liuius libr. vigesimo quinto, *Si in occasione momento, cuius præteruolat opportunitas, cunctatus paululum fueris, nequicquam mox omissam querere.* Veget. lib. 3. de re milit. *Occasio in bello amplius solet inuare, quam virtus.* Itaque solent optimi duces, vt hic noster ait libro primo de bello ciuili, *occasione & beneficio fortuna ad opprimendos hostes vi.* Plura concessit singulari commentatio iconibus illustrato Patre Io. Dauid Societatis Iesu presbyter.

28 *Et quod fere libenter homines id quod volunt, credunt*] Scilicet in spes suas proni. Infra libro secundo de bello ciuili. *Nam qua volumus & credimus libenter, & qua sentimus ipsi, reliquos sentire speramus.* Apud Hirt. li. de bello Alexand. *Pharnaces rebus secundis elatus, de Casare ea qua optabat, sperabat.* Aristoteles libr. secundo Rhetor. *ἰδὲ ἰδί ᾧ τὸ οὐδὲν τὰ ἑαυτοῦ ἐπιθυμῶν, id est, incundum id quidem est, id fieri putare quod optamus.* Eleganter Lampridius in Elagabalo: *ut se habent,* inquit, *vota hominum ad credulitatem festinantium, quicquid optant, verum esse desiderant.* Virgilius Pharmaceutria:

Credimus, an qui amat homines sibi somnia fingūt. Et Plinius lib. 29. cap. 1. Itaque hercule in hac artium sola euenit, ut cuiuscumque medicum profertur statim credatur, cum sit periculum in nullo mendacio maius. Non tamen illud intuemur, adeo blanda est sperandi pro se cuique dulcedo. Econtra

— *tarde qua credita ladunt*

Credimus.

29 *Nam ut ad bella suscipienda Gallorum lacer ac promptus est animus, sic mollis ac minime resistens ad calamitates perferendas mens*

eorum est] Hæc duo animus & mens tanta inter se sunt affinitate, vt persæpe a bonis scriptoribus coniungantur. Noster hic auctor lib. 6. in princ. totus & mente & animo in bellum Treuirorum & Ambiorigis insisit. lib. 1. bel. ciuil. vt alius in aliam partem mente atq; animo traheretur. Plura alii suppeditabunt. Quod autem Cæsar hic de Gallis ait, idem paullo ante dixit, Omnes fere Gallos ad bellum mobiliter celeriterq; excitari firmant T. Liuius lib. 10. Annal. & L. Florus li. 2. c. 4.

XXI 30. Quid sine Imperatore, & sine reliquis legionibus, adulescentulo duce efficere possent? Militarè sine Duceturbam corpus esse sine spiritu, ait Q. Curtius lib. 10. & Quintilia. lib. 10. vt remiges sine gubernatore, ita milites sine Imperatore nihil valere. Notum itidem illud Spartani Leonidæ: Malle se ceruorum exercitum duce leone, quam leonum duce ceruo.

31. Arma tradere iussi, faciunt] Qui se dedebat arma abijcere, & tradere iubebantur. supra lib. 2. deditiois nullam esse conditionem, nisi armis traditis. infra lib. 5. non esse cõsuetudinem populi R. ullam accipere ab hoste armato conditionem. & lib. 7. Ædum manus tendere, deditioem significare, & proiectis armis mortem deprecari incipiunt. lib. 3. de bel. ciuil. postquam Pompeianos de deditioe missis legatis agere cõpisse dixit, addit: Cæsar prima luce omnes eos, qui in monte cõsederant, ex superiorib. locis in planitiem descendere, atq; arma prouicere iussit. Pluribus hæc illustrat Bar. Briffon. lib. 4. de formul.

XXII 32. Alia ex parte opidi Adcantuannus] Cum iis quæ a Cæsare hic traduntur optime conuenientia narrat Athenæus lib. 6. ex Nicolao Damasceno, apud quem Adiatomus est, & Siloduni, non Soldurii. verba Damasceni adhibet Adr. Tur. lib. 20. aduersar. c. 15. Nos hodie forte a voce Soldurii, Soldat retinemus, quasi qui salario conducatur.

33. Aut eandem casum una ferant, aut sibi mortem consciscant] Afferent Henr. Stephano viro docto, ad hunc locum respexisse Horatium, causamq; ex eo sumpsisse, cur Galliam epitheto ornaret, non pauentis funera lib. 4. ode 14. Celtiberi etiam, vt refert Valer. Max. lib. 2. cap. 6. nefas esse ducebant proelio superesse, cum is occidisset, pro cuius salute spiritum deuouerant. Erat & apud Ægyptios amicitia genus, quod appellabant σωμασπονδίασιν, id est, commorientium. quorum ea lex erat, vt si vni quid accidisset, alter vltro mortis socium se adiungeret. Multa Plutarchus in Pelopida de Laconum sacra cohorte, quæ iερος λόχος Græcis, εγγύων τῶν ἐπιμύδιων, eorum qui amabant, & qui amabantur, quos ἐπιμύδιους vocat. Testatur idè Plutarchus solere Gallos corpora vitamq; suam Principibus deuouere, id est, ita consecrare, vt cum viuus uiuerent, pro iis periclitarentur, morerentur, atque adeo cum iis nam superesse nefas erat. Lege & deuotionis formulam apud Lipsium lib. 5. antiq. lect. c. 8.

XXIII 34. Duces vero is deliguntur, qui vna cum Q. Som-


torio omnes annos fuerant] Nimirum strenuissimo duce, vt ex eius vita cognoscitur apud Plutarchum, ideoque, vt hic ait Cæsar, summam rei militaris scientiam habere existimabantur, qui cum eo tot annos fuerant. Facillime enim & in omnem partem cognoscuntur, qui se ad claros & sapientes viros contulerunt, quibuscum si frequenter sunt, opinionem afferunt populo eorum se fore similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum, M. Tul. lib. 2. de Offi. Pulcrum elogium Hipponatis apud T. Liu. lib. 26. extremos vir, inquit, impiger, & sub Annibale magistro omnes belli artes edoctus. Esse autem duces eligendos, qui maximam virtutis opinionem habeant, & in his plurimum ad victoriam momenti esse docet Paulanias Plitonaetis filius. percunctanti enim quo pacto possent debellari Taraces, Si, inquit, optimum exercitum ducem proficiamus.

35. Commeatu intercluso, sine ullo vulnere, victoria potiri] Infra lib. septimo, cuius opera sine vestro sanguine, tantum exercitum victorem, fame pane consumptum videtis. & lib. primo de bello ciuili, Cæsar in eam spem venerat, se sine pugna & sine vulnere suorum, rem consciscere posse, quod re frumentaria aduersarios interclusisset. vbi de hac re notabamus num. 36. adde quod Polixenus lib. 1. Strategem. ἀποστῆναι, inquit, δεινὸν ἔργον τῶν σοφῶν κτλ. τῶν τῶν νικῶν ἀκινδύων. Prima egregiorum ducum sapientia victoriam sine periculo comparare. & Corn. Tac. in Agric. Ingens victoria decus citra sanguinem bellant.

36. Fuga salutem petere contenderunt] Ita lib. 4. xxvi. an fuga salutem petere præstaret. Nepos in Hannib. fuga salutem petiit.

37. Diutius sub pellibus milites contineri non poterant] Quia tentoria fere e corio & pellibus constabant, vt docet I. Lipsius libro quinto de milit. dialog. 5. hinc factum, vt sub pellibus pro sub tentoriis vsurpatum sit. Hirtius de bello Afr. Artenuari illi opido perquam pauci sub pellibus acquiescebant. & M. Tul. 1. Academ. vt non multum Imperatori sub ipsis pellibus otii relinquatur.

38. Qua proxime bellum fecerant] Bellum facere, pro, inferre, dixit vt lib. 7. principesque se ex omnibus bellum facturos pollicentur. Cicero Cati. linar. 2. nullus Rex qui bellum populo Rom. facere posset. Proelium facere Hirtius de bello Hispan. .



AD LIB.

IO. BRANTII AD LIB. IV. I. CÆSARIS DE BEL. GAL. NOTÆ Politicæ.



Ed maximam partem lacte atque pecere viuunt] Id est, maxima ex parte. Græcismus Cæsari familiaris. Infra: & reliquam partem hie mis se eorū copius auerunt. Supra lib. 3. hac eo facilius magnam partem astatibus faciebant. lib. 5.

qui magnam partem omnis temporis in his locis flare consuevit. lib. 7. ne maiorem astatibus partem fluminis impediretur. Cui simile est illud Ciceronis de reditu suo ad populum: magnam partem tectis ac tenebris continebantur. Plura suggeret Græcorum schola, quorum id proprium. & enim libenter exaudiunt. Cum eo quod præcessit, hirtius inuicem anno post in armis sunt, illi domi remanent, congruit, quod canit Horat. lib. 3. Ode 24. de Scythia ac Getis:

Nec cultura placet longior annus, Desumtumque laboribus Aequali recreat sorte vicarius.

2. Qua res & cibi genere, & quotidiana exercitatio, & libertate vitæ, &c.] Hæc Io. Bodinus in meth. hist. ca. 5. causam non probat Germanos staturā ac robur augere, quod animi libertate fruereatur, nec honestis disciplinis a puero imbueretur. Sed id potius calori & humori tribuendū censet, qui idem calor efficit, vt ad eum restinguendum potu sepius utantur. Sicim. n. appellant humidi & frigidi appetitum.

3. Neq; vestitus præter pelles habeant quicquam, &c.] Hoc ipsum li. 6. de Germanis: pellibus aut paruis rhenonum tegumentis utuntur, magna corporis parte nuda. ad quem locum nos plura.

4. Queq; impenso parat pretio] Impenso pro impenso, seu ingenti, Festo Pompeio.

5. Hac quotidiana exercitatio, summi vt sint laboris efficiunt] Infra: ac tartū vsu quotidiano & exercitatio efficiunt, vt in decliu ac præcipiti loco incitatos equos sustinere, &c. Græcorū est adagium: μελέτη πᾶσι δὲ βλάπτει, exercitatio potest omnia. & perspicue Antiphanes: ἡ ἐπιμελεία πᾶσι δὲ λείπει, id est, diligentia domat & subigit omnia. Vide apud Cor. Nepot. in vita Eumenis callidam & nouā ab eo excogitatam rationem, quemadmodū stans iumentum calesieri, exerceriq; posset, quo libentius & cibo uteretur, & a corporis motu non remoueretur. Profecto cõsuetudinis ac disciplinæ vis tanta est, vt paulatim in mores abeat, & naturæ vim obtineat.

6. Neq; eorum moribus turpius quicquā aut inertius, quam ephippiis uti] Ephippiis Romanos vsos esse hic locus ostendit, ideo enim cõtempni a Germanis habiti. Illustrat hæc I. Lipsius lib. 3. milit. Rom. dialo. 7. & Hieron. Magius li. 2. miscel. c. 14.

7. Vinū ad se omnino importari nō sinunt] Diodo-

rus tamè Sicul. lib. 5. biblioth. hist. Gallos antiquitus vsq; eo vino deditos affirmat, vt nulla illis merx Italorū carior extiterit, (vt & nos supra ex Fonteciana Ciceronis ad librū 1. num. 5. notabamus) vtq; merum ad ebrietatem, atq; adeo insaniam hauserint: sed & pro cado vini puerum dederint, potum (o vesaniam) ministro permutantes. Addam amplius creditum ea causā in Italiam non semel irrupisse primum Gallos liquoris suauitate illectos, vt auctor est T. Liuius lib. 5. Annal. C. Plinius lib. 12. natur. hist. c. 1. & Plutarch. in Camillo. Plura collegit Magius lib. 3. miscel. c. 12. Sed & a Platone 1. Legum Gallis potiois intemperantia atq; ebrietas vitio vertitur. Strabo quoq; lib. 7. de Getis, Cenei viri sapientis persuasionem inductos vites totis finibus suis excidisse refert, vitam que sine vino tollerasse, laudatque maiores, qui ne feri quidem vitæ aut vinum importari patiebantur.

8. Multo humiliores infirmioresq; redegerunt] Hoc verbo eadem significatione vsus est sup. lib. 7. qua facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat. vt in ordinem redigere Iurisconsulti nostri vsurpant.

9. Et ad utramq; ripam fluminis agros, & edificia, vicoseq; habuerant] Sic supra lib. 1. Allobroges, qui trās Rhodanum vicose possessionesq; habebant. L. Florus lib. 4. c. vlt. de Sarmatis: nō præter niues varasq; siluas habet. Eleganter habere pro habitare, quo Plautus. M. Tullius, Sallustius, Pompon. Mela, vsi sunt.

10. Et triūm viā progressi rursus reuertunt] Simile Q. Metelli strategema narrat Valer. Max. li. 7. cap. 4.

11. Quod sunt in consiliis capiendis mobiles] Supra lib. 3. Gallorum subita & repentina consilia dixit.

12. Et nouis plerumq; reb. student] Idè li. 3. Omnes fere Gallos nouis reb. studere. Trebel. Pollio in Posthumo: Galli nouarum rerum semper cupidi. quo nomine leuitatem illis nonnulli obiiciunt, in his idem Trebel. in Galienis, Galli, inquit, quibus insitum est esse leues. quā tamen leuitatem refellere conatur Io. Bodin. meth. hist. c. 5. & li. 5. de Repub. c. 1. adducto Cæsare Scaligero contra Cardan. de subtilitate.

13. De summis saepe rebus consilia incunt, quorū eos e vestigio pœnitere necesse est] Præcipitata raptim cõsilia, cum neq; reuocari neq; in integrū restitui possint, celerem pœnitentiā, sed eandem serā atq; inutilem sequi, scribit Liu. lib. 31. Annal. vnde monet Arist. li. 5. Ethicor. c. 9. δὲ βελούτοι βραδέως, oportet deliberare lente.

14. Cum incertis rumorib. seruiant, & plerique ad voluntatē eorum ficta respondeant] Quo magis ἐπιπροσέτιον illud omniū in animis esse oportet nervos atq; ortus sapientiæ esse. Non temere credere, vt M. Tullium fratrem mouet Q. Cicero de petit. Consulatus.

15. Neq; tamen reculare si lacestantur, &c.] Conuenit illud Tullii li. 1. de Offi. Iustitia primum munus est, vt ne cui quis noceat, nisi laceffitus iniuria. & vt Xenophon in Cyroped. ait lib. 1. εἰδὲν ἢ τὴν ἀλιεῖαν ἢ τὸ δικαίον, nihil iniustius quam propulsare iniuriam.

16. Sese vni Suesuis concedere] Sic fere loquitur Cicero in epist. ad famil. lib. 4. ep. 3. Sic a me diligitur, vt vni tibi concedam, præterea nemini. & sæpe

alias. Liuius lib. 1. Annal. nemo alteri concedere in a-

VIII 17 Neq; verum esse, qui suos fines tueri non potue-

Et lib. 1. epist. 7.

Et quod hic non verum dixit Cæsar, non aquum di-

trans Rhenum postularer? Cicero pro domo sua, vt

Cicero. Sallust. Iugurth. Maius, inquit, dedecus est

laudem, & de hoc ipso Cæsare L. Annæus Florus, si-

vincere tanti non putasset. magis turpiter amissa est,

quam gloriose acquisita. & post paullo: Difficilius est

inquit, est quædam vincere, quam tueri. quam hercule

erat dictum Torilæ apud Zonaram: Tueri quæ sita

difficilius esse, quam acquirere, quoniã in acquirendo

ignauia possidētis saepe plus confert, quam propria vir-

que prudenti a conseruar.

X 18 Multisq; capitibus in Oceanum insiuit] Per ca-

Defenditur a Rob. Titio lib. 4. locor. controuers. c.

24. & a Reuerendissimo Læuino Torrëtio ad eun-

XI 19 Inuicando fidem fecissent] Fidem facere, pro

XII 20 Incitato equo sese hostibus obtulit] Citato equo

Qui supra exanimem sese proiecit amicum.

XIII 21 Expectare vero dum hostiū copia auerentur]

Supra lib. 1. maturandum sibi existimauit, ne si noua

Et lib. 2. quantopere

Reip. communisq; salutis interest manus hostiū disti-

fit. li. 7. vt prius quã essent maiores eo copia conacta, di-

se validas aut paratas. Hinc Datames, vt in eius vi-

22 Prius ad hostiū castra peruenit, quam quid age-

retur, Germani sentire possent] Supra lib. 3. Neq; co-

relinquunt. Veget. lib. 3. c. 26. Nulla, inquit, consilia

antequam facias. Ideoq; vt monet idem, cum consi-

23 Armis abiectis, signisq; militariis, relictis, se ex

castris eiecerunt] P. & A. d. Græcis dicti, qui clypeo

abiecto e proelio fugiunt. vt e Chæronensi pugna fu-

verfu illo notissimo illiuit: Α νη ο φεζων ε παλι

24 Magno numero interfecto reliqui se in flumen

Nemo tam radis, aut imperitus re-

rum, qui fraudē Cæsaris ex ipsiusmet verbis nō fa-

cōsifos, itaq; iã animis otiosos, & tale nihil metuen-

inter, interea dum cū legatis & Principib. agere cre-

deretur, ex improuiso oppressit. aduertit hoc & cō-

queritur I. Goropius Becanus in Atuat. vt iure me-

rito cū huius victoriæ causa supplicatio a Senatu

Romę decreta esset, Cato sententiã tulerit de dēdū

esse Barbaris Cæsare, expiandamq; urbis nomine

violationē fœderū, vertendaq; in fontis caput exe-

rationes, vt scribit Canusius apud Plutarchum in

Cæsare. Ostendit autē hic quoq; locus verū esse q̄

scribit Dionys. Halicar. lib. 19. resistēdo & pugnan-

do paucos viros cadere, inclinata vero semel acie

Nepotem in eius vita, Lacedæmoniis persuasit, vt

exercitum emitteret in Asiam, bellumq; Regi faceret,

docens satius esse (quando Artaxerxes classem & pe-

destres exercitus mittere in Græciam statuerat) in

Asia, quam in Europa dimicare. Scipio quoque

ille qui

Duxit ab oppressa meruitum Carthagine nomen

profectus in Africam, Annibalem asperrimum ho-

stem, postquam annos quindecim amplius Italiam

vastasset, illā relinquere, freudentē licet & indinan-

tem coegit, tandemq; in ipsa Africa magno proelio

debellauit. de quo T. Liu. lib. 30. Annal. & L. Flo-

rus lib. 2. c. 6. Vide quæ super hac re adfert Io. Bodi-

nius lib. 5. de Repub. c. 5.

XVII 26 Rationem igitur pontis hanc instituit] Sueton-

nius in Iulio ca. 25. Germanos qui trans Rhenum in-

colunt primus Romanorū ponte fabricato aggressus

in ignis affectis cladibus. De pontis autē ratione vide

Ad. Turneb. li. 24. Aduersar. c. 20. Franc. Hotman.

a. hunc locum. Hieron. Magiū lib. 4. miscel. c. 20.

& singulari commētario Io. Buteonem mathematicum

egregium. Quibus si Iustum Lipsiū nostrum

adiunges li. 2. Poliorcet. dialog. 5. nihil profecto re-

quiras amplius ad vniuersam pontis rationem

quod attingit.

torius apud Plutarchum ait: οπ δε τὴν ερετηζον

κατόπινα μὲν ἢ κατὰ πρὸσωπον βλέπειν, quod opar-

teat ducem respicere magis, quam prospicere.

31 Natus idoneam ad nauigandum tempesta-

tem] Quia tempestas, teste Agellio lib. 12. noct.

Attic. cap. 9. ex iis vocabulis est, quæ ancipitia

sunt, & vtroque versum dici possunt, ideo tem-

pestatem bonam & idoneam, vt malam & aduer-

sam dicunt Latini scriptores. Hic noster lib. 5.

de bello Gallico: tandem idoneam tempestatem

natus. lib. septimo: non inutilem hanc ad capiem-

dum consilium tempestatem arbitratus est. lib. 2.

de bello ciuili, natus turbidam tempestatem. Hir-

tius de bello Afr. in princip. Incidit per id tempus,

vt tempestates ad nauigandum idoneas non haberet.

Cicero ad Q. fratrem lib. 2. primam nauigationem,

dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris.

32 Et naues conscendere ac se sequi iussit] Infra

lib. 5. milites equitesq; conscendere naues iubet.

lib. primo de bello ciuili, milites silentio naues con-

scendere iubet. Idem tamen conscendere absoluto

lib. secundo de bel. ciuili. tanta erat completis lito-

ribus contentio, qui potissimum ex magno numero

conscenderent. Similia apud M. Tul. alioq; Græci

ἐπιβουλεύει dicunt.

33 Atque ita montibus angustis mare contineba-

tur] Cicero lib. 4. ad Attic. epist. 16. vbi huius ex-

peditionis meminit, Britannici, inquit, belli exitus

expēctatur. constat enim aditus insula esse manitos

mirificis molibus.

34 Et essedariis quo plerumque genere in præ-

liis uti consueuerunt] Iunius Phylargyrius in lib. 3.

Georg. Virg. Esseda vehiculi vel currus genus, quo

soliti sunt pugnare Galli. Cæsar testis est libro ad

Ciceronem 111, multa millia equitum atque esseda-

riorum habet. Hinc & gladiatores essedarii dicun-

tur, qui curru certant. De quibus Lipsius abunde li.

2. Saturnal. c. 12.

35 Cum illi aut ex arido] Subaudi, solo. post

paullo: nostri simul atque in arido constiterunt. vbi

tamen omnes legunt: nostri simul in arido, pro si-

mulatque. vt Hirtius de bel. Hispan. ad quem si-

mul nuncius allatus est, confestim sequi cœpit. M.

Tull. 2. Acad. Itaque simul experreūt sumus, vifsa

illa contemnimus.

36 Tum nostri cohortati inter se, ne tantum

dedecus admitteretur] Lib. 3. de bello ciuili. no-

lite, obsecro, committere, quod ante in exercitu

Cæsaris non accidit, vt rei militaris dedecus ad-

mittatur.

37 Et in petenda pace eius rei culpam in multi-

tudinem contulerunt, & propter imprudentiam vt

ignoscere petiuerunt] Mox, Ignoscere imprudentia

dixit. & lib. 7. nihil se propter insipientiam leuitatem-

que vulgi grauius de ciuitate iudicare. quæ pro-

prie in vulgus cadit. Infra lib. 5. ne omnis nobilitatis

discessu plebs propter imprudentiam laberetur. Hir-

tius lib. 8. imperitam plebem dicit. Multitudo enim

vulgi, vt est apud Sallust. oratio. ad Cæs. more magis quam iudicio, post alium alium quasi prudentiorum sequuntur. vt pecudes (inquit Seneca lib. de beata vita cap. 1) antecedentium gregem pergentes non quæ eundem est, sed qua itur. & Tac. lib. 1. histor. Plebi non iudicium, non veritas. M. Tul. pro Plautio: Non est consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia. Dicitur autem iuris regula: In omnibus ferè poenalis iudicium est etati & imprudentia succurri. Quomodo tamen ciuitas, aut vniuersitas, quæ deliquit, puniri soleat, vide apud Pet. Fabrum lib. 1. Semest. c. 8. & Bodinum lib. 3. de Rep. c. 7.

XXXII 38. In qui pro portis castrorum in statione erant] Paulo, infra: cohortes, quæ in stationibus erant. Infra lib. 5. Qui erant in statione pro castris collocati. lib. 2. bell. ciuil. Quæ in statione pro castris erant Afranii cohortes. vnde docetur Romanos totas cohortes & turmas posuisse ante ipsas portas, non vnum aut alterum militem, vt hodie solet, quos a sentiendo Sentinellas vocamus. Lipsium vide lib. 5. de milit. Rom. dialog. 8.

XXXIII 39. Et hreni moderari ac flectere] Docilitas equorum mira, & ingenia, vt Plinius loquitur lib. 8. cap. 42. inenarrabilia. Lipsium adi centur. 3. ad Belgas epist. 56. & Angel. Politian. miscel. c. 11. ex Africano in Cestis de Sybaritarum equis. Maxime autem in eo vertitur scientia equitandi, vt fessiori frenum moderanti equus pareat, & quamcumque in partem ille velit sequatur. vide Lambin. ad illud. Horatii lib. 3. ode. 7.

Quamuis non alius flectere equum sciens. Facere non possum quin elegantem M. Tullii, quod ad amores pertineat, vt in apponam e. i. Offic. Vt equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes, dormitoribus tradere solent, vt eis facilius possint, vt sic homines secundis reb. effrenatos, sibi præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrina duci oportet, vt perspiciant rerum humanarum imbecillitatem, varietatemque fortuna. Quibus congruit, quod Themistocles, qui feroci adolescens ingenio fuerat, mutatos eius mores admirantibus dixisse fertur. Asperos & indomitos pullos in optimos equos euadere, si quis illis adhibeat disciplinam, rectamque institutionem.

XXXIV 40. Præda faciendâ] Facere prædam Cicero quoque dixit lib. 3. accusat. maximos quæstus prædasque fecisse. Agere quoque prædam, Cæsar lib. 6. extremo: præda ex omnibus locis agebatur. vt & Liuius sæpe.

XXXVI 41. Naues soluit] Supra paullo dixit, tertia ferè vigilia soluit, pro discedere e portu, vtrumque Cæfari, vt & M. Tullio aliisque per familiare.

XXXVII 42. Cum illi orbe factio se defenderent] Lib. 5. vt impedimenta relinquerent atque in orbem consistebant. Orbem facere est in orbem colligere, vt Liuius alibi loquitur, cum scilicet milites in directum longumque ordinati, in gyrum se instruebant, quo genere, vt scribit Veget. lib. 1. cap. 26. cum vis hostium interrumpit aciem, resisti ab exercitibus militibus consuevit, ne omnis multitudo fundatur in fugam, & graue discrimen imminet. Sallust.

in Iugurth. Romani veteres nouique & ob eas scientes belli, si quos locus aut casus coniuuenerat, orbem facere, atque ita ab omnibus partibus simul tecti & instructi hostium vim sustinebant. Herodianus lib. 2. Ita enim præceperat Seuerus, vt cum stare pendentes eos ab ore principis viderent, circumirent vniuersos milites sui more hostium, neminemque vulnerâtes aut pulsantes, tantum orbe factio clausos in medio continerent.

43. Et duo omnino ciuitates] Omnino pro tantummodo. Infra lib. 3. de bell. ciuil. quinq; omnino suorum amissis. Hirt. de bell. Alexand. numerus captiuarum omnino decem fuit. Cicero pro Cluentio: Quinq; omnino fuerunt, qui illum vestrum innocentem Oppianicum absoluerent.

IO. BRANT. ANTVERP. AD LIB. V. C. IULII CÆSARIS DE BEL. GAL. Notæ Politicæ.



Equæ multum abesse ab eo quæ in paucis diebus deduci possent] Deducere est elitorè in mare ad nauigandum trahere. Virgil. lib. 3. Æneid.

Deducunt socii naues, & litorea complent.

Et lib. 4. & litore celsas.

Deducunt toto naues.

Contrarium subducere. infra hoc lib. commodissimum esse statuit omnes naues subduci, id est, in terram trahi, vt exponit Seruius. illud Virgilii 1. Æneid.

Quassatam ventis licent subducere classem. Et lib. 2. Vrbem, quæ statuo vestra est, subducite naues. Hoc Græci ἀνέλκειν, vt illud deducere καὶ δάλλειν vocant. Exemplum autem nauium e continente deducendarum extat apud Homerum Iliad. 6.

2. Omnibus reb. ad Britannicū bellum comparatis] Eleganter Quintilianus lib. 12. Instit. Prius, inquit, est parare bellum, quæ exercere. & Publii Syri. Mimus: Diu. apparandum est bellum, vt vincas celerius.

3. Posteaquam id obstinate sibi negari vidit] Te reatius And. Itane obstinate operam dat, vt me a Glycerio miserum abstrahat? vbi Donat. Obstinate aliquid facere est in alterius malum cum conatu facere perseveranter, & in alterius perniciem nimis niri.

4. Quod tantum ciuitati Aedua dignitatis tribuebat] Per ciuitatem Aeduam, Augustodunum significat. Notitia Prouinc. Lugdu. 1. Ciuitas Aeduorum, hoc est, Augustodunum. Amoianus li. 1. c. 5. Hedua.

dua, qua Augustodunus. & rursum, Augustodunus, quam Iulius Hedua nominat.

5. Nihil hunc se absente pro sano facturum arbitratus qui presentis imperium neglexisset] Hoc est, vt sanum, prudenter. Sic lib. 3. de bel. ciu. isq; maxime vellet pro communi amico atq; arbitro controuersas Regum componere. Sallust. Iugurth. populum Ro. neq; recte neq; pro bono facturū, si ab iure gentium sese prohibuerit. Sunt autem multi dicto audientes, quamdiu adsunt hi qui imperant, vt ait Cicero Verr. 3. simul ac discesserunt, facere imperata negligerunt. quæ & φρασεολογία & sacris & profanis litteris merito damnata est. Contra laudati, qui non tantum sub oculis domini suam probare operam student, vt ait Cæsar lib. 1. bel. ciu. sed eam ipsam absenti æquo ac presenti gnauiter & sedulo præstant. Apud Valer. Max. lib. 2. c. 2. ambigua laudis ciuis existimatur, qui debitis Reip. officiis non sua sponte sed iussus fungitur. quid quicquid imperio cogitur, exigenti magis, quam præstanti acceptum refertur.

6. Suorumque fidem implorare coepit] Hirtius lib. 8. de Comio, repente omnium suorum inuocat fidem atq; auxilium, ne sua vulnera, &c. quod veteres Quiritare dicebāt, Quiritates conclamare. vt hodie quoque gentis aut patriæ nomen acclamari a quibusdam solet, vt Hispani in concertatione & rixa, & cum auxilium ciant, Hispaniam ingeminant, spagna spagna. Notauit hoc Lipsius in analec. ad milit. lib. 4. dialog. 11.

7. Sape clamitans liberum se, liberaq; ciuitatis esse] Cicero Verrina. 7. Ceruices in carcere frangebantur indignissime ciuium Ro. vt etiam illa vox, & illa imploratio, Ciuis Rom. sum, qua sæpe multis in ultimis terris opem inter barbaros & salutem tulit, eam mortem illis acerbiorem, & supplicium maturius ferret. item, nulla vox audiebatur, nisi hac, Ciuis Romanus sum. Hac se commemoratione ciuitatis omnia verba depulsurum, cruciatumq; a corpore deiecerunt arbitrabatur. quæ etiam Ciceronis verba referuntur ab Agellio lib. 10. noct. Attic. c. 3. Hic Dumnorix libera ciuitatis se esse ait. neque enim Aduorum ciuitas a Romanis in prouinciam formam redacta erat. itaq; liberum sibi vult Cæsarem sequi aut non sequi.

VIII 8. Et pro tempore & pro re consilium caperet] Aurea dictio. quam M. Tullius lib. 12. epist. 19. ad Cornificium his verbis extulit, sed hæc melius ex re, & ex tempore constituit. Cæsari ipse lib. 3. belli ciu. ita necessario atq; ex tempore capto consilio. Sallust. Iugurth. ex copia rerum statuit. Rursum, Marius ex copia rerum consilia trahit, id est, vt idem exponit, vt res posceret, ex tempore. Corn. Tacitus, ex re consilium, dixit. Ouid.

Iudicis officium est vt res ita tempora rerum.

Querere, quæ sita tempore tutus eris.

9. Timore a litore discesserant, ac se in superiora loca abdidierant] Hæc sic scribit Florus lib. 3. ca. 10. Classe comparata Britanniam transit mira ceteritate, quippe quam tertia vigilia Morino soluisset a portu, minus quam medio die insulam ingressus est. Ple-

na erant tumultu hostico litora, & trepidantia ad conspectum rei noua carpenta volitabant. Itaq; trepidatio pro victoria fuit.

10. Itaq; ex legionibus fabros deligit] Nota milites Cæsaris artem exercuisse fabrilem, & simul militasse. lib. 1. de bel. ciu. imperat. militibus Cæsar, vt naues faciant. P. Nasica, vt auctor est Frontinus lib. 4. strateg. c. 1. in hibernis quamuis classis usus non esset necessarius, ne tamen desidia miles corrumperetur aut per ocii licentiam sociis iniuriam inferret, naues adificare instituit. Hinc Praefectus fabrum crebro in Historiis. Lipsium vide lib. 3. Poliorc. dial. 6. & lib. 5. de milit. dialog. 13.

11. Britannia pars interior] De Britannicis insulis vide Abrah. Ortel. in parergis theatri orbis terrarum in Britannicis, post Melam, Plinium, & Solinum.

12. Et bello illato ibi remanserunt] Illato bello profecto ponit Cæsar vt supra lib. 1. Boiosq; qui trans Rhenum incoluerant, & in agrum Noricum transierant, Noricamq; oppugnant, pro, expugnant. & infra lib. 7. Dum ea que a Vercingetorige ad eruptionem preparata erant, id est, ad oppugnationem.

13. Vtuntur autem nummo auro, aut laminis ferreis &c.] M. Tullius lib. 4. epist. 16. ad Attic. de hac ipsa Britannia, etiam illud, inquit, iam cognitum est, neq; argenti scripulum esse vllum in illa insula, neque vllam spem præda, nisi ex mancipiis: ex quibus nullos putote litteris aut musicis eruditos expectare. Et utinam possit, inquit Plinius lib. 33. natur. histor. ca. 1. e vita in totum abdicari aurum, sacra fames, vt celeberrimi auctores dixerunt, proficuum conuiciis ab optimis quibusq; & ad perniciem vitæ repertum, quantum feliciore auro, cum res ipsa permutabantur inter se, &c. Aurum certe & argentum veluti perniciem ac malorum omnium materiam e Laconum Repub. adeo seuerè Lycurgus profligauit atq; interdixit, vt de auri possessione tanquam in scelus anquireret. Auctor Xenophon. ferreo quoque numo vsos refert Plutarchus Lycurgo; quin & coriaceo interdum Nich. Damascenus: Νομὸν μὲν χρυσοῦν οὐκ ἔστιν. 14. Nascitur ibi plumbum album] Vide ad hunc locum Blasium Vigenereum, in Gallico Cæsaris Commentario.

15. In hoc medio cursu est insula, que appellatur Mona] De qua vide in extremo Theatro Orteliano Humfredum Lhuyd Anglum.

16. Capilloq; sunt promissa] Promissus capillus, dicitur longus, item barba promissa, velut porro missa, apud Festum. Tit. Liui. lib. 2. ad hoc promissa barba & capilli efferauerant speciem oris. Emil. Prob. in Datame, posteroq; die Thyum; hominem maximi corporis, terribiliq; facie, quod & niger & capillo longo, barbaq; erat proluxa, &c.

17. Vxores habet deni duodeniq; inter se cõmunes]

Corn. Tacit. in sua Germania. prope solos barbarorum Germanos singulis vxoribus cõtentos esse. Certe affectus conjugalis in plures fœminas diuidi non debet, Lactant. Firmianus lib. 4. cap. 3. Matrimonium, inquit, dici non potest, ubi mulier viros multos habet.

Sed hac aut meretrix, aut adultera nominabitur: a qua enim pudor, castitas, fides abest, virtute careat necesse est. Nota Prætextati historia apud Agellium lib. I. noct. Attic. c. 23.

XXII 18 Diobus com meatibus exercitum reportare constituit] Com meatum vocabant, vt recte Beroal. cum plures vna naues aliquo appulissent. Græcis πορτοπῆδος εὐλῶ, vt ex veteri inscriptione docet Casaubon. ad Sueton. Aug. c. 98. Reportare autem exercitum dixit Cæsar, vt portare Sallust. Iugurth. non semel.

XXIV 19 Tres in Belgio collocavit] Quid Belgii nomine hic Cæsar significet, inuestigat Abrah. Ortelius in parergo theatri Belgarum, vbi de vocis etymo, de quo & Ioan. Goropius Becanus quærit in Atuatricis.

XXVI 20 Tum suo more conclamauerunt, uti aliqui ex nostris ad colloquium prodirent] Obserua patrium Gallorum morem fuisse, clamore tanquam tubicine colloquium postulare. nisi forte suo more, id est, per tubicinem, vt apud Hirt. lib. 8. bel. Gal. concilio repente cantu tubarum conuocato conclamant, &c.

XXVII 21 Missu Cæsaris] Supra lib. 6. cum duas venisse legiones missu Cæsaris cognoscunt. infra paullo, coactu ciuitatis. & lib. 7. Cæsaris concessu. item, eorum discessu. Sueton. Calig. c. 39. diceretq; cœnatium apud Cæsarem vocatu ipsius.

22 Id se facile ex humilitate sua probare posse] Id est, tenuitate & infirmitate, vt supra li. 4. multo humiliores infirmioresq; (Vb:os) redegerunt. & infra hoc lib. ciuitatem ignobilem atq; humilem Eburo-nū. Hirt. de bel. Afric. extr. Tisichitanos propter humilitatem ciuitatis, certo numero frumenti multat.

XXIX 23 Nihil temere agendum] Sic epitome Liuii lib. 48. Cum Cato suaderet, ut iis bellum indiceret, P. Cornelio Nasica dicente, nihil temere faciendū, placuit, &c. quod & Augustum Cæsarem crebris sermonibus vsurpare solitum auctor est in eius vita Sueton. c. 25. Scimus quæ clades sæpe in bello acciderint temeritate ducum, quæ præter, quam quod stulta est, etiam infelix, teste Liuii lib. 22. qui ibid. omnia, inquit, audentem contemnet Annibal, nil temere agentem metuet. Siquidem temeritatis, vt ait Valer. Max. lib. 9. cap. 8. subiti & vehementes sunt impulsus, quorum ictibus hominum mentes concussa, nec sua pericula dispicere nec aliena facta iusta estimatione prosequi valent. vide Parciam, Festina lente.

24 Postremo quid esse leuius] Elegans γνωμὴ, nihil leuius esse aut turpius, quam auctore hoste de summis rebus capere consilium.

—equo ne credite Teucris, Quicquid id est timeo.

XXIX 25 Ardere Galliam] Ira scilicet, vt alias sæpe apud bonos scriptores ardere bello, cupiditate, odio, atque adeo & apud ipsum Cæsarem lib. 6. omnium animi ad vlciscendum ardebant. lib. 7. multo

gravius hoc dolore exarsit. T. Liuii lib. 38. Romani ardentibus ira animis, postero die omnibus copiis ad hostem perueniunt. Terent. Adelph. vix sum compos animi, ita ardeo iracundia.

26 Consilium quem haberet exitum] Hirtius de bel. Alex. Cum diu dubitasset Cassius quid sibi faciendum, quidue Lepido esset credendum, neque vllum exitum consilii sui reperiret, si permaneret in sententia. Simili modo Cicero Academ. 2. Ipsa autem philosophia, quæ rationibus progredi debet, quem habebit exitum? Idem lib. 7. ad Attic. Rursus autem ex dolore municipalium sermonibusque eorum, quos conuenio, videtur hoc consilium exitum habiturum.

27 Vincite, inquit, sita vultis] Vincendi verbum familiare iratis esse, aduersariis sententiam concedentibus notat Donat. ad Terent. Andr. act. 5. sc. 3. nec dissimilem videri formulam Habeas licet. Adhibet & illam Tranquillus in Cæsare capite primo, quod Græcis νικῶν est. Notum illud Ciceronis apud Ciceron. 3. officio. in Transpadanorum causa, Vincat vtilitas. Sic fere in auctionibus atq; emptionibus Ducas licet, vsurpatum, vt Otman. & ex illo Muretus in 3. Catilinar. annotatur.

28 Ne sua dissensione & pertinacia rem in summum periculum deducant] Infra libro primo, de bello ciuili, sese rem in summum periculum deduciturum non esse. vbi tamen Ciaccon. sese rem summam in periculum, &c. quod & hic fortasse non male amplectamur. Ad rem quod attinet, notandum quod scribit Agath. libro quarto, Cum duces in diuersas sententias sunt scissi, atque alii hanc, alii aliam probant, nihil eorum qua consuluntur, peragitur, sed vnusquisque egre ferens suam sententiam non valuisse, negligentius ad rem gerendam accedit. Nam vt Cicero auctor est Verrina 8. Nulla maiores inimicitia, quam contraria sententia ac dissimilitudines studiorum & voluntatum.

29 Tandem dat Cotta per motus manus] Dare manus est se victum agnoscere. nam qui se victori dedunt, ne interimantur, vltro manus ad vincula offerunt. M. Tullius de amicitia, ad extremum det manus, vincique se patiatur.

30 Qui in ipso negotio consilium capere coguntur] Quod gladiatorum esse vetus adagium monet apud Senecam epistola 22. Gladiator in arena consilium capiam. Magna autem, vt Cicero testatur in Philipp. sunt in Republica momenta temporum, & multum interest idem illud vtrum ante, an post decernatur, suscipiatur, agatur.

31 Et in appellandis cohortandisque militibus Imperatoris] Infra libro septimo, quinetiam Cæsar cum in opere singulas legiones appellaret. Solent Imperatores ad proelium iam iam ituros milites ad strenue pugnandum hortari, & quidem nominatim, quod hoc certum in eos studium, curam & diligentiam significaret. Contra de iis parum laborare videmur, quos ita negligimus, vt ne eorum quidem nomina memoria teneamus. Probat hoc pluribus Dionys. Lambin. ad Horat. li.

tii libr. prim. epistol. sext. ex Aristotele libr. secundo Rhetoric. Thucydide libro septimo, Homero Iliad. x. Adde quod Tirus Liuius libro octauo extremo, Dictator, inquit, vbi respectantes hostium antesignanos, turbataque signa, & fluctuantem aciem vidit, tum appellare, tum adhortari milites, tribunos principesq; ordinum nominatim ad iterandam secum pugnam vocare.

32 Et in pugna militis officia præstabat] L. Florus libro quarto, capite secundo, hoc sic extulit de Cæsare loquens, medius inter Imperatorem & militem. Sallust. de Catilina, Strenui militis & boni Imperatoris officia simul exercebatur. Conuenit Homeri versus:

ἀμφότερον βασιλεύς τὰ γὰρ ἄλλοις κοίτητος τ' αἰχμητής. Dux bonus atq; idem validus pugnator in armis.

Ergone Imperatorem militis officia gerere, & se vitamq; suam in aperta pericula cõicere quis suadeat? an potius dubiis periculis exemptum, summæ rerum & imperii seipsum referuare. Tacitum super hac re arbitrantem audiamus lib. 4. hist. si, inquit, statum imperii, aut salus prouinciarum in discrimine vertatur, debet in acie stare. At minora bella, minoribus ducibus deleganda.

33 Illorum esse prædam] Ad proelium spes prædæ militem accendit. libro sexto, præda cupiditas multos longius euocabat. Rursum, omnes euocat spe prædæ ad diripiendos Eburones. Apud Titum Liuium libro vigesimo primo, postquam Annibal pro concione prædam captæ urbis (Saguntii) dixit militum fore, adeo accensus omnes sunt, vt si exemplo signum datum esset, nulla vi resisti videretur posse.

34 Vtrumque semur tragula transficitur] Tragula dicitur tanquam trahula, vt docet Turnebus libro vigesimo primo aduers. capite decimo quarto. Erant vero, vt tradit idem libro septimo, capite duodecimo) dupl. cis generis. Quadã enim tormentis mittebantur, & atrociter fauciabãt, ac plerumque scutum aut corpus transfuerberabant. Suidas, Κοίτης ἐχρησαστο τὸ ὄπλον ὃ τὸ ἀγρῶδες ἐλέγεται, ὃ ἐπὶ βίαιον ἀφ' ἡκε πλῆθὺν, ὡς τὸ ἐληγέτω δὲ τὸ τοῦ δαμάσκου ἢ τὸ πλάσσαν δακτυλίαν & τῆ γῆ πρὸς οὐρανὸν. Cotta vtebatur ielo quod tragula dicitur, quo ille tam validam plagam infligebat, uti eo percussus per loricam, per latera, terra velut clauo affigeret. Liuius libro vigesimo Annal. Annibal ipse dum murum incautus subit, aduersum semur tragula grauius ictus cecidit. Sallustius libro tertio historiar, Auidisque ita promptisque ducibus, vt Metallus ictu tragula sauciaretur. Aliud vero genus tragula erat, quod manu mittebatur, de qua capiendus locus ille paullo infra, Si adire non possit, monet vt tragulam cum epistola ad amicum delegata, intra munitiones castrorum abiciat. Vtrumque tragulæ genus innuere Sallustius his verbis videtur bello Iugurth. plerosque iacula tormentis aut manu emissa vulnerabant. Vide plura de tragula apud Lipsium libro quarto Polior-

cet. dialog. 4.

35 Aquilam intra vallum proiecit] Exempla vide in strategematis Frontini.

36 Ne sui in perpetuum liberandi, atque vlciscendi Romanos] Vlcisci sæpe dicimur hostes, siue a quibus læsi sumus. Terent. Andr. act. 3. sc. 5. Namque hocce tempus præcauere mihi me, haut te vlcisci sinit. Docet autem Aristoteles libro septimo de moribus ad Nicomach. cum qui iratus sit, a ratione quodammodo persuaderi & induci, vt pœnas ab eo qui iniuste læserit, expetat. Iram sic definit M. Tullius 4. Tuscul. vt sit libido puniendi eius, qui læsisse videatur iniuria. quo maiorem laudem iniurias ferendo quam vlciscendo homines mereri, auctor idem est Verrina prima. laudaturq; Pomponius Atticus a Corn. Nepote in eius vita, quod si quam iniuriam acceperat, malebat obliuisci quam vlcisci. & M. Cato ignoscere quam agnoscere. Adde quæ grauius scribit Seneca Philosophus libro secundo de ira, capite trigesimo secundo, & Aristotel. libro quarto Ethicorum, capite octauo. μεγαλόψυχος οὐδὲ μνησικακός, Magnanimus iniurias haud meminit.

37 Ad Centrones] Qui sint, vide Hub. Leo-

dium. 38 A Cicerone littera] Q. Cicerone M. Tullii oratoris fratre, qui anno V. C. DCCXCIX, L. Domitio Ahenobarbo, Appio Claudio Pulcro Coss. Legatus Cæsaris in Galliam profectus erat.

39 Mula præusta fudes] Virgil. libro septimo Æneid.

Stipitibus duris agitur sudibusve præustis. Et lib. II.

Stipitibus ferrum sudibusq; imitantur obustis. Herodianus lib. 7. Nam domo quibus pugionem, aut securem, aut venabulum, aut item præustas fudes vt quisq; poterat accuminatas ad tuendum corpus extulerant.

40 Feruentes fusili ex argilla glandes, fundis, & feruesfacta iacula] Glandes has vasa argillacea repleta feruenti materia accipit I. Lipsius libro quinto Poliorcet. dialog. 2. vbi & alia adfert in ascendentes hostes mitti aut fundi solita. vide & dialog. 3. & 4. Addam Sallust. anum illud Iugurth. Contra ea opidani in proximos saxa voluere, fudes, præla, præterea picem sulphure & tãda mistam ardentem mittere.

41 Qui iam primis ordinibus appropinquarent] Explicat & illustrat hunc locum idem Lipsius libro secundo de militia Romana, dialogo octauo.

42 Illum verueto transfixum arbitrantur] Verutum teli & ferramenti genus inde dictum quod veru habeat, a quo Volsci veruti dicti a Virg. libro secundo Georg. quia vt Seruus ibid. monet, iaculo vterentur in modum veru, vel quia verutis pugnarent.

43. Vt alter alteri inimicus auxilio salutisque

offet] Egregium T. Pulionis & L. Vareni facinus, qui quamvis inimici inter se, nihilo tamen segnium pro Repub. pugnarunt. Suggestunt & alia passim historia exempla populorum, quos in diffidiis animorum intestinis, periculi societates, veluti facti symcretismo coniunxit. Atq; hoc est quod ait Dionys. Halicarn. lib. 8. *Instante communi periculo conciliari solent dissidentium animi.* hoc est, quod Aristoteles lib. 5. de Repub. pericula communia homines saepe ex inimicis amicos efficere docet his verbis, *συμείχεται τὸ ἐχθρὸν ἐκ τοῦ φίλου, συνίχεται τὸ φίλον ἐκ τοῦ ἐχθροῦ, coniungit enim etiam inimicissimos communis metus.* Non oportet autē priuatis odiis eos dissidere, qui publice summa iuncti sunt potestate. Appian. Alexand. lib. 2. *Periniquum est,* inquit, *propter priuatas similitates Rempublicam in discrimen adducere, nec abutendum occasione ad explenda odia, sed potius Reipub. sunt donanda priuata iniuria.* Exemplum est apud Herodotum in Vrania, de Aristide, qui licet Themistocles potissimum opera in exilium eiectus esset, tamen omnes iniurias in communi totius Græciæ periculo patriæ condonans, sponteque ad Themistoclem sibi inimicum accedens, Nos, inquit, certe oportet omni tempore non priuatis similitatibus & odiis, sed uter nostrū melius de patria merere, & plura in eam beneficia conferre possit. Exemplum alia suppeditabit Valer. Max. lib. 4. c. 2. Eleganter Plancus ad Ciceronem lib. 10. epist. Cicero ad famul. non me impedient, inquit, priuatae offensiones, quo minus pro Reip. salute etiam cum inimicissimo consentiam. Et cetera, ut idem Cicero auctor est Verr. 1. Nulla neq; infortior, neq; grauior causa necessitudinis potest reperiri, quam coniunctio sortis, quam prouincia, quam officii, quam publica munera societas.

XLVII 44 *Si adire non posset, monet ut tragulam cum epistola ad amentum deligata intra munitiones castrorum abiiciat*] Monuimus supra tragulam eam hic accipiendam quæ manu mittebatur. de amentata hasta vide Turneb. lib. 14. aduers. c. 11. Quod autē hic officium tragula præstitit, ut per eam epistola ad amentum deligata & in castra abiecta certiores socios de rebus quibuscumq; faceret, idem ipsum de glande tradit Hirtius de bello Hispan. per idem temporis, inquit, *glans missa est inscripta, quo die ad oppidum capiendum accederent, sese scutum esse posituros.* vbi notabamus. *Hirandines* idem officium subisse refert Plinius lib. 10. natur. hist. c. 24. *Columbas* etiam, c. 37. Frontinus lib. 3. strategem. c. 13. & nos factum meminimus in obsidionibus, & memoriæ prodidit Lipsius li. 2. Satur. c. 6. & Centuria epist. ad Ital. & Hispan. epist. 59. vbi & de Cornice Regis Ægyptii *Marrha* ex Æliano refert, & de *Cane* ex Otorio lib. 2. hist. I. usit.

XLIX 45 *Consedit*] *Considendi* verbo vsus est & Plancus ad Ciceronem scribens lib. 10. *Itaq; copias prope in aspectum Lepidi Antoniiq; adduxi, quadragintaq; millium spatio relicto consedi.* Sallust. Jugurth. prope *Cirtam* oppidū utriusq; consedit exercitus. Rursum, *Jugurtham* diuim millium intervallo ante eos consedisit, & saepe alias. *Sedere* dixit Cato Cenfori-

us apud Charisium, *Omnia tumultu plena, simul hostium copia magna contra me sedebant, usquequaque laceffebamur.* Cui opponitur *castra mouere*, hoc est, alio transferre.

47 *Cæsar si forte timoris simulatione hostem in suum locum elicere possit*] *Simulare metum* interdū haud malum, & spe victoria inducere, ut vincantur, ut ait Tacit. lib. 2. Annal. Itē illud utile, videre quādo hostis imprudens ruat, & quod loco sapientia est, alienam stultitiam operiri, idem Tac. lib. 2. histor. Exemplum egregium infra li. 6. vbi Labienus Treuros, qui fugere illum credebant, bello superat & li. 2. bel. ciu. *Curio* hostes hortatu Saburæ simulatione timoris paulatim cedentes ac pedem referentes, fugere arbitratus infeliciter præliū committit. Alia exempla adfert Frontinus lib. 3. ca. 17. Quod statim sequitur, *Cæsar* consilio equites cedere, seque in castra recipere iubet, in bello saepe vsu venit, siquidem iuxta Polyb. lib. 1. *Optimi principis officium est non solum resistendi, sed cedendi prudenter tempora perspicere.*

47 *Hoc aequiore animo ferendum docet*] *Aequus animus arumna condimentum optimū est*, ait Plaut. Pseud. & Mimus Publilianus, *Bonus animus e re mala multum iuuat.*

48 *Neq; hostibus diutina latatio neq; ipsis longior dolor relinquatur*] *Supra* lib. 2. & *Rhemis* cum spe defensionis studium propugnandi accessit, & hostibus eadem de causa spes potiundi opidi discessit. *Vicissitudo rerum aliquando dicto citius ingruit*, ait Nicet. in Alex. Comn. & *Liuius* lib. 28. *Mars*, inquit, *communis & victum saepe erigit, & affligit victorem.* Vegetius lib. 3. c. 25. *Cogitet*, inquit, *uentus omnium præliorum, inter initia contra illos magis fuisse, quibus victoria debebatur.* *Plinius* panegy. *Habet has vices conditio mortalium, ut aduersa ex secundis, secunda ex aduersis nascantur.* Ideoq; recte Thucyd. lib. 1. 8. *τὸ ἐν πολέμῳ ἀτυχία πλεονάζει, ὅσα ἐν τῷ μὲν ἡττοῦσιν ἀπίστω ἐπαρόρηται.* *Is qui in bello ob res secundas exultat, nescit quam infida superbia se extollat.*

49 *Neq; vllum totius hiemis tempus intercessit sine sollicitudine Cæsar, quin aliquem de consiliis & motu Gallorum nuncium acciperet*] *Nimirum* Galli homines septentrionales frigoribus magis assueti, quam Romani meridionales, ad bellum hiberno tempore gerendum erant accommodatiores. *Agat.* lib. 1. *Francis*, inquit, *estus valde est inimicus, Bruma tempore vegetantur, validioresq; sunt, & tunc commodissime bellum gerunt.* ideoq; supra lib. 3. extremo de iisdem Gallis *Cæsar*, *paucæ ultima nationes anni tempore confisa, quod hiems suberat, id facere neglexerunt.* Contra *æstiuum tempus* Romanis conducebat. Hinc lib. 7. iam prope hieme confecta, cum ipso anni tempore ad gerendum bellum vocaretur.

50 *Earum ciuitatum quæ Armorica appellantur*] *Infra* lib. 7. *vniversis ciuitatibus, quæ Oceanum attingunt, quæq; eorum consuetudine Armorica appellantur, quo sunt in numero Curiosolites, Rhedones, Ambari,*

I. O. BRANTII
AD LIB. VI. C. IVLII CÆSARIS DE BELLO GALLICO
Notæ Politicæ.



D Er M. Silanum, C. Antistium Reginum, T. Sextium legatos delectum habere instituit] *Hi* conquistores dicebantur, colligendis militibus & delectui habendo præpositi. *Infra* lib. 1. de bel. ciu. *Attius delectum toto Piceno circummissis Senatoribus habebat.* *M. Tullius* pro Milone, *Si Italia delectus, ut nulli conquistores tui discurrant.* vide de his Lips. lib. 1. milit. Ro. dialog. 9.

2 *Quid populi Ro. disciplina, atq; opes possent*] *De illa* audi Valer. Max. lib. 2. c. 8. *Disciplina militaris*, inquit, *acriter retenta, principatum Italia Romano imperio peperit, & multarum urbium, magnorum Regum; validissimarum gentium regimen largita est.* *fauces Pontici sinus patefecit, Alpium Taurique montis conuulsa claustra tradidit, ortumq; paruula Romuli casta totius terrarum orbis fecit columen.* *Opes* autem Romanæ quantæ fuerint docet nos *Iustus Lipsius* noster singulari opere de magnitudine Romana.

3 *Magno pecoris atq; hominum numero capso, atque ex præda militibus concessa*] *Infra* lib. 7. extremo, *ex reliquis captiuis toto exercitui capita singula, præda nomine distribuit.* *Nota* captiuorum turbam, ut & prædam omnem militibus distribui solitam. de quo vide *Pet. Fabrum* lib. 2. semest. c. 3.

4 *Vsi deprecatoribus Rhemis*] *Deprecatores & precatores*, qui pro aliis interpellant. supra lib. 1. ut eo deprecatore a *Sequanis* hoc impetrarent.

5 *Erant Menapii &c. perpetuis paludibus, siluisq; muniti*] *Infra* V bios, hoc est. *Colonias* habitantes, nunc *Iuliacenses, Geldrenses & Cliuenses* appellati, ut tradit *Thomas Leodius* de *Tungris & Eburon.*

6 *Comum Atrebatem cum equitatu, custodis loco*] *Id est*, obseruatoris & speculatoris. *Hotm.* hic.

7 *Vt ex magno Gallorum equitatus numero nonnullos Gallis rebus fauere natura cogeat*] *Supra*, non facile *Gallos Gallis negare potuisse.* *Nimirum* plenisq; populis vrbibusq; natura consensus quidā est protegendi amandiq; mutuo, ut in suam quisq; nationem sit propensior.

8 *Labienus noctu tribunis mil. primisq; ordinibus conuocatis*] *Mirum* *Hotmano*, neque probabile videtur totos ordines conuocatos, malletque primorum ordinum centurionibus. *Sed Cæsar* hic primos ordines pro ipsis Centurionibus talium ordinum, compendio quodā dicit, ut supra lib. 5. de bel. Gal.

Ambari, Caletes, Osiimii, Lemoiices, Veneti, Vnelli. *Aulonius* quinq; syllabarum hoc vocabulum facit *carmine* 10. de professor.

Stirpe satius Druidum Gentis Aremorica.

Idem in monofyl. *Viridomarum* Gallorum ducē, quem interfecit *Marcellus*, cuiq; opima spolia detraxit, ab his Gallia populis *Aremoricum* Latrem appellat, id est, Gallicum ducem, ut interpretatur *Ad. Tur.* lib. 13. aduers. cap. 1.

LVI 51. *Et qui ex iis nouissimus venit, in conspectu multitudinis omnib. cruciatibus affertus necatur*] *Quod* hic in conspectu multitudinis dicit, in conspectu omnium dixit lib. 3. bel. ciu. in conspectu armati exercitus *Iul. Frontin.* lib. 1. strateg. c. 10.


LVII 52. *Ne quam occasionem rei bene gerenda dimitteret*] *Hirt.* lib. 8. de bel. Gal. *Caninius* felicissime re gesta. *Cicero* lib. 1. ad famul. epist. 8. *Rem te valde bene gessisse rumor erat.* *Contra* idem *Hirt.* de bel. Afric. legatos ad *Cæsarem* mittunt, *rem male gestam* docent. *Rem gerere* dixit idem lib. 8. bel. Gal. *Hostes* in insidiis dispositi cum sibi delegissent campum ad re gerendam. *Rursum*, tali modo re gesta, & passim. *Sed & rem obtinere* dixit *Cæsar* lib. 7. *Romani* si rem obtinuerint, finem laborum omnium expectant. & lib. 3. de bel. ciu. *sed rem obtinuit Cæsar.* vide *Brislon.* li. 2. formul.

LIII 53 *Omnes vnium peterent Induciomarum*] *Infra* lib. 8. *Instantur* atq; incitantur hostium animi secundo prælio, principe & præfecto *Rhemorum* (*Vertisco*) interfecto. *Iterum*, *magnum* ut in tanta calamitate *Bellouacos* eo prælio commotum esse consecutos, quod *Corbeus* auctor belli, concitator multitudinis esset interfectus. *Liuius* lib. 30. *Annal.* *donec* sterit ante signa *Mago*, gradum sensim referentes ordines tenorem pugna seruabant: posteaquam femore transfixo cadentem, auferrisq; ex prælio prope exanguem videre, exemplo in fugam omnes conuersi. *Horatius* libro quarto, Ode 4.

occidit, occidit,
Spes omnis & fortuna nostri
Nominis, Adrubale interempto.

Testis est enim *T. Liuius* lib. 26. *Annal.* *Annibalē* *Adrubalis* capite aspecto agnoscere se fortunam *Carthaginis*, dixisse. *Quippe* verum est quod *Hegesippus* scribit lib. 5. c. 30. *In milite vnus fors est, in Imperatore vniversorum.* cui, ut scribit *Sext. Aurel.* victor in *Iuliano*, *salus propria cum semper ad securitatem omnium, tum maxime in bello conseruanda est.*

34 *Magna proponit iis qui occiderint premia*] *Milites* in expeditionibus spes & premia faciunt meliores, teste *Vegetio* lib. 3. cap. vlt.



Cum a Cotta primisq; ordinibus acriter resisteretur. quod obseruabat Lipsius libro secundo mil. Rom. dialog. 8.

XIII 9 Vt omnes citra flumen eliceret, eadem usus simulatione itineris] Refertur a Frontino lib. 2. strateg. c. 5. de infidiis.

10 Infestis signis ad se ire viderunt] Infra libro septimo, infestis contra hostes signis consistenterunt. Cicero pro M. Fonteio, At infestis prope signis inferuntur Galli in Fonteium. Hirt. libro octauo, infestis itineribus complures commeatus interceptabat. Sallust. Catilin. maximo clamore infestis signis concurrunt.

IX 11 Atque orant vt sibi parcat, ne communi odio Germanorum innocentes pro nocentibus penas dent] Infra hoc libro, ne se in hostium numero duceret, neue omnium Germanorum qui essent citra Rhenum, causam vnam esse indicaret. Iuriscultis nostris tritum illud, satius esse nocentem impunitum dimittere, quam innocentem damnare, l. 5. D. de pœnis.

XII 12 Cum Caesar in Galliam venit] Qui fuit annus ab vrbe condita DCCXV.

XIII 13 Sed de his duobus generibus alterum est Druidum] De quibus abunde Abrah. Ortelius uocabul. decus illustre patriæ in parergo theatri tab. Iulii Cæsaris. Sublatos Tiberii priuati patu vult Plin. libro trigesimo, capite primo. a Claudio mauult in eius vita Suetonius. Conciliat doctissimus Lipsius notis ad Tac. 12. Annal. Tiberium scilicet in vrbe tantum sustulisse, Claudium in Gallia ipsa. Quamquam Pet. Pithœus libro primo aduers. subsec. capite tertio, & cum eo Læuius Torrent. ad Sueton. contendant vtumque quod dem sustulisse ritum illum sacrorum detestabilem, quo Mercurio humanis litabant hostiis: non tamen ita sustulisse, quin feritatis abolitæ apud Gallos vestigia manerent, teste Mela. At Druidas ipsos penitus non sustulisse.

14 Si quis aut priuatus aut publicus] Id est, cum potestate. M. Tullius libro primo de inuentione, In fortuna quaritur, priuatus, an cum potestate sit.

15 Sacrificiis interdicit] Obseruatu dignum vt maiores nostri Druidas religionum ac iudiciorum arbitros esse voluere, tanta cum potestate, vt si qui etiam reguli ac principes rebus iudicatis aut decreterum parere nollent, sacrificiis interdicerent, & deuotionibus execrandis eo cogerent.

16 Is omnes decedunt] Decedere hic est non (quæ propria eius significatio est) locum maiori da: e huc superiori, sed plane contra auersari, fugere, tanquam abom. aandum. Græce, τρέψας εμάς επώταυ η αυ. 15 οί α τω αυ τω τες. vt obseruat Gulielmus Budæus commentariis linguæ Græcæ, & annotation. posterior. in Pandectas.

XIV 17 Neque eos qui discunt, litteris confisos minus memoria sîndere] Hoc est quod Seneca Philosophus epistola octogesima octaua, certior, inquit,

memoria est, qua nullum extra se subsidium habet. Quinctilianus libro vndecimo, Inuenio apud Platonem obflare memoria usum litterarum, videlicet quod illa, qua scriptis repositimus, & velut custodire desinimus, & ipsa securitate dimittimus.

18 Sed ab aliis post mortem transire ad alios] Diodorius Siculus libro quinto bibliothecæ histor. Inter ipsas quoque epulas, causâ ex iurgio quomodo-cumque arrepta, insurgere, & ex provocacione, nihili vitæ iacturam aestimantes, inter se digladiari solent. Pythagoræ enim apud illos opinio inualuit, quod anima hominum immortales in aliud ingressæ corpus definito tempore demum vitam capebant. Sed inter Diuydarum & Pythagoræ πάλιν ζωοίεν hoc interest; quod hic hominum animas ad pecudes etiam transire: illi vero ad homines tantum volebant. vt hæc verba innuunt, ab aliis post mortem transire ad alios. Plato vero Pythagoram secutus eandem μετεμψόχου tenuit, sed bonorum animas in munda animantia: improborum vero in immuata migrare credidit. Lege, si poetæ delectant, Ouidium 15. Metamorphos. Pharisæorum secta apud Hebraeos solas bonorum animas in alia corpora transire voluit, improborum perpetuo supplicio cruciari. vide Ioseph. libro secundo bel. Iud. cap. 7.

19 Atque hoc maxime excitari ad virtutem putant metu mortis neglecto] Idem de Gallis Strabo proficitur, Affirmant, inquit, animas corrumpi non posse. Et Ammianus Marcellinus libro decimo quinto, despectantes humana, pronunciant animas esse immortales. Pomponius Mela ad hunc locum apposite, Vnum ex iis qua præcipiunt in vulgus effluit, videlicet vt forent ad bella meliores, æternas esse animas, vitamq; alteram ad manes. Vnde Lucan. lib. 1.

Felices errore suo, quos ille timorum
Maximus haud urget leti metus, inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animasq; capaces
Mortis, & ignauum est reditura parcere vita.

De Germanis quoq; Appianus in Celticis, Germanis mores ferocissimi insunt; in aggrediendo insignis audacia, contemptus mortis maximus ob reuiviscendi spem.

20 Ita plurimos circum se ambactos clientesque habent] De Ambacti voce vide quæ adfert Adrianus Turnebus libro decimo quarto aduersarior. capite duodecimo. A quo quia dissentit Ioan. Goropius Becanus in Atuaticis, refellitur a Iosepho Scaligero ad Festum.

XV 21 Qui sunt affecti grauioribus morbis] Scilicet optime sumus, dum infirmi sumus, tunc Deos, tunc homines nos esse meminimus, ait Plinius secundus libro septimo, epistola vigesima sexta. Præcipit itaque vt tales esse sani perseueremus, quales nos futuros profitemur infirmi. Extat Antigoni Regis Macedonum apophthegma postquam a graui morbo conualuisset, nihilo peius est, inquit, siquidem hic morbus submonuit nos, ne a-

nimo efferamur, cum simus mortales.

22 Aut pro victimis homines immolant] De impiis & nefandis gentium immolationibus, vide quæ breuiter, sed accurate ex omnibus auctoribus collegit Lilius Gyraldus in histor. Deorum syntagmat. 17. & copiosius Steuchus.

23 Alii immanni magnitudine simulacra habent] De quibus nonnihil Plinius libro trigesimo quarto, cap. 7.

24 Quibus successis circumuenti flamma exanimantur] Eadem Strabo, Instruebant, inquit, lignum colossum fæno contextum, in eoque pecudes, & omnis generis bestias, vnaque homines concremabant.

25 Supplicia eorum qui in furto] Diodorius Siculus libro quinto bibliothecæ. Parem ferocia sua impietatem in Deum quoque, sacris enormiter designant. Maleficos enim per quinquennium detentos, palis in honorem Deum suffigunt. & super grandi pyrarum frue cum aliis primitiis immolant. Est quidem illud certum, optimam victimam, qua Deo offerri potest, hominem esse sceleratum. Sed cum eius generis copia deficit, tum, vt sequitur, etiam ad innocentium supplicia descendere horrendum est & atrox. vt satius iis fuisset, si nullam omnino cogitationem Deorum habuissent, quam vt Deos esse existimauerint, qui hominum mactatorum cruore mulcerentur, solenne hoc sacrificium & victimam putantes, vt ait Plutarch. tract. de superstitione.

XVI 26 Deum maxime Mercurium colunt] Qui Teuthates veteribus Gallis. Lactantius Firmianus libro primo diuinar. instituit. capite vigesimo primo, Galli, inquit, Esurn atque Teuthatem humano cruore placabant. Vide de diis veterum gentium, eorumque antiquis nominibus Petr. Pithœum libro primo aduersar. subsec. cap. 3. Solere autem Gallos Mercurio humanas vel inhumanas victimas cedere, Minutius Octauio memoriæ prodidit.

27 Hunc omnium inuentorem artium ferunt] Vnde Hermetica signum in vna basi commune Mercurio & Mineræ in gymnasiis & Academicis poni solitum, vt testatur Cicero libro primo, epistola prima ad Atticum; quod ille omnium gymnasiorum tam corporis, quam animi Deus esset, hæc proprie liberalium artium præfes.

28 Hunc ad questus mercaturasque] Festus, Mercurius a mercibus est dictus. hunc etenim negotiatorum omnium existimabant esse Deum. vide Plautum Amphitr. prol. & Stichon. Quid us libro quinto Fastor. vbi de Mercurii æde consecrata:

Te quicumq; suas profitentur vendere merces,
Ture dato, scribas vt sibi lucra, rogant.
Hinc Collegium mercatorum apud Titum Liui-

um libro secundo Annal. & Mercurialium collegium apud Ciceron. libro secundo, epist. 7. ad Q. fratrem. Sed hæc Ethnicorum de Deo suo opinio. Contra Lactant. Firmianus libro primo diuinar. instit. cap. 10. Fur, inquit, ac nebulo Mercurius quid ad famam sui reliquit, nisi memoriam fraudum suarum?

29 Mineruam operum atque artificiorum initia transfere] Iulius Firmicus Maternus quinque Minervas recenset libro de errore profanarum religionum. quarum tertiam Nili Regis filiam in Ægypto textrinae artis magistram facit. & Hesiod. de Pandora, Mineruam texturina donasse lib. 1. εἴρωρ ἡμῶν.

30 Ionem imperium caelestium tenere] Quod pulcherrimis & suauissimis argumentis merito irridet & eludit Lactantius lib. 1. institut. capit. 10. & 11.

31 Martem bella gerere] Virgilius libro duodecimo Æneid.

tuq; inclyte Mauros

Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques. Vnde in bel'um exituri duces dicebant Marti, Mars vigila. vt obseruabat Adrian. Turneb. libro vndecimo aduersar. capite octauo. [& illius Mars esse videbatur qui victoriam obtinebat. vnde apud eundem poetam libro duodecimo hunc versum,

Sis nostrum annuerit nobis victoria Martem, longe aliter quam Seruius interpres exponit idem Turneb. libro vigesimo tertio, capite decimo quarto, vt sit: si nobis fauerit, victoriamque dederit Mars. non enim illorum esse videbatur quibus aduersabatur, quibus vincebantur.

32 Vt noctem dies subsequatur] Hæc vt pleraque alia Cornelius Tacitus Germanis attribuit.

33 Vt munus militiae sustinere possint] Tempus militiae Cæsar non exprimit. de quo eundem Tacit. adi. de moribus Germanorum.

34 Viri in vxores sicut in liberos vitæ necisque habent potestatem] De mariti in vxorem, parentum in liberos potestate disputant Iuriscultis nostri, & Ioan. Bodinus libro primo de Republica, capite tertio & quarto. Adscribo quod eleganter D. Augustinus libro nono confession. capite nono mulieres monet, ex quo illas tabulas, qua matrimoniales vocantur, recitari audissent, tanquam instrumenta quibus ancilla facta essent, deputare debere, proinde memores conditionis superbire aduersus dominos non oportere.

35 In seruilem modum quæstionem habent] Cæso domino de familia quæstio habebatur ex S. C. Syllaniano & Claudiano, de quo titulus extat in pandectis. a quo ne sceminas quidem immunes fuisse ad Cornelium Tacitum lib. 14. Annal. docet Lipsius.

36 Igni atque omnibus tormentis excruciatas in-

terficiunt] Ignis poena Romanis rarior, barbaris aut exteris frequens. supra lib. 1. Damnarum poenam sequi oportebat ut igni necaretur. Rursum, terribilibus consultum dicebat utrum igni statim necaretur. lib. 7. Vercingetorix maiore commisso delicto igni atq; omnibus tormentis necat.

37 Funera sunt pro cultu Gallorum magnifica] Faluus ergo Pausanias, qui lib. 10. de bello Brenni mortuorum sepulcrum a Gallis neglectam vult, ut eius immanitatis opinione hostem magis terrent, quod mortuos more ceterorum hominum nulla misericordia prosequerentur.

38 Ac paullo supra hanc memoriam serui & clientis] Facit huc Pompon. Melae dictum lib. 3. ca. 2. Erantq; qui se in rogos suorum velut una vulturi libenter immitterent. vide eundem de mulieribus Thracum lib. 2. c. 2. & M. Tull. Tuscul. 5. de mulieribus in India, & que ad eum locum ex Plutarcho, Diodoro, & Propertio congestit Ioach. Canerarius. Perstringit autem superstitiosum hunc ritum Lucianus lib. de uictu. Seruium quoq; vide ad illud Virgil. lib. 5. Aeneid.

Incertus gentiumne loci, famulumne parentis esse putet.

quique hoc seculo de funeribus erudite scripserunt Meursius & Kirchmannus.

39 Nam neq; Druides habent] Habuissent tamen non dissimiles Gallicanis Druidibus Velledas & Aurinias Cor. Tac. auctor est. de mor. Ger. & lib. 4. histor.

40 Reliquos nefama quidem acceperunt] At idem Tacitus Caesare posterior plures alios nominatim memoriam prodidit. Deorum, inquit libro de mor. Ger. nam imo Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoq; hostiis litare fas habent. Herculem ac Martem concisis (concessis Lips.) animalibus placant. Pars Suenorum & Isidi sacrificant. & lib. 13. Annal. extremo, Hermunduros victores diuersam acie Marti ac Mercurio sacrasse. Paullus quoq; Diaconus lib. 1. de gestis Longobard. cap. 9. Wodam sane quem adiecta littera Guvoda dixerunt. ipse est qui apud Romanos Mercurius dicitur, & ab universis Germaniis gentibus ut Deus adoratur. vbi pro Wodan Clariss. Lipsius commet. ad Tacit. German. Wodam vel Wonsam mauult, a lucro scilicet cui praest. & hinc Belgis nobis Mercurii diem appellari Wonsdach. Quanquam Fridericus Lindenburgius suis in Diaconum notis Woensdach corrupte dici velit pro Wodensdach ab illo scilicet Wodan.

41 Vita omnis in venationibus atq; in studiis rei militaris consistit] Idem de Sueuis Caesar libro 4. princ. multum, inquit, sunt in venationibus. Pugnat Corn. Tacit. de iisdem Germanis, Quoties, inquit, bella non ineunt, non multum venantibus, plus per otium transigunt. Pugnam dirimis, si cum Iusto Lipsio alteram negationem tollis, quoties bella non ineunt, multum venantibus.

42 Ab paruulis duritiei ac labori student] Pomp.

Mela lib. 1. ca. 3. Qui habitant (Germani) immixtos sunt animis atq; corporibus, & ad insitam feritatem vaste utraque exercent, bellando animos, corpora ad consuetudines laborum. ut autem hic ab paruulis, sic lib. 4. princ. a pueris.

43 Qui diuissime impuberes permanserunt] Idem Mela, longissima apud eos pueritia est. Cor. Tac. Seru iuuenem uenit, eoq; inexhausta pubertas. Vires enim exhaurit & eneruat Venus. Cicero Catone Maiore, Intemperans adolescentia effatum corpus iradit senectuti.

44 Aut paruus rhenonum tegumentis utuntur, magna corporis parte nudi] De hoc rhenonum vocabulo sic Seruius ad Virgil. lib. 3. Georg. vestes de pelilibus rhenones vocantur; adhibet Sallust. lib. 3. hist. Germani intertecta renonibus corpus tegunt. Erant autem velamina humerorum & pectoris ad umbilicum vsque. Isidor. lib. 19. c. 22. & 23. Pomp. Mela, viri, inquit, sagis velantur; quod hic Caesar rhenonibus. Annæus Seneca lib. 1. de ira, Quid Germanis induratus ad omnem patientiam? & quibus magna ex parte non tegumenta corporum, non suffragia aduersus perpetuum caeli rigorem.

45 Maiorq; pars uictus eorum in lacte & casco carne consistit] Tac. de mor. eorundem Germ. Cibi simplices, agrestia poma, recens fera, aut lac conretum, sine apparatu, sine blanditiis expellunt famem.

46 Ne qua oriatur pecunia cupiditas, qua ex re factiones dissensioneq; nascuntur] Aristot. in Polit. Δις κίρις & κίς Δις κίρις παροξύνονται αἰεὶς ἀλλήλους. vere Florus lib. 3. c. 12. Opes atq; diuitiae affixere sacculi mores, mersamq; uitis suis quasi sentina Rempublicam pessum dedere. & Cor. Tac. 4. histor. illis maximum discrimen, penes quos aurum & opes praecipua bellorum causae. Adde Fabiani illud de pecunia Hae est qua auget discordiam, urbes & terrarum orbem in bellum agit, humanum genus, cognatum natura, in fraudes & scelera mutua instigat. Eadem Sallust. bello Catilinario, Materies omnium malorum dicitur. vide eiusdem oratio. alteram ad C. Caesar. de repub. ord.

47 Simul hoc se fore tutiores arbitrantur] Eadem securitatis causa, & ne hostes aut suspecti prope colerent, Romani vacua loca ad multa miliaria saepe relinquebant. ut ex fragmen. Dion. lib. 74. obseruat Lipsius ad Taciti Germaniam. Apud O. Curtium lib. 7. Rex Scytharum urbem, quam in ripa amnis Macedones condiderant, suis imposita ceruicibus, militari manu dirui iussit. Quinetiam multae ciuitates Germaniae hoc priuilegium ab Imperatoribus obtinuerunt, ne vicinis liceat intra vnum vel duo miliaria prope ciuitatem castrum aedificare, ut scribit And. Gailius Iuriconsultus li. 2. pract. obseruat. c. 69. quod ea res vicinorum robur ac potentiam augeat, ipsis vero ciuitatibus periculum ac metum inferat.

48 Ut vitæ necisq; habeant potestatem] Repugnare videtur idem Tac. in German. neq; animadvertere, inquit, neq; verberare quidem nisi sacerdotibus per-

bis permissum. Sed hic de pace intellexit, Caesar de belli tempore tantum, ut hos locos conciliat Lipsius.

49 Latrocinia nullam habent infamiam] De Gallis item testis est Diodorus Siculus libro quinto bibliothec. antiquitus latrocinis operam dedisse quibus aliorum terras populabantur.

50 Atq; ea iuuentutis exercenda, atq; desidia minuenda causis fieri praedicant] Simili obtentu apud Lacedaemonios ius atque visus fuit furandi, idque a iuuentute eorum non ob turpia lucra, neq; ad sumptu libidini praebendum, sed pro exercitio disciplinaeque rei bellicae praestitatum, quod & furandi solertia & assuetudo acueret, obfirmaretq; animos adolescentium & ad insidiarum astus, & ad vigilandi tolerantiam, & obrepenti celeritatem. Auctor Agellius lib. 11. noct. Attic. cap. 18. Quas rationes probat & in Lycurgo Plutarchus, additque insuper, ut hoc pacto omnes alluefient ad diligentem rerum suarum custodiam, ne aliquid furto aliorum amittentes, hanc socordiae & ignaem poenam luereut. lege eiusdem Laconica.

51 Hospites violare fas non putant] Germanos esse φιλοξενότατος Pompon. Mela quoque auctor est. Tantum, inquit, hospitibus boni, mitesq; supplicibus. & Cor. Tac. eandem virtutem abunde praedicat. habes hospitii foede violati exemplum apud Hirium de bello Hispaniensi.

52 Ac fuit antea tempus cum Germanos Galli virtute superarent] Idem ex Caesaris auctoritate Tacitus, qui ob hanc causam Gallias Hispaniasq; validissimam terrarum partem nominat lib. 3. hist. & Claudius Imp. apud Trebellium Gallias & Hispanias vires Reip. Sallust. in Catilin. natura gens Gallica bellicosa. apud eundem Caro, gloria belli Gallos ante Romanos fuisse. Idem Sallust. bello Iugurth. extremo, vsq; ad nostram memoriam Romani sic habuere, alia omnia virtuti suae prona esse; cum Gallis pro salute, non de gloria certari. Plutarchus in Camillo legem positam testatur, qua soluebantur militia sacerdotes, nisi si Gallicum bellum esset. Tradit hoc ipsum M. Tull. Philip. 2. Idem de Haruspicum responsis, Galli robore, Hispani numero, Pœni calliditate valent. Iustinus quoque lib. 25. Gallorum, inquit, ea tempestate tanta fecunditatis inuentus fuit, ut Asiam omnem velut examine aliquo implerent, deniq; neq; Reges orientis sine mercenario Gallorum exercitu, vlla bella gesserint, neq; pulsi regno ad alios, quam ad Gallos confugerint. Taurus terror Gallici nominis, suis inuicta armorum felicitas erat, ut aliter neq; maiestatem suam tutam, neq; amissam recuperare se posse sine Gallica virtute arbitrantur.

53 Eodem victu & cultu corporis utuntur] Duo hæc victus & cultus saepe a bonis scriptoribus iunguntur. vno & item altero contenti sumus. M. Tull. Lælio seu de amicis. Multi diuitias despiciunt, quos paruo contentos tenuis victus cultusq; delectat. & saepe alibi. Sallust. Catilin. alios ita diuites, ut regio victus atq; cultus atatem ægerent.

54 Huius Hercinia silua] De qua Pompon. Mela xxxv li. 3. Strabo lib. 7. Plinius lib. 10. natur. histor. c. 47. & lib. 16. c. 3.

55 Est bos cerni figura] An hic bos sit quem Biosorem nominant, disputat hic Blafius Vignereus. Strabo lib. 4. & Solinus c. 22. eiusdem collum iubis villisq; contactum tradunt. Iubatos bisontes vocat Plinius lib. 8. ca. 15. Adi & Riccard. Wotton. lib. 5. de different. animal. c. 92.

56 Sunt item qui appellantur Alces] De quibus singulari libello Conrad. Gesnerus.

57 Neq; si quo assilite casu conciderint] Mox, infirmas arbores pondere affligunt. Affligere est non solum deicere, sed etiam graui quodam ictu & impetu ad humum abiicere, ut eo casu id quod deicitur contundatur, neq; facile excitari queat. Sallust. Iugurth. dum ubi vna atq; altera scula comminuta, qui superstererat, afflicti sunt. αἰεὶ δὲ ἄρα, Graecis. de quo plura Lambin. ad Horat. li. 2. Saty. 2. ad illa, Atq; affligit humo diuina particulam aere. vbi tamen doctissimus Torrentius noster vulgatam tucur, Atq; affligit humo.

58 Et qui plurimos ex his interfecerunt] Vthodieque apud nos qui lupum aut simile ferum & publice nocens anima interfecerit, relato in publicum cadauere, quod sit testimonio, praemium fert.

59 Multum cum in omnibus rebus, tum in re militari fortuna potest] Infra paullo, hic quantum in bello fortuna possit, & quantos afferat casus cognoscipotuit. lib. 3. de bel. ciuili. fortuna qua plurimum potest, cum in reliquis rebus, tum praecipue in bello. Tit. Liuius lib. 9. Annal. fortuna per omnia humana, maxime in res bellicas potens.

60 Omnibus precibus detestatus Ambiorigem] Preces Caesaris vsurpat pro execrationibus, ut Horat. lib. 2. Sat. 6.

— improbus irget Iratis precibus.

Preces Graeci αἰεὶ dicunt. vnde contra imprecationem dicitur. Seruius ad Virg. lib. 2. Aeneid. Hinc αἰεὶ τὰ & ἰσχυρὰ αἰεὶ.

61 Taxo, cuius maxima in Gallia Germani aqua copia est, se exanimauit] Illam Dioscorides lib. 3. ca. 75. Narbone tam praesentis esse veneni tradit, ut qui dormiat sub ea, aut in eius umbra subsideant, laedantur, & interdum quoque moriantur. Idem de Arcadia Plinius testatur lib. 16. natur. histor. ca. 10. & taxica hinc appellata venena, quae nunc toxica. Sed & Matthiolus comment. in Dioscorid. lib. 11. non f. uctus tantum eius arboris aut folia comedentibus, sed & succum bibentibus lethalem ostendit. atque hoc modo mortem sibi intulisse Catuulcum, forte & odore insuper naribus admoto, nonnulli volunt.

62 Quam cum aliquo detrimento militum noceretur] Imperatori nunquam adeo vlla opportuna visus est victoria occasio, quam damno amissi pensaret militis, inquit Velleius Patere. libro altero histor. h h


Sane milites suos Caesarem dilexisse, eoq; deuotif-
simos sibi reddidisse auctor Suetonius in eius vita
cap. 67. quod hic locus & alii passim confirmant.
Supra libro septimo, summa se iniquitatis haberi
debere nisi eorum vitam sua salute habeat cariorem.
Hirt. libro octauo, militesq; hibernorum quiete re-
ficere a tantis laboribus uellet. rursus, acerrimas re-
pestates cum subire milites nollet. Caesar lib. 1. de bel.
ciu. cur uulnerari pateretur optime meritos de se mi-
lites? & lib. 3. neque se unquam abuti militum san-
guine.

XXVII 63 *Vt qui sub uallo tenderent mercatores*] Id est,
tentoria habebant, vt Seruius exponit illud Virgilio
lib. 2. Aeneid. hic saeuus tendebat Achilles. Ostendit
autem hic locus laxas, id est, mercatores, & id ge-
nus sub castris tendidisse, non in castris, & receptu
denique in ea habuisse hoste instante, vt obserua-
bat Iustus Lipsius lib. 5. milit. dialog. 1. Sub uallo
autem pro sub castris dixit & Titus Liuius lib. 26.
Annal. Q. Nautium primoresq; alios centurionu hor-
tatur, vt cohortem hostium sub uallo pugnantem in-
madant ac trucident. In summo discrimine rem uerti,
aut uiam dandam iis esse, & minore conatu quam
condensam aciem irrupissent, in castra irrupturos; aut
consciendos sub uallo esse.

XLI 64 *Vt pane alienata mente*] Terror enim homi-
nibus mentem consiliumq; eripit, vt ait Hirt. de bello
Alexand.

XLII 65 *Multum fortunam in repentino hostium ad-
uentu potuisse*] Nam, vt ait Thucydides libro quin-
to, τὸ γὰρ ἐπιδοῦν ὑπερὸν ἐειρότερον τοῖς πολέμοις ἐστὶν παρ-
εὐδίας ἢ κακῆς ἰδίας. Qui superueniunt terribiliores sunt
hostibus qui in manibus sunt & pugnare. Hinc apud
Hirt. de bello Alexand. subita trepidatio magnum
terrorem attulit nostris. Rursus, Caesar cum subitu
aduentum suum iudicaret magnum terrorem Ale-
xandrinis iniecturum. & apud L. Florum lib. 3. cap.
10. trepidatio pro uictoria fuit.

XLIV 66 *More maiorum supplicium sumpsit*] Quid sit
more maiorum, docet Hirt. lib. 8. ubi de Gucurua-
to, adeo, inquit, vt uerberibus exanimatum corpus
securi feriretur. & T. Liuius libro vigesimo sexto, vt
deinde, inquit, in carcere aut ad palum deligatus la-
cerato uirgis tergo, ceruicem securi Romana subiici-
am. Sallust. Iugurth. Turpilius iussus a Metello
causam dicere, postquam sese parum expurgat, conde-
gnatus uerberatusq; capite poenas soluit. Vide quae
de hoc more maiorum pluribus Petrus Fa-
ber libro secundo Senectae. capite
septimo.



IO. BRANTII
AD LIB. VII. C. IULII CAE-
SARIS DE BEL. GAL.
Notae Politicæ.

Adunt ipse & affingunt rumoribus Galli, quod res pescere uidebat-
tur] Lib. 1. de bello ciuili, hac A-
franius Petrusq; & eorum ami-
ci pleniora etiam atq; ueraciora Ro-
mam ad suos perscribunt. Iteru
lib. 2. Hac ad eum latus atque in-
flatius Afranius perscribat. Rursus, unusquisque
enim opiniones fingebat, & ad id quod ab alio audie-
rat, sui aliquid timoris addebat. In ista scilicet homi-
nibus libidine alendi de industria rumores, ad id quis-
que quod audit, adicit aliquid, vt ait Liuius lib. 38.
Annal. Cicero Philip. 1. fit enim plerumq; ut qui bo-
ni aliquid uolunt asserere, affingant aliquid, quo faci-
ant id quod nunciant latus. Tac. lib. 1. histor. uagus
primum & incertus rumor, mox, ut in magnis men-
dacijs, intersuisse se quidam & uidisse affirmant, cre-
dula fama inter gauulentes & incuriosos.

2. Postremo in acie prestare interfici, quam no-
uerem belli gloriam liberatamq; , quam a maioribus
acceperint recuperare] Scilicet in libertate & pro li-
bertate cadendum potius, quam hostis beneficio
in seruitute uiuendum. Supra lib. 3. ut in ea liberta-
te, quam a maioribus acceperunt, permanere, quam
Romanorum seruitutem perferre malint. Scilicet ut
est eod. lib. 3. Omnes homines natura libertati studet.
& conditionem seruitutis oderunt. & apud M. Tull.
Philip. 10. Ita praclarum est recuperatio libertatis, ut ne-
mors quidem sit in repetenda libertate fugienda. Quod
si immortalitas consequeretur presentis periculi fu-
gam: tamen eo magis fugienda uideretur, quo diutur-
nior esset seruitus. Quem locum illustrant Pet. Vi-
ctorius lib. 15. Variar. c. 1. & M. Anton. Muretus li.
15. Var. lect. ca. 17. Sallust. bello Catilin. Libertatem
nemo bonus, nisi cum anima simul amittit. Pertinet
huc Agidis illud, qui roganti quo pacto quis liber-
tatem suam tueri possit, respondit Si mortem contem-
pserit. Nec minoris animi Aristocratida illud, qui
Agide ad Megalopolim ab Antigono pugna super-
rato, dicenti cuidam, Quid facietis Spartani, an Ma-
cedonibus seruetis? respondit, Quid an impedire pot-
est uictor ne pugnantes pro patria mortem oppeta-
mus? De quorum pro patria caesorum laudib. ple-
na manu M. Tull. Philip. 14. adde quod Sallust. lib.
3. histor. statui, inquit, certaminis aduersa pro liber-
tate potiora esse foris uis, quam omnino non certa-
uisse. Notum antiquum illud P. Syri. Porro Quirites
libertatem perdimus. & Dionys. Halicar. lib. 2. ἢ πλοῖς
ἐλάττωσθε, ἢ δαυνέτεσθε, ἢ δὲ αὐτὴν τὴν ἡμετέραν
ἀντιόχου. Aut uita libera, aut
mors gloriosa.

3. In sti

III 3 *In finibus Aruernorum sunt audita, quod spa-
tium est milium passuum circiter CLX*] Illustrat huc
locum Iustus Lipsius centur. 3. ad Hispan. & Ital. e-
pist. 59. ad Nicol. Micautium ex Diodoro Siculo in
rebus Eumenis, ubi alia ex alijs ad hanc rem adfert
cum differat uncula super Curseribus.

IV 4 *Et ob eam causam quod regnum appetebat ab
ciuitate erat interfectus*] Aruerni regium imperium
detrectabant, non item alij plerique Galli. Sequan-
ni Catamantaledem Regem habuere, vt est initio
libri primi de bel. Gal. Successiones primum Diuiti-
acum, post Caesaris aduentum Galbam libro secun-
do, Aquitani Pisonis cuiusdam Aquitani auum li-
bro quarto, Senones Moritacum libro quinto, Ni-
trobriq; Ollouiconem libro septimo. Notandum au-
tem non fuisse hereditaria eiusmodi regna (quan-
do Caesar plures priuatos nominat, quorum tamen
parentes regnum in sua ciuitate obtinuerunt) sed a
populo in conc. liis cuiusque gentis propter iustiti-
am prudentiamque summam de ferri solita, cu im-
perio non illo quidem infinito & effrenato, sed
certis legibus circumscripto, vt nec plenum ius ni-
si fortasse in bello haberent. Itaque Ambiorix E-
buronum Rex ita loquitur libro quinto, Sui esse e-
iusmodi imperia, vt no minus haberet in se iuris mul-
titudine, quam ipse in multitudinem, vt vere Strabo li-
bro quarto, ἀριστοκρατία ἐστὶν ἡ ἐν τῷ λαῷ ἐπι-
στασία. ἢ ἐν τῷ λαῷ ἐπιστασία ἐστὶν ἡ ἐν τῷ λαῷ ἐπι-
στασία. ἢ ἐν τῷ λαῷ ἐπιστασία ἐστὶν ἡ ἐν τῷ λαῷ ἐπι-
στασία. Aristocratia erant plerumq; Gallorum Resp.
vnum autem magistratum olim quotannis deligebat;
sicut & ad bellum gerendum vnus a populo imperator
creabatur.

5 *Atq; in agris habet delectum egentium ac perdi-
torum*] Sallust. bel. Iugurth. Homini potentiam qua-
rent: egentissimus quisq; opportunissimus, cui neque
sua cura, quippe qua nulla sunt, & omnia cum pretio
honeste uidentur.

6 *Summa diligentia summam imperii seueritate
tem adicit*] Adhibenda est, vt monet Cicero lib. 2.
de offic. reipub. causa seueritas, sine qua administrari
iustas nulla potest. & ad Brutum ep. 12. Salutaris,
inquit, seueritas vincit inancem speciem clemen-
tia.

7 *Vt sint reliquis documento & magnitudine poe-
na perterreant alios*] lib. 3. de bel. ciu. magnitudine
poena reliquos deterere sperans. Hirt. lib. 8. bel. Gal.
exemplo supplicii deterrandos reliquos existimauit M.
Tullius Verr. 1. vnus improbi supplicio multorum
improbis aemulorum. Agellius lib. 6. cap. 14. Puni-
tio, inquit, propter exemplum necessaria est, vt ceteri
similibus a peccatis, qua prohiberi publicitus interest,
metu cognita poena deterreantur. Idcirco ueteres quo-
que nostri exempla pro maximis grauissimisque poenis
dicebant. Vide Senecam Philosoph. lib. 1. de ira. Pro-
fecto qui delicta non puniunt, magnam ad nequitiam
fenestram patefaciunt. Nam deteriores omnes
sumus licentia, ait Comic. Heautont. & Iulian. Imp.
in Misopogone, ἢ πῶς αὐτῶν ἢ πῶς αὐτῶν ἢ πῶς αὐτῶν.
Lanus improbitatem alij & corroborat. imo caedes

hinc & bella ciuilia manant, vt cecinit Horat. li. 3.
Ode 24. his uersibus:

O quisquis uolet impias
Caedes, & rabiem tollere cinicam,
Si querat patet urbium
Subscribi statuis, indomitam audeat
Refrenare licentiam.

8 *Cum ille iam uirtute Cn. Pompeii*] Sicuti De-
um uirtute dicebat ueteres cum res prosperas Diis
& uirtuti acceptas referebant, ne sibi eas attribue-
re uiderentur, & in Deos ingrati esse: sic nonnun-
quam etiam hominum uirtutem tacitam no praer-
mittebant, vt docet Adr. Turneb. lib. 2. aduers.
c. 29. & lib. 18. ca. 7. Supra lib. 5. quod beneficio Deo-
rum immortalium & uirtute eorum (militum) ex-
piato incommodo.

9 *Ne iis quidem qui eo tempore pacati uideren-
tur, suam salutem recte committi uidebat*] Hirtius
li. 8. de Comio, quem timor cohibebat cuiusquam fi-
dei suam committere salutem. Rursus de Luterio,
crebro enim mutandis locis, multorum fidei se com-
mittebat. Prius illud sic extulit in Hecyra Terentii
seruus, Nunquam dices tam commode, ut tergum
meum tuam in fidem committam.

10 *In provinciam Narbonem uersus*] Paulo in-
fra, Castra ex Biturigibus mouet in Aruernos uersus.
Hirt. de bel. Afric. C. Sallustium Crispum praetorem
ad Cercinam insulam uersus ire iubet. Iterum, Clas-
sem ad insulas Baleares uersus conuertit. Sallust. Ca-
tilinar. modo ad urbem modo in Galliam uersus ca-
stra mouere. Idem Hirtius abique uocabulo uersus
lib. 8. bel. Gal. ipse cum equitum praesidio Narbonem
profectus est.

11 *Vt celeritate reliquas res conficeret, qua pleraq;
erat consecutus*] Hirt. lib. 8. quam rem, sicut cerea,
celeriter feliciterq; confecit. Caesarem quoque confi-
ciunda rei cupidum uocat Florus lib. 4. ca. 2. De eo-
dem Cicero lib. 8. ad Attic. epist. 9. Sed hoc ripas, in-
quit, horribili uigilantia, celeritate, diligentia est. &
esse profecto debet bonus quisque Imperator. ve-
rissime enim Vegetius lib. 4. de re milit. c. 31. In re-
bus bellicis, inquit, celeritas amplius solet prodesse,
quam uirtus. Consuli Luctatio, inquit Liuius lib. 21.
qua alia res quam celeritas uictoriam dedit, quod po-
stero die quam hostem uidit, classem grauem commea-
tibus, impeditam suo ipsam instrumento atq; appa-
ratu oppressit? Stultitia est sedendo aut uotis debella-
ri credere posse. Hinc crebro illa in his Commenta-
rijs occurrunt, vnam esse in celeritate positam salutem.
li. 5. iterum, omnem spem hostes in celeritate ponebat.
& saepissime alias apud Sallust quoq; Catilin. Ce-
thegus maximum bonum in celeritate ponebat.

12 *Salutis causa rei familiaris commoda negli-
genda, uicos atq; uedificia incendi oportere*] Infra
hoc ipso lib. idē Vercingetorix iteru suos hortatur,
quo animo sua ipsi frumenta corrumpant, edificiaq;
incendant, qua rei familiaris iactura perpetuum im-
perium libertatemq; se consequi uideant. sic ab Hel-
ueticis factum supra lib. 1. & Athenienses item be-
lo cum Peloponnesiacis gesto, Periclis suasu tenta
h h 2

suam cum suburbanis pro derelictis habuisse re-
 tis est Thucydides. *neg. enim*, inquit apud eum Pe-
 riculis. *possiones viros, sed viri possessiones nanciscun-*
tur. Docent exempla eiusmodi, publica utilitate,
 non priuata sua vnumquemque omnia metiri de-
 bere, & cogitare quod Dio li. 38. *Priuatum*, inquit,
nemo omnium ita potest rebus latus uti, ut non idem
cum Republica corrumpente pereat. at Republica si pro-
spere successu utatur, etiam priuatorum omnes cala-
mitates potest superare. Pulcro Elogio laudatur a
 Vell. Patersulo Scipio Nasica, patriam cognationi
 preferens. *Et quicquid publice salutare non esset, pri-*
uatum alienum existimans. Enimvero pessimum ve-
 ri affectus venenum sua cuique utilitas, ait Tac. lib. 1.
 histor. & queritur Sallust. bello Iugurth. bonum pu-
 blicum, ut in plerisque negotiis solet, priuata gratia de-
 uictum. *Semper enim res priuata officere officientique*
publicis consiliis, ait T. Liuius lib. 2. Annal.

13 *Ne suis sint ad detrectandam militiam rece-*
ptacula Detrectare militiam crebro obuium apud
 bonos scriptores. Liuius lib. 36. *nec auctoritate, nec*
gratia, nec imperio aduersus detrectantes militiam
valuisse, qui & detrectare pugna, alibi dixit, & Cor.
Tac. detrectare certamen. M. Tullius subterfugere
 militiam lib. 3. de offic. sed insimulant, inquit, *Plis-*
sem tragœdia simulatione insania militiam subterfuge
voluisse, de quo & Ouidii illud lib. 13. Metam.
detrectauitque furore
 Militiam ficto.

14 *Liberos, coniuges in seruitutem abstrahi, qua*
sua necesse accidere victis In eandem sententiam Al-
 con ad obfessos ab Annibale Saguntinos apud Li-
 uium lib. 21. *Sed hac*, inquit, *pauca censeo potius,*
quam trucidari corpora vestra, rapi, trahi, ante ora
vestra coniuges ac liberos belli iure smatis. Quae autem
 mala victis accidere soleant iisque quorum vrbes
 expugnantur & capiuntur, enarrat ipse Cæsar apud
 Sallust. bello Catilinario, Cornificius ad Herennium
 lib. 4. non semel, & Cor. Tac. lib. 2. histor. vbi de
 Cremonæ excidio.

xv 15 *Celeriter amissa recuperaturos* Proprie amissa
 recuperamus. Supra hoc lib. in princ. *quam non*
vetere belli gloriam, libertatemque quam a maiori-
bus acceperint recuperare. Cicero orat. post redit. in
 Sen. in extremo, *praesertim cum illa amissa recupe-*
rarim, virtutem & fidem nunquam amiserim. Est
 autem sapientia magnitudinisque animi quid amiseris
 obliuisci, quid recuperaris cogitare, vt monet Cicero
 lib. 6. epist. fam. 12. Quod statim sequitur. *Quanto*
detrimento & quot virorum fortium morte necesse
esset constare victoriam, illud est quod Corn. Tacit.
ait lib. 4. histor. sumi bellum etiam ab ignaui, stre-
nuissimi cuiusque periculo geri. Et mox, *uniuersi ab eo*
ne id faceret, petebant, &c. Nimium multa magnis
 ducibus sicut non aggredienda, sic semel aggressis
 non dimittenda, qua magna famę momenta in v-
 tramque partem fiunt, vt scribit alibi Tit. Liuius. &
 tamen, vt Xenophon ait lib. 6. de Pæd. Cyri, nullus
 adeo fortis aut validus, qui aduersus famem aut fri-

xix *Id silentio noctis conati* Infra paullo, *silentio*
 noctis Cæsar ex castris egressus. pro quo Virgil. lib. 7.
 Aeneid. nocte silenti dixit:
 — *Et caesarum ouium sub nocte silenti*
Pellibus incubuit stratis, somnosque petiuit.
 Vbi vetus interpres Seruius sub nocte silenti expo-
 nit, per noctem silentem, id est, per noctis silentium,
 quomodo omnes tacent. vnde tacentem noctem dixit Ca-
 tullus ad Lesbiam:
 Aut quam sidera multa, cum tacet nox.
 24 *Flentesque proiecta ad pedes suorum* Olim qui
 supplices erant alicui, eius pedibus aduoluebantur.
 Supra lib. 1. *Seque omnes flentes Caesari ad pedes*
proiacerunt, & hoc libro septimo, Procumbunt Gal-
lis omnibus ad pedes Bituriges. libro secundo bel-
 li. *uniuersi se ad pedes proiciunt, orant ut aduentus*
Caesaris exspectetur. Sed & genua supplices olim
 amplectebantur, quod in illis sit misericordiae se-
 des, vt notat Ad. Turneb. lib. 11. aduersar. cap.
 21.
 25 *Omnibus precibus petierunt* Hirt. de bello
 Afric. *Cum se parum proficere intellexisset, precibus*
quosque orasset. M. Tull. lib. 9. ad Attic. epist. ad Cæsa-
 rem, *Quamobrem a te peto, vel potius precibus omni-*
bus oro & obsecro, Cæsar ipse paullo infra, flentes o-
mnibus precibus orabant. Horat. lib. 1. epist. 13.
 — *oratus multa prece, nitere porro.*

28 *Non atate confectis, non mulieribus, non in-*
 fantibus pepercunt] Quos scilicet ad capiendam
 fugam natura, & virium infirmitas impediunt.
 & hoc est quod infra lib. 2. de bel. ciu. dicitur, *vrbe*
capta eadem est omnibus belli fortuna patiendæ. & a-
 pud Cor. Tac. lib. 1. Annal. *in pace, causas & merita*
spectari, vbi bellum ingruit, innocentes ac nocentes
iuxta cadere. Lucanus:
 Stas cruor in templis, multa que rubentia cade
 Lubrica saxa madent, nulli sua profuit atas.
 29 *Consolatus cohortatusque est &c.* Tam tristi
 clade accepta, facit Vercingetorix quod doctor
 militaris Vegetius monet lib. 3. cap. 25. *Colligendi*
sunt, inquit, superstitibus, bello erigendi adhortationib;
congruis, & armorum instauracione refouendi.
 30 *Non virtute neque acie vicisse Romanos, sed ar-*
tificio quodam & scientia oppugnationis, cuius rei fru-
erint ipsi imperiti Supra lib. 1. bel. Gal. *magis ratio-*
ne ac consilio, quam virtute vicisse, cui rationi contra
homines barbaros atque imperitos locus fuisset. Corn.
 Tacitus 12. Annal. *nihil tam ignarum barbaria quam*
machinamenta & astus oppugnationum. Idem in vi-
 ta Agricola, *At Britanni non virtute sed occasione*
& arte ducis victos subaudit recte doctiss. Lipsius
rati nihil ex arrogantia remittere. & vti que qui sic
 vincuntur, facile iterum insurgunt.
 31 *Errare si qui in bello omnes secundos rerum e-*
uentus expectent Scilicet nisi quam minus (vt est a-
 pud Liuium lib. 25.) *quam in bello euentus respon-*
dent. M. Tul. pro Marcello, *Incertus est exitus San-*
ceps fortuna belli. Seneca Tragicus Thebaide:
 Licet omne tecum Græcia robur trabas,
 Licet arma longe miles ac late explicet,
 Fortuna belli semper anticipi in loco est.
 Et hoc est quod Thucyd. 1. 2. orat. Archid. sic ex-
 primit, *ἀδύνατον τὸ πάλαιον, incerta sunt res bellica.*
 32 *Id tamen se celeriter maioribus commodis sa-*
naturum Fortis & strenuus Imperator si quid in
 bello detrimenti acceptum est, id breui tempore
 posse sarciti cogitat. Itaque non statim hastam ab-
 iicit, neque vnus proclii euenta paucescit, sed ope-
 ram dat, vt acceptum incommodum virtute repa-
 retur, vires iuxta & procul sitas circumspicit, no-
 uos dilectus, noua quartæ auxilia, in summa o-
 mnia experitur, more anguium, qui obruto capite pos-
 sitremum cauda minantur, vt de Mithridate scribit
 L. Florus lib. 1. c. 5.
 33 *Cuius consensu ne orbis quidem terrarum pos-*
set obsistere Quotius apud T. Liuium lib. 34. *Ad-*
uersus conuenientes, nec Regem quemquam satis va-
lidum, nec tyrannum fore. Et certe Gallia cum de-
 cem legionibus ac ne decennio quidem toto ab
 aduersariis deleri potuisset, nisi propriis simulati-
 bus, factioibus & diuisionibus seipsa consumpsis-
 set, & denique Romanis cessisset. de Romano im-
 perio Sallust. orat. 2. ad C. Cæsar. de Repub. ord. *qua*
temporitate vbi Romana fatum excidit aduentarit,
ciues cum ciuibus manus conferturos, ita defessos &
exsangues Regi nut nationi prada futuros. Aliter non
 h h 3

20 *Quantum has cottidianus agger expresserat*
 Explorat idem Lips. lib. 2. Poliorcet. dial. 3. quomodo
 de muris veterum & seorsim Gallorum locū Cæ-
 saris per partes ustrantem & illustrantem videl. lib.
 3. Polior. dial. 5.
 21 *Tamen continentem labore hac omnia superauere*
 runt] Notus Hesiodi versus:
 τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ἰσθμῆς τοῦ ἑοῦ ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἔθηκεν
 ἀθάνατος. —
 Virtutem posuere Dii sudore parandam.
 & quod Polyænus ait lib. 1. strateg. τὸ βέλτερον πο-
 νεῖν τὸ ἀντὶ τῶν πραγμάτων ἀποφύγειν, *Voluntas ad laborem pro-*
pensa cunctis vincere ac superare consuevit. Arrianus
 lib. 5. *Viris fortibus & generosis nullus laborum finis*
est, eorum praesertim qui ad gloriam & decus ducunt.
 Eleganter Sallust. Iugurth. *Ne illi falsi sunt, qui di-*
uersissimas res pariter expectant, ignauia voluptat
& premia virtutis.

22 *In illo vestigio temporis positam arbitrarunt*
 Cicero oratio in L. Pison. *Atque eodem in templo, eo-*
dem & loci vestigio & temporis. Cæsar infra, in eo die
 atque hora, dixit. Hirt. de bel. Afric. *puncto temporis*
 vbi nos pluribus. Sequitur, *Quidam ante portam o-*
pidi Gallus &c. quod profecto vt ait Cæsar, *di-*
gnum memoria. Sed ita est, vt Æschines in Ctesiphonte
 refert: *propter certaminis raritatem, propter*
rei de qua contenditur dignitatem, propter nominis
denique immortalitatem, qua ex victoria oritur, non-
nulla corporibus in discrimen oblati grauisimisque
laboribus susceptis quoduis periculum adire non recu-
sant.

23 *Id silentio noctis conati* Infra paullo, *silentio*
 noctis Cæsar ex castris egressus. pro quo Virgil. lib. 7.
 Aeneid. nocte silenti dixit:
 — *Et caesarum ouium sub nocte silenti*
Pellibus incubuit stratis, somnosque petiuit.
 Vbi vetus interpres Seruius sub nocte silenti expo-
 nit, per noctem silentem, id est, per noctis silentium,
 quomodo omnes tacent. vnde tacentem noctem dixit Ca-
 tullus ad Lesbiam:
 Aut quam sidera multa, cum tacet nox.
 24 *Flentesque proiecta ad pedes suorum* Olim qui
 supplices erant alicui, eius pedibus aduoluebantur.
 Supra lib. 1. *Seque omnes flentes Caesari ad pedes*
proiacerunt, & hoc libro septimo, Procumbunt Gal-
lis omnibus ad pedes Bituriges. libro secundo bel-
 li. *uniuersi se ad pedes proiciunt, orant ut aduentus*
Caesaris exspectetur. Sed & genua supplices olim
 amplectebantur, quod in illis sit misericordiae se-
 des, vt notat Ad. Turneb. lib. 11. aduersar. cap.
 21.
 25 *Omnibus precibus petierunt* Hirt. de bello
 Afric. *Cum se parum proficere intellexisset, precibus*
quosque orasset. M. Tull. lib. 9. ad Attic. epist. ad Cæsa-
 rem, *Quamobrem a te peto, vel potius precibus omni-*
bus oro & obsecro, Cæsar ipse paullo infra, flentes o-
mnibus precibus orabant. Horat. lib. 1. epist. 13.
 — *oratus multa prece, nitere porro.*

26 *Cohortatus ut aliquando pro tantis laboribus*
 fructum victoria perciperant] Plato in Menæxeno,
 In Republica, inquit, bene constituta rebus praclare
 gestis laus & premium tribuitur. Infra, ea que me-
 ruisse premia abs se deuicta Gallia expectarent lib.
 2. de bell. ciu. *proinde ad praedam, ad gloriam prope-*
rate, ut iam de premiis vestris, & de referenda gra-
tia cogitare incipiamus. eo nempe pacto exstimu-
 landi milites. Ne um Liuium illud libro quar-
 to, *eo impendi laudem ac premium, vnde emolu-*
mentum ac bonos speretur; nihil non aggressiuos
homines si magna conatis magna premia proponun-
tur. & quod apud Corn. Tacit. est libro undecimo
 Annal. *nihil a quoquam expecti, nisi cuius fructus an-*
te prouiderit. Sallust. orat. 1. ad C. Cæsar. de republic.
 ord. *Magna, inquit, cura magna merces est.* & libro
 primo histor. *Haud facile quisquam gratuito bonus*
est, vide & adag. Honoris alit artes.

27 *Is qui primi murum ascendissent, premia pro-*
 posuit] Agell. lib. 5. noct. Attic. cap. 6. *Muralis, in-*
quit, corona est, qua donatur ab Imperatore, qui pri-
mus murum subiit, inque opidum hostium per vim
ascendit. Itcirco quasi muri pinnis decorata est. T. Li-
 uius lib. 26. de P. Scipione, cum capta Carthagine
 virtutem militum collaudasset, *Quaquam, inquit,*
omnibus omnia deberet, praecipuum tamen muralis
coronæ decus eius esse, qui primus muros ascendisset,
profiteretur qui se dignum eo duceret dono. quem lo-
 cum illustrat M. Ant. Muretus libro decimonono
 Var. Lect. cap. 15. Vide de coronis pluribus I. Lips.
 lib. 5. milit. dialog. 17. & singulari libello Ant. Tile-
 suum.

orbis terrarum, neq; cuncta gentes conglobat a mouere aut contundere queunt hoc imperium. Firmandam igitur sunt concordia bona, & discordia mala expellenda. T. Liuius lib. 2. Opulentis ciuitatibus uenenum seditio, magna imperia mortalia reddidit.

34 Vt reliquorum Imperatorum res aduersa auctoritatem minuit] Plinius idem lib. 2. bel. ciu. Et felicitas rerum gestarum exercitus beneuolentia Imperatoribus, & res aduersa odia concitant. Hirt. de bel. lo Alex. auctoritate ea, quae plerumque adest uideri. Sallust. bel. Iugurth. In uictoria uel ignauis gloriari licet; aduersa res etiam bonos detreciant. Solent autem tam boni, quam mali euentus causae vulgo in Imperatores referri, ut auctor est Dionys. Halicarn. lib. 8.

XXXI

35 Atq; eorum principes donis pollicitationibusq; alliciebat] Supra hoc lib. omnibus pollicitationibus ac premiis deponunt, qui belli initium faciunt. Infra, clandestinis nunciis legationibusq; Allobroges sollicitat. horum principibus pecunia & eius scilicet corrumpendis qui in singulis urbibus summa rei praerant, his locupletandis atque orandis. Supra lib. 6. illi finitimos Germanos sollicitare & pecunias polliceri non desistunt, quod crebro de Iugurtha repetit Sallust. bello Iugurth. est iue consilium Corn. Taciti lib. 12. Annal. neq; inquit, moras, & missis corruptoribus, exuendam ad fidem hostes emercare. His artibus, Plutarcho teste in Paulo Emilio, Alexander Macedo Graciam subegisse dicitur, & plures auro quam vi & ferro cepisse. Cui & oraculum ab Appolline datum.

Α γυπέεις λόγχασι μεχχεν, & σάπτε νικήσας.

Hastis pugna argentatis, atq; omnia uincet.

Eius & illud dictum est apud M. Tul. lib. 1. epistol. ad Attic. Omnia castra expugnari posse, in qua modo asellus auro ornatus posse ascendere. nec aliis adiuuentis Persarum Reges Graecos ab Asia, quam corruptis ducibus expulerunt, ut testatur Plutarchus Lyfandro, & Agesilao. Vide & hac de re plura, si vacat, apud Ican. Bodin. lib. 6. de Republic. capite secundo. Nullum autem vitium esse tetrius, quam quiescenti Rempublicam habere, grauiter docet M. Tullius lib. 2. de offic. & apud Sallust. P. Scipio Iugurtham monet, uti potius publice quam priuatum amicitiam populi Ro. coleret, neu quibus largiri insuesceret: periculosum a paucis emi, quod multorum esset.

36 Quorum quisq; & oratione subdola, aut amicitia facillime capi possent] Quibus, ut Tacit. ait libro tertio histor. fasundia adsit, mulcendique uulgum artes, & auctoritas. quorum in utramque partem magna vis est, siue ad Reip. conseruationem, si boni sunt, siue ad status euersionem, si mali. Eleganti oratione, inquit Epictet. Arrian. lib. 3. ca. 23. capiuntur auditores, ornata enim oratio uel lapidem mouere possent. Exempla refert Io. Bodin. lib. 4. de Republic. cap. ult. Themistocles, super pecunia ad Andros legatus, δυο ελθειν εφη θεος ηρωϊζων πιδω & βιασ, cornitacum uenire duplici dea dixit, suada & uolentia.

Aristot. libro tertio polit. Inuicta, inquit, res est eloquentia, quae omnes homines percellit, praecipue uero eos qui nunquam antea eius periculum fecerunt. Ad id quod mox sequitur, simul ut deminuta copia rudintegrarentur, idendus Veget. lib. 2. ca. 3. necesse est, inquit, morbo aliquantulum diuilitari atq; dimitti, aliquantulum militem deserere, uel diuersis casibus interire, ut nisi annis singulis, imo singulis paene mensibus in decedentium locum iuniorum turba succedat, quamuis copiosis exhauiatur exercitus.

37 Atq; regiam potestatem annuum obtinere consueverunt] Supra lib. 1. qui summo magistratui praerat, quem Vergobretum appellant Aedui, qui creatur annuus. Querunt Politici & disputant ex utroque sit Reipublica magistratus annuos esse, an perpetuos: In his Io. Bodinus lib. 4. de Republic. 4. Certe ex T. Liuii sententia Libertatis sine Principatus magna custodia est si imperia diuturna esse non sinas. Macenatis apud Dionem lib. 52. oraculum uerius quam dictum, α γυπέεις λόγχασι μεχχεν, & σάπτε νικήσας, Longiora & diuturniora imperia multis spiritibus attollunt, & ad res nouas praecipites impellunt. Aemil. Prob. seu Cor. Neos, Miliades multum in imperiis magistratibusq; uersatus, non uidebatur posse esse priuatum, praesertim cum consuetudine ad imperii cupiditatem trahi uideretur.

38 Suas quisq; eorum clientelas] Clientela pro clientibus, ut seruitia pro seruis, matrimonia pro uxoribus apud Liuium libro decimo, & conuocatis, inquit, plebis matrimonii. Coniugium pro coniugibus apud Tacit. lib. 12. Annal. quod coniugium Principis deuotionibus petiisset, id est, coniugem, ut notabat ibi Lipsius. Suetonio quoque in Augusto c. 35. consilia pro consiliariis, ut ibi Casaubonus. Ciceroni pro L. Flacco opera pro operariis. Et apud Senecam beneficia pro beneficiariis lib. 3. de benef. cap. 18. Custodia passim scriptoribus pro iis ipsis qui custodiuntur. Legationes pro legatis Caesari lib. 3. bel. ciu.

39 Quod si diutius alatur controuersia] Vt parua saepe scintilla neglecta magnum exciuit incendium, apud Q. Curt. lib. 6. & Mala unde minime expectantur erumpunt, ait Seneca epist. 91. Aelianus lib. 12. & Io. Bodin. lib. 4. de Republic. cap. 1. exempla adhibent.

40 Id ne occidat] Ne ciues cum ciuibus decertaret ut est lib. 1. bel. ciu. nemo enim ignorat, ut Caesar statim subiungit, quanta ex dissensionibus incommoda oriri consueuerint. & idem Caesar supra lib. 5. in dissensione nullam se salutem perspicere. M. Tul. de amicis. Quae domus tam stabilis, quae tam firma ciuitas est, quae non odiis atq; dissidiis funditus possit euerteri: E contra ubi perpetua concordia, ibi crescit imperium, ut fuit locis annotamus.

41 Atq; ea pars quae minus sibi consideret auxilia] Vercingetorige accorseret] Quod in re simili saepe factum historiae testantur. Lachares Atheniensium dominatum occupauit, cum ciuili discordia Reipub.

XXXII

XXXIV

XXXV

XXXVI

pub. conflictari perpexisset. Non alienum ab hoc loco est quod Cor. Tacitus lib. 2. histor. scribit Imperium propter quod vi inuadendum duo alii inter se confligunt a tercio interium, utrisque defessis, aut inter se repugnantibus, facile occupari.

42 Huic rei praerendum existimauit] Sic Liuius lib. 35. Aliud in praesentia quod magis instabat, praerendum sibi esse dixit. Plaut. Mostellar. praerenti hoc certum est rebus omnibus. id est, certum est hoc agere ante alias res omnes. Scilicet bono Principi a quo cura est ne qua dissensio inter suos oriatur, ac ne orta diuturna sit.

43 Quod legibus Aduorum iis qui summum magistratum obtinerent excedere ex suis iuris non liceret] Sic Romanis olim Senatoribus peregrinationes ueritas, de quo uide I. Lips. ad Corn. Tacit. lib. 12. Annal.

44 Nequid de iure aut legibus eorum deminuisse uideretur] Permagnum, inquit Iurilconsultus I. obseruare. D. de offic. praenoni. & leg. faciunt prouinciales seruari sibi consuetudines & praerogatiuas suas. Adde quod grauius irascantur homines si semel concessis priuentur, quam si feratis frustrantur, ut scribit Dionys. Halicarn. lib. 5.

45 Vt controuersiarum ac dissensionum obliuiscerentur] Hanc obliuionem Athenienses ἀμνηστων uocant. M. Tul. Philip. 2. Graecum etiam uerbum usurpauit quod in sedandis discordiis ciuitas illa (Atheniensium) erat usitata; omnem memoriam discordiarum obliuione sempiterna delendam censuit. Cor. Neos in Thrahybulo, Praclarum hoc quoq; Thrahybulo, quod conciliata pace, cum plurimum in ciuitate posset, legem tulit, ne quis antea actarum rerum accusaretur, neuo multaretur, eamq; illi legem obliuionis appellauerunt.

46 Atq; omnibus ommissis rebus] Hirt. de bel. Afric. ommissis omnibus rebus. Horat. lib. 1. epist. 5.

Et rebus ommissis

Atria seruanti postico falle clientem. Caesar lib. 3. bel. ciu. omnibus rebus relictis, dixit, quomodo & Hirt. de bel. Hisp. omnibus suis rebus relictis. & Comici poetae Terentius, Plautus, passim; continetq; celeritatem quandam ac sedulitatem, quasi omnibus rebus postpositis, ut loquitur idem Caesar lib. 5. bel. Gal. & lib. 3. bel. ciu. properaret ad se uenire, omniaq; post haberet.

47 Cum uterq; utriq; esset exercitus in conspectu] Dicitur uterq; utriq; Graecorum imitatione, ut & illud Terentii Heautont. Hoc beneficio utriq; ab utriq; uero deuincimini. & Phorm. uterq; utriq; est cordi. Hirtius de bello Alex. cum uterq; utriq; insidiaretur.

48 Caesar ex eo loco quintis castris Gergouiam peruenit] Infra, circiter millia passuum x ab Romanis trinis castris Vercingetorigis resedit.

49 Omnes aditus difficiles habebat] Horat. lib. 1. Saty. 9. Difficiles aditus primos habet. Contra faciles aditus, supra lib. 3. non eadem diligentia ab decumana porta castra munita facilemq; aditum habere.

M. Tul. lib. 13. epist. 58. ad famul. ut faciles aditus aditus habeat.

50 Deiecio praesidio, poritus loco] Id est, depulsis iis qui praesidio eum locum tenebant, ut loquitur Hirt. de bel. Alex. Idem de bel. Afr. praesidium in dolo deturbare locumque capere dixit. sic lib. 3. bel. ciu. Et noctu militibus compositis, praesidium equitum deiecit. T. Liuius lib. 34. Et praesidium Hispanorum, quod in castello erat, uel deiecit. Alias praesidium ipse locus est passim in his commentariis. & apud Ciceron. Tulc. 7. qui propter metum praesidium reliquit, quod est ignauia.

51 Quorum erat princeps Litauicus] Litauicum eundem esse, qui in Annalibus Leuoenicus, aut Leodenicus, quasi dicas refugium & asylum populi (quae facimus & scribimus hodie Lodouicum, uel Ludouicum) autumat Lipsius lib. 1. Poliorc. dial. 2.

52 Celeriter adolescentibus & ratione magistratus & premio deductis] Adolescentes mobilitate & leuitate animi nouis rebus studere, non modo Aristot. ad Theodectem lib. 2. sed etiam usus ipse docet, ut qui non delectu aut sapientia ducuntur ad iudicandum, sed impetu & quadam etiam temeritate. hinc maximas Respublicas per adolescentulos labefactatas, ut contra a senibus sustentatas & restitutas, auctor est M. Tullius in Catone maiore, Temeritas, inquit, est florentis aetatis, prudentia senectutis. & Caesari paulo infra, ne patiarur, inquit, ciuitatem prauius adolescentium consiliis &c. Quintilian. declamat. 3. 17. Militem legimus robustum, legimus iuuenem, Imperatorem facimus senem: in illis enim uis corporum, & manus sola spectatur, in his consilium & ratio, quo bona procedentis aetatis in locum uirium subuenit. Sallust. bello Catilin. delecti quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat.

53 Lacrymans] Vere crocodili lacrymas, quales Sinonis proditoris apud Virgilium libro secundo Aeneid.

Credita res captique dolis, lacrymisque coactis. Lacryma consistit dolis Terentio Andr. act. 3. sec. 3. Nota autem quod Valer Maxim. libro nono, capite sexto, efficacissima, inquit, perfidia uires sunt mentiri ac fallere.

54 Ab Romanis indicta causa interfecti sunt] Apuleius lib. 10. metamorph. nec ad instar barbaricae feritatis, uel tyrannice impotentia damnaretur aliquis auditus. Inauditi enim atque indefensi tanquam innocentes pereunt, ait Cornel. Tac. lib. 1. histor. In demnati Ciceroni uocantur orat. pro domo sua, qui iniuste poenas dederunt, in iudicium non uocati.

55 Vt lenem auditionem habeat pro re comperta] Cor. Tac. lib. 1. hist. dum alii quo quomodo audita pro comperta habent. Gallica credulitas a Martiali pro uerb aliter usurpatur lib. 5. epig. 1. Et tumidus Gallica credulitate fruatur. Sequitur postea, tribusq; horis noctis exercitui ad quietem datis. T. Liu. li. 47. Nox ad quietem data natura beneficio mortalibus.

56 Adiuuat re proclinaa Conuictolitanis, plebeq;

ad suuorem impellit] Recte Cicero pro Cluentio, Vt mare quod sua natura tranquillum est, ventorum vi agitur: sic populus sua sponte placatus, hominum seditioforum uocibus, ut uolentissimis tempestatibus extollitur. & Hegesip. lib. 1. c. 39. Vt stagnum mite licet, uentis exagitantibus assurgere in astus ualot, ita bona natura improbis monitoribus fluctuat. Nonnihil ad lib. 3. de bel. Gal. num. 8.

XLVI 57 Vt meridie conquieuerat superiore corporis parte nudata] Vide Pet. Victor. lib. 6. c. 4.

XLVII 58 Excitari se Auaricisibus premiis] Vt Themistocles Miltiadis se trophais e somno suscitari praedicabat, Cicero Tuscul. 4.

XLVIII 59 Liberofq; in conspectum proferre coeperunt] Mos hic veterum obtestandi per res ei quem obsecrabant carissimas, aut misericordia dignissimas. quales sunt parentes, vxor, liberi, patria ipsa. Virgil. lib. 2. Aen.

Nec mihi iam patriam antiquam spes ulla uidendi, Nec dulces natos, exoptat umq; parentem.

M. Tul. pro Quinctio, Obsecrauit per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, per ipsius coniugem & liberos. Coelius ad Ciceron. lib. 10. epist. ad Attic. Per fortunas tuas Cicero, per liberos te oro & obsecro. Aethelbal apud Sallust. Iugurth. P. C. per uos, per liberos, atq; parentes uestrorum, per maiestatem populi R. subuenite misero mihi.

LII 60 Nec minus se in milite modestiam & continentiam, quam uirtutem atq; animi magnitudinem desiderare] Aurca γνῶμην, quam omnes & duces & milites recondere uelim.

LIIY 61 Aut dare timoris aliquam suspicionem] Bonus Imperator spem uultu simulat, quamuis saepe premit altum corda dolorem, ut est apud Maron. Seneca ad Polyb. Duces, inquit, rebus afflictis hilaritatem de industria simulant, & aduersas res adumbrata latitia abscondunt, ne militum animi si fractura ducis sui mentem uiderint, & ipsi collabantur.

LVI II 62 Pontesq; eius opidi rescindi iubent] Cor. Ne pos in Miltiade, ponte enim rescisso regem uel hostium ferro, uel inopia, paucis diebus interiturum. Abrupto ponte dixit Tacit. 3. histor.

LX 63 Conquirat etiam lintres, has magno remorum sono incitatas] Lintres numerantur inter nauiculas fluuiales, quae remis agebantur. Cicero in Miloniana, repente lintribus in eam insulam materiam, ealcem, camenta, atq; arma conuexit. Extat iocus apud eundem Tul. in Bruto de claris orator. quem iocum & C. Iulius in perpetuum notauit, cum ex alio in utramq; partem toto corpore vacillante quasi nit, quis loqueretur e lintre.

LXII 64 Vt sua pristina uirtutis & tot secundissimo- rum praetiorum memoriam tenerent] Ita supra lib. 2. milites non longiore oratione est cohortatus, quam uirtutis pristinae uirtutis memoriam retinerent. libro quinto, hortatur ut pristinam uirtutem retineat. Sallust. bello Iugurth. Singulas turmas & manipulos circuiens monet atque obtestatur ut memores pristinae uirtutis & uictoria sese regnumque suum ab

Romanorum iniuria defendant. Idem bello Catilinario extr. Catilina memor generis atque pristinae dignitatis sua, in confertissimos hostes incurrit.

65 Atq; ipsum Caesarem, cuius ductu saepenumero hostes superassent, adesse existimarent] Supra libro 6. eum (Imperatorem) adesse & hac coram cernere existimare.

66 Quare toto abessent bello & neutris auxilia mitterent] Quaestio politica est, An in bello ciuili quiescere uir bonus debeat, & neutri parti adhaerere, an alterutri? De quo lex Solonis apud Tullium libro decimo ad Atticum, epistola prima, quae capite sanxit, si quis in seditione non alterutrius partis fuisset, & super ea dissertatiuncula Agellii libro secundo noct. Attic. capit. 2. & Ioan. Bodini libro quinto de Republica, capite sexto, & Iusti Lipsii libro quarto Polit. capite nono, & libro sexto, capite sexto. Certe quos ignaua aut praua caeliditas, ut alienis laboribus tuti essent, armis abstinent, acerbissimas poenas soluisse testatur Mithridatis epistola apud Sallust. & exempla adhibet idem Bodinus.

67 Ne tacto recipiatur, ne ad liberos, ne ad parentes, ne ad uxorem aditum habeat, qui non bis per hostium agmen peregrinasset] Libro tercio de bell. ciuili. Labienus iurat se nisi uictorem in castra non reuersurum, reliquosque ut idem facerent hortatur. Apud Pompon. Melam libro primo, capite vigesimo primo de foeminis uide, qua nisi hostem intemerint, uirgines manent. Idem libro secundo, capite primo, populos narrat, apud quos inter epulas, quot quisq; interfecerit referre, latissima & frequentissima mentio, binisque poculis, qui plurimos retulere, perpotatis, interlocantur: is honos praecipuus est.

68 Altero die ad Alesiam castra fecit] Circa quam tanta res gesta, quantas audere uix hominis, perficere pane nullius, nisi Dei fuerit, inquit Velleius libro altero histor. Et Plutarch. in Caesare, in eo praetio, quod apud Alesiam gestum est, maximam ademptus est gloriae, in quo maiora profecto quam uisum audentia & fortitudinis opera egregie dimicando declarauit.

69 Sed paullo etiam longius tolerare posse parcerendo] Vegetius libro tercio, capite tercio, Fidelis seruatorum custodia, & erogatio moderata consueuit sufficere pro copia, maxime si ab initio procurantur. Ceterum sera parsimonia est, tum seruare cum deficit. Et M. Tullius non semel in Paradox. Nestiunt mortales, quam magnum uectigal sit parsimonia. Et quarto de Republ. Optimum & in priuatis familiaris, & in Republ. uectigal duco esse parsimoniam.

70 Fossam pedum viginti directis lateribus duxit] Totum hunc locum per uerba Caesaris ambulans fideliter exponit Iulius Lipsius lib. 2. Poliorc. dialog. 2. uide & Pet. Victor. lib. 24. Var. ca. decimo septimo.

71 In nostros operi destinatos] Id est, quibus operis fa-

pus faciendum Caesar mandauerat, ut docet Lam- bin. ad Horat. lib. 2. ode 7.

72 Post eas aggrem ac uallum duodecim pedum exstruxit] De Vallo curiose Lipsii. 5. milit. Ro. dialog. 5. quod brachium cur sapiuscule cum apud Caesarem, tum alios quoque auctores appellatur, idem lib. 2. Poliorc. dial. 2.

LXXIII 73 Perpetua fossa quinos pedes alta] Perpetua uallet τρυφῆλαις aequali uadecumque ductu, eoque continenti. Hubertus Gifanius in Lucret. conlect. uoce P. perpetuus.

74 His rebus perfoctis] Quanta manu, & quo spatio, si quaris, non nisi decem legionibus, inquit Lipsius, & haud longe supra triginta dies impen- sos.

LXXVII 75 Qui se ultro morti offerunt, facilius reperiu- tur, quam qui dolorem patienter ferant] Consciscere sibi mortem ignaui esse hominis proprium, non uiri fortis, ut uulgo putatum est, ex Aristot. sententia, & D. Aurelii Augustini iam pridem docuit M. Anton. us. Muretus li. 4. Var. ia. c. 2. Nabarzaues apud Q. Cur- tiu. l. 5. Fortium, inquit, uirorum est magis mortem conte- mnere, quam odisse uitam. saepe tadio laboris ad uilitatem sui (ut recte reposuit Pet. Faber lib. 1. Semest. cap. 10. pro uilitatem) compelluntur ignaui, at uirtus nihil inexpectum relinquit. Itaque uirtutum om- nium mors est, ad quam non pigre ire, satis est. Ad- de quae grauitate scribit Seneca. epist. 24. libro tercio.

76 Animine causa quotidie exercitari putatis?] Animi causa Latinis est per uoluptatem, animi recreandi causa, ut animo obsequaris. Plautus: Praeterea aliquantum, animi causa, in deliciis disper- didit.

77 Iure & legibus commutatis, securibus subie- cta] Ostendit hic locus, quis earum ciuitatum quae a Romanis in prouinciam redigebantur, status fuerit. Nimirum imposito primum praesidio gra- uabantur, Romanis stipend. ariæ ac uectigales fie- bant, eoque nomine publicanos habere cogeban- tur, quae illos tanquam Harpyæ & hirudines exu- gebant; denique magistratus a populo Rom. cum securibus & imperio accipiebant, qui illis, ne- glectis patriis legibus, ius dicerent.

LXXVIII 78 Atq; omnia prius experiantur, quam ad Cri- tognati sententiam descendant] Bonus Princeps per- inde ut medicus omnia prius experitur, & non nisi in extrema curatione ferum adhibet.

LXXX 79 Quod in conspectu omnium res gerebatur] I- dem supra li. 2. cit. pro se quisq; in conspectu Imperato- ris etiam in extremis suis rebus operam nauare cupere- ret. & l. b. 3. eo magis quod in conspectu Caesaris atq; omnis exercitus res gerebatur, ut nullum paullo for- tius factum latere posset. ubi aliquid hac de re nota- bamus: Hirtius lib. 8. res enim gerebatur & excelso loco, & in conspectu exercitus nostri. ita quam quisq; poterat maxime insignis, quo notior restatorq; uirtus eius esset, telis hostium flammaque se offerebat. Adde quod T. Liuius lib. 26. Annal. scribit de Scipione in Carthaginis expugnatione: quodque plurimum

ad accendendos militum animos intrecerat, testis spo- catorq; uirtutis atq; ignaui cuiusq; adest. Itaque in uulnera ac telarunt, neque illos muri, neque su- perstites armati arcere queunt, quin certatim ascen- dant. Eumenes Imperator, ut in eius uita prodi- dit Plutarchus, cum grauitate aegrotaret, exerci- tus pugnam detrectauit, nisi in leotica adueheretur in campum, ut eius auspiciis ac ductu proelium ini- rent. De Europo Philippi filio in eunis uagien- te in castris Macedonum aduersus Illyrios uide quae scribit Iustinus historicus e Trogo Pom- peio libro septimo post. princip. Refert & Adr. Barlandus in Chronicis Ducum Brabantiae de Godefrido III, qui infans in cunis prolatus & ante aciem positus, eos animos addidit Bra- bantis suis contra Grumberganos illius infan- tiam despicientes, ut magna hos caede fide- rint ac profligant. Neque temere Antigonus secundus pugnaturos aduersus Ptolemæi mili- tes, cum gubernator admoneret plures esse na- ues hostium, Pro quot, inquit. nauibus supputas, quod ego hic praesto sim? Refert Plutarch. in apoph- teg. Quin & absentis Imperatoris memoria ob- oculos posita, non minorem saepenumero uim ha- buit. Hinc Labienus oratione ad milites supra libr. 6. Praesate, inquit, eundem nobis Ducibus uirtutem, quam saepenumero Imperatori praestitistis, eum adesse, & hac coram cernere existimate. Sed & a mortuis stimulum suis addit ad pugnam Martius oratione ad milites apud T. Liuium libro uigesimo quinto Annal. Id, inquit, optimum ducere uos quoque uelim milites, non lamentis lacry- misque tanquam extinctos prosequi, uiuunt enim ui- uentque (sic rectius Lipsius lib. 3. epistol. quaest. 7. quam ut uulgo, uigentque) fama rerum gesta- rum: sed quotiescumque occurrerit memoria illorum, uelut si adhortantes signumq; dantes uideatis eos, ita proelia inire.

80 Virroq; & laudis cupiditas, & timor ignomi- nis ad uirtutem exierat] Hoc est, quod T. Liuius scribit lib. 4. Annal. magnos animos magnis honori- bus fieri. & Valer. Max. lib. 2. cap. 6. Virtutis, inquit, uberrimum alimentum est honos. De altero autem, timore ignominia, sic Homerus lib. Iliad. o.

— εὐδὲ οὐ αἰδέσθαι
Γίγνεται, ἢ τ' ἀδρας μέγα τινεσσι, ἢ δ' ὀνίσσιν.

81 Magno cratium, scalarum, harpagonum nu- mero effecto] De quibus adi Ad. Turneb. lib. 11. ad- uerfar. cap. 24. Lipsium libr. 1. Poliorc. dialog. 7. & passim de aliis Romanorum instrumentis bellicis.

82 Aut se ipsi stimulus inopinantes induebant] Supra hoc lib. quo qui intrauerant, se ipsi acutissi- mis uallis induebant. M. Tullius Lucullo seu A- cadem. 4. Philo dum noua quadam coniunxit, in idipsum se induit, quod timebat. & Verr. 4. hic uidete in quos laqueos se induerit. Sic animum bonis artibus induere dixit Cornel. Tacit. libr. 15. Annal.

83 Omnia enim plerumque quae absunt, ueho- mentius hominum mentes perturbant] Idem lib. 2.

LXXXI
LXXXII
LXXXIII
LXXXIV

de bel. ciu. Fit autem communi vitio ut inuisis, latitantibus, atq; incognitis rebus magis confidamus, vehementiusq; exterramur. Et Horat. lib. Epod.

Comes minore sum futurus in metu, Qui maior absentes habet.

XIIC 84 Eius aduentu ex colore vestitus cognito] Colore scilicet e cocco, sine puniceo, quo uti solent Romani Duces in bellis & preliis, ut docet Lambin. ad Horat. lib. epod. ode 9. ex Plutarcho in Bruto. & Polluce lib. 4. Martinus de Roa Societatis Iesu lib. 1. singularium cap. 2. & Lipsius lib. 1. milit. Rom. dialog. 2. qui iccirco in analect. hæc verba, quo insigni in preliis uti consueverat, germana Cæsaris non esse confidenter affirmat, sed ex ora intrusa.

XIC 85 Vercingetorix deditur] Videndus hac de re Dio Cassius lib. quadragesimo, Plutarchus in Cæsare.

XC 86 His rebus Cæsaris litteris cognitis] Solere olim Præsides quod in prouincia quaque gereretur ad Imperatores perscribere, ex Suetonio colligitur August. cap. 49. quem morem & Eusebius notat lib. 2. histor. Eccles. referens Pilatum de Christi seruatoris nostri resurrectione Tiberium fecisse certiore, ut obseruauit Isaac. Casaubonus ad alatum mox Suetonii locum.

IO. BRANTII AD LIB. VIII. I. CÆSARIS DE BEL. GAL. NOTÆ POLITICÆ.

I



Quod imparatis disiectisque fuit necesse] Infra: Accidebat autem quotidianis pabulationibus (id quod accidere erat necesse) ut, &c. Cæsar supra lib. 5. Huic quoque accidit, quod fuit necesse, ut nonnulli, &c.

2 Namq; etiam illud vulgare incursonis signum hostium, quod incendiis adificiorum intelligi consuevit] Supra lib. 5. tum fumi incendiorum procul videbantur, quæ res omnem dubitationem aduentus legionum expulit.

3 Aut societat e consiliorum confugerant] Plinius Secundus lib. 6. epist. 20. ad Corn. Tac. de ardente Vesuuio: Tum demum excedere opido visum. Sequitur vulgus attonitum, quodq; in pauore simile prudentia, alienum consilium suo præfert, ingentiq; agmine abeuntes premit & impellit.

4 Frustra. Nam Cæsar] Paulo infra: nec frustra. nam plerumq; Rursum: nequidquam. nam quibus. & de bel. Alex. Sed id frustra. namq; ex ea fuga &c. Horat. l. b. 3. ode 7.

Fallax historias monet, Frustra nam scopulis surdior Icaro.

Et lib. 2. fat. 7.

Iam vino quarens iam somno linquere curas, Frustra nam comas atra premit sequiturq; fugacem.

5 Bituriges cum sibi viderent clementia Cæsaris reditum patere in eius amicitiam] Extat aurea Salustii ad C. Cæsarem oratio de Repub. ord. Equidem ego, inquit, cuncta imperia crudelia, magis acerba, quam diuturnis arbitror: neque quemquam a multis metuendum esse, quin ad eum ex multis formido recidat. Contra qui benignitate & clementia imperium temperare, his lata & candida omnia visa, etiam hostes equiores quam aliis ciues. Ideo ne nouum imperium inchoantibus vtilem esse Clementia famam, auctor est Cor. Tacit. lib. 4. histor. & Vulcatius in Auidio Cassio, Non est quidquam, inquit, quod imperium Romanum melius commendet gentibus, quam Clementia. hæc Cæsarem Deum fecit, hæc Augustum consecrauit, hæc patrem tuum imprimis Pii nomine consecrauit. est Clementia Imperatorum dos prima. de qua & Claudianus poeta: cum vincamur in omni

Munere, sola Deos aequat Clementia nobis.

6 Cæsar militibus pro tanto labore ac patientia] Re feliciter gesta extra ordem militibus danda pramia, quo sunt ad eorundem labores iterum suscipiendos alacriores. hoc est quod Cæsar ait libro secundo de bello ciuil. sui laboris milites semper euentu belli pramia petierunt. Hirtius de bello African. totum exercitum veteranorum donauit, pramia fortissimo cuique ac bene merenti tribuit. T. Liuius libro quinto Annal. Nusquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum ferme sine impensa opera est. Plautus Asinar. Hostimentum est opera pro pecunia. Eleganter Dio l. b. 2. Pro maximis pramiis maxima etiam certamina subire conuenit.

7 Quod ei summo odio esse nomen populi R. intellexissent] Infra, Volens autem ad eam virtutem, quæ singularis in eo erat, magnum odium Comii adiungebat, quo libentius id faceret, quod imperabatur. Simili de causa, quod Annibal velut hereditarium relictum odium paternum erga Romanos sic confirmari, ut prius animam, quam id deposuerit, minor quinq; & viginti annis nati Imperator factus, ea patrauit, quæ fusc in eius vita recenset Corn. Nepos.

8 Quo celerius hostes contempta suorum paucitate, prodirent in aciem] Agesilaus apud Xenophontem lib. tertio de rebus Græc. hostem contemnere vtile esse censet, quod ea res robur & animum afferat militibus. Contra Liuius lib. 21. Annal. Sape & contemptus hostis cruentum certamen edidit, & inelyti populi regesq; perleui momento victi sunt. & Q. Curtius lib. 6. nihil tuto in hoste desperatur, quem spreneris valentiorum negligentia facies.

9 Qua octauo iam stipendia functa] Id est, octo iam annis militauerat. Stipendia enim inter alia anni militiæ sunt, ut docet Adrian. Turneb. lib. 30. aduersar. cap. vigesimo septimo, vnde apud

de apud Corn. Tacit. lib. 1. Annal. veterani queruntur, quod tricena, aut quadragena stipendia senes tolerarent. Et in l. 2. C. quando pro. non est necel. veteranis, inquit Imper. qui post vicefima stipendia honestam, vel caussariam missionem sunt consecuti. ut interposita distinctione post vocem honestam, legit Lips. lib. 1. de milit. dialog. 2. quia caussaria, inquit, missio post expleta stipendia non datur.

XII 10 Aciam consuetudine diligentia minueretur, quod plerumq; accidit diuturnitate. Hirt. de bel. Afr. dum hostes quotidiano instituto sape idem faciendo in negligentiam adducerentur.

11 Instantur atque incitantur hostium animi secundo prælio] Supra paullo: Germanorum aduentu barbari instabantur, Hirtius bello Alexan. de Pharnace: cum secundo prælio esset vehementer instatus. Sueton. Nerone cap. 37. Elatus instatusq; tantis velut successibus. vide super hac eleganter M. Catonis orationem pro Rhodiensibus. apud Agellium lib. 7. c. 3.

12 Nostri detrimentis admonentur diligentius explorari locis stationes disponere] Græcorum parcemia extat, τὰ ἐξ τῆ δεινὰ φρονιμώτερον, Post mala prudentior. &c. ἐξ τῆ δεινὰ φρονιμώτερον. vulgo, Quis nocent docent. Cæsar libro tertio bel. ciuil. satis esse magna utrimque incommoda accepta, quæ pro disciplina & præceptis habere possent, ut reliquos casus timerent. Eleganter Hegeffippus lib. 3. cap. 21. Sapientibus, inquit, aduersi exitus rerum ad cauendum magis documeto sunt, ne rursus eadem accidant, quæ iam male cesserunt: imprudens autem incertium miseriarum. Vnde Croesus apud Herodotum lib. 1. τὸ δὲ μοι πάνδημον τὸ ἐόντα ἀπόλασται, μαθημὸς τῆ γῆρας, Mei casus et si ingrati, mihi tamen extitere disciplina.

XV 13 Nam in acie sedere Gallos consueisse, superioribus commentariis declaratum est] Quo commentario? & credi potest maiores nostros in acie & pugna sedisse? dum quæro, ecce commodum te offers Cl. Iuste Lipsi & centur. 1. epistolarum tuarum ad Belgas epist. 3. De loco Cæsaris, inquit, credo Hirtium aspiceret istum e commentario 3. Galli sarmentis virgultisque collectis, quibus fossas Romanorum complerent, ad castra pergunt. Non dicit in iis sedisse fateor, sed tangit fortasse & ad significat. At quis id credat? inquit. Me hercule nec ego tecum, nec capio; quomodo ubi ordines disponendi, tela & manus mouenda, ignaui homines sederint? Ego vel a Celfo hoc verbum (acie) esse non pro ipso prælio, aut procinctu, sed pro bello arbitror. Id est, ut in castris & tempore belli maiores nostri sederint: aut potius (otii) voce permittendam, ut valit scribatque, Gallos cum otiosi, etiam in ipsis castris plurimum sedisse. Quid miri? inquit. Immo est, pro Romanis moribus. nam sessio minus apud eos crebra: ambulabant magis aut iacebant. At Barbari aliter. quod & Tacitus de Germanis notat: & Straba de Hispania, loco, qui valde huc fa-

cit. libro tertio scribit Verrones venisse ad Romana castra, vidisse Centuriones & Tribunos quosdam per spatia obambulantes, & se vertentes. Illos arbitratos insanire homines, accurrisse, & manibus nutibusque ad tabernacula sua deduxisse. quasi necessum esset, aut sedere in otio, aut in acie pugnare. Verba ultima Græce sic habent: οὐ δὲ οὐ, ἢ πρὶεν ἢ δὲ ἠορξίαν ἰδὲ αὐδῆτας ἢ μὲρξας. Vides barbaricum sensum & morem: pro quo tamen etiam legi in Hirtio posset, ante aciem. hæc Lipsius.

14 Velut indagine munitum] Florus libro 3. cap. 6. Sic per omnes aquoris portus, sinus, latebras, &c. quidquid piratarum fuit, quadam indagine inclusum & oppressum est. Virgil. lib. 4. Æneid.

Dum trepidant ala saltusq; indagine cingunt. Est autem indago ferarum inquisitio, cum appofitis retibus hominibusque opnes siluarum exitus, ac viæ custodiuntur, ne qua feris effugium pateat.

15 Victoria gloriam communicasse cum legionibus viderentur] Hoc est quod ait Cicero pro M. Marcello: Nam bellicas laudes solent quidam extenuare verbis, casque detrahere. Ducibus, communicare cum militibus, ne propria sint Imperatorum.

16 Quod Corbeus auctor belli, concitator multitudinis esset interfectus] Idem auctores, qui concitatores. Infra hoc ipso libro: concitatore belli Guturuarum ad supplicium deposcit. & cōiungit has voces etiam Iustinus lib. 2. Hippas, inquit, auctor & concitator eius belli. ut & Ammian. Marcellianus lib. 25. extremo.

17 Causam peccati facillime mortuis delegari] Delegare iuris verbum est, & significat alium pro se qui soluat, substituere. de quo Iuriconsultos vide. Sed & Latini scriptores delegare dicunt laborem, onus & prouinciam alteri tradere, seu in alterum tran-ferre. ut hic causam peccati mortuis delegari fit in mortuos tran-ferri. contra Chilonis præceptum, qui mortuos non esse maledictis afficiendos monet: τὸν τετελευτησῆσθαι μὴ κηρολόγει, ἀλλὰ μακροεΐξαι. vnde Græci mortuos μακροεΐξαι beatos vocant, quasi molestiis hominum exemptos, & quorum aures non amplius conuiciis verberari oporteat. Lucianus περὶ πένθους ἐκαστὸν εὐαπεισάσαι τὰς τῶ μακροεΐξαι δαίμονας, Sinito quiescere felicis, id est, mortui, genis. Lambin ad illud Horatii lib. 1. fat. 9.

Omnes composui. felicas. — Et Budæus in commentar. linguæ Græcæ.

18 Qui eum per simulationem colloqui curaret interficiendum] Conqueritur Cæsar lib. 1. de bello ciuil. Afranianos neque colloqui neque induciarum iura seruasse, & homines imperitos & per colloquium deceptos crudelissime interfecisse. & libro secundo de bell. ciuil. Fabius Pelignus Varum nomine appellans, quasi monere aliquid velle:

velle ac dicere videretur, parum abfuit, quia inter-
ficeret. Apud L. Florum lib. 2. cap. 2. Cornelius A-
fina Consul simulato colloquio euocatus, atque i-
ta oppressus legitur. Plura ad lib. de bello Alexand.
num. 33.

XXIV 19 *Fines eius vastare ciuibus, adificiis, pecore*
Cædibus, incendiis, rapinis, hostium fines va-
standi, quos domare velis. Supra libro quinto:
Tantum in agris vastandis, incendiisque faciendis
hostibus noceretur, quantum labore atque itinere
legionarii militas efficere poterant. libro sexto ex-
tremo: *omnes vici, atque omnia adificia, quæ quis-*
que confpexerat, incendebantur: præda ex omnibus
locis agebatur. Hirtius de bello Alexand. Ipse hostili
modo Cordubensium agros vastat, adificia incendit.
Cicero lib. 9. ad Attic. epistol. 6. *Primum consi-*
lium est suffocare urbem, & Italiam fame. deinde
agros vastare, urere, pecuniis locupletum non ab-
stinere.

XXV 20 *Neque imperata unquam nisi exercitu coacta,*
faciebat] Intra paullo: *imperata sine mora faciunt.*
Supra lib. 5. Cæsar: *iussus arma abicere, imperatum*
facit. & sæpe aliàs. Sallust. Iugurth. *Mittuntur ad*
Imperatorem legati, qui Iugurtham imperata factu-
rum dicerent, rursum: nunciat Iugurtham omnia,
qua imperarentur facere.

XXVI 21 *Neminem ex cæde refugisse, qui de accepta ca-*
lunitate nuncium Drapeti perferret] Breuius paul-
lo supra: *vix refugisse nuncios cædis.* Liuius libro
trigefimo tertio de pugna cum Boiis: *Ita cædis ma-*
gna, quam victoria auidi pugnauerunt Romani, ut vix
principium cladis hosti relinquerent. Scilicet iners ma-
lorum remedium ignorantia est, ait Seneca in Oe-
dipo. Contra calamitatis solatium nosse sortens
suam, teste Q. Cærtio libro quarto, *Falluntur*
itaque, qui lata omnia sibi fingunt, & nuncios
cladis occultantes, stulta dissimulatione remedia poti-
us malorum quam mala differunt, ut auctor
est Corn. Tac. lib. 3. h. stor.

XXVII 22 *Quod præcipue eos propter conscientiam fa-*
cti timere animaduertebat] M. Tul. in Milonia-
na: *Pœnam ante oculos semper versari putant, qui*
peccauerunt. Sallust. de Iugurtha: *rursus cepit fle-*
tere animum suum, & ex mala conscientia digna timere.
Tertullian. *Nullum maleficium sine formi-*
dine est, quia nec sine conscientia sui. Polyb. in fragm.
οὐδὲν ἔστι οὐτὶς μάρτυς ἐστὶ φόβος, οὐτὶς κρηγὸ-
ρὸς δὲν ἔστι, οἷς ἡ σὺνείπει, ἢ κρηγὸδοσι τοῖς ἐπιπέων
ψυχῆς. Nullus neque testis tam formidabilis, ne-
que iudex tam grauis, quam conscientia, qua men-
tibus cuiusque insidet, & inhabitat. Græcorum
adagium est: *ἡ συνείδησις τὴν ψυχὴν ἀνάπτει, Consci-*
entia animum verberat. Diphilus: *ὁ συνείδησιν*
αὐτῷ καὶ ἡ ἑρσὺς τῶν, ἢ συνείησις αὐτὸν δειλότα-
τον ἐναντι ποιεῖ, Qui sibi ipse conscius est alicuius ma-
li, etiam si sit audacissimus, conscientia eum facit
timidissimum. Recte itaque monet Isidorus Soli-
loq. libro secundo: *Vix nunquam tristis esse bene-*
uine. Legi velim quæ a Seneca in hanc senten-

tiam scripta epistol. 106.

23 *Quo celerius ciuitatem metu liberaret*] Ci-
uitatem ab urbe differre cū hic locus, tum alii pas-
sim in his Commentariis lucide ostendunt. lib.
tertio de bello ciuil. *nonnullas urbes per vim exbu-*
gnauit, reliquas ciuitates circummissis legationibus,
amicitiæ Cæsaris conciliare studebat. Cicer. libro
nono epist. 14. ad famil. *liberasti igitur & urbem*
periculo & ciuitatem metu. Qua de differentia,
quantique eius ignoratio Carthagenisibus o-
lim momenti fuerit, vide apud Io. Bodinum libro
1. de Repub. cap. sexto. *Liberare metu* dixit & Te-
rent. And. *Obsecro te, quamprimum hoc me libera-*
miserum metu. Tullius quoque Catilinæ. 1. *ma-*
gna me metu liberabis, dummodo inter te atq; memi-
rius inter sit. Exonerare metu Liuius lib. secundo: *ex-*
onera ciuitatem vano forsitan metu. Quod statim
sequitur: *principem sceleris ipsius, & concitatorem*
belli Guturnatum ad supplicium deposcit, docet au-
ctores imprimis esse coercendos. Sic supra lib. 6.
Cæsar de Accone qui princeps præui consilii fuerat,
grauiore sententia pronunciata, more maiorum sup-
plicium sumpsit.

24 *Cæsar cum suam lenitatem cognitam omnibus*
sciret, neq; vereretur, ne quid crudelitate natura, &c. **XXIV**
Idem ipse de se Cæsar epist. famil. ad Ciceron. *Re-*
cte auguraris de me (bene enim tibi cognitus sum)
nihil a me abesse longius crudelitate. Confirmat
Velleius libro secundo histor. *Regressus, inquit,*
in urbem, quod humanam excedit fidem, omni-
buis, qui contra se arma tulerant, ignouit. vide
M. Tullium oratione pro M. Marcello, &
Q. Ligario, Senecam item libro secundo de
ira.

25 *Omnibus qui arma tulerant, manus præcidit,*
quo restatior esse pœna improborum] L. Florus lib. 3.
c. 4. *Nihil, inquit, Barbaris atrocius visum est, quam*
quod abscissis manibus relictis, viuere superstites pœna
sua iubebantur. Adhibet hunc Cæsaris locum Pet.
Faber libro primo semest. cap. 18. vbi quomodo
in transfugas olim animaduersum, & de aliis mili-
tum pœnis fuse agit. In furto quoque compre-
hensis inter commilitones dextras esse præcisas,
M. Cato memoriæ prodidit apud Frontin. lib. 4.
cap. primo. & captos tabellarios, quia Corduba ad
Pompeium missi erant, perperamq; ad castra Cæ-
saris peruenerant, præcisas manibus missos factos
scribit Hirtius de bello Hispan.

26 *Paucis diebus sese cibo abstinuit, atque ita in-*
terit] Testis est Plinius lib. 11. natur. hist. cap. vlt.
Homini non ante diem septimum letalem inediam ef-
se. Famem autem ignobile mortis generæ appellat
Ammian. Marcel.

27 *Quam inimicum deberet Cæsarē habere*] Te-
rent. Eunuch. *potius quam te inimicum habeam.*

28 *Secunda prælia faciebat*] Supra: *instantur at-*
que incitantur hostium animi secundo prælio. Con-
tra aduersa prælia paullo infra: *desessant tot aduer-*
sa prælia Galli. pro feliciter aut infeliciter gestis.

Secun-

Secundissima prælia dixit lib. 7. ut sua pristina virtu-
tis, & tot secundissimorum præliorum memoriam te-
nerent.

29 *Quod vbi malum Dux equi velocitate euita-*
uit] Non aliud animal ex quo homini plus vsus
aut commodi, in bello præferri siue persequi ho-
stem & afflicti, siue fugere necesse sit. Hinc equus
Martii olim sacer, cui Romæ & in Oriente passim
immolatur. Sed & iudicium illi inesse plurimis do-
cumentis patet. Iul. Solin. Polyhistor. cap. 46. Vide
amplius dissertatiunculam Iust. Lipsii
centur. 3. ad Belgas epist. 6.

XXIX 30 *Nulla onera noua imponendo*] Quo nomine
vt Iulius noiter, ita & Iustinianus Imp. pro merito
satis laudari non potest, qui, vt ipse de se ait Nouel.
41. *nihil tam magno studio tamque serio affectauit,*
quam ne nouo quisquam & inuisitatu uectigali oner-
retur. Laudanda etiam Plotina Traiani optimi
Principis, quæ assidue increpando effecit vt mari-
tus exactiones nimias detestans fiscum *lenem* ap-
pellaret quod eo crescente reliqui artus tabescant.
Econtra Vespasianum reprehendit Suetonius in
eius vita cap. 16. *quod non contentus omnia sub*
Galba uectigalia reuocasse, noua & grauiora ad-
diderit. vnde sæpenumero turbæ & motus in Re-
publica, vt multis exemplis ostendit Io. Bodinus
lib. 6. de Repub. cap. 2. Ideoque prudenter Corn.
Tacitus monet, vt noui populi facilius nobis as-
suescant, & nostrum iugum patientur, esse
oncribus & tributis leuandos, lib. 2. ni fallor,
Annal.

XXX 31 *Ibique exercitum lustrauit*] Hirtius de bello
Alexand. *His rebus confectis totum exercitum lustrat.*
Id quomodo fieret, vide apud T. Liuium lib. 3. &
46. Annal. Q. Curt. lib. 10. extremo, Macrobius
lib. 5. genial. diæ. cap. 27.

32 *Quantum satis esse ad mutationem locorum*
propter salubritatem existimabat] Loci commu-
tatio tametsi animum non mutet aut ingenium,
vnde illud Aeschini in Ctesiphonte, *τοπος οὐ νο-*
σῶν μετέβαλε, locum non mores mutauit, & M.
Tul. pro Quinctio, *sit magna mutatio loci non*
ingenii: ad valetudinem corporis tamen sa-
pius profuisse auctor imprimis est Plinius libro
28. cap. quarto. & singulari commentario Hippo-
crates, & medicorum filii. Alter quoque Plinius
lib. 3. epist. 19. *Habet, inquit, multum incundita-*
tis soli cœlique mutatio. Hinc apud Tacitum lib.
12. Annal. *Claudius aduersa valetudine correptus,*
resouendis viribus mollicie calis & salubritate aqua-
rum, Sinuessam pergit.

XXXI 33 *Senatus frequens in alia omnia transit*] Pli-
nius lib. 8. epist. 14. *Quid, inquit, lex nonne aperte*
docet, dirimi debere sententias occidentis & relegan-
tis, quum ita discessionem fieri iubet, Qui hac sentitis
in illam partem, qui alia omnia in illam partem ite-
qua sentitis, & quæ sequuntur.

XXXII 34. *Quoad sibi spes aliqua relinqueretur inre-*
potius acceptandi, quam belli gerendi] Supra
paullo: *nihil minus volebat, quam necessitatem*

sibi aliquam imponi belli gerendi. Omnia, in-
quit Comicus Adelph. *præus experiri verbis* (aut
vt alii legunt, *Consilio omnia præus experiri*) *quam*
armis sapientem decet. & Menelaus apud Li-
banium Sophistam: *ἄριστον μὲν γὰρ τὸ δίκαιον τῷ*
λόγῳ κεραιῶν λαμβάνειν, ἀδικὰ μὲν τοῖς ἰπλοῖς ἔ-
πιπλεῖν, αἰσθητικώτερον δὲ ποιεῖν, Primum expe-
ri verbis ius suum obtinere, & non armis irruere,
humanius profecto est. Cum quod conuenit
quod Cicero ait 1. de Officiis: *Expensanda ma-*
gis est decernendi ratio, quam decertandi fortitu-
do. & orat. pro A. Cæcinnæ: *Considerari homi-*
nis esse qua de re iure decertari oportet, armis non
contendere. Atherbal apud Sallustium Iugurth.
præus omnia pati decreuit, quam bellum sumere.
nam vt auctor est idem Sallust. *Omne bellum su-*
mitur facile, ceterum acerrime desinit. non in
eiusdem potestate initium eius & finis est. inci-
pere cuius etiam ignauo licet, deponi, cum vi-
ctores velint. Enimuero prudentis Imperatoris
& Principis est certam pacem etsi non speciosam,
quam incerta belli præoptare. & quod Thu-
cydides auctor est libro quarto, *Pax iusta cuius*
bello etiam iusto est preferenda. Itaque merito lau-
datur magnus ille Augustus, qui vsque adeo tur-
bas, bella, simultates, exsecratus est, vt nisi ius-
sis de causis nunquam genti cuiquam bellum in-
tulerit. *Iactantisque esse ingenii & leuissimi dice-*
cebat, ardore triumphandi, & ob lauream coronam,
id est, folia infructuosa, in discrimen per incertos e-
uentus certaminum securitatem ciuium præcipitare,
vt in eius vita refert Sex. Aurel. Victor. & Sueton.
cap. vigesimoprimum.

IO. BRANTII

AD LIB. I. C. IULII
CÆSARIS DE BEL. CIV.
Notæ Politicæ.



Refertur Consules de Republica in
ciuitate] Paulo post: *non o-*
portere ante de Rep. ad Senatum
referri. Rursum: *de reliquis rebus*
ad Senatum refertur. Est autem
de Repub. referre, vt docet Adria.
Turneb. lib. 14. aduersar. cap.

vndecimo, *Senatum consulere, quemadmodum Res-*
publ. in annum administranda sit, qui in prouincias
mittendi, qui reuocandi, qui exercitus conscribendi,
qui dimittendi, quid domi militæque agendum, qua
videtur relatio frequens fuisse anni principio consuli-
bis magistratum ineuntibus. Hæc Turneb. Vide &
Briffon. li. 2. de formulis. Extat Symmachi præf. vr-

bi-relatio de Christianis. cui Beatus Ambrosius, & Prudentius Poeta Hispanus respondent.

2. Se sibi consilium capturos] Infra hoc ipso libro extremo: Postulant ut iurent omnes, se exercitum ducisque non prodituros, neque deserturos, neque sibi separatim a reliquis consilium capturos. & lib. 2. bel. ciuil. si id non fecisset, sibi consilium capturos. ut facile appareat hominum hoc fuisse seditiosorum, qui a maiori parte desciscerent. Sallust. Catilin. Omnia virtutis premia ambitio possidet, neque mirum, ubi separatim sibi quisque consilium capitis.

3. Ut M. Calidius qui censebat] Censeo in sententiis dicendis vsurpatum. Qui autem alterius sententiam sequebantur, ut paullo post, Rufus sententiam Calidii paucis fere mutatis verbis sequebatur, unico verbo se illi assentiri dicebant. Suetonius de Angusto in eius vita cap. 35. Sententias, inquit, de maiore negotio, non more neque ordine sed prout libuisset, prerogabat, ut perinde quisque animum intenderet, ac si censendum magis, quam assentendum esset.

4. Lentulus sententiam Calidii pronuntiatum se omnino negauit] Pronuntiabatur sententia, cum in sententiarum varietate Consul earum auctores & Principes edebat. vide Brisson. lib. 2. de form. & qui de habendo Senatu copiose differunt, Manut. Hotman. Samocch.

5. Eum aduersus Rempub. facturum videri] Formulagrati oris comminationis, de qua idem Brisson. lib. 2. formul.

6. Ut quisque acerbissime crudelissimeque dixit, ita quam maxime, &c.] Libro tertio de bello ciuili, qui horum quid acerbissime crudelissimeque fecerat, is est vir & cuius optimus habebatur. Vfus autem est eadem fere loquendi forma Sallust. Iugurth. Ita quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est. & Terent. Heautont. Adelph.

7. Et Regum appellandorum largitionibus mouetur] Nota penes Consules fuisse Regum appellandorum potestatem.

8. Ad quem summa imperii redeat] Lib. 3. bel. ciuil. ad neminem unum summa imperii redit.

9. Quod neminem dignitate secum exaquare volebat] Hoc est quod Lucanus ait lib. 1.

Nec quemquam iam ferre potest Casarue priorem, Pompeiusque parem. — Et Velleius Paterculus lib. 2. histor. Nam neque Pompeius, ut primum ad Rempub. aggressus est, quemquam animo parem tulit, & in quibus rebus primus esse debebat, solus esse cupiebat.

10. Decurritur ad illud extremum atque ultimum S. C.] Sallust. Catilin. Itaque quod plerumque in atroci negotio solet Senatus decreuit, darent opera Consulibus ne quid Respub. detrimenti caperet. ea potestas per Senatum more Romano, magistratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnib.

modis socios, atque ciues, domi militiæque imperium atque iudicium summum habere. Cicero Catilin. 1. Simili Senatus consulto C. Marco & L. Valerio Cos. permissa est Respub. Permittebatur siquidem Respub. Consulibus cum decernebatur, ut videret, ne quid Respub. detrimenti caperet. vt & Dione obseruabat Ad. Tur. lib. 20. aduers. cap. 15. vide de hac formula Brisson. quoque lib. 2. & Iosephum Stephanum lib. 1. de v. nica relig. cap. 1.

11. Si qua hominum a quietate res ad otium deduci posset] Otium pro tranquillitate & quiete, negotium enim sollicitudo est, inquit Donat. ad Terent. And. act. 5. sec. 2. M. Tull. in Rullum ad Quirites: Ita iucundum est otium, ut & vos, & maiores vestri, & fortissimus quisque vir maximos labores suscipiendos putet, ut aliquando in otio esse possit, praesertim in imperio ac dignitate.

12. Paludatis votis nuncupatis excaui] De Paludamentis vide locum Varronis lib. 6. de lingua Lat. illustratum a Lipsio lib. 2. milit. Ro. dial. 12. & Brisson. lib. 2. de form.

13. Semper se Reip. commoda priuatis necessitatibus habuisse potiora] Idque fieri oportere ostendimus lib. 7. de bel. ciu. nu. 12.

14. Quoniam haec omnia nisi ad suam perniciem pertinerent?] Praefatio qua vtimur in indignationibus.

15. Aperto sanctiore arario] De quo Car. Sigonius lib. 1. de antiquo iure ciu. Rom. cap. 16.

16. Quod opidum Labienus constituerat, suaque pecunia exadificauerat] Numerat hoc Lipsius in magnitudine Romana lib. 2. cap. 15. Sed Labienum, quod diuitiis ac gloria auctus maiori cum fastu, quam pro imperio sese gereret, Caesari sibi exequari videns minus iam diligebat, quae illi a Caesare defectionis causa, si Dioni credimus libro 41.

17. Centurionibus euocatisque] Iungit plerumque istos lib. 3. de bello ciu. Ex Pompeianis cecidisse reperiebamus Centuriones & Euocatos complures. quia scilicet Euocati velut Centuriones fuere, & hoc honore atque insignibus affecti. De quibus plura Adrian. Turneb. libro primo aduers. cap. 9. Lips. lib. 1. de milit. Rom. dialog. 8. & libro primo de magnitud. Rom. cap. quarto.

18. Quod saepe in bello paruis momentis magni casus intercedant] Conuenit quod Hegesippus libro quarto cap. 2. ait: Exiguus momentis subito inclinari omnia, quae in bello geruntur. Quo magis communes belli casus recordari oportet, quam paruula saepe causa magna detrimenta intulerint, ut monet Caesari libro tertio de bello ciuili. & Liuius lib. 25. Nihil, inquit, tam leue est, quod non magna interdum rei momentum faciat. Hinc M. Tull. lib. sexto epistola 15. ad Ligarium si quisquam est timidus in magnis periculisque rebus semperque magis aduersos rerum exitus metuent, quam sperans secundos, is ego sum.

19. Quod

XXII 19. Quod in petitione consulatus ab eo erat subleuatus] Illustrat hunc locum Pet. Faber li. 1. Semest. cap. 20.

XXIII 20. Domitio reddit, ne cōtinentior, &c.] Magnum profecto exemplum continentiae, neque dissimile illud Fabricii apud Valer. Max. libr. 4. cap. tertio, qui a Samnitibus, quos uniuersos in clientela habebat, decem aris & quinque pondo argenti, totidemque seruos sibi missos, in Samnium remisit, cōtinentia sua beneficio sine pecunia pradiues, sine vsu familia abunde comitatus, quia locupletem illum faciebat, non multa possidere, sed modica desiderare. Quo spectat Horatianum illud lib. 4. ode 9.

Non possidentem multa vocaueris
Resio beatum, &c.

21. Iustumque iter conficit] Hirtius de bel. Afr. in princ. Caesari itineribus iustus confectis, scilicet quantum militari gradu vulgo solet. Veget. lib. 1. cap. 9. M. itari gradu viginti milia passuum, horis quinque, dumtaxat assisus consicienda sunt. Quid ergo in totum die? Si de triginta aut quadraginta dicam, non aberrem, inquit Lips. libro quinto milit. Ro. dialog. vndecimo, ex Polyano lib. 4. Strategem.

XXIV 22. Seruos, pastores armat, atque his equos attribuit] Supra paullo: in forum productos (gladiatores) Lentulus libertati confirmat, atque eis equos attribuit.

XXV 23. Insolentiam in circumscribendis Tribunis pl.] De circumscribendi verbo vide hic Hotom. Manut. nostrosque adeo Iurifconsultos.

XXVI 24. Ne noua Caesaris officia veterum suorum beneficiorum in eos memoriam expellerent] Verum esse hic locus inquit, quod scribit Plinius Secundus libro tertio epistol. 4. Ita natura comparatum esse, ut antiquiora beneficia subuertat, nisi illa posterioribus cumulata. Nam quamlibet saepe obligati, si quid unum neges, hoc solum meminerunt, quod negatum est. & Sext. Aurel. Victor: Amici, inquit, qui se merere omnia praesumunt, si quidquam non extorserint, atrociores sunt ipsis quoque hostibus. Eleganter Seneca epist. 82. Cupiditas accipiendorum obliuionem facit acceptorum.

XXVII 25. Summa ei belli administrandi permittitur] Supra lib. 5. bel. Gall. Summa imperii, bellique administrandi communi consilio permittitur Cassiellauno. Sine verbo administranda dixit libro tertio de bel. ciu. quod de consilii sententia summam belli rerumque omnium Pompeio permisit. & Probus siue Nepos in Pelopida: Cuius belli summa cum ei esset data.

XXVIII 26. Quod pignore animos Centurionum deuinxit] Nam Centurionum pecunia quasi pro pignore tenebatur a Caesare, ne ab illo ad Pompeium propinquantem deficerent. Prudens sane ac Politicum Strategema.

XXIX 27. Neque sine graui causa eum locum quem ceperant, dimitti censuerunt oportere] Λειποτάτας Graeci vocant loci seu ordinis desertores, & λειποτάτας eum locum in acie non tenuit, quod

capitale erat Cor. Tacit. lib. 13. Annal. qui signa reliquerat, statim capite poenas luebat. Plura Lipsius noster lib. 4. de milit. Ro. dial. 4. ex Iosepho, & Hegesippo.

28. Ut sine vrbibus ad exercitum non eant] Vide quae doctissimus Casaubonus adfert animaduersione in Sueton. Iulio cap. 57. vbi de Caesare: Si flumina morarentur, nando traiciens, vel immixta inflatis vrbibus. Quod non multo post sequitur: i maxinus ferreas, atque harpagones parauerant, sic ferramenta ea vocat Caesari, quae in proximam nauem recinendi causa iniiciuntur, vt & Liuius appellat lib. 26. & 37. ab V. C. Plinius lib. 7. cap. 56. vbi inventorem Anacharsim philosophum laudat. Frontinus lib. 2. c. 3. Strateg. C. Duillius, inquit, cum videret graues suas naues mobilitate Punica classis eludat, irritamque virtutem militum fieri, excoGITauit manus ferreas, quae vbi hostilem apprehenderent nauem, superiecto ponte transgrediebatur Romanus, & in ipsorum ratibus cominus eos iruculabat.

29. Nostros eludebat] Donat. ad illud Terentii Eunucho: Eludet vbi te victum senserit. Eludere, inquit, proprie gladiatorum est, cum vicerint. Cicero: quamdiu etiam furor iste tuus eludet? Eludere est finem ludo imponere. haec ille.

30. Possent tamen atque auderent flumen transire] Infra paullo: sese posse & audere ea transire flumen. Supra lib. 4. de bel. Gall. cui intelligeret & posse & audere populi Ro. exercitum Rhenum transire. vbi plura notabamus.

31. Itaque in auxiliariis cohortibus] Auxiliariam cohortem dixit M. Tull. de Prouinc. consul. Auxiliariis vndis Ouid. l. 1. Metamorph. Sequitur statim: Et vasa militari more conclamari, de quo more Brisson. lib. 4. de form.

32. Ut noctu iter facerent, posse prius ad angustias perueniri, quam sentirentur] Cautela caput est, vt per quae loca, vel quibus itineribus sit profecturus exercitus, ignoretur. Tutissimum namque in expeditionibus creditur, facienda ab hostibus nesciri. Veget. lib. 3. cap. 6.

33. Quod perterritus miles in ciuili dissensione, timori magis, quam religioni consulere consuenerit] Hanc sacramentum militare interpretor, quo in tenebris minus se teneri ignauus miles existimare posset. firmant sequentia.

34. Albente caelo] Virg. lib. 4. Aen. sic extulit: — ut primum albescere lucem vidit.

35. Hunc cum obliquo itinere cetrati petenerit] Intra: cetrus hac & Praetoria cohorte cetratorum. Cetrum quod proprie clypeorum genus, ex Isidoro Lipsius explicat lib. 3. milit. Ro. dial. 7.

36. Se sine pugna, & sine vulnere suorum rem committere posse] Supra lib. 2. de bel. Gall. dixit: committat intercluso, sine ullo vulnere victoria potiri. & libro 7 sine vestro sanguine, tantum exercitum victoribus fame pane consumptum videtis. Hirt. lib. 8. felicissime re gesta, sine ullo pane militis vulnere, sine caede & vulnere poeta Iuuen. sat. 10. Graeci uo ai muu

vi. ad. Sallust. exercitus incruento dixit bel. Iugurth. multis locis potitus, ac plerisque exercitu incruento. Idem fragmentis, Duces laudat, qui victoriam incruento exercitu deportarunt. & Cornel. Tacitus libro tertio histor. maiora, inquit, illis premia, & multo maximum decus, si incolumitatem Senatui populoque Romano sine sanguine quaesissent. Quo pertinet quod Veget. scribit lib. 3. de re milit. cap. 26. Magna dispositio est hostem fame magis urgere quam ferro. nam fames, ut idem ait cap. 9. intrinsecus pugnat, & vincit sapius quam ferrum. Sic Hamilcar apud Cornel. Nepot. Hostes suos eo compulsi, ut locorum angustiis classis plures fame quam ferro interiret. & Cæsar noster, ut auctor est Iul. Frontinus lib. 4. Strategem. cap. 7. dicere solitus, Idem esse sibi consilium aduersus hostem, quod plerisque medicis contra vitia corporum, fame potius quam ferro superandi.

37. Praesertim cum non minus esset Imperatoris consilio superare quam glorio] Congruit Cor. Tacit. lib. 1. Annal. Arma consilio temperanda esse. & libro secundo: magnos Duces plura consilio, quam vi perfecisse. libro quoque 13. plura in summa fortuna auspiciis & consiliis, quam telis & manibus geri. Apud eundem lib. 2. Annal. Tiberius se nonis ab Augusto in Germaniam missum plura consilio quam vi perfecisse testatur. Sic Sugambros in deditioem acceptos, sic Suenos, Regemque Maroboduum pace obstrictum. & Philippus ille Macedo magis de Imperatoria arte & conciliatis dextre benigno sermone hominum animis, quam auxiliarium viribus strenuitate gloriari solet, ut est apud Diodor. Siculum lib. 16. biblioth. histor. extremo. Et reuera parui sunt foris arma, nisi est consilium domi, teste M. Tullio 1. de Offic. Xerxem victum magis consilio Themistocles, quam armis Gracia auctor est Cornelius Nepos in Themistocle. Ea causa Imperatori perquam necessaria est sapientium virorum consuetudo. Extat tractatus Plutarchi, ἐπι μέγιστον τοῖς ἡγεμόσι θεῖον τὸν φιλόσοφον ἀγαθὴν δεῖν. & ipsi Agamemnoni regum regi fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiendis Nestorem, ut scribit Cicero lib. 9. epist. 14. ad Dolabellam.

38. Quibus saluis atque incolumibus rem obtinere malebat] Exemplum bonis omnibus Imperatoribus, ut ex doctrina quoque Senecæ in epistolarum sanguini tanquam suo parcent, sciantque homini non esse homine prodige utendum. ciue praesertim, quem unum seruare praestat, quam nulla hostes occidere, ut aiebat M. Antoninus Pius. Extat egregia eiusdem Senecæ sententia libro primo de clementia. Nullum ornamentum Principis fastigio dignius pulchriusque est, quam illa corona OB CIVES SERVATOS. & Plinius Secundus libro octauo, epist. 52. opidis firmissimum ornamentum vocat cineres. Extat Liuiæ dictum apud Xiphilinum; Εὐλαϊστὸν ἔστιν ἔ το πολεμῶν τὸ πολιτῶν αὐγαγεῖν, ἀλλὰ τὸ πολεμῶν τὸ πολιτῶν σωζειν, Laudabilium multo est atque gloriosius, multos cineres conser-

uare posse, quam occidere. de Ciuica vero corona vide Plinium Secundi auunculum lib. 16. natur. histor. cap. 4.

39. Armaque cum hominibus necessariis & consanguineis contulerint, conaqueruntur] Vt fit bello ciuili. Lucanus lib. 7.

— videre parentes
Frontibus aduersis, fraternaque cominus arma,
Cognatasque acies.

Seneca lib. 2. de ira: Castra ex una parte contraria, parentum liberorumque sacramenta diuersa. Dionys. Halicar. li. 6. Nihil est omnium confessione ciuili bello peius, in quo victos sequitur miseria, victores impietas, & alteri a carissimis perimuntur, alteri perdunt carissimos.

40. Per quem quisque eorum aditum commendationis haberet ad Cæsarem] Aditum sermonis dixit l. 5. de bel. Gall. qui aliquem sermonis aditum causamque amicitia cum Cicerone habebant. M. Tull. lib. 13. epist. 10. In omnibus, inquit, nouis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit, & qua commendatione quasi amicitia fores aperiantur.

41. Erant plena laetitia & gratulatione omnia] Nomen Plenus, Cæsar nunc cum sexto, nunc cum patrio generandique casu coniungit, ut & Hirtius. exempla passim obuia. Sed Cicero quoque Plenus auferendi casui saepe adiunxit, contra atq; Victorio placuit libro vigesimo sexto Var. lect. cap. 17. a quo dissentit M. Ant. Muretus lib. 17. Var. lect. cap. 4.

42. Qui tanta pericula vitasse] Ouidius lib. 4. metamorph.

Quantas vitari narrare pericula gessit.

43. Vt quicumque accidisset casus, hunc quieto & aequo animo ferret] Iuxta Euripidis monitum:

Μοχθὲν ἀειγνή· τοῖς δὲ δαίμοναν τύχαις
Ὅτις φέρει κηδῆς αἰὲν, ὀδύρ' ἄσφοδ'.
Dolere & affligi necesse, at qui Deum
Sortem optime fert, ille vir vero sapit.

44. Repentino periculo exterriti] Pronisi non perinde solent esse formidini. Veget. lib. 3. cap. 6. Vberius M. Tullius Tusculan. 3. de malis prouisis.

45. Neque sibi separatim a reliquis consilium captiuos] Prudenter. nam ut paullo supra, nullus ordo, nullum imperium certum, cum suo quisque consilio vitur.

46. Princeps in hac verba iurat] Id est, primus, ante omnes. ut alibi notamus. Festus: Praiurationes facere dicuntur, qui ante alios conceptis verbis iurāt, post quos in eadem verba iurantes, tantummodo dicunt. Idem in me. Est autem in verba iurare, sermo militaris, de quo vide Barn. Brisson, libro secundo form.


47. Et presenti malo aliis malis remedia dabantur] Scilicet e malis eligenda minima inermibus, ut ait Appian. lib. 1. de bel. Punico. quamuis apud Herodot. monet filia Periandri, μή τὸ κηρόν τῶ κηρόν ἴδῃ, noli malum medicari malo.

48. Ne ad ultimū supplicium progredi necesse habeat] Vltimum supplicium Iureconsultis mors est D. tir. de penis, Apuleio lib. 7. metamorph. extrema pena, Plinio in epistolis, & Suetonio in Iulio ultimæ pena.

49. Vt eo recurrant & id cupidissime petant quod paullo ante contempserint] Sic supra lib. 1. bel. Gal. Ariouistus quod antea Cæsari petenti denegauerat, vltro pollicetur. Apud Terent. And. Reputatus repetor. & Eunuch. Exclussit, reuocat. Sed plerumque eiusmodi hominibus accidit, quod apud eundem Comicum est Heautontimor act. 2. sc. 2. ut postea sero ac nequicquam velint.

50. Hanc unam atque extremam pacis esse conditionem] Optimam certe illi, qui grauissime Cæsarem offendissent. Sed ut eleganter scriptum reliquit Plinius Secundus lib. 9. epist. 21. Tunc præcipua mansuetudinis latus, cum ira causis iustissima est.

IO. BRANTII
AD LIB. II. C. IVLII CÆSARIS DE BELLO CIVILI
Notæ Politicæ.



Antecedebat testudo pedum LX & C.] Illustrat & explicat hæc Iustus Lipsius lib. 1. Poliorcet. dialog. 8.

2. Ut inanis latitantibus atque incognitis rebus magis confidamus] Omne ignotum pro magnifico est, ait

Cor. Tac. in vita Agricola. & Velleius Patere. lib. 2. histor. auditis vix laudamus libentius.

3. Vehementiusq; exterrimur] Supra lib. 7. Omnia plerumque, quæ obijunt vehementius omnium mentes perturbant.

4. Quos integros superauissent, ut victos contemnerent] Infra hoc lib. an qui incolumes resistere non potuerunt, perditii resistunt? Integros victis, incolumes perditis opponit. lib. 5. de bel. Gal. Integri & recentes milites defatigatis succederent. libro 3. bel. ciu. Ita cum recentes atq; integri desessis successissent. Docet autem hic locus vtile interdum esse hostem contemnerè, quod ea res robur & vires afferat militibus, ut Agefilaus censuit apud Xenophontem li. 3. de reb. Græc. non longe ab extremo. & eiusdem Agefilai factum inter strategemata retulit Polyænus lib. 2. hinc Cæsar l. b. 1. bel. Gal. Denique, inquit, hos esse eosdem, quibuscum sapenumero Heluetii congressi non solum in suis sedibus, sed etiam in illorum finibus plerumque superassent, qui tamen pares esse nostro exercitui non potuerunt.

5. Peni bona spei atque animi] Sallust. Iugurt. illi p. riter læxi ac spei bona pleni esse. Et Cæsar infra hoc ipso lib. reliquos, inquit, in posterum bona spe complet.

6. Victoriā ab Diis exposcerent] Hirt. de bel. Alexand. precibusq; & votis victoriā suis ab Diis immortalibus exposceret. rursum: cui Di immortales victoriā tribuissent. Liuius lib. 10. Annal. Deos pro se commississe bellam commemorantes Hirtusci frustrare animos. Scilicet omnium gentium animis hæc sententia infixā a solo Deo victoriā peti. qui, ut est lib. 2. Machabæor. cap. vlt. non secundum armorum potentiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriā. & lib. 1. cap. 3. non in multitudine exercitus victoriā belli, sed de celo fortitudo eius. Sic & pacem, & veniam a Diis peti consueuisse docet Bar. Brisson. lib. 1. de formulis.

7. Qui non in eius diei casta suarum omnium fortunarum euentum consistere existimaret] Libro 7. bel. Gal. Omnem Gallia salutem in illo vestigio temporis postam arbitrabantur. Rursum, Omnium superiorum dimicationum fructum in eo die atq; hora docet consistere. lib. 3. bel. ciu. monuitq; eius diei victoriā in earum cohortium virtute constare. Sallust. bel. Iugurth. illum diem aut omnes labores & victorias confirmaturum aut maximatum arumnarum initium fore. Corn. Tac. lib. 5. histor. illum diem aut gloriosissimum inter maiores, aut ignominiosum apud posteros fore.

8. Ne ad conandum quidem sibi quidquam reliqui fore viderent] Paulo infra: ut nullum aliud tempus ad conandum habituri viderentur. quod eo pertinet, ut fortissime cum hoste dimicent, quādo profugiendi nullam sint habituri commoditatem. Plura ad lib. 1. num. 44.

9. Et quibus in pugna vitæ periculum accideret, non multo se reliquorum ciuium fatum antecedere existimarent] Virum fortem & strenuum ad prelium acuit hæc cogitatio, belli periculo vitato sexcenta alia mortis genera etiam domi suæ desidenti impendere; quando ut canit Horat. lib. 2. ode 13.

Quid quisque vitæ, nunquam homini satis
Cautum est in horas.

longe itaque laudabilius esse pro patria fortiter pugnantem mortem oppetere, quam contra nitendo & repugnando vitam naturæ aut necessitati referuare. Illustrat hæc pluribus Dionys. Lambin. ad Horat. lib. 3. ode 2. ad versum:

Mors & fugacem persequitur virum.

adde quod apud Sallust. Iugurth. Sulla a Mauro rogarus uti noctu clam secum profugeret, incerta ac forsitan post paullo morbo interitura vitæ parcera turpi fuga recusat.

10. Nauem D. Eruti, qua ex insigni facile agnosci poterat] Cornel. Tacit. 6. Annal. credite vexisse Phryxum, sive id animal, seu nauis insignis fuit. Insigne, quia eo dignoscebatur nauis, cui & nomen inde. Græcis πυρροσημον ἑὸ πλοῖον. qualia & Strabo signa commemorat. Siquidem veteres in puppi sacrarium habebant, & veluti lararium, in quo Di nauis præfides, custodes, & quasi tutelares. hæc tutela nauis erat, & insigne, ut docet Turneb. lib. 19. aduerf. c. 2. Seruius ad illud Virg. li. 10. Æneid. Massicus arata princeps secat æquora puppi.

XII 11 Non enim has, aut conspectus patriæ] Respe-
ctus legunt nonnulli Codices, vt in Criticis nota-
uimus. Certe nomen & cōmemoratio, atque ipsa
adeo memoria patriæ et timido & ignauro fortem
facit & audacem. Homerus, *ὡς οὐρανὸς ἀπὸ τοῦ αἰθέρος*
ὡς οὐρανὸς ἀπὸ τοῦ αἰθέρος, Iliad. u. Vna autem optima pro pa-
triae pugnare tuenda. M. Tullius lib. i. de offic. Om-
nes omnium caritates patriæ una complexa est, pro
qua quis bonus dubitet mortem oppetere? Ideoque
hanc in preliis cohortationem permagni esse mo-
menti, si quis dicat pro patria bellum sumi, scri-
bit Lucianus in Encomio patriæ. Plura in adagiis
Chiliasfes.

12 Aut propinquorum præcepta] Nimirum vt,
quod ait Tacitus lib. 5. histor. pugnam capefferent
coniugum, parentum, patriæ memores. Supra dixit
de Massiliensibus: sed memores eorum præceptorū,
qua paullo ante ab suis acceperant. Hirt. de bell. Af-
ric. vt hoc maiori animo contenderent, quod omnium
salutem sibi commendatam viderent. eadem suam
quisque contubernalem, amicū, notum prosequens
erat obrestatus, ne suam &c.

XIII 13 Magno sibi esse præsidio posse, si pro castello ac
receptaculo turrim] Græcis est *ὄψις ὄψις*, ἐπιτε-
χισία. Vtroque vitur Xenophon lib. 5. *παρδείας*,
quem adhibet Guliel. Budæus Comment. linguæ
Græcæ. Certe Augustus accepto nuncio de elade
Vari, non aliam ob causam tam fœde consternatus
dicitur, vt caput foribus interdum alliferit,
vt testatur Sueton. in eius vita cap. 23. quam quod
nullum propugnaculum erat Germaniam inter &
Italiam, quod Germanorum impetum & incur-
siones retardare potuisset.

14 Vt est rerum omnium magister usus] Iisdem
pæne verbis Plinius lib. 36. natur. histor. cap. 2.
Vsu, inquit, efficacissimo rerum omnium magistro,
& Plinius minor lib. 6. epist. 29. nec me præterit u-
sum esse & haberi optimū dicendi magistrum. video
etiam multos paruo ingenio, litteris nullis, vt bene
agerent, agendo consecutos. Conuenit illud M. Tul-
li de oratore: Vsus omnium magistrorum præcepta
superat. Euentum stultorum magistrum vocat T.
Liuus lib. 22. Annal.

XIV 15 Id hæc ratione perfectum est, ubi turris alti-
tudo &c.] Fabricam hanc quasi ob oculos ponunt,
totumque Cæsaris locum explicant accurate Adr.
Turneb. lib. 11. aduersar. cap. 24. Franc. Hotma-
nius in notis suis, & I. Lipsius lib. 2. Poliorcet. dia-
log. 4.

16 Hanc insuper contignationem] Vitruuius lib.
5. cap. 11. Deinde insuper eam exaurationem pila
quam magna constituta fuerit, ibi struat. Gemina-
ta scilicet præpositio, qua boni auctores vtuntur,
adiuncto casu quem recipit vulgo *ro super*. sic-
cut inante, & alia.

XV 17 Inermes cum infulis] Sacra prælata mitiores
sepe hostium animos reddiderunt, & a crudelitate,
quam mente agitarant, auerterunt. Ita Iaddus
princeps sacerdotum apud Hebræos, Alexandro
Magno ad urbem Hierosolymorum vna cum exerci-

tu venienti, toto sacerdotum comitatu & sacris ve-
stibus exornatus occurrit. cuius splendore exter-
ritus Alexander Pontificem adorauit, ac tantum
abfuit, vt regionem aut sacram urbem diriperet,
vt maximis quoque beneficiis illam afficeret, vt
auctor est Iosephus lib. 11. antiquit. Iudaicar. cap.
8. Sed ne longe abeamus, de Alexandrinis Hirtius:
Sacris, inquit, omnibus prolatis, quorum religione
precarii offensus iratosque animos Regum erant soliti,
Cæsari occurrerunt seque ei dederunt. Cæsar in fi-
dem receptos consolatus &c.

18 Sese porta foras uniuersi proripiunt] M. Tull.
de Harusp. responsis: Exanguis atq; exastiuans se ex-
curia repente proripuit, cum quibusdam fractis iam
atq; inaxibus minis. Sallust. Catilin. Dein se ex-
curia domum proripuit. Vlpianus noster in l. 22.
quis sit fugitiuus. D. de ad lit. edic. cum dominū
animaduertet verberibus se afficere velle, proripu-
isset se ad amicū. vt recte eum locum emendat
Gulielm. Budæus, cum in vulgatis sit præripisset.
Terent Eunuch. act. 3. sce. 5. foras simul omnes
proripuit se dixit. Cæsar noster post paullo: portis
se foras erumpunt. vt Virgil. lib. 1. Georg.

Aut ubi sub lucem denja inter nubila sese
Diuersi erumpunt radii. — Lucret. lib. 4.
Tandem ubi se erupit nervus conclusa cupido.
Idem Cæsar l. bro septimo: qui primo clamore audi-
to, se ex opido eiecerunt. Hirt. de bel. Alexand. Om-
nes Alexandrinorum copia ex opido se eiecere. &
infra hoc lib. omnis sese multitudo ad cognoscendum
effudit.

19 Secundo magnosq; vento ignem operibus infe-
runt. Hunc sic aiistulit ventus] Lipsium ad lib. 5.
Poliorcet. dialog. 6.

20 Puncto temporis interit] Infra hoc lib. qua
pronunciatione facta, temporis puncto, sublevis an-
choris. Hirt. de bel. Afric. in puncto temporis om-
nibus legionariis &c. Rursum: puncto temporis
hostibus nullo negotio campo pulsus. Terent. Phorm.
act. 1. sce. 4. Tum temporis punctum ad hanc rem
mibi est. vbi punctum pro momento, & angustissi-
mo spatio. vt ibi Donat. M. Tullius pro A. Ce-
cinna: Is postquam hunc veneno prima potione su-
stulisset, non postea in urbe punctum temporis est
commoratus. Idem lib. 2. de natur. Deor. Con-
sules summum imperium statim deponere, quam id
tenere punctum temporis contra religionem &c. &
Philipp. 2. attende enim paullisper, cogitationemq;
sobrii hominis ad punctum temporis suscipe. Græ-
cis est *στυμὴ χρόνος*. Plutarch. *ὡς οὐρανὸς ἀπὸ τοῦ αἰθέρος*:
στυμὴ χρόνος πᾶς ὅστις ὁ βίος, Punctum temporis est o-
mnis vita. Horat. lib. 2. epist. 2. punctum hora
dixit, diei Lucretius libro quarto. Vestigium
temporis Cæsar libro septimo de bel. Gal. Ad rem
autem quod attinet, conuenit illud Senecæ epist.
91. Quicquid longa series multis laboribus, multa
Dei indulgentia struxit, id vnus dies spargit ac dis-
sipat.

21. Suam virtutem irrisui fore perdoluerunt] **XVI**
Hirtius.

Hirtius de bel. Alexand. hos quidem diuinus in no-
stis conspectu gloriari, magno nobis & dedecori &
dolori est. vbi nos plura. Adde illud Euripid.
Medea: *Ὁ δὲ γὰρ γυναικῶν τληνὸν ἐστὶν ἄνθρωπος*, Φιλæ.

22 Aggerem noui generis atq; inauditum] Illu-
strat hunc locum & explicat Iustus Lipsius lib. 2.
Poliorcet. dial. 3.

XVII 23 Atque hac ad eum latius atque inflatus A-
franius perscribebat] Lib. 3. de bel. ciuil. latius
inflatusq; multo, quam res erat gesta, fama perce-
buerat. Notauimus de hoc aliquid ad lib. 7. nu-
mero 1.

XVI 24 Tribunis mil. centurionibusque] De qui-
bus Lipsius lib. 2. de milit. Rom. dialog. 9.

XVII 25 Graui etiam pestilentia consuetari] Supra
lib. 1. de bel. ciu. vt nostri magna inopia rerum ne-
cessariarum consuetarentur. infra lib. 3. bel. ciuil.
consuetari tempestatibus & sentina vitii. Hirtius
de bel. Afric. graui annonæ sunt consuetari. Corn.
Tacit. consuetari tempestatibus dixit. fortuna con-
suetari M. Tullius libro decimo ad Atticum epi-
stol. 4. & Corn. Nepos Timoleonte, qui & in Pe-
lopidæ, consuetari est, inquit, cum aduersa forti-
tuna. Molestia consuetari idem Tullius in Liga-
riana.

26 Sese dedere sine fraude constituunt] Nullo
fraudis, doli mali, vel simulationis interuentu, vt
paullo ante Massilienses fecerant.

XVIII 27 Pedibus Adrumetum profugerat] Supra
paullo: pedibus Narbonem atq; inde Massiliam per-
uenit. quod est pedestri itinere. infra hoc lib. vt ne-
que pedestri itinere, neq; nauibus commeatu iuuari
possint. terrestri itinere dixit Hirtius de bel. Ale-
xand. Magna Cæsari præsidia terrestri itinere Syria
Siciliaque adduci. idem paullo post: itinere pede-
stri.

XIX 28 Vniuersi exercitus conclamatione Imperator
appellatur] Lib. 3. bel. ciuil. Pompeius eo prælio
Imperator est appellatus. Hirt. de bel. Hispan. Ita
ante diem xi. Kalend. Marti opido potitus Impera-
tor est appellatus. Vide de more Imperatoris ap-
pellandi Franc. Hotman. ad Instit. iur. præfat. &
Briffon. lib. 4. de formul. & P. Valtrinum initio
lib. 5. de re milit.

XX 29 Qua voluntus & credimus libenter] Idem
supra lib. 3. de bel. Gal. fere libenter homines, id
quod volunt credunt. vbi plura num. 28. Adde
Quintilianum illud lib. 6. cap. 4. Sed id quia volunt,
credunt quoq;.

XXI 30 Nam is variis hominum sermonibus celeriter
augetur] Fama plerumque auget, lib. 3. bel. ciu.
latius inflatusque multo, quam res erat gesta, fama
percrebuerat. Rursum: sed eo fama iam præcurre-
rat, quæ supra docuimus, de bello Dyrrhachino, quod
multis auxerat partibus. M. Tullius lib. 2. epist.
19. ad Attic. neque tantum, inquit, est in re, quan-
tus est sermo. Seruius ad illud Virgil. lib. 11. Æneid.
Deletas Volscorum acies, falsum est, inquit, tantum
enim fugerant, sed vim exprimit nuncii, cuius mos

est plus quam habet veritas, nunciare.
31 Et ad id quod ab alio audierat, sui aliquid ti-
moris addebat] Plinius lib. 8. epist. 20. Nunquam,
inquit, defuerunt, qui factis mentitisq; terroribus ve-
ra pericula auerent.

32 Quam desertos & circumuentos a suis grauis-
simum supplicium pati] Multum refert, vt auctor
est Tacitus lib. 3. histor. milites nouissimum spiri-
tum per ludibrium & contumelias effundant, an
per virtutem. Hinc apud Hirtium bel. Afric. Rex
Iuba & Petreus desperata salute, vt per virtutem
interfecti esse viderentur, ferro inter se daptugnat.
Æschin. orat. de falsa legat. *Ὁ δὲ θεὸς δεινὸν αἰδῶν*
ἢ αἰδῶν τῆν ἀλθουτῶν ὕβρις φασεσθ. Non est grauis
mors, sed interitus contumelia metueda. quæ, vt
scribit Cicero Verrina 7. habet aculeum quendam,
quem pati prudentes ac viri boni difficillime pos-
sunt.

33 An non uti corporis vulnera, ita exercitus in-
commoda sunt regenda] Vide ad hunc locum e-
gregia & illustria exempla apud Frontinum lib. 2.
strateg. cap. 7. Hirtius de bel. Hispan. Signifer de
legione prima transfugit, & nunciavit, quo die e-
questre prælium factum esset, suo signo perisse homi-
nes xxxv. neque licere castris Cn. Pompeii nunciari,
neque dici: crisse quemquam.

34 Cc naues onerarias adduxerim] Naues one-
raria dictæ, quod essent oneri ferendo idoneæ, &
φορτηγῶν Græcis. Onerariae autem ad frumentum
vehendum aptæ, frumentariae dicuntur. Græcis
ειρηγῶν. Cæsar lib. 3. de bel. ciu. nauemque frumen-
tariam conscendit. De quibus vide Lazar. Bay-
sium lib. de re nauali.

35 Et suam fidem virtutemque experiri] Duo
hæc in milite imprimis requiruntur ἀρετὴ καὶ πίστις,
virtus & fides, vt in belli duce virtus & fidelitas.
ideoque a bonis scriptoribus plerumque copu-
lantur. Hirtius de bello Alexand. in opidum ma-
ritimum, quod cines Romani fortissimi fidelissimi-
que incolebant. Rursum: Cassius fidei magis quam
virtuti legionum confidebat. Plura aliunde Petr.
Faber exempla collegit libro primo semest. cap.
19. Sequitur: Curio exercitum in castra reducit, XXXV
suis omnibus præter Fabium incolumibus, ex nu-
mero aduersariorum circiter DC interfectis.] Non
Deus quisquam se ducibus pro salute omnium, qui
certamen ineunt, sponsores sistit, nec ea conditione
imperium accipimus, vt omnes homines deuincam-
mus, nullo ex nostris amisso. Dionys. Halicarnas.
libro 8.

36 Erat in opido multitudo insolens belli] Id
est, infueta. M. Tullius libro primo de oratore:
ea requiruntur a me, quorum sum insolens atque
ignarus. Sallustius: qua tametsi animus asper-
nabatur insolens malarum artium. Idem libro
primo histor. Genus armis ferox, & seruitii insoli-
tum, dixit. & Cæsar infra hoc ipso lib. infueta
operum.

37 Ne sua pertinacia omnium fortunas perturbare vellet] Supra lib. 5. bel. Gal. ne sua diffensione & pertinacia rem in summum periculum deducant.

XXXVII 38 Sed aliquandiu fides fieri non poterat, tantam habebat rerum suarum fiduciam] A qua victori imprimis cauendum. sit enim plerumque ut aliquod vulnus per nimiam fiduciam accipiatur, vt Tacit. scribit in vita Agricolæ. quemadmodum hic Curioni accidit. Eleganter Ioseph. lib. 1. de bel. Iudaico cap. 14. τὸ αὐτῶν πεποιθὲς ἀφ' ἑλπίων, Nimis confidens incautus est. & Hegeippus lib. 1. cap. 32. Incauta, inquit, semper nimia presumptio, & sui negligens. Timor autem prospicere futuris admonet, & diligentiam docet. Plura ad lib. 3. de bel. ciuil. num. 39.

XXXIX 39 Vt de suis homines laudibus libenter predicant] Ennius: Omnes mortales sese laudari exoptant. Xenophon: ἡδίστον ἀκούειν ἑσέλαιος, id est, res incundissima auditu, laus. quod a Plinio relatum extat lib. 7. epist. 31. M. Tullius orat. pro Archia poeta, Trabimur, inquit, omnes laudis studio, & optimus quisque maxime gloria ducitur. Themistoclem ibidem narrat interrogatum quod acroama, aut cuius vocem libentissime audiret, eius respōditse a quo iua virtus optime predicaretur.

XLI 40 Sed peditatu duntaxat procul ad speciem vritur] Supra paullo: & paucis ad speciem tabernaculis relictis.

XLII 41 Vnam vt in miseris rebus spem reliquam saluti esse arbitrat] Lib. 3. de bel. ciu. atque ipsa spes inopiam sustentabat, quod celeriter se habituros copiam confidebant. Florus lib. 4. cap. 7. Magna indolis signum est sperare semper. M. Tullius Catilin. 4. Spes sola homines in miseris consolari solet. & libro 2. epistola ad M. Coelium: in communibus miseris hac tamen oblectabar specula, id est, parua spe. rursum lib. 9. epistola 12. Egrotodum anima est, spes esse dicitur. Cornel. Tacitus lib. 2. histor. Fortes & strenuos etiam contra fortunam insistere spei. Nota Hesiodi de dolio Pandora fabula.

42 Nunquam amisso exercitu &c. se in eius conspectum reuersurum confirmat] Supra lib. 8. statuisse Comius dicebatur nunquam in conspectum cuiusquam Romani venire. eodem lib. extr. vt timori suo concedatur, na in conspectum veniat cuiusquam Romani.

I O. BRANTI I
AD LIBRVM III. IVLII
CÆSARIS DE BELLO CIVILI
Notæ Politicæ.



oc & ad timorem nouarum tabularum tollendum] Refert Suetonius in Iulio cap. 42. Sunt autem noua tabula Græcis ἡγῶν δῆμιον, quomodo eas & Cicero nomi-

nat lib. 7. epistola ad Attic. quasi aris alieni refectio; quæ & Σεισάχθεια dicitur Plutarch. in Cæsare. vide Galiel Budarum Commentar. linguæ Græcæ.

2 Et grauis Autumnus in Apulia] Horat. lib. 2. sat. 6.

Autumnusque grauis, Libitina questus acerba, quippe eo mense Auster plerumque fauens complures in morbum trahit, vt idem poeta canit l. b. 2. Ode 14.

Frustra per Autumnos nocentem Corporibus metuemus Austrum.

Infra hoc ipso lib. Multos Autumni pestilentia in Italia consumpsit. Causam pete ab Aristotele lib. 2. problem.

3 Omnem exercitum valetudine tentauerat] Tentari morbo dixit M. Tullius Tuscul. 4. Illud inquit, animorum corporumque, dissimile est, quod animi valentes morbo tentari non possunt, corpora possunt. & Horat. lib. 2. sat. 3.

Quod latus aut renes morbo tentantur acuto.

4 Quod vacuum a bello, atq; ab hoste otiosum fuerat] Coelius ad Ciceron. lib. 10. epist. ad Attic. Eligas censeo aliquod opidium vacuum a bello. Hirt. lib. 8. bel. Gal. ne qua pars Gallia vacua ab exercitu esset.

5 In his pleriq; Hippotoxota] Eodem verbo vsus est Hirtius de bel. Afric. sagittariis ac funditoribus, hippotoxotisq; compluribus. ἵπποτοξότες autē Græci vocant equites sagittis ex equis vtentes.

6 Scilicet post discessum Liburnarum] Vide de Liburnis seu Liburnicis nauibus, aliisque nauigiorum generibus, post Vegetium libro 4. qui de his copiose scripserunt, Lilius Gregor. Gyrard. & Lazar. Bayssium. & Dionys. Lambin. ac Torrentium ad illud Oda 37. li. 1. car. Saxis Liburnis. & 1. Epod. Ibis Liburnis inter alia nauium.

7 Ad extremum auxilium descendunt, seruosque omnes puberes liberauerunt] Id est, libertate donarunt. quod factitabant quoties ad arma illos vocarent, quibus aliter militare non licebat. Extat lex Gratiani, Valentiniani, Theodosii Imperatorum lib. 7. Cod. Theod. tit. 2. Ad militiam nullus adspiret, nisi quem penitus liberum aut genere aut vite conditione inquisitio cauta deprehenderit. Alia lib. 7. tit. 13. Inter optimas lectissimorum militum turmas neminem e numero seruorum dandum esse decernimus. L. Annæus Florus lib. 2. Epit. cap. 6. Arma, inquit, non erant, detracta sunt templis: deerat iuuentus, in sacramentum militia liberata seruitia. Sic a Scipione Africano maiore, vt in eius vita scribit Plutarchus, post cladem Cannensem trecenti serui bello gerendo idonei manumissi sunt.

8 Et presertim mulierum criminibus] In Capitolii obsidione idem factum narrat Vegetius libro 4. cap. 9. cum neruorum, inquit, copia defecisset, matrona abscissos crines viris suis obtulere pugnantibus, reparatisq; machinis aduersariorum impetum repulerunt. Maluerunt enim pudicissime fœmina deforma-

deformato ad tempus capite libere viuere cum maritis, quam hostibus integro decore seruire. L. Florus lib. 2. epit. cap. 15. de Carthaginensibus exire & finibus migrare iussis: Qui rebellaniam, inquit, fuerit furor, vel hinc intelligi potest, quod in vsum noua classis, testæ domusque resciderunt: in armorum officini aurum & argentum pro are ferroq; conflatum est: in tormentorum vincula matrona crines suos contulerunt. Plura adhibet Lipsius lib. 3. Poliorcet. dialog. 3.

9 Et pares ambo viderentur] Pares autem videtur qui non fecerunt inter se periculum virium ait Q. Curtius lib. 7.

10 Neq; fore aqua parte contentum, qui se omnia habiturum consideret] Nimirum quia cupiditatis sitis, vt Seneca ait, neque ambitio vnquam expletur. & Thuc. li. 4. Adepti, inquit, aliquid inexpectati boni, semper propter presentē ex inopinato prosperitatem sperantes maiora concupiscunt. Agathias li. 1. hominum animi in plus habendi cupiditatem & iniuriam pro laboribus bellis & tumultibus omnia miscent, atque hinc interitus multa que gentium interuenciones eueniunt, innumeraq; alia calamitates oriuntur.

11 Atq; mutatis ad celeritatem iumentis] Infra hoc lib. & nisi eo ipso tempore nuncii de Cæsaris victoria per dispositos equites essent allati. Vetus inuentum. vt per dispositos equos, & certas stationes current. quod tangit Iustus Lipsius cent. 3. ad Hispan. & Italos epist. 59. Narrat & Capitolinus de nuncio, qui mutatis animalibus eucurrit, vt eadem Maximini Romanis nunciaret. Extat & tit. lib. 12. Cod. de cursu. publico. Apud nos hodie cursum publicum, non vehiculis, vt olim, sed singularibus equis conficiunt, & pro locorum ac diuersiorum ratione sua habent curricula maiora vel minora, eaque ratione mansiones distinguunt. postas vocamus, vt & Galli; Itali cursu. Ius autem instituendi cursus publicos pænes Imperatorem & Reges est.

12 Ne Cæsar ora maritimæ ciuitates occuparet] Lib. 5. bel. Gal. omni ora maritimæ celeriter ad sua sententiam perduca. Maximi scilicet momenti est maritimum imperium, & ex militia naualis vsu, facilius longe terrestri. Testantur historie eos qui mari plurimum possent, celeritate & magnitudine rerum gestarum aliis gentibus longe prestitisse. Ideoque magnorum Principum cura fuit ad bellum antiquissima naualis apparatus, quo pacto oram maritimam obseruare, portus occupare, fluminum fauces munire possent. in summa efficere, auctore Thucydide ne qua gens, alia illis classe prepolleret. Ita. n. se res habet, quisquis dominus maris est, is rerum potiatu oportet. Vide Aristot. lib. 7. polit. cap. 6. Hinc Alexandrini prælio nauali a Cæsare superati, classis reparanda: (qua illa tota fere peritura erat) cogitationem non deposuerunt, videbant enim non auxilia Cæsaris, non commentus supportari posse, si classe ipsi valerent, vt scribit Hirt. de bel. Alexand. Circumfertur Cosmi de

Medicis Hetruriæ ducis dictum: Vn Principe non si puo chamar grande se non epotente in mare. apud Boterum.

13 Quod is iracundia summa erat] Præclare M. Tull. epist. 1. ad Q. fratrem eo ipso vitio laborantem, Quod vitium, inquit, cum in hac priuata cotidianaq; vita leuis esse animi, atq; infirmi videtur, tū vero nihil est tam deforme, quam ad summum imperium etiam acerbiter natura adiungere. & lib. 1. de offic. Ira procul absit, cum qua nihil recte fieri, nihil considerate potest. Proinde Plutarch. in Romulo, ὀργῆς τῆς ἀρετῆς ἐναντίον vocat. & Cupidinem atque iram pessimos consultores nominat. Sallust. bello Iugurth. apud quem Catilinar. Cæsar noster, Omnes homines, inquit, qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira atque misericordia vacuos esse decet. haud facile animus verum prouidet, ubi illa officiant. Quinetiam, vt hic statim subiicitur, res maxima spei maximeque utilitatis iracundia impediuntur.

14 Interea manerent inducia, dum ab illo rediri possent, neue alter alteri noceret] De induciis Varro lib. de bello & pace, apud A. Gellium lib. 1. cap. 15. Græcis ἐπιχειρία.

15 Ad neminem unum summa imperii redit] T. Liuius lib. 38. Annal. neminem unum ciuem tantū eminere debere, vt legibus interrogari non possit. Idem lib. 32. non modo quemquam unum elicit ad suadendum.

16 Vt id agerent ne ciues cum ciuibus armis decerarent] Sallust. Catilinar. Iurgia, discordias, iras, simultates, cum hostibus exercere oportet, ciues cum ciuibus de virtute certare.

17 Summissa oratione loqui de pace, atq; altercari cum Vatino incipit] Non video, inquit Hotman. quomodo vel flumine interiecto loqui summissa oratione possit Labienus. vel Altercandi verbum cum oratione summissa, aut exitu colloqui turbulento conuenit. Sed oratio summissa hic accipienda est pro modesta, atq; humili, minimeq; tumida & inflata, non pro voce pressa, minime clara aut elata vt docet Rob. Titius lib. 4. locor. controu. cap. 10.

18 Incolumes ad nostros se receperunt] Ex quo iudicari potest quantum habeat in se boni constantia. Vt vere ab Ennio dictum: Fortibus est fortuna viris data. Et Virg. lib. 10. Audentes fortuna iuuat.

19 Pontones, quod est genus nauium Gallicarum] Meminit A. Gellius li. 10. cap. 25. vide Lazar. Bayssium & Lil. Gyrard. de re nauali.

20 In capita singula seruorum ac liberorum tributum imponebatur] De Caligula Suetonius cap. 40. Vestigalia noua atque inaudita exercuit nullo rerum aut hominum genere omisso, cui non tributi aliquid imponeret. Quid? In singulis humani corporis membris idem a Frotone Danię Rege factum legimus apud Saxonem Grammaticum. Eotusque progreditur infatigabilis hominum auaritia, latentium indagatrix lucrorum, manifesta præda auidissima vorago, nec habendi fructu felix, & cupiditate quærendi miserima. vt eam

fuis vere coloribus describit Valerius Maximus lib. 9. cap. 4. Tributum *Prinariū* commentus est Vespasianus, notusque eius iocus cum pecuniā ex prima pensione filio ad nares admouisset, apud Sueton. in eius vita cap. 23. & Iuuenalem. Idem *fimo equino* vectigal imposuit, si verum est quod Tzetzes narrat Chiliade prima. Pro *umbra* quoque exactum, Plinius lib. 12. cap. 1. Pro *aere* à Pescenio Nigro, Spartianus testatur. *Fumarii tributa* a Nicephoro Phoca imposti meminit Zonaras. & quis non miretur vectigal quod *foricarii* exercebant? cuius meminit Iuuenalis Saty. 3.

inde reuersi

Conducunt foricas, & cur non omnia? Eleganter Basil. in Parænet. Pecunia non ex oppresione, neque ex lacrymis subditorum corradenda.

21 *Columnaria*] Cæsar ipse olim legem tulerat de pendendo *columnario*, id est, tributo in singulas columnas, quo sic ab infans ædificiorum sumptibus Romanorum animos reuocaret. de quo Cicero libro decimotertio ad Attic. epistol. incip. *de aqueductu probe fecisti. columnarium vide ne nullum debeamus. quamquam mihi videor audisse commutatam esse legem.* Idem nunc Scipionem grauitertaxat quod in Asia *columnaria* imperaret.

22 *Suo etiam priuato compendio seruiabant*] De suis temporibus Saluianus lib. 5. *Exactionis, inquit, publica nomen in questus proprii emolumenta vertebant, & indictiones tributarias pradas suas etiam faciebant, adeo ut tributis oppressi multi ad barbaros deficerent.*

23 *Præterea Ephesi a fano Diana depositas antiquitus pecunias Scipio tolli iubebat*] Supra libro 2. de bel. ciuil. *pecuniam omnem omniaque ornamenta ex fano Herculis in opidum Gades contulit. Rursum: pecunias monumentaque qua. ex fano Herculis collata erant in priuatam domum, referri in templum iubet.* Infra hoc lib. 3. T. *Ampium conatum esse tollere pecunias Epheso ex fano Dianæ.* Solent enim olim & Græci & Romani pecunias publicas priuataeque, & res quascunque alias carissimas habebant, in templis deponere, Deorum fidei eas credere se ac committere existimantes. Iuuenal. Sat. 14.

arata nullis in arca

Nummus, & ad vigilem ponendi Castora nummi De templo pacis idem testatur Herodian. lib. 1. vide Ioan. Brodæum lib. 4. Miscell. cap. 17.

24 *In quibus ad libram fecerat turres*] Quid sit ad libram turres facere explicat Hotmanus: vt sit facere turres eadem altitudine qua sunt aliæ cum quibus conferuntur. *Libra* enim, vt docet Turneb. libro quinto aduersar. cap. 5. interdum altitudinem & fastigium significat, propter perlibrationem aquarum. Frontinus de aquæ ductibus lib. 1. *aqua omnes diuersa in urbem libra perueniunt.* id est, diuersa altitudine. Solere autem nauibus imponi turres ad libram, non solum ad proram sed etiam ad puppim auctor est Appianus in

bellis ciuil. *ἡ πύργος ἐπὶ τῆς πρῶτης καὶ τῆς ὑστερῆς ἐν κατὰ πρῶτον, turres in nauibus habebant, & ad proram & ad puppim.* quæ ob id dicta *turrita* a Virgilio lib. 8. *Æneid.* extremo:

Tanta mole viri turritis puppibus instant.

vbi Seruius interpres: hoc de historia traxit; nam Agrippa primus hoc genus turrium inuenit, vt de tabulatis subito erigerentur, simul ac venturum esset in prælium, turres hostibus improuisa.

25 *IV Biremes subiectis sentulis impulsas*] Hunc locum explicat & restituit Adr. Turneb. lib. 27. aduers. cap. 24.

26 *Castellis enim xxiv effectis, xv millia passuum circuitu amplexus*] Lipsium adi in analect. lib. 5. de milit. dialog. 13.

27 *Aut ex subcoactis*] Lazarus Baysius *subcoacta* hic dici putat, quæ Vlpianus in l. *argumento D. de aur. & arg. leg. coactilis* vocat: Plinius *lanas coactas* lib. 8. cap. 48. in verbis: *Lana per se coacta vestem faciunt, et si addatur acetum, etiam ferro ressuunt.* quæ verba aditer cum Cuiacio lib. 5. obseru. cap. 17. legit Petrus Faber lib. 1. semestr. cap. 11. vt sit: *Lana & per se coactam vestem faciunt.* quod etiam laudare videtur Petrus Ciaccorius. *Subcoacta* autem esse nostra hodie Feltra vult Lipsius lib. 3. de milit. dialog. 5.

28 *Est etiam genus radices inuentum &c. quod appellatur Chara*] Vide super hoc loco Adr. Turneb. lib. 24. aduersar. cap. 7.

29 *Quod admixtum lacte*] Compositum veteribus pro simplici miscere, temperare, iungere visitatum, vt auferendi iungatur casui. Cicero lib. 2. de natura Deor. *aera multo calore admixtum esse.* Sequitur: *ex hoc effectos paxes, cum in colloquiis Pompeiani famem nostris obiecerent, vulgo in eos iaciebant, vt spem eorum minuerent.* Exempla similia profert Sex. Iul. Frontinus lib. 3. strateg. ca. 15. Valer. Max. lib. 7. cap. 4. *Quibus adde quod refert Egesippus lib. 3. cap. 10. cum Vespasianus Iotapatam vibem arcta obsidione premeret, & ductus omnes aquarum obstruxisset, ne in urbem mearent, commentum Iosephus detulit vt infusa vestes muro suspenderentur, quo paulatim rorantibus aquis crederetur illis non deesse ad potum, quod abundaret ad lauacrum vestimentorum.*

30 *Militaribusque donis amplissime donauit*] Milites præmiis ad virtutem incitandi, de quibus Alexand. ab Alexandro videndus lib. 4. genial. diar. cap. 18. ibidemque Tiraquellus, Iustus Lipsius lib. 5. de milit. dialog. 17. Isaacus Casaubonus in Sueton. August. donorum militarium atq; ad eo omnium præmiorum, duo esse genera tradit. *Quadam*, inquit, *ἡ μὲν ὀνειδος solum habent, vt palma, ἡ δὲ ἄλλος, hasta pura, corona graminea, vel quernea.* *Et id genus per se nullius pretii vel parui, sed qua in pretio habentur, propter id quod per illa significatur.* In quibusdam inest *ἡ κτηματῶν & ἡ δόσις & ἡ πῦσις ὀνειδος coniunctim, hac proprie δῶρον appellat Aristoteles.* De formulis donorum militarium benemeritis dandorum copiose Briffonius lib. 4.

31 *Falsum*

31 *Falsum ab his equitum numerum deferri quorum siperadium auerterent*] Itaque ad cautionem, quia militum multi per comæatus aut qua alia causa diffiuunt, multi casu aut ferro pereunt, solet olim numerus militum cottidie ad Imperatorem referri, vt omni tempore sciat vires suas, & quid militum ad manum. quod ex Appiano lib. 5. ciuil. & Seneca de tranquillitate cap. 8. probat & cauto duci imitandum proponit Iustus Lipsius lib. 5. de milit. dialog. 9.

32 *Et quid a quoque fieri velit precipit*] *Præcipere* hic dicit, quod alibi edocere, ostendere. lib. 3. bel. Gal. *Et quid fieri velit, edocet. lib. 5. quid fieri velit, ostendit. lib. 7. quid fieri vellet, ostendit.* Cicero pro Muræna: *quod si e portis soluentibus ii qui iam in portum ex alio inuehantur, præcipere summo studio solent & tempestatum rationem, & prædonum & locorum.*

33 *Erat obiectus partis eritius*] De eritio vide P. Victor. lib. 24. Variar. cap. 1. Hotoman. in notis ad hunc actorem, I. Lips. lib. 5. Po iorret. dialog. 4. *Eritius militaris, inquit, nihil aliud quam transuersaria ad portas trabes, aculeis confixa, eaq; versatiles, quarum & hodie usus.*

34 *Tum præcipuus in bello paruis momentis magnas rerum commutationes efficit*] Supra lib. 1. de bell. ciuili: *Et tam paucis diebus magna erat rerum facta commutatio, ac se fortuna inclinauerat, vt &c.* Corn. Nepos in Alcibiade: *tanta commutatio rerum facta est, vt Lacedæmonii, qui paulo ante victores vigerant, perterriti pacem peterent.*

35 *Neque vlla rerum commutatio possit accedere*] Audi Liuium lib. 30. *Si in secundis rebus bonam quoque mentem darent Dii, non ea solum qua euenissent, sed etiam qua euenire possent, reputaremus.* Monet Demonicum Isocrates: *ἡ μὲν γὰρ κερδὴ εἰρηῆς αἰθρῶν πινῶν βέβηκεν οὐδὲ τὸ εὐτυχῶν εἶναι ἀδελφῶν, οὐτὲ δὲ συζῶν ἀδελφῶν.* Existima nullam esse rerum humanarum stabilem ac firmam, sic enim neque rebus secundis latitia effugere, neque aduersis morore contabescere.

36 *Cuiusuis potius quam sua culpa debere tribui*] Cæsar hęc propria laus (quæ & Iphicrati ab Æmilio Probo adscr. bitur) quod nullquam sua culpa male rem gesserit. Hirt. de bel. Hispan. *Quod cum a Cesare esset animaduersum, ne quid temere culpa sua secus admitteretur. Ea autem molestissime ferre homines debent, qua ipsorum culpa contracta sunt, vt scribit Cicero lib. 1. epistol. 1. ad Q. Fratrem. vnde apud Hirtium de bello Africano, Rhodiū totum onus subire non recusabant, ne quod suarum culpa detrimentum acceptum videretur.*

37 *Detrimentum in bonum verteret*] Liuius lib. 10. *Auspicia in bonum verterunt.* Et lib. 39. *Hac in perniciem adolescenti verterunt.* Sallust. Catilin. *ne ista vobis mansuetudo & misericordia, si illi arma coeperint, in miseriam vertet.*

38 *Contra ea Cæsar*] Vsurpat hanc locutionem

Probus in præfat. *Contra ea pleraque nostris moribus sunt decreta, qua apud illos turpia petantur. & in Alcibiade: contra ea si quid aduersi occidisset, pro eo quod alii scriptores, contra, dicunt.*

39 *Imque inter se palam de præmiis ac sacerdotiis contendebant &c.*] *Mox: nec quibus rationibus superare possent, sed quemadmodum uti victoriis deberent, cogitabant.* Celebratur Græcorum adagium *Πρὸς τὸν ἕκαστον τὸ ἐγκώμιον ἔδδεις, ante victoriam encomium canis.* Fiducia nimia in bello prosperi exitus male cessit multis, in his M. Antonio apud Florum lib. 1. cap. 7. qui *Cretam inuasit cum ingenti victoria spe atque fiducia, adeo vt plures catenas in nauibus, quam arma portaret, sed pœnas dedit recordia.* Nam plerasque naues inuicere hostes, captiuæque corpora religata velis ac funibus pendere, ac sic velificantes triumphantium in modum Cretes portibus suis adremigauerunt. Notus Apologus, qui vrsi pellem, nisi capta primum fera, vendere vetat apud Philip. Cominæum lib. 5. Commentar. de rebus gestis a Ludouico xi. Galliarum Rege. *Imprudensium fiducia est,* ait Seneca lib. 4. de benefic. *fortunam sibi spondere.*

40 *Extra consuetudinem*] Pro contra vel præter consuetudinem. quod notabat Petrus Faber lib. 2. semestr. cap. 18.

41 *Iurauit se nisi victorem in castra non reuersurum, reliquosque ut idem facerent, hortatus est*] Illustrat hæc Briffonius lib. 4. de formulis, vide & notata ad lib. 7. num. 67.

42 *Ad hunc modum aciem eius instructam animaduertit*] Torum huaclocum de Pompeii & Cæsaris acie lustrat & purgat Iustus Lipsius lib. 4. de milit. dialog. 8.

43 *Sequitur me, inquit, manipulares mei qui fuistis*] Ait, qui fuistis, aut quia ipse Crastinus euocatus iam non iis præerat, aut quia iā illi non essent sic vocandi, non vltra scilicet gregarii, sed veterani, & insignes. Lipsius lib. 1. de milit. Ro. dialog. 8. vide eundem de *manipulis militum* dialog. 2. Erat autem inter militares voces *Sequere miles.* Liuius lib. 3. Annal. *Accelerat signifer, sequere miles.* Briffonium vide de tormulis. in quibus & illa, *Qui Rempubl. saluam esse vult, me sequatur.*

44 *Clamoremque vniuersi tollerent, quibus rebus & hostes terreri, & suos incitari existimauerunt*] Supra lib. 7. bel. Gal. *multum ad terrendos nostros valuit clamor.* Hirtius de bell. Hispan. *congressus enim & clamor, quibus rebus maxime hostes conterrentur &c.* De clamore militum sub pugnam vide Agellium libro primo capite vndecimo, & plenius Iustum Lipsium lib. quarto de milit. dialog. vndecimo. qui in analectis docet gentis aut patriæ nomen subinde acclamatum, vt nunc ab Hispanis in rixa aut concertatione solet.

45 *Argenti pondus expositum*] Præter triclina strata, siue trichilas stratas (vt legi alias notamus in critic.) Cæsar in castris Pœpii capit argenti expositum

quod non admisit frugalitas castrensis, certe non copiosum. vt ex Livio aliique docet Lipsius lib. 5. de milit. dialog. 16.

46 Recentibus cespitibus tabernacula constrata] Quod cespitibus tabernacula constrata essent non damnat Cæsar, sed quod recentibus cespitibus, quasi in lætium & festum apparatus. Lips. loco proxime citato.

47 Detrahitur insignibus Imperatoris] Sibine, an equo, an utriusque? ambiguum est. ad equum referre videtur idem Lipsius lib. 2. de milit. dialog. 11. Insignia autem fuisse phaleras, & aurum fortasse & coccineum stratum. De Alexandro Q. Curtius scribit lib. 8. Taxili inter alia dona misisse triginta equos, cum iisdem insignibus, quibus assueverant, cum ipsum veherent.

48 Decumana porta se eiecit] Quippe quæ aversa hosti & fugientibus tutior, vt scribit Corn. Tacit. lib. 1. Annal.

XC VII 49 Ne in præda occupati reliqui negotii gerendi facultatem dimitterent] Sappissime enim vincens prauum inter ipsos certamen, omisso hoste, spolia consecrandi obstinuisse auctor est idem Tacit. lib. 4. histor.

CVI 50 Atque illius opibus in calamitate tegetur] Corn. Nepos de Pomponio Attico: familiares eius ex urbe profugientes, quantum potuit texit, quibus rebus indignuerunt, adiuit. Atqui tenacius eorum nomina posteritatis memoria apprehendit, qui aduersos casus amicorum non deseruerunt, quam qui prosperum vitam cursum comitati sunt, vt auctor est Valer. Maximus.

CVI 51 Sine despecta eius fortuna] Atherbal apud Sallust. Iugurth. etiam antea, inquit, expertus sum paruum fidei miseris esse. Celebratur Græcorum adagium, πτωχὸς φίλος εὐδ' εἰ γλυκὺς ἔσται, Mendico ne parentes quidem amici. vsque adeo verum est quod ait Corn. Tacit. lib. 4. histor. Amicos tempore fortuna, cupidinibus aliquando, aut erroribus immitti transferri, desinere. vnde apud Terent. Phormio, cum Demipho agnoscere eam puellam nollet, cuius ipse se defensorum esse simulabat, tanquam cognatam sibi, Quia, inquit, egens relieta est misera ignoratur parens, Negligitur ipsa, vide auaritia quid facit. Quem locum ex Menandro illustrat Murret. lib. 2. Var. cap. 6.

52 Vt plerumque in calamitate ex amicis inimici existunt] Sic loquitur Terentius Hecyra act. 2. sc. 1. Ex amicis inimici vt sint nobis affines facis. Ad rem quod attinet, Quis in aduersis, inquit Velleius Paterculus lib. 2. histor. beneficiorum seruat memoriam? aut quis vllam calamitosis debere putat gratiam? aut quando fortuna non mutat fidem? Cicero in Lælio, quam graues, quam difficiles plerisque videntur calamitatum societates. Horatius lib. 1. Ode 35.

diffugiunt cadis
Cum fece siccatis amici,
Ferre iugum pariter dolosi.

Sic Androsthenes prætor Thessalia, vt est supra lib. 3. se victoria Pompeii comitem esse maluit, quam socium Cæsaris in rebus aduersis. Contra Pomponius Atticus (quod in eius vita Corn. Nepos) non fortuna sed hominibus solet esse amicus. Enimvero non operti est: b afflicta amici in diffugere, atque ad florentem aliam desolare, vt scribit Cicer. pro Quinctio. & Cypselus apud Stobæum: Φίλοις ὑπὸ χροῦ καὶ ἀτυχασίᾳ ὁ αἰὶς ἰσθί, Amicis felicibus & infelicibus idem esto.

53 Palam liberaliter responderent & c. ipsi clam consilio inito] Cicero lib. 1. epist. 1. ad Q. fratrem: Multis simulationum inuolucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur vniuersiusque natura, frons, oculi, vultus per sepe mentiuntur, oratio vero sapissime. Præclare Plinius lib. 5. epist. Respondi non conuenire moribus meis aliud palam, aliud agere secreto.

54 Item constabat Elide in templo Mineræ] Vistoria huius prodigia alia vide apud Valer. Max. lib. 1. cap. 6. Quomodo item nuntiata, prædictaque sit, per Cornelii cuiusdam sacerdotis vaticinium, eodem ipso die in Italia Patavii, narrat Agellius lib. 15. noct. Attic. cap. 18. Plura in re simili legas in Plutarchi Paulo Emilio.

55 Ipse enim necessario Etesius utebatur] De quibus videndus Agellius lib. 2. cap. 22. Plinius lib. 2. cap. 47. & copiose Aldus Manutius lib. de questibus per epistolam.

56 Hi Regum amicos ad mortem deponere] Sic loquitur passim Cæsar. & Hirtius lib. 8. de bell. Gal. concitatore belli Guturnatum ad supplicium deponere.

IO. BRANTII

AD A. HIRTII DE BELLO ALEXANDRINO LIB. Notæ Politicæ.

Vibus domui locupletiores victum quotidianum stipendiumque præbebant] De præbendi verbo nihil hic serinia compilans congeram. Tu vide Lambin. ad Horat. lib. 3. Ode 13.

2. Præterea ambulatorius] De turribus ambulatoriis ad eundem Veget. lib. 4. de re milit. cap. 17. & Iustus Lipsius lib. 1. Poliorcet. dialog. 4. & lib. 2. dialog. 4. vbi hunc locum illustrat.

3. Nam qua flumine Nilo fertur adeo est limosa atque turbida] Seruius ad illum versum Virgillii lib. 4. Georgic.

Et viridem Ægyptum nigra fecundat arena. nouum enim, inquit, limum semper trahit, qui efficit fecunditatem, vnde & Nilus dicitur esse, quasi viciu idu, trahens. Nā antea Nilus latine Melo dicebatur.

Festus:

Festus: Melo, inquit, alio nomine Nilus vocatur. M. Tullius lib. 2. de natu. deo. Ægyptum Nilus irrigat, & cum tota estate obrutam, oppletamq; tenuerit, tum recedit molliorq; & oblimatos agros ad serendum relinquit. Vide Pompon. Melam li. 1. cap. 9. Ioan. Gorop. Becan. in Niloscopia.

4 Erat autem magna multitudo opidanorum in parte Cæsaris] Lib. 3. de bel. ciu. extr. Photinus nutritus pueri & procurator regni in parte Cæsaris.

5. Aquam dulcem posse reperiri affirmabat] ὕδωρ γλυκὺ Græcis aqua fluminū aut fontium, non salta, contraria marina. M. Tul. 6. in Verr. In hac insula extrema est fons aqua dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium. Virg. Daph.

Dulcis aqua saliente sitim restringere riuo.

6. Naues quas potuit, Cæsar ad terram detraxit] Detrahere naues. Hic est eas de mari in litus trahere, quod mare altius sit; quam breue litoris vadum, deorsumque ex alto & pelago in vadosa litora deduci videantur. Græcis κεντῆρας, vt docet Adr. Turneb. lib. 14. aduers. cap. 16.

7. Constrata naues, & complures aperta contederunt] Monuimus semel de genere nauium qualescunq; ea in his Cōmentariis occurrunt, consulendos esse Lazarum Bayssium & Liliūm Gyraldum.

8. Depressa est altera] Depressa classis M. Tullio lib. 2. de oratore, & oratio. pro Archia poeta.

9. Deinde omnes epibatis nudata] Sunt Epibata qui naualibus operis æs merent, nō aliter atque in castis milites, Classarios vocat postea Hirtius. & passim Cæsar.

10. Quod nisi nox prælium diremisset] Infra hoc ipso lib. cum prælium nox dirimeret. Liu. lib. 7. Annal. nec superfuissent multi ni nox victoriam magis, quam prælium diremisset. Cor. Tac. lib. 5. Histor. Ambiguum prælium nox diremit. Sallust. Iugurth. Deinde vtrinq; prælium nox diremit. Plinius Secundus lib. 4. epist. 9. Actionem meam, vt prælia solet, nox diremit. quæ cum ad multas res alias, tum ad pugnam inepta est. dixit & Cæsar lib. 1. de bel. Gal. Colloquium dirimere.

11. Hos quidem diutius in nostro conspectu gloriari magno nobis & dedecori & dolori est] Paulo ante: Cur conatus est Cæsar ferre subsidium, ne turpiter in conspectu contumeliam acciperet. Solent viri magnanimi & circumspecti id sedulo operam dare, ne quid agant quod inimicis voluptatem, amicis dolorem afferat. & apud Demosth. oratio. ὁ δὲ πᾶσι ἔσται, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁρακὸν ἐξ ἧς οὐδὲν ἔστιν ἄλλο, ἢ ἵνα οἱ ἐχθροὶ, καὶ οἱ φίλοι, & Hæsiodus, vixorem ne quis ducat, ex qua vicinis, qui illū oderunt, lætitiæ præbeat. Πᾶσι τε καὶ ὁμοῦ ἐστὶν ἰδὸν, ὡς γὰρ ὁ σὺ χροῦματι γένηται.

In sacris litteris Propheta David Deum orat psalmo 24. vers. 2. & 3. non erubescam, neque irideant me inimici mei, & psal. 37. vers. 18. quia dixi, ne-

quando supergādeant mihi inimici mei.

12. Cæsar illum adhortatus, atq; omnibus laudibus profectus] In excitando & in acuendo plurimum valet (M. Tullio teste in epist. ad famil. lib. 15. epist. vlt.) si laudes eum quem cohortere, & Flacco laudatq; virtus Crescit. Cæsar lib. 5. de bel. Gal. collaudatis militibus, atq; iis qui negotio præstuerant, quid fieri velit, ostendit. Sallust. bel. Catilinar. suorum vnumquemque nominans laudare. Quinetiam præstantissimorum ingeniorum acrimonia obtunditur, cum non laudatur, vt auctor est Agathias.

13. Nullius remi detegerentur] Cæsar lib. 1. de bel. ciu. aut remos transcurrentes detegere, si possent, contendebant. id est, defringere. T. Liuius Annal. libro 28. alterius remos detersit. & lib. 36. Et vt in numero impari diua regia vnā circumstunt, & primam ab utroque latere remos defringunt, deinde transcendunt armati. & seq. libro. Et si qua concurrerat rostro cum hostium nauis, at proram lacerabat, aut remos detergebat, aut libero inter ordines discursu præteruecta in puppim impetum dabat.

14. Vt minora maioribus conferantur] Adagio cecili. Virgilius eclog. 1.

— sic paruis componere magna solebam.

& 4. Georgic. — si parua licet componere magnis. Cicero de claris orat. Similiter igitur suspiror, vt conferamus parua magnis. & iisdem verbis Plin. Secundus libro 5. epist. 6. vt parua magnis conferamus.

15. Sed terror hominibus mentem consiliumq; eripit, & membra debilitat] Hirt. de bel. Hisp. imperitorum mentes timore præpediebat. Terent. Adelphi. act. 4. sc. 4. Membra metu debilia sunt: animus timore obstupuit, pectore consistere nihil consilii quidquam potest. Est enim metus, vt scribit Aristot. in Physicis, causa cur sanguis ad cor se recipiens exteriora membra suo vigore destituar. Et Seneca li. 6. natur. quæst. non esse facile, inter magna mala non desipere, si a leuissima fere ingenia in tantum venire, formidinis, vt sibi excidant. Nemo quidem sine aliqua iactura sanitatis expauit; similiisque furenti quisquis timeret: sed alios cito sibi timor reddit, alios vehementius perturbat, & in dementiam transfert.

Hirt. de bel. Afric. legiones Scipionis metu ac terrore obæcatis dixit. Sequitur mox: sese ex nauigio eiecit, atque ad eas que longius consisterant naues adnatauit. de qua re vide quæ scribunt Suetonius in Iulio cap. 64. Dion. lib. 42. & Appian. lib. 2. ciuil. Et non multo post quod Hirtius ait: Romanos & secundis rebus confirmari, & aduersis incitari, firmat

Liuus, cum sic ait: Magnitudo populi Romani aduersis prope rebus admirabilior quam secundis. & L. Florus: Magna populi Romani fortuna, sed semper in malis maior resurrexit. Vtrum autem sit difficilium secundam aduetsam fortunam moderate ferre, docet Lambin. ad Horat. libro tertio, Ode 27.

16. Semperque alia cogitantem; alia simulantem] Ad eundem quoque sensum Crispus Sallust.

XXVII

XXX

XXIII

XXIV

Catlinar. aliud clausum in pectore, aliud prom- ptum in lingua habere.

17 Quae turpissimis incendiis & ruinis esset de- formata] Deformandi verbo in re simili utitur Im- perator Alexander in l. 2. C. de aedific. priu. Sed nec dominis, inquit, ita transferre licet, ut integris aedi- ficiis dispositis, publicis deformetur aspectus. & Vlpian. l. 7. D. De offic. Praef. Praefes, inquit, prouin- cia inspectis aedificiis dominos eorum causa cogni- ta reficere ea compellat: & aduersus detrectan- tem competentem remedio deformitati auxilium fe- rat.

18 Ille ut ex carcerib. in liberu' cursum emissus] Translatio ducta à quadrigis Circensib. quae mit- tebantur à magistratu, statimq; profilientes e car- ceribus spatia corripiebāt tanta interdum cursus eeleritate, & contentione, ut habenas non audi- rent. Virg. lib. 1. Georg. extr.

Ut cum carceribus sese effudere quadriga, Addunt se in spatia, & frustraret inacula tendens Fertur equis auriga, nec audit curru habenas.

Erant autem carceres repagula quaedā vnde cur- sus initium erat, quibus coercebantur equi, ne in- de exirent priu' quam n. g. stratus signum dedis- set, ut docet Ad. Turneb. l. 23. aduers. cap. 2. Graeci βαλβιδος seu ἀπεμπίας appellant, vnde illa, à car- ceribus ad metam, à meta ad carceres. M. Tul. in Ca- tone maiore: nec vero velim, quasi decurso spatia, à calce ad carceres reuocari.

19 Vt lacrymas, quas in colloquio protulerat, gaudio videretur profudisse] Etiam gaudium lacrymas interdum excutit, praesertim in speratum. Terent. Adelph. act. 3. sc. 5. Ob lacrumo gaudio. v- bi Donat. immoderata letitia lacrymas habet. & Heautont. act. 2. sc. 2.

— lacrumis opplet os totum sibi, ut Facile scires desiderio id fieri tuo.

Auctor est Iosephus lib. 1. 2. antiq. Iudaic. cap. 2. Ptolemaeum Philadelphu' Regem Aegypti, quū illi libri sacri litteris aureis descripti porrigerentur, praegaudio in lacrymas prorupisse. nam, inquit, sapientis natura hoc summo gaudio patitur, quod etiā dolentibus solet accidere. Rationes profert Alexan- der Aphrodisiæus problem. 21.

20 At fortuna, qua plerumque eos quos plurimis beneficiis ornavit ad durio rem casum referuat] Hoc est quod T. Lilius ait lib. 30. Annual. Simul parta ac sperata decora, vniuersa hora fortuna euertere potest. Velleius Patere. lib. 2. Fortuna quos diu profecutus est, repente velut fatigata destituit. & Valer. Max. lib. 6. cap. 9. extremo, quos in sublime extulit, im- prouiso decursu destituit, & propensiore fanere, pri- mo delimitos maiore postea malorum cumulo oppri- mere solet. Nunc superiorum temporum dissimilis Euphranorem persequitur. de Pompeio vidimus lib. 3. de bel. ciu. Ipse C. Caesar, qui ita se regna- turum putabat, ut nocere nemo posset, contumeli- am fortunæ iniquitatem expertus est. In summa volubilis fortunæ complura exempla historiae

suppeditant; constanter propitia admodum pau- ca narrari possunt. vnde M. Tullius in parado- xis. cuius, inquit, spes omnis & ratio & cogitatio ex fortuna pendet, huic nihil potest esse certi. Plura sug- geret M. Anton. Sabellicus libro septimo exem- plorum capite octauo, post Valer. Max. libro sexto capite vadecimo.

21 Sine quod in ipso satis praesidij pro virtute ac felicitate eius putarent esse] In duce exercitus & Imperatore virtus illa, quam Quintilianus libro septimo Institutio. capite decimo Imperatoriam, στρατηγικὴν ἀρετὴν Herodianus appellat libro primo, & ea qua multum (ut ait Caesar libro sexto de bel. Gal.) cum in omnibus rebus, tum in re militari potest fortuna siue felicitas desideratur atque lau- datur. Cicero ad Plancium Imp. scribens libro de- cimo ad famil. epist. 3. Omnia summa consecutus es, virtute duce, comite fortuna. & epist. 5. Fortuna suffragante videris res maximas consecutus, quod quanquam sine virtute non potuisses &c. Idem tamē Cicero in Miloniana, vbi de Imperatore ad bel- lum Mitridaticum deligendo differit, in summo Imperatore scribit quatuor has res inesse oportere: scientiam rei militaris, virtutem, auctorita- tem, felicitatem. & de auctoritate subiicit Hir- tius.

22 Auctoritate, ea qua plerumq; adest victori] XXVI Supra libro secundo de bel. ciu. felicitas rerum ge- starum, exercitus benivolentiam Imperatoribus, res aduersa odia conciliant. Illustrat haec pluribus Pet. Faber libro primo semestr. capite decimo- nono.

23 Qui nominatur Delta, quod nomen à simili- tudine litterae coepit] XXVII Pari modo Rhodanus, & Arax fluiui figuram Delta qua confluunt, praebent. De quo Polyb. lib. 21.

24 Veste ea sumpta, qua supplices dominantes de- precari consueverunt] XXVIII Infra de Deiotaro Rege: De- positis regis insignibus, neque tantum priuato vesti- tu, sed etiam reorum habitu supplex ad Caesarem ve- nit oratum ut sibi ignosceret. Cotidianam olim Ro- manorum vestis alba fuit, praecipue toga. ideoque discrimen inter ciues a colore vestis nullum, nisi quod diuites munduli elegantes semper in toga sua a fullone niuea; vulgus fere sordidiores essent, & togis magis pallentibus ac obsoletis. Sed & viri illustres ac nobiles rei facti, per dies iudicii sume- bant hanc togam sordidam, posita niuea ut mise- rabiliores essent in veste plebeia. Itaque rei in sordibus esse dicuntur, aut sordidati, non pullati, ne quis erret, qui color tantum funebtis. Haec Lip- sius lib. 1. elector. cap. 13.

25 Ad explicandos sumptus militares cum pecu- niā necessariam esse iudicaret] XXXIV Quos belli ciuilis neruos esse dicebat Mucianus apud Cornel. Tacit. l. bro secundo Histor. & M. Tullius Phi- lip. 5. Vt enim medici negant sine neruis homi- nes ambulare posse, ita nec bellum sine pecunia. Thucyd. libro secundo, τὰ πόλεως ἢ πολέμου γινώ-

γνώμην ἐ χειρὸς τῶν ἀποστειλάμενων. Dioli. 42. Dnosunt quae principatus coharant, seruant, augent: milites, & pecunia. Dionys. Halicarnas. libro sex- to, αὐτὸς πόλεμος, inquit, πῶς ἀποστειλάμενος ἢ χειρὸς ἀπὸ τοῦ ἀποστειλάμενου, Bella sustentantur pecuniarum abun- dantia. & hinc Cicero epist. vit. ad Brutum: Maximus in Repub. nodus est inopia rei pecunia- ria.

XXXV 26 Denique eius regni causa integra Caesari ser- uaretur] Terent. Hecy. act. 1. sc. 2.

Alias ut vti possim, causa hac integra.

XXXVI Sequitur haud longe post: Cum in agris & pecora & homines animaduertes versari, tanquam ami- corum aduentu. idem Sallust. expressit bel. Iugurth. vbi contra belli faciem turguria plena hominum, peco- ra culti ore, & in agris erant.

XXXIX 27 Si condiciones quas reiecerat rursus appeteret] Quod plerumque hominibus nimia pertinacia atque arrogantia accidere solet, ut: eo recurrant, & id cupi- dissime appetant, quod paullo ante contempserint. ut ait Caesar lib. 1. de bel. ciu.

XLI 28 Supplicia constituit] De hac re vide quae scri- bit Appianus lib. 2. ciuil.

XLII 29 Adiuuatis captiuis sociorum] Paulo post: Dum suas, captiuasque nauas reficere. Caesar su- pra libro secundo de bel. ciu. Nam ad eas, qua facta fuerant Arelate per Caesarem, captiuas Massili- ensium accesserant sex. Nauas ab hostibus captas, captiuas dicebantur, quibus iccirco & postlimini- um est. ex l. 2. D. de capt. & postlim. reuer.

XLVI 30 Adnatae ad suum myoparonem] Myoparo- nes lembi sunt piratici, nomen adepti a Pavo insu- la, & Myunte urbe, vbi fieri solent, vnde composito nomine Myoparon, ut docet Adrian. Turneb. libro tertio aduers. cap. 1. post Laz. Bayhum de re naua- li. Sallust. libro tertio Histor. Et forte, inquit, in nauigando cohors una, grandi fasselo vecta à cete- ris decrauit, mariq; placido à duobus pradorum myoparonibus circumuenta.

XLIX 31 Neque ullum genus quaesit aut magni euidens, aut minimi & sordidi pratermitteba- tur] Vsq; adeo Lucri bonus odor ex re quali- bet. Supra libro tertio de bello ciuili: Cuius rei modo nomen reperiri poterat, hoc satis esse ad cogendas pecunias videbatur. Vide notas ad librum tertium de bello ciuili, numer. 21. & ad librum o- ctauum de bello Gallico num. 30. Quod statim se- quitur: nemo erat, qui aliquam iacturam face- re posset, quin aut vadimonio teneretur, aut in reos referretur. simile de Muciano narrat Ta- citus libro secundo Historiarum. non ius, in- quit, aut verum in cognitionibus, sed solam magnitudinem opum spectabat, passim delationes, & locupletissimus quisque in pradam correpti. Est autem vadimonium necessitas standi in iu- dicio, datis vadibus, qui ut id fiat curaturos se promiserunt, & praestituros. Vide Guliel- mi Budæi Annotationes priores in Pandec-

ctas, qui & Annotationibus posterioribus quid sit inter reos referri, docebit.

32 Narras latus Cassii tegebat] Hoc loco la- tus tegere est latus sinistrum alterius qui vel æ- tate vel honore superior est, claudere: quod qui facit, tanquam pro scuto sit, quo latus, praeser- timque sinistrum tegitur, latus tegere dicitur, vt docet Adrianus Turnebus libro decimoquar- to aduersariorum capite vigesimo quarto adhibi- to Horatii loco libro secundo satyra quinta:

Visne regam spurco Dama latus?

33 Quasi responsum ab eo peteret] Sic Stephanus Domitillæ procurator, sinistro, siue, vt mauult Philostratus, dextro brachio velut agro lanis fa- sciisque per aliquot dies ad auertendam suspici- onem obuoluto, Domitiano Imperatori legenti traditum à se libellum & attonito suffodit ingui- na; vt in eius vita refert Suetonius capite decimo septimo. & Augustus Imper. simile periculum subiit, cum in transitu Alpium quidam e primo- ribus Galliarum per simulationem colloquii propius admissus illum in praecipitium pæne propulerat, nisi Caesaris sereno tranquilloque vultu inhibitus ac remollitus fuisset, vt in eius vi- ta refert idē Suetonius capite septuagesimo nono. & Valerius Maximus libro nono capite vndeci- mo, vehementi exclamacione utitur, in eum qui tale facinus animo conceperat:

34 Mistam dolori voluptatem capiebat] Plautus LX Amph.

Ita Dis est placitū, voluptati ut moror comes con- sequatur.

Quin incōmodū plus malūq; illico adsit, boni si obti- git quid.

Appius Claudius in ea oratione quam ad popu- lum aduersus Tribunos habuit apud Liuium li- bro quinto Annal. Labor, inquit, voluptasque dissimilima natura, societate quadam inter se na- turali sunt iuncta. quem T. Liuii locum e philo- sophia depromptum illustrat M. Antonius Mur- cus libro 16. Variarum lectionum cap. 1.

35 Quod & victoris & victi detrimentum ad e- undem Caesarem esset redundaturum] Accidit plerumque in bello, vt vtraque pars magno suo malo discedat. Vnde in adagijs Cadmea victoria, quæ etiam ipsi victori infelix. & Flet victus, victor interijt.

36 Si qua polliceretur, representaturus esset] LXI est, re ipsa comprobaturus, siue representaturus, vt in suo Codice legi affirmat Ciacconius. alioqui Multa fidem promissa leuant; & fallunt plerumque qui magnifice liberaliter & splendide pollicentur. quos Phocion cupressis similes aiebat, quæ subli- mes cum sint ac pulcræ, fructus non ha- bent:

37 Neque libentius facere quicquam, quam supplicibus ignoscere] M. Tullius in Liga- riana, Nihil habet, inquit, nec fortuna tua maius quam ut possis, nec natura tua

LXI

LVI

LX

LXX

melius, quam ut velis conservare quamplurimos. Ignoscendo populi Romani magnitudinem auxisse auctor est Philippus apud Sallust. Plura lib. 2. de bel. Gal. in Polit. num. 34.

38 Quoniam in integrum restituere non possit. Verbum iuris quod redintegrationem significat, de quo tit. D. & C. de integ. restit. supra hoc lib. dixit idem Hirtius integrum esse, quod ita esset ut fuisset. Itaque nunc innuere videtur quod scribit Plutarchus de consol. ad Apoll. τὸ ἀποκαταστήσειν οὐδὲ θεὸν δύνανται εἶναι ἀποκαταστήσειν, Quod factum est infectum reddere ne Dii quidem possunt. & M. Tullius in Pisonem, mutari factum nullo modo posse.

39 Se magnas & graues iniurias &c. concedere Pharmaci] Suetonius in Nerone cap. 29. ideoque professus apud se obscenitatem cetera quoque concessisse delicta. Idem Caligula cap. 15. criminumque omnium gratiam fecit. pro eodem dixit donare poenam Lactant. de ira Dei cap. 18. Paulo ante Hirtius ignoscere, & iniurias condonare dixit.

40 Nam neque interfectis amissam vitam] Athenæus libro septimo: ἀθάνατος ὁ ἀποκτείνων ἐστὶν ἀθάνατος ὁ ἀποκτείνωμενος, In mortalis mors est, si quis sensus mortuus fuerit. & verissime Homerus, totum mare si in lacrymas solueretur, ne vnum quidem mortuum resuscitare posse scribit. Terent. Hecyr. act. 3. sce. 5. cum Pamphilus de Phania iam mortuo dixisset,

illum viuum & saluum vellem: subiicit Phidippus pater: impune optare istuc licet, Ille renuiscet iam nunquam.

Diogenes dictum circumfertur, νερόν ἔχοντες, καὶ πόρον, καὶ ἄνετον, καὶ ἄνετον, Mortuo mederi, & senem admonere idem esse


41 Quod quidem supplicium grauius morte cines Romani subissent. Hoc est quod supra dixit, supplicia constituit in eos qui aliquam forma atque atatis commendationem haberent, ea qua morte essent miseriores.

LXXV 42 Falcatæ regia quadriga permittos milites perturbant] Falcatæ quadriga quæ & quales fuerint describit T. Lilius libro 37. Annal. Q. Curtius in Historia Darii.

LXXVII 43 Tali victoria toties victor Cæsar incredibili est letitia affectus] Dio Cassius l. 42. Ea victoria quâuis non splendidissima, Cæsar magnopere sese iactauit, ut nulla alia magis, quod ea die & peruenisset ad hostem, & vidisset eum, & vicisset. Videndi Ammian. Marcellin. lib. 1. bello. ciu. l. L. Florus lib. 4. cap. 2. Suetonius in Iulio cap. 37.

44 Quod victoria facilis ex difficillimis rebus acciderat. Cæsar lib. 2. de bel. Gal. quæ facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat.

LXXIX 45 Eidem tetrarchiam legibus Gallogræcorum &c.] Illustrat hoc Pet. Victor. lib. 3. Var. lect. ca. 23. quibus nihil addo.



IO. BRANTII AD A. HIRTII DE BELLO AFRICANO LIB. Notæ Politicæ.



E scriptore Iusti Lipsii hominis doctissimi lib. 2. Elect. cap. 22. iudicium adscribere pretium operæ visum.

1 Inter libellos, inquit, qui adiuncti Commentariis Iulianis, vnus est de bello Africo: qui me iudice, non inter illos tantum eminet, sed inter ple-

raque Romana scripta; ita tersa in eo, & ad Comicum morem pura dictio, simplex, coherens, & candida narratio, nihil que sit coloris aut fuci: omnia denique illo ipso Cæsare digniora (non tenebo veram vocem) quam Commentarii illi, qui feruntur. At neglectus tamen iacuit, imo vix lectus is libellus (ad eo hic quoque præiudicia valent, & tradita à magistrellis opiniones) quem si serio inspicis, sat eberre non alium magis esse ad genium præfici aut. Pueris inter primos auctores formandæ linguæ si quis proponat, nihil erret. Hirtium tamen sine Oppium auctore eius scripti Tranquillus facit. quæ potest si ab ipsam bellum Hispaniense est & Alexandrinum? Nam hoc quoque Suetonius idem tradidit. At qui tam diuersi. Certe nec Hispaniensis cum Alexandrino conuenit. estque ille totus militari quodam & horrido stilo. Hi inter se abeunt toto narrationis sermonisque contextu: ut nulla vis mihi vnquam imprimat esse ab eodem patre. Aut si sunt: iam diu id suspicor, atque Hirtium sine Oppium non negem hæc potuisse aut meliora) alia quadam scilicet & Circa manus accessit, qua malis venenis duos illos immutauit. Sane hic vnus Commentarius inter oēs, nescio quo fato, purus, nec interpolatus mansit, & in suo vultu. Excipio quod in partibus quadam labecula.

2 Exponit exercitum] Auctor est Dio Cassius l. 42. extremo, nauis egredientem Cæsarem, simul terram attingisset, corruisse, quod cum triste militibus omen videretur, ipse lætata reddidit. manu enim extensa terram, quasi dedita opera concidisset, atrectauit, exosculatusque est inclamans, Teneote Africa. Idem de P. Scipione Sext. Frontinus libro primo Strategem. capite duodecimo.

3 Tabellas signatas dederat, ut in tempore ips perleebis, locum certum peterent vniuersi] Similiter olim Hamilcar Pænorum dux, qui ut in Siciliam inopinatus appelleret classem, non pronunciauit, quo proficisceretur, sed tabellas, in quibus scriptum erat, quam partem peti vellet, vniuersis gubernatoribus dedit signatas, præcepit que ne quis legeret, nisi vi tepestatis à cursu prætoris nauis abductus esset. Auctor Frontinus lib. 1. strategemat. cap. 1.

4 Quod

4 Quod minime Cæsarem fefellerat] Id est, latu-erat, vt sæpenumero hoc verbum vsurpatur cum poetis, tum oratoribus. Virgil. 4. Æneid.

Nec me adeo fallit veritatem te moenia nostra &c. Terent. Heautont. Num me fefellerit hoc id seruire? Lilius lib. 30. non fefellerit Achaos, quo spectasset tam benigna pollicitatio. Plura Lambin. ad Horat. od. 10. lib. 1. cuius scriinia non compilo.

5 Vt equites minus xxx Galli Maurorum equitum duo millia loco pellerent] Mira hæc Gallorum virtus, & fortuna, & quæ fidem prope superet. Sed hoc ipso libro æque prodigiosum factum commemoratur de quattuor veteranis militibus quibus duo millia Numidarum terga verterunt. Certe Plutarchus in Marcello, Galli, inquit, optimi equites, & quæ re plurimum videntur prestare. Strabo libro quarto: Galli omnes natura pugnaces, meliores tamen equites quam pedites. & apud Romanos optimus ab illis equitatus, quæ gloria hodieque Galli florent.

6 Omnibus in exercitu inscijs & requirentibus Imperatoris consilium] Infra hoc lib. omnibus inscijs neque suspicantibus, vigilia tertia iubet omnes legiones ex castris educi. Nota arcana Cæsaris consilia. Metellus Pius in Hispania interrogatus quid postera die facturum esset, Tunicam meam, inquit, si id eloqui posset, comburem. Videndus Iul. Frontinus libro primo strategem. capite primo. Vegetius quoque libro tertio de re milit. cap. 6. scribit veteres Minorauri signum in legionibus habuisse, vt quemadmodum ille in intimo & secretissimo Labyrintho abditus perhibetur, ita ducis consilium semper occultum esset.

7 Animum enim altum & erectum præ se ferebat] Tanti esse exercitum, quanti Imperatorem, vere prodicium est, ait L. Florus lib. 2. c. 18. qui etiam præsentia sua militi animum & vires addit, præsertim si ipse alacer, & ardorem vultu oculisque præferens. Huic enim, vt statim sequitur, acquiescunt homines, & in eius scientia & consilio omnia sibi proclina omnes fore sperant. Sic Cæsar libro tertio bel. ciu. iam, inquit, animo victoriam præcipiebatur, & à tam perito Imperatore nihil frustra confirmari videbatur.

8 Neque eam rem eos voluisse scire &c. ne propter suorum paucitatem, & hostium multitudinem, metum descenderent] Cornelius Nepos de Eumene, cum intelligeret, inquit, si copia sua cognoscerent aduersus quos ducerentur, non modo non ituras, sed simul cum nuncio dilapsuras, hoc eius fuit prudentissimum consilium, vt deuīs itineribus milites duceret, in quibus vera audire non possent, & his persuaderet se contra quosdam barbaros proficisci. Itaque tenuit hoc propositum & prius in aciem exercitum eduxit, quâ milites sui scirent cum quibus arma cõferrent. quod Eumeneis consilium in eius vita summis laudibus extulit Plutarchus. Apud Cor. Tacit. libro quarto. Ann. exped. i. cohortes, atque quam in partem ducerentur, ignora.

9 Per speculatores, & antecessores equites nunciatur ei] Antecessores vocat Turneb. libro 24. aduer. cap. 16. qui ante agmen eunt, locaque castris metandis idonea deligunt, & vias, quæ duci exercitus commode possit, vident. Antecessores dixit Cæsar lib. 1. de bel. ciu. ibi cum antecessoribus Cæsaris prælio commisso, & dubitat Ciaccò. an ita hic reponendum sit. Obseruabat autem doctissimus Lipsius ad Cor. Tac. lib. 2. Histor. fuisse antiquo more receptum, vt viris lautioribus ditioribusque, atque adeo Principibus, Imperatoribusque; Afri aut Numidæ equites essent, ad iter, qui præcurrebant & agmen ducebant heri aut ducis sequentis. Adhibet Senecam epist. 88. & epist. 124. Martial. lib. 10. epig. 6.

10 Puluis ingens conspicitur caeptus est] Puluis excitatus indicium aduentus hostilis. Cæsar libro 4. de bel. Gal. renunciauerunt puluerem maiorem quàm consuetudo ferret, in ea parte videri, quam in partem legio iter fecisset.

11 Assidueque obiurgare non desistebat, Tuus, inquit, pater &c.] Simili fere modo Metedemus pater filium obiurgat, & suo, hoc est paterno exemplo comonefacit apud Terent. Heautont. act. 1. sc. 1. Scilicet ad virtutem homines excitant & inflammant exempla domestica. Pinius li. 5. epist. 8. Inuenio, inquit, apud sapientes, honestissimum esse maiorum vestigia sequi, si modo recto itinere præcesserint. Virg. lib. 3. Æneid.

Ecquid in antiquam virtutem, animosque viriles Et pater Aeneas, & auunculus excitat Hector? Vnde Sallust. apud Seruium in 10. Æneid. ait, Hispanorum morem fuisse, vt in bella iuuenibus parentum facta memorantur à matribus. E cõta quo pronior ad malitiam, quam ad honestatem est via; hoc

— velocius & citius nos Carrumpit vitiorum exempla domestica, magna Cum subeant animos auctoribus.

vt canit Iuuenalis Satyra 14. 12 Alga è litore collecta] Herba est, quam mare ad litus proicit. Horat. li. 2. Sat. 5.

Et genus est virtus, nisi cum re, vitiorum alga est. 13 Satius esse sibi suoque regno subsidio ire] Peritinet huc Liuiantum illud: Ita aquum est me vestra meis armis tutari, ne mea interim nudentur præsidia. & quod Dio Cassius scribit libro trigésimo octauo Roman. Histor. Nemo suis rebus metuens ad aliena animum adijcit, quod is timor, quem de proprijs habet, ab omni eum prorsus alienorum cura diuertit.

14 Cum antea constitisset in statuis castris] De quibus Lipsius libro quinto de milit. Roman. Dialog. 1.

15 Victoriam propriam se eis breui daturum pollicetur] Proprium pro perpetuo omnibus notum est. Sic infra hæc ipso libro: quod proprium gaudium bellantibus fortuna tribuere non decreuit. Cicero pro lege Manilia vtrumque coniunxit: quod, inquit, illi proprium ac perpetuum sit.

XII

XXII

XXIV

XXV

XXXI

Plura ex Terentio, Plauto, aliisque probatis linguæ Latinæ auctoribus cogerit Lambinus ad Horat. li. 2. epist. 2. Exploratam autem victoriam dixit Cæsar lib. 3. de bel. Gal. lati velut explorata victoria. & lib. 5. quasi partiam atq; explorata victoria. vt & M. Tul. lib. 6. epist. 1. ad famil. vt explorata nobis esset victoria. Idem libro tertio de bel. ciu. partiam iam atq; presentem victoriam. Contra libro septimo de bel. Gal. desperatam victoriam.

XLVI 16 *Ira percitus Scipio, atq; animi dolore incensus*] Infra hoc libro: namq; milites veterani ira & dolore incensi. Iram cum dolore coniunctam esse, docet Aristot. non vno loco, & tunc deniq; hominem iratum dolore leuari, vbi iniuriam acceptam retulerit. Vnde e veteribus alii iracundiam definiuerunt feruorem mentis, alii cupiditatem puniendi doloris.

17 *Sic extra vallum deducti sunt, & cruciabiliter interfecti*] Infra bello Hispan. Hac re cognita, insequenti nocte, vigilia tertia, tessera data, extra vallum omnes sunt concisi Mundaenses duces. Seneca lib. 1. de ira cap. 16. damnatus extra vallum deductus est, & tam ceruicem porrigebat &c. Vnde colligitur vt olium supplicia pleraque apud Romanos extra urbem, vbi & carnicum domicilium, vt testatur M. Tullius orat. pro Rabirio, carnicem, inquit, non modo foro, sed etiam caelo hoc ac spiritu censoria leges, atq; vrbis domicilio carere voluerit: ita militates animaduersiones extra vallum fieri solitas. de quo Lipsius Commentar. ad Cor. Tac. lib. 1. & 2. Annal. & Pet. Fab. lib. 2. semest. cap. 8.

XLVII *Mox sequitur imbre grandineq; consecuta.* quod Maro crebro admodum coniungit, commista grandine nimbrum.

XLVIII *Ita quæ ante absens habuerat auctoritatem, eam omnem præsens dimiserat*] Ita est, præsentia famam plerumq; aminuit. Plinius li. 8. ep. xx. Ad qua noscenda iter ingredi mare transmittere solemus, ea sub oculis posita negligimus. & Horat. lib. 3. oda 23.

Virtutem incolorem odimus, Substantiam ex oculis quarimus inuidi. Contra accidit in Catone Uticensi, vt de illo prædicat M. Tullius apud Macrob. li. 6. cap. 2.

XLIII 18 *Imprudens in altu vela dederit*] Virg. l. 1. Æn. Vela dabant lati. Vela ducere Cæsar dixit l. 2. bel. ciu. Se in hostiu habituru loco, qui non euestigio ad castra Cornelia vela duxisset. vt ibi legunt Venet. Ber. & Bai. Sed Vasc. direxisset. Vela facere dixit Virg. li. 5. Æneid. Vela facit tamen, & plenis subit ostia velis.

M. Tul. Tusc. 5. *Vtrū igit mauis, statimne nos vela facere, an quasi e portu egredietes paullulu remigare.*

XLIV 19 *Ignominia causa te ab exercitu meo remoueo*] Exēplū missionis ignominiosæ, quæ Appianus & Dio diueris verbis cōcipiūt. Ille. n. l. 2. bel. ciu. militib. missionē postulantib. Cæsarē nihil cūctatū respondisse ait: πω τοὺς ἐξ ἡμῶν ἀποστρέψαι. Hic vero l. 41. ita cū loquētē facit: πω τοὺς ἐξ ἡμῶν ἀποστρέψαι. & τὴν ἀποστρέψαι ἐξ ἡμῶν ἀποστρέψαι.

δοὺς ἐξ ἡμῶν ἀποστρέψαι. quo verbo eos cū ignominia missos fecit, vt narrat Suet. in Iul. c. 69. Plura vide de missione ignominiosa, & aliis missionū generib. apud Pet. Fab. l. 1. sem. c. 17. I. Lips. l. 4. de mil. Dial. 19. formulas deniq; Varias apud Brisl. l. 4. de for. Adi & Iuriscōsultos in l. 2. D. de his qui nota. infamia.

20 *Vt Scipio ad albu se vestitu transferret*] In proelium exeūtib. albu, aut purpureū paludamētū dari solere scribit Val. Max. l. 1. c. 6. De puniceo quidē colore testimonia sunt cōpluria, non idē de albo. itaq; nouum quidē quod de eo Valerius, verum tamen hic locus ostendit.

21 *Numidarum Genulorum quo sine frenis*] De Numidis certum est equis infedisse etiam in nallitia, & pugnasse sine frenis. Claudianus de iis: — somipes ignarus habena,

Virga regit. Silius Italicus: Numida gens inficia freni, Queis inter geminas, per ludum mobiles, aures Quadrupedem fleclit, non cedens virga lupatis.

Herodianus li. 7. Numida iaculatorum optima, atq; equitandi peritissimū, sic vt equos etiā infrenos virga tantū currentes moderentur. De his & T. Liu. li. 35. Ann. Nihil primo aspectu contēptius, equi hominesq; paulluli & graciles: disinctus & inermis eques, præter quæ q; iacula secū portat: equi sine frenis, deformis ipse cursus, rigida ceruice & extenso capite currētium.

22 *Sed vt lanista tirones gladiatores cōdocefacere*] Ait tirones gladiatores, quia in ludo genera duo, Tirones siue nouitii, & Veterani. Hi nobiliores, & vsu longo edocti. Ad illos cura & institutio præcipue pertinebat. Lips. l. 1. Sat. c. 15. vbi fufe de lanistis.

23 *Equit eiq; in eos pila præpilata conijciebant*] De quibus idem Lipsius lib. 4. Poliorcet. Dialog. 4.

24 *Atq; ita per mare umbilici sine ingressu*] Id est ad vmbilicū vsq; quod Sall. l. 3. Histor. dixit: Fine inguinum ingrediuntur mare.

25 *Cū fidē Cæsaris imploraret*] Implorare, vt Seruius exponit in Virg. l. 10. Æn. est auxiliū cū miseratione deposcere. qua ratione bene dicimus: imploro te vt misero feras auxiliū. Hirtius noster supra l. 8. de bel. Gal. repente suoru omnium inuocat fidē. Cæsar l. 5. suorumq; fidem implorare coepit.

26 *Atq; ita acerbissimo afficiūt supplicio*] Quod metuentes Thaleses apud Sall. bello Iugurth. post quæ murū arietib. feriri, restq; suas afflictas vident, aurum, argentūq; & alia qua prima ducūtur, domū regiam comportant: ibi vino & epulis onerati, illaq; domū, & semet igni corrumpunt, & quas victi ab hostib. pœnas metuerāt, eas ipsi volentes pependere.

27 *Liberis suis L. Cæsari &c. commendatis*] Solēt parētes in vitæ discrimine liberos suos amicis cōmēdare. Supra l. 2. de bel. ci. Hi de sua salute desperātes, vt extremo vitæ tēpore homines facere consueuerūt, aut suā mortem miserabantur, aut parentes suos commendabant, si quos ex eo periculo fortuna seruare potuisset.

28 *Ac se eodem die demum natos predicantes*] Pulcre M. Tul. Catil. 3. Non minus nobis inuēdi atq; illustres

illustres sunt ii dies, quibus cōseruamur, quæ illi, quibus nascimur: quod saluis certa latitia est, nascendi incerta conditio: & quod sine sensu nascimur, cū voluptate cōseruamur. Vnde & natalis reditus eidem dictus. vide Turneb. lib. 3. aduers. cap. 4.

29 *Precib. à seruo suo impetravit, vt se interficeret, idq; obtinuit*] Simile habes bello Hispan. de Scapula, qui nouissimo tēpore seruū iussit & libertū, alterū se iugulare, alterū pyram incendere. Item de Nerone Cæsare apud Xiph. & Aurel. Victorē, quem Epaphroditus libertus iugular. t.

I O. BRANTII AD A. HIRTII DE BELLO HISPANIENSI LIB. Notæ Politicæ.

N Onnulla ciuitates sua sponte auxilia mittebant] Supra de bel. Afr. vt ante quæ Rex manū colligeret, seseq; oppugnaret, sibi auxiliū mittit. Sic subsidium mittere inf. non longe.

2 *Latronū largitio fieret*] Latrones, teste Festo, eos antiqui dicebāt, qui conducti militabant, & λατρίαι. At nunc viarū obseffores dicūtur, quod à latere adoriūtur, vel quod latenter insidiātur. Varr. li. 6. de lingua lat. Latrones dicti ab latere, qui circū latera erāt regi, atq; ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione, stipatores appellarūt, & qui cōducebātur mercede. Seruius ad illud Virg. li. 12. Æneid. — fixumq; latronis.

Impaudas frangit telum. Modo venatoris, inquit, & est Græc. τὸν λατρίαιον διότι obsequi & seruire mercede, vnde latrones vocātur cōducti milites. Mors aut erāt vt hos Imperator circū se haberet, & primos apertere ad omne discrimen. Varro tamen dicit hoc nomē posse habere etiā Latinā etymologiā, vt latrones dicti sint quasi laterones, quia circū latera Regū sunt, quos nūc sarclites vocāt, vna tamē est significatio licet diuersa etymologia. Plautus in Pyrgopolinice ostendit, quid sint latrones dicens, Rex me Seleucus misit ad conducendos latrones. hæc Seruius. Plautus Militæ: Nam Rex Seleucus me opere orauit maximo, Vt sibi latrones cogerem & conscriberem.

Rursum: Nam ego hodie ad Seleucum Regem misi Parasitum meum Vt latrones quos conduxer, hinc ad Seleucū duceret, Qui eius regnū tutarentur, mihi dum fieret otium. Latrones, id est, milites seu stipatores: sic Maroni, teste eodē Honorato, fures p seruis: Quis domini facient, audent cum talia fures? Vide prou. Quot serui tot hostes.

3 *Ita paucis commodis hoste hortato*] Nauus est:

huius auctoris, vt multi alii passim, quos ne Priscianus quidē defenderit a vitio. vt mox, ne longe ab eā, sileat verbū facere. iugulationē magnā facit, prostragē edit. & de bel. Afr. anima non dū exspirata cōcidit. & depopulauit. infra hoc lib. exty.

4 *Bene magna multitudo*] Bene pro valde. sic hoc libro: Bene magnū tēpus consumpsit. Itē: aduersarij bene multis vulnerib. affecti, & sapius. vsurpatū & M. Tullio, Horatio, aliisque tā oratoribus quā poetis. Imperator quoq; Iustinianus in §. Pœnales. Inquit, de action. Pœnales, inquit, acti. nes bene multi as ex sua iurisdictione introduxit. Cuius cōtrariū male: non absimilem sæpe significationē fortitur. Terēt. Adelp. Illud vis nulla alia causa tam male odi. Horat. lib. 1. sat. 3.

— & male tæxus. In pede calcæus hæret. — Rursum: — male parua. Si cui filius est. — Virgilio late regem, pro late regnantem.

5 *Brachium ad pontem ducere coepit*] Vallū interdū variare nomen, & Brachiū appellari docet Lips. li. 2. Poliorc. Dialog. 2. Qualia plura colligit obseruationum libris familiaris noster vir doctissimus P. And. Schottus.

6 *Et trans flumē Salsum*] Familiare hoc & Hirtio, & Cæsari quoq; superiorib. Commentariis vulgatis tamen fluminib. nomē quoq; fluminis adde re. Sicli. 1. de bel. Gal. flumen Ararim, l. 2. flumen Axonam, lib. 6. flumen Scaldium, li. 7. flumen Ligerim, & flumen Elauer dixit. vt & Horat. libro 4. od. 4. Met aurum flumen, & in Poetica flumen Rhenum: Aut flumen Rhenum, aut pluuuius describitur armis.

7 *Per idem temporis glans missa est in scripta, quod die ad opidum capiendum accederent, sese scitum esse positurum*] Nota glandiū genus, quibus inferibi sollet, & sic ad hostem mitti. Infra paullo: Indiciū glante scriptum misit, per quod certior fieret. Cæsar, que in opido ad defendendum compararentur. Tāgit Lipsius lib. 4. Poliorc. Dialog. 2. Sic Philippus Macedonū Rex ad Methonam a se obseffam, amisso oculo sagittæ nomen Asteris, qui miserat, in scriptū repperit, vt annotauit cōpiolē ex antiquis scriptoribus doctissimus Andreas Schottus in vitis comparatis Aristot. ac Demosth. ad Olymp. cvi. an. 14.

8 *Vt qualem te gentibus prastitisti, similem in ciuium deditone prastes*] Aduerte pactiois in deditone factæ exemplum. Aliud infra: Si mihi vitam tribuis, quia à Cn. Pompeio sum desertus, qualem me illi prastitisti &c. Rursum: Si sibi vitam concederet, sese insequenti die opidum esse dedituros. Plura ex Liuiο aliisque cumulat Brisson. lib. 4. de form.

9 *Ab imo vitium fecit, usque ad tabulatum secundum*] Ædificium vitium facere dicunt Iuriscōsulti cum ruinam minatur. l. 28. §. vlt. & l. 30. D. locati.

XXV **10** *Hic ut fertur, Achilles Memnonisq; congressus* Fertur Poetarum fabulis Memnonem ex Aurora susceptum Troianis suppetias tulisse, & cum Achille congressum occubuisse. Auctor est Diodorus Siculus libro 4. biblioth. hist. Cuius etiam mortem mater desceuit. Naso elegia de morte Tibulli:

*Memnona si mater, mater ploravit Achillem,
Et tangunt magnas trista fata Deas.*

XXVI **11** *S. V. G. E. V.* Id est, Si vales, gaudeo, ego valeo. Vetus scilicet epistoliarum ordiendi formula, quae & his notis concipi solet S. V. B. E. E. V. Si vales, bene est, ego valeo. Vt frustra turbetur, & ad mutandum moueatur Ciacc. hic, & Bar. Brill. l. 8. de for. Graecis *χαίρειν, εὐδελγύτην, ὁ πατήρ* in usu fuit. Certe bona valerudine inuicem precari longe gratum est. Notus Graecorum senarius:

ἄριστος ὁ ὕμνιος κρείττων ἀδελφὸν βίη.
Bona valetudine nihil est in vita melius

Vnde illud apud Cicer. li. 2. de offic. extr. Valere ut malis, quā diuinitē esse. ex cuius epistolis hoc quoque discimus Imperatores qui in prouinciis exercitū praerant, resque gerebant, cum ad Senatū scriberēt, aut magistratus, praescribere litteris solere, Si vos liberiq; vestri valetis, bene est, ego exercitusque valeamus. Testis Xiph. e Dione in Hadriano.

XXVII **12** *Et fuste percussus* Intelligit Fustuarium, ut Cicerō vocat Philip. 3. de quo Polybius: Ea, inquit, poena est talis. Fustem capiens Tribunus condemnatus leuiter tangit, & delibat, quo facto omnes, qui in castris sunt, serientes alius fustibus, alius lapidibus, plerisque in ipsis castris occidunt. T. Liu. l. 5. Ann. Fustuarium meretur, qui signa relinquit, aut praesidio decedit.

XXX **13** *Erat acies XII aquilis constituta* Id est, totidē legionibus. has enim ipsas per aquilas numerabāt, & legionis totius aquila fuit, hoc est, alitis eius effigies huc corpus ex argento vel auro, summā perticae insistentis, & pede altero fulmen saepe tenens.

XXXI **14** *Hic, ut ait Ennius, pes pede premitur, armis teruntur arma* Eaniamum mihi locum consultus ostendit interioribus litteris eruditissimus P. And. Schotus, quem honoris causa nomino, ex Homero conuersum esse Iliad. v.

ἀσπίς ἀπὸ πάλῳ ἐπειδὴ κόπος κόπων, ἀνέγξ δ' ἀνὴρ.
Quomodo & A. Furius apud Macrob. li. 6. Satur. cap. 1. ex eod. Homero:

Pressatur pede pes, mucro mucrone, viro vir.
Maro quoque 10. Aeneid. versu 360.

harat pede pes, densusq; viro vir.

Sed neutrum Homero hic parem esse Critici iudicarunt auctore eod. Macrob. lib. 5. cap. 13. Vide adag. Pedem conferre.

15 *Ita ipsis Liberalibus fusi fugatique* Illustrat hunc locum I. Lipsius centuria epist. ad Germ. & Gall. epist. 1. cuius verba, quia naïre huc conducunt, non pigebit adscribere: Notabilis, inquit, res in historia, discessus Pompeij ab urbe, & qui notarunt, videntur aberrasse. Plutarchus ubi de Mundenfi pugna: τὸ μάλιστα συνέχθη (Καίσαρ) τῆς Διο-

σίων ἐσπῆς, καὶ δ' ἐλάττω τῆς Πομπηίας. Μένων ἔπει τὸ πάλῳ ἐξελθεῖν: Pugna hanc Caesar pugnavit & vicit, ipsis Liberalibus, quo item die dicitur Pompeius Magnus ad bellum urbe egressus. Notat tristitiam, & a fato, concursum. quod eodem die filij victi, quo pater urbem, & eum fortuna reliquit. Orosius consentit: & quidem eo die bellum hoc actum est, quo Pompeius pater ab urbe bellum gesturus aufugerat. Quando igitur hac Liberalia? Sic enim rectius ego, quam interpres qui Διοῦσια, Saturnalia vertit. Mecum certe Hirtius, aut quis alius in hac pugna: Ipsi Liberalibus fusi fugatique sunt hostes. Sed quando, inquam, Liberalia? in decimum sextum Kalend. Aprilis Calendarium marmoreum vetus confert: & ex eodem Hirtij Diario, circa hoc tempus rem gestam liquet. At si hac vera, quomodo de Pompeij fugam verum? quam Caesaris tota narratio libro tertio ostendit ab initio anni statim fuisse? Ipsi Kalendis Ianuarij, inquit, ceptum agi de prouinciis. & mox: ante VII Idus peractum. Ipse deinde sine mora Ariminum: & Consules ac Pompeius in fugam. Quid Cicerō ad Atticum, qui harum rerum velut ephemeridem conscripsit? Vide plures eius epistolas libro septimo, omnes euincunt hanc fugam valde maturiorem fuisse. Ecce una scribit: Vidi hominem (Pompeium) XIII Kal. Februarias, plenum formidinis. Et ubi vidisti? In Campania, ubi ipse tunc erat. Alia deinde palam & signanter: Pompeium Brundisii conscendisse naues, & reliquisse Italiam quarto Kal. Martias. Si tunc Italiam, quanto citius Romam? Neque Cicero hanc ignota aut incerta esse potuerunt. De die olim Liberalium ambigere incipiebam, & an non aliter ante digestos Fastos Iulianos? sed detraxit hoc palliū ille Hirtius, qui pluribus diebus ante Mundensem pugnam, opidum quoddam a Caesare captum scribit, undecimo Kal. Martias. Igitur post id repus Liberalia, de quibus illi sermo. hanc Lipsius. Tu de conflictu hoc ad Mundam vide Plutarch. in Caesare, Appian. libro secundo bel. ciu. Strab. libro tertio, Sueton. in Caesare cap. 36. & in Augusto cap. 94. Valer. Max. lib. 7. cap. 6.

16 *Ipse de tempore cognauit* Pro, tempestiue, ac temperius. non huc adferam, quae de tempestiuis & intempestiuis conuiujs alii congerunt.

17 *Tessera data, extra vallum omnes sunt concisi Mundenfes Duces* Illustrat hunc locum Lipsius libro quinto de milit. Rom. Dialog. nono.

18 *Se eorum comodorum omnium esse & immemores & ingratos* Contra memorem dixit Caesar libro primo de bello ciuili, ubi Auximatibus agit gratias, seque eorum facti memorem fore pollicetur. M. Tullius vtrumque iunxit libro decimotertio, epistola vigesima quinta ad famil. Hagesaretus Larissaeus magnis meis beneficijs ornatus in consulatu meo, memor & gratus fuit. Item epist. 9. ad M. Bratum: Tuum illud tibi expertus promitto,

mitto, & spondeo, te socios Bithynia, si iis commodaris, memores esse & gratos cogniturum. Terentius Adelph. act. 2. scē. secunda: Memorem me dices esse & gratum. vbi Donatus: Memor qui apud se meminit; Gratus est qui meruit hoc nomine vocari, dum vicem rependit. nam multi sunt memores, ingrati tamen. Magnum vero quæstum existimabas T. Pomponius Atticus (teste Nepote Cornelio in eius vita) memorem gratumque cognosci.

19 *Apud vos beneficia pro maleficijs, maleficia pro beneficijs habentur* Supra: Illo beneficio suum maleficijs existimabant se lucrifacere. Opponit hæc eadem T. Liu. libro quinto Annal. quemadmodum seruis suis vetant domini quidquam rei cum alienis hominibus esse, pariterque in iis beneficio ac maleficio abstineri. Et Terent. Phormio. act. 2. scē. 1.

— & sapiunt mea sententia,

Pro maleficio si summum beneficium nolunt reddere. Et est profecto pessimum illorum hominum genus, qui pro beneficio maleficia reponunt. qualis Appius ille de quo queritur Caelius ad Cicer. libro octauo ad famil. epist. 13. qui, inquit, me odisse, quia magna mihi debebat beneficia, cepit, & cum homo auarus, ut ea solueret, sibi imperare non posset, occultum bellum mihi indixit. Vique adeo verum est quod Corn. Tacitus scribit libro quarto Annal. Beneficia consueque lata sunt, dum videntur exsolui posse. ubi multum anteuenero, pro gratia odium redditur.

P O L I T I C A E C. C A E S A R I S S E N T E N T I A E.

E X L I B. I. C O M M E N T A R I I b e l l i G a l l i c i.



Onsueuerunt Dii immortales, quo grauius homines ex rerum commutatione doleant, quos pro sceleribus eorum ulcisci volunt, his secundiores interdum res, & diuturniorem impunitatem concedere.

Depopulatis agris non facile ab opidis hostium vis prohiberi potest.

Ius belli est, ut ii qui vicerunt, iis quos vicerunt, quemadmodum volunt imperent.

Tantum in se boni habet constantia, ut qui aliquamdiu inermes sine causa tinnuerunt, eosdem postea armatos ac victos superent.

Faciant arroganter milites qui de imperatoris offi-

cio desperare aut ei praescribere videntur. Stipendium iure belli victores victis imponere consueuerunt.

E X L I B. I I. B E L. G A L.

Rebus ad luxuriam pertinentibus hominum animos relanguescere, eorumque remitti virtutem constat.

Multa facilia ex difficillimis animi magnitudo redigit.

In miseros ac supplices misericordia utendum.

E X L I B. I I I. B E L. G A L.

Omnis spes salutis in virtute ponenda.

Omnes homines natura libertati student, & conditionem seruitutis oderunt.

Occasio negotii bene gerendi amittenda non est.

Fere libenter homines id, quod volunt, credunt.

In spe victoria redintegrari plerumque vires solent.

E X L I B. I V. B E L. G A L.

Qui rumoribus atque auditionibus permoti, de summis rebus consilia ineunt, eorum illos e vestigio poenitere necesse est.

Qui suos fines tueri non possunt, alienos occupare verum non est.

Expectare dum hostium copia augeantur, summa dementia est.

E X L I B. V. B E L. G A L.

Plebs propter imprudentiam plerumque labitur.

Consilium pro tempore & pro re capiendum.

Timet atque deficere eum omnia videntur, qui in ipso negotio consilium capere cogitur.

Quid leuius aut turpius, quam auctore hoste, de summis rebus capere consilium.

Errant qui ab iis quidquam praesidii sperant, qui suis rebus diffidunt.

Consuetudo pop. Ro. non patitur ullam accipere ab hoste armato conditionem.

E X L I B. V I. B E L. G A L.

Innocentes pro nocentibus poenas penderi ini- quum est.

Sape homines temerarios atque imperitos falsis rumoribus terreri, & ad facinus impelli, & de summis rebus consilium capere cognitum est.

Ex pecunia cupiditate factiones diffensioneque nascuntur.

Multum cum in omnibus rebus, tum in re militari fortuna potest.

Multum fortuna in repentino hostium aduentu potest.

EX LIB. VII. BEL. GAL.

Punienti delinquentes, ut sint reliquis documento & magnitudine poenae perterreant alios.

Salutis publica causa, rei familiaris commoda negligenda.

Quorum in sinibus bellum gerit Imperator, eorum opibus subleuatur.

Plerumque in summo periculo timor misericordiam non recipit.

Errant, qui in bello omnes secundos rerum euentus expectant.

Res aduersa Imperatorum auctoritatem minuit.

Magna ex diffensionibus incommoda oriri consueverunt.

Nihil adeo arduum, quod virtute consequi milites non possint.

Non minus in milite modestia & continentia, quam virtus atque animi magnitudo desideratur.

Animi est ista mollicies non virtus, inopiam paulisper ferre non posse. Qui se ultro morti offerunt, facilius reperimur, quam qui dolorem patienter ferant.

Omnia plerumque que absunt, vehementius hominum mentes perturbant.

EX LIB. VIII. HIRTI DE BELLO GALICO.

Plerumque accidit diuturnitate, ut consuetudine diligentia minuatur.

Insulantur atque incitantur hostium animi secundum proelio.

Homines detrimento admonentur.

Causa peccati facillimo mortuis delegari solet.

EX LIB. I. BEL. CIV.
C. Iulii Cæsaris.

Sape in bello paruis momentis, magni casus intercedunt.

Acerbum est, quod ab altero quis postulat, in se resistere.

Non minus est Imperatoris consilio superare, quam gladio.

Plerumque hominibus nimia pertinacia atque arrogancia accidere solet, ut eo recurrant, & id cupidissime petunt, quod paullo ante contempserint.

Est hoc omnibus semper datum Imperatoribus, ut rebus feliciter gestis, aut cum honore aliquo, aut

certe sine ignominia dominum reuertantur, exercitumque dimittant.

EX LIB. II. BEL. CIV.

Communi sit vitio natura, ut iniustis, latitantibus, atque incognitis rebus magis confidamus, vehementiusque exterreamur.

Est rerum omnium magister usus.

Quae volumus & credimus libenter, & que sentimus ipsi, reliquos sentire speramus.

Felicitas rerum gestarum exercitus beneuolentiam Imperatoribus, & res aduersa odia conciliant.

Viti corporis vulnera, ita exercitus incommoda tegenda sunt, ne spem aduersariis ardeamus.

Sui laboris milites semper euentu belli premia petiuerunt.

De suis homines laudibus libenter praedicant.

Vna in miseris rebus spes reliqua salutis.

EX LIB. III. BEL. CIV.

Hoc unum est tempus de pace agendi dum sibi uterque confidit, & ambo pares videntur. Si vero alteri paululum modo tribuerit fortuna, non est visurus conditionibus pacis is qui superior videtur, neque erit aequa parte contentus, qui se omnia habiturum confidit.

Plerumque in nouitate fama antecedit.

Fortuna quae plurimum potest, cum in reliquis rebus, tum praecipue in bello paruis momentis magnas rerum commutationes efficit.

Parua res magnum in utramque partem momentum habent.

Si non omnia cadunt secunda, fortuna est industria subleuanda.

Est quadam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata omnibus, quae studio pugna incenditur; hanc non reprimere sed augere Imperatores debent, neque frustra antiquitus institutum est, ut signa undique concinerent, clamoremque uniuersi tollerent, quibus rebus & hostes terrent, & suos incitari existimauerunt.

Plerumque in calamitate ex amicis inimici existunt.

EX LIBRO DE BELLO
Alexandrino.

Terror hominibus mentem consiliumque eripit, & membra debilitat.

Splendidus atque honestus contra Regem, quam contra conuenarum, ac fugitiuorum, manum bellum geritur.

Fortuna plerumque eos, quos plurimis beneficiis ornauit, ad duriores casus reseruat.

Auctoritas plerumque adest victori.

Ad explicandos sumptus militares pecunia necessaria est.

Nihil se libentius facere dicebat Cæsar, quam supplicibus ignoscere.

Diæ

Dii immortales cum omnibus belli casibus inter sunt, tum praecipue iis quibus nihil potuit ratione administrari.

EX LIB. DE BEL. AFRICANO.

Contra magnam vim hostium artificio magis, quam viribus decertandum.

Satius est Imperatori sibi suoque regno subsidia ire, quam dum alios adiuturus proficiscitur, ipse suo regno expulsus forsitan utraque re expellatur.

Proprium gaudium bellantibus tribuere fortuna non decreuit.

Milites quotidiano labore, saepe idem faciendo, in negligentiam adducuntur.

IOAN. BRANTII ANT-
VERPIANIAD C. IULII CÆSARIS
COMMENTAR. DE BELLO
GALLICO LIB. I

Notæ Criticæ.

D

Roximi sunt Germanis] Libri plerique omnes proximique. altera enim causa redditur fortitudinis Belgarum, continua belli consuetudo. utramque Ammianus Marcellinus veluti simius expressit libro 15.

2 Contineturque Garuanna flumine, Oceano, sinibus Belgarum: attingit etiam &c.] Manusc. lib. vetustissimus hunc locum sic legit: continetur Garuanna flumine, Oceanum sinibus Belgarum attingit. Etiam ab Sequanis & Heluetiis flumen Rhenum. vergit ad Septentriones.

3 Apud Heluetios longe nobilissimus & ditissimus fuit Orgetorix] Eluetios absque spiritu habet Venet. & Beroal. editio. & Orgetorix per n.

4 Totius Gallia imperio potiri] Monet Io. Glandorpheus in quibusdam exemplaribus legi totius Gallia potiri, omnia voce imperio, ut post paullo: totius Gallia sese potiri posse sperant. & apud Hirtium de bello Hispaniensi in principio cum & ulterioris Hispania potius esset.

5 Quod undique loci natura Heluetii continentur] Sic legit codex ille manu sc. Sed Venet. Beroald. & Vascol. quod undique loci natura tui Heluetii continentur. quod continerentur probat & Pet. Ciacconius, tametsi nonnulli codices continerentur exprimant.

6 Lacu Lemano] De quo ita Luca li. i. be'. Phar. De seruo casu tentoria fixa Lemano. Lemanno Ms. & vetustissima quæque exemplaria in hoc nomine geminat. Appellatur autem aliis Geneva, parte scilicet Occidentali, aliis Orientali Lomana lacus.

7 Itemque Dumnorigi Aeduo] Heduo, cum spiritu ut semper Manus. Venet. Beroal. Basil. & Vasc. Aeduo tam abiq; spiritu & cum diphthongo Græca probat consuetudo, & vetus Antistidori in Aeduis inscriptio apud Ald. Manut. Orthograph.

8 Frumentum omne praeter quod secum portaturi erant] Sic e veteri lib. hunc locum restituit Obert. Gifanius conlectan. in Lucret. dict. Praeter. cum & Ms. & cusi quos vidimus omnes habeant praeterquam quod. Sed illud venustius.

9 Vna cum iis proficiscantur] Cum his, legunt omnes.

10 Qui nuper populo R. pacati erant] Sic edit. Beroald. & Bas. Manusc. vero, qui nuper pacati erant, Venet. & Vasc. qui nuper pacati erant, ubique abiq; verbis pop. R.

11 Provincia toti quam maximum militum numerum imperat] Ms. Basil. Vascol. quam maximum potest militum. sed abiq; voce potest rectius. que bis paruulo momento repetita merito suspecta est.

12 Propterea quod iter haberent nullum aliud] Sic Basil. Sed Ven. Beroald. & Vasc. propterea quod nullum aliud iter haberent. manus. quod aliud iter haberent nullum. quod postremum placet Manutio & Hotmano. Nobis illud alterum iucundius ferit aures. Quod sequitur mox: a lacu Lemano, qui in flumen Rhodanum influit, pro qui in sunt qui quem faciunt, ut sit, quem flumen Rhodanum influit, ut flumen Medum, Metaurum, Rhenum, nominandi casu ab Horatio usurpantur, pro Medus, Metaurus, Rhenus. Neque hæc coniectura a vero discrepat. quippe Rhodanus lacum Lemannum influit, non lacus Rhodanum.

kk 2

VIII 13 Quo facilius si se invito transire conarentur, prohiberi possent] Sic manuscript. & Basil. at Venet. & Vascof. prohibere possent. Beroald. prohibere possit.

14 Nauibus inuictis, rariibusque compluribus factis alii, alii, vadis Rhodani] Manus. & Venet. rariibusque compluribus factis, alii vadis. Vasc. rariibusque compluribus factis alii vadis Rhodani. editam lectionem laudat Hotman.

IX 15 Sibi sibi beneficio habere obstrictas volebat] Obstrictas habere volebat Venet. & Beroald. Illud autem sibi abest a manu. vsurpant tamen suum sibi Comici xpenumero: in his Teren. A delph. Sui sibi hunc gladio iugulo. id est, suo proprio. ad quem locum Donat. sic veteres loqui solere. Turneb. videlicet lib. 14. aduers. c. 7.

X 16 Et qua proximum erat iter per Alpes in ulteriorem Galliam] Ms. codex, qua maximum iter in ulteriorem Galliam per Alpes erat. Excusi vero Beroald. & Vasc. & qua proximum iter in ulteriorem Galliam per Alpes erat.

XII 17 In Rhodanum influit incredibili lenitate] Sic & in vetustissimo manu. & excusis, quos viderim, omnibus. Et tamen Michael Brutus variantis ad Casarem scripturae libello non lenitate, sed lenitate legendum contendit, quem reprehendit Pet. Faber lib. 1. Semest. c. 20.

18 Quartam vero partem] Manuscript. cum Veneto, Beroald. & Vascof. quartam fere partem.

19 Eos impeditos. & inopinantes aggressus, magnam partem eorum concidit] Obertus Gifanius conlectan. in Lucret. dictio. Partem bonam, legit ex V. C. magnam partem concidit, id est, magna ex parte. ut libro 4. in princip. Sed maximam partem lacte atque pecore viuunt, vbi nos plura in Polit.

XIII 20 Illum vno die fecisse intelligerent] Casarem vno die Basil. sed illum concinnius.

21 Is ita cum Casare egit: Si pacem populus R. cum Heluetiis faceret, in eam partem ituros, &c.] Sic habent libri excusi. At Ms. Is ita cum Casare agit: legati ad Casarem ab Heluetiis missi pacem petunt cum denunciatione terroris, Si pop. R. cum Heluetiis faceret, &c. quae verba Legati, &c. ex ora, ut fit, a librariis in contextu esse recepta, nisi quid iudicans fallor, apparet.

22 Sin bello persequi perseveraret] Prosequi Venet. & Beroald. ut lib. 2. de bel. ciu. circa finem: Sed neque longius fugientes prosequi, nec vehementius e quos incitare poterant. Sed M. Tullius Philip. 2. Nunc quoniam hostis indicatus est Dolabella, bello persequendus est. Aemilius Probus siue is Corn. Nepos in Datame: Is regis dicto audiens non erat, quam obrem cum bello persequi constituit.

23 Et internecione exercitus] Membranæ & Vascof. internecione, quomodo & scribendum Priscianus contendit, tamen in Festo internecio reperiam. Internecione melius legi in melioribus co-

dicibus vult Ciaccon. noster. quod verbum reponit & Lambinus in Aemil. Prob. Eumene, vbi vulgo est: Interim constata sunt illa bella, qua ad internecionem post Alexandri mortem gesta sunt. Vbi Lambinus: libri quidam, inquit, editionis antiquissimæ habent internecionem, unde suspicabar legendum ad interitionem. quod idem valet, atque usque ad interitum. hæc ille. sic quod internecionem bellum vulgo scribitur, internecionem per quintam vocalem scribi in membranæ Plinianis vidimus lib. 8. natur. histor. cap. 24.

24 Memoriam deponere possit] Sic Vascof. edidit. At memoria deponere possit, codex noster Manus. Venet. Beroald. Basil. memoria deponere possit, longe rectius auferendi casu, ac venustius, ut supra paulo memoria teneret. Sed lib. 7. de bel. Gal. ut sua pristina virtutis, & tot secundissimorum præliorum memoriam tenerent dixit.

25 Hostem rapinis, pabulationibus, populationibusque prohibere] Pabulationibus abest a Venet. Bas. & Vasc.

26 Reperiebat etiam Casar, inquirendo, initium fugæ prælii equestris aduersa Dumnorige, atque eius equitibus factum esse (nam equitatu, quem auxilio Casari Aedui miserant, Dumnorix præerat) eorumque fuga reliquum esse equitatum perterritum] Editio Vascof. aduersi paucis ante diebus a Dumnorige. Sed in Manuscript. & in cufis Venet. & Beroald. sic legitur hic locus: Reperiebat etiam inquirendo. Casar, quod prælium equestre aduersum paucis ante diebus esset factum, initium eius fugæ factum a Dumnorige, atque eius equitibus. Nam equitatu, quem auxilio Casari Hedui miserant, Dumnorix præerat. eorum (Venet. & Beroald. eorumque) fugæ reliquum esse equitatum perterritum.

27 Per C. Valerium Procellum] Ms. Ven. & Beroald. per Caium Valerium Troacillum. Bas. & Vascof. Troacillum.

28 T. Labienum legatum prope] Membranæ cum edit. Venet. loco prope, proproatore legunt, quod & Ful. Ursinus, & Lud. Carriq. cum nummis, tum inscriptionibus firmant, ille in notis, hic Commentario 3. antiq. lect. cap. 8. contra Hotmanum, qui prope mordicus retinet.

29 Id se a Gallicis armis atque insignibus cognouit] Id se] Manus. Ven. & Beroald. Id se Gallicis armis, absque præpositione, quam & venustius omitti censet: Ald. Manus. ut.

30 Postquam id animaduertit] Ms. postquam id animam aduertit. Sic Hir. de bel. Alex. cumq. animam aduertit: ut sepe Comici Plautus, & Terent. Paulo post idem ms. cum Ven. & Ber. & omnia auxilia collocari, ac totum montem hominibus compleri.

31 Conspicati Heluetii] Venet. Beroald. Vasc. Id conspicati Heluetii. manu. coniunctione addita: & id conspicati.

32 Nostros latere aperto aggressi circumuenire] Circumuenire legunt Ms. Ven. Beroald. Vasc.

33 Roma-

33 Romani conuersa signa tripartito intulerunt] Sic legunt & alii quidam libri, in his Beroald. laudat Hotmanus. Sed Vascof. Romani conuersa signa bipartito intulerunt. Manus. & Venet. recte delecti conuersa, leguntque: ille, Romani signa bipartito intulerunt, hic, Romani signa bipartita intulerunt. & paulo post vbi in vulgatis est, ut venientes sustineret, quomodo & in manuscripto, Venetus & Beroald. legunt exciperet. sicut & Salust. libro tertio histor. locutus est: Quia Sertorio triplices insidias per idoneos saltus posita erant, prima, qui forte venientes exciperent.

34 Materas ac tragulas subiiciebant] Et membranæ & excusi omnes Materas ac tragulas. Materes primus restituit Io. Rhellicanus, & qui sint explicat. post cum Lilius Girald. dialo. 12. ex Ammiano Marcellino, & Cornificio ad Herennium lib. 4. vbi in plerisque editionibus armatura corrupte legas. Probat vocem materes Ioseph. Scaliger in catalecta Virgilii, materas Ad. Turneb. lib. 9. aduers. cap. 7.

35 Circiter millia hominum cxxx superfuerunt] Manus. circiter hominum millia cxxx superfuerunt. & mox, qui si inuissent, se eodem loco illos, abest pro uocabulum illos.

36 Nocte intermissa] Vascof. post intermissa, interpungit, ut fit: dum Casar patitur nocte interponi ad ea conquirenda & conferenda.

37 Qui Verbigenus appellatur] Beatus Rhenanus legit Vrigenus. Glandorp. mauult Vrbinus, ab Orba, ut ait. antiquissimo Heluetiorum opido.

38 Prima noctis vigilia] Manus. ut & cufi omnes, prima nocte, lib. 2. de bel. ciu. Equitatum omnem prima nocte ad castra hostium mittit, ut fit prima parte noctis, quod Casar alibi, & Cicero quoque, prima vigilia, solet dicere.

39 Et ad Casarem perlatæ] Manus. delatæ.

40 Repertus est numerus millium cxxx] cxxx Casarem scripsisse vult Orman. qui merito reprehenditur a Rob. Titio li. 1. locor. contro. c. 18. neque enim meminit Boio petentiibus Aeduis attributos fuisse, & ex hoc numero detractos, illi autem facile quatuordecim millia explerunt. adde ad sex millia, qui rebellarunt, atque in hostium numero habituri sunt; & qui nunc repertus est numerus millium centum & decem, constabit cum eo quod supra dictum est superfuisse ex prælio centum triginta millia.

41 Vt sibi secreto de sua omniumque salute] Manus. exaratus, ut sibi secreto, in occulto. Venet. & Beroald. ut sibi secreto & occulto. Basil. & Vascof. ut sibi secreto & in occulto.

42 Cum his Aeduos eorumque clientes semel] Sic manus. At Venet. & Beroald. eorumque ditionis homines semel. quod & Vascof. habet ad oram libri.

43 Quod prælium factum sit Amagetobia] Venet. Admagetobia. Beroald. ad Magetobia, ut & Vascof. vnde ad Amagetobriam quidam faciunt. A-

magetobia in castigationibus exemplaribus haberi testatur Ortel.

44 Animaduertit Casar vnus ex omnibus itaque Bal. lex editur. vnus tamen, ne quid diffimulem, retineri malim.

45 Reliquis tamen fuga facultas daretur] Sic Venet. & Beroald. Sed manus. Basil. & Vascof. reliquis tantum. ut & Hieronimus Ferrarius ad Philip. 2. in extrema reponendum vet. libris auctoribus censet, nato, ut fit, e compendiis t_m & t_n errore.

46 Neque sibi homines ferocis ac barbaros temperaturos existimabat] Ita Venet. laudatque Ciaccon. Manus. noster obtemperaturos ut & Beroald. Basil. & Vascof. Prius illud nobis magis probatur cum Dionysio Lambino, qui ita hunc locum se emendasse ait Commentar. ad Horat. lib. tertio ode 24.

47 Sine magno commentu atque molimento] Libri plerique omnes emolumento, id est, ut editio Vascof. ad oram habet, impendio seu detrimento. neque enim quæstus semper, aut aliquid quod conducatur, sed & interdum quod operosum est, magnumque studium requirit, emolumentum nomine significari contendit P. Victorius lib. 2. Var. c. 10. idcoque; si ultra esse, qui molimento hic tueretur. Quos inter cum aliquando esset Gab. Faernus, a Victorio monitus, a sententia resiliuit, & emolumento laudauit, quod idem Victor. in antiquissimis libris vidisse affirmat, & constanter habent Ms. Ven. Bas. & Vascof. Beroald. emolumento.

48 Si in eo manerent, quod conuenisset] Sic Manus. & Vascof. laudatque Hieron. Ferrar. emendatio. in Ciceronis Philip. 13. cum in aliis Ven. Beroald. & Bas. sit, conuenissent.

49 Longe ab his fratrum nomen populi R. ab futurum] Primus futurum scripsit Gab. Faernus, cui postea ad stipulati sunt M. Ant. Muretus li. 10. Var. cap. 4. I. Lipsius lib. 2. elect. cap. 19. ed cum eadem veterum librorum scriptura sit, quæ vulgata, nihil esse causæ: cur quidquam mutetur, vult idem Muret. Manus. Ven. Beroald. Bas. habent; Longe his fratrum, omissa, ab, præpositio, que & concinnius omitti videtur. Quid si? longe his fratrum nomen populi R. obsuturum.

50 Qui intra annos xiv tectum non subissent] Sic excusi. manus. qui inter. ut idem significet quod per annos. obseruabat Franc. Fabricius Marcoduranus notis ad Cicero. Ver. 2.

51 Summa erat in eo opido facultas] Sic Beroald. & Vasc. rectius quam Ms. Venet. & Basil. difficultas.

52 Propterea quod summe Alduabis] Alduabis Ms. & Beroald. Alduabis Venet. Alduabis Vascof. idem tamen ad oram, Alduabis flu. per n.

53 Hic primum ortus, &c.] M. Anto. Muretus homo doctissimus lib. 10. Variar. lect. cap. 4. cum veteribus libris tam calamo notatis, quam

typis descriptis legit: *Hic primum ortus est a Tribunis militum ac praefectis, reliquisque, qui ex urbe amicitia causa Caesarem secuti magnum periculum miserabantur, quod non magnum in remilitari usum habebant.* In iis qui postea editi sunt, addita est negatio hoc modo: *non magnum periculum miserabantur.* pro quo idem Muretus legit: *magnum periculum esse rebantur.* Noster Manuscript. cum Venet. Beroald. & Vascol. totum hunc locum sic legunt: *Sapenumero sese cum his congressos ne vultum quidem atque aciem oculorum dicebant* (Venet. & Beroald. absque verbo dicebant) ferre potuisse. *tantus subito timor omnem exercitum occupavit, ut non mediocriter omnium mentes animosque perturbaret.* Hic primum ortus est a Tribunis militum ac praefectis reliquisque, qui ex urbe amicitia causa secuti Caesarem, non magnum in remilitari usum habebant: quorum alius alia causa illata, quam sibi ad proficiscendum necessariam esse diceret, petebat, (Veneta editio dicerent, petebant) ut eius voluntate discedere liceret. Nonnulli pudore adducti, ut timoris suspicionem vitarent, remanebant. hi neque vultum fingere, neque interdum lacrymas tenere poterant; abiti in tabernaculis aut suum fatum querebantur, aut cum familiaribus suis commune periculum miserabantur.

XI 54 *Hac cum animaduertisset Caesar*] A manu. abest vox, Caesar.

55 *Atque a quietate conditionum perspecta*] Sic Mf. Venet. Beroald. rectius quam Bas. & Vasc. conditioni singulari numero.

56 *Quos tamen aliquis usus*] Manusc. quos tamen aliquid usus ac disciplina, quam a nobis accepissent, subleuarent. Venet. & Beroald. seruii tumultu. Licet aliquid usus ac disciplina, quam a nobis accepissent, subleuarent.

57 *Denique hos esse eosdem, quibuscum saepenumero*] Ita mf. melius quam Venet. Beroald. & Vascol. ac denique Germanos hos eosdem esse illos. Bas. denique hos esse eosdem Germanos, quibuscum. & mox ubi est, non solum in suis sedibus, sed etiam in illorum finibus, Manusc. Ven. Beroald. & Vasc. non habent vocem, sedibus.

58 *Hos si quarerent, reperire posse*] Sic Beroald. & Vascol. At Manusc. & Venet. hoc si quarerent, reperiri posse. ut legit & Basfil.

59 *Cum multos menses castris ac paludibus se continuisset*] Manusc. & Vascol. cum multos menses castris se ac paludibus tenuisset.

60 *Suam innocentiam perpetua vita, felicitatem Heluetiorum bello esse perspectam*] Manusc. & excusi constanter omnes: *Suam innocentiam perpetua vita felicitate. Heluetiorum bello esse perspectam.*

61 *Se quod in longiore diem collaturus esset, representaturum*] Ita legunt Mf. Beroald. Basfil. & Vasc. Male Venet. tentaturum. pro esset autem omnes praeter Basfil. fuisset, habent.

XII 62 *Inde reliqua legiones per tribunos militum & primorum ordinum centuriones egerunt ut Caesari sa-*

tu facerent] In scripto codice & veteri Veneto rectius longe: *Deinde reliqua legiones cum Tribunis militum & primorum ordinum Centurionibus.*

63 *Caesar quod nec colloquium interposita causa tolli volebat, neque salutem suam, &c.*] Sic Venet. Beroald. & Basfil. At Manusc. & Vasc. concinnius, atque hercle numerosius: *Caesar quod neque colloquium.*

64 *Legionarios eo milites legionis decimae*] Mf. eo legionarios milites. Venet. & Bas. eis legionarios milites. Beroald. & Vascol. in eos legionarios milites.

65 *Plus quam pollicitus esset Caesarem facere, pollicitum esse in cohortis pratoriae loco decimam legionem habiturum, ad equum rescribere*] Manusc. hunc locum sic exprimit: *plus quam pollicitus esset, Caesarem ei facere, pollicitum se in cohortis pratoriae loco decimam legionem habiturum, & nunc ad equum rescribere.* Beroald. & Vasc. plus quam pollicitus esset, Caesarem ei facere, pollicitum se in cohortis pratoriae loco decimam legionem habiturum, & nunc ad equum rescribere. Beroald. & Vasc. plus quam pollicitus esset, Caesarem facere, pollicitum esse in cohortis (se Vascol.) pratoriae loco decimam legionem habiturum, & nunc ad equum rescribere. Lector de his aestimet.

66 *Et in ea tumulus terreus, satis grandis hic locus*] Mf. & Ven. & in ea tumulus terrenus satis grandis. hic locus. Beroald. & in ea tumulus terreus satis grandis. hic locus.

67 *Ab castris utriusque aberat*] Sic Basfil. melius quam & Mf. & cusi alii omnes, ab castris Ariouisti & Caesaris.

68 *Transisse Rhenum sese non sua sponte*] Vocula sese abest a Manusc. Venet. & Beroald.

69 *Si iterum experiri velint, paratum se decertare, sin pacem malint, iniquum esse de stipendio recusare, &c.*] In Manusc. & Vasc. sic legitur hic locus: *Si iterum experiri velint, se iterum paratum esse decertare. Si pace uti velint (Vasc. Sin pace uti malint) iniquum esse.*

70 *Non Gallia impugnanda*] Bas. & Vasc. oppugnanda.

71 *Gallia prouincia fines egressum*] Finibus egressum Manusc. Ven. Beroald. Bas. melius quam Vasc. fines ingressum.

72 *Quod ex SC. Aeduos appellatos amicos diceret non se tam barbarum*] Manuscript. quod fratres Heduos appellatos diceret, non tam barbarum se. neque Ven. & Beroald. quod fratres a se & amicos appellatos Heduos diceret. Vasc. Quod fratres ex S. G. & amicos appellatos Heduos diceret, non se tam barbarum, neque. Placet lectio, ut in contextu, respondet enim Ariouistus ad id quod inter Senatus in eum beneficia paullo supra commemorauit Caesar: quod Rex appellatus esset a Senatu, quod amicus. Quamquam & fratres Romanorum Aeduos appellatos Corn. Tacit. auctor est lib. 11. Anna. cum de illis ait: *quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Rom. usurpant.* ad quem locum, vide quae obseruauit I. Lipsius. Sic & de Aruernis Lucan. lib. 1. Aruerni Latino sese ausi dicere fratres, sanguine ab Iliaco. de his & Sidon. Apol. lib. 7. epist. 7.

IO. BRANTII
AD LIB. II. C. IVLII
CAESARIS DE BEL. GAL.
Notae Criticae.



Ita uti supra demonstrauimus] Manusc. & Venet. ita uti superiorum. illud malim.

2 *In imperio nostro*] Sine praepositione in Ven. & Vasc. cum ea tamen alii rectius.

3 *Et ineunte estate*] Manuscript. & imita estate.

4 *In ulteriore Galliam*] Sic Basfil. & Vascol. at manuscript. Venet. & Beroald. in interiore Galliam.

5 *Exercitus in unum locum conuocari*] Ita Beroald. Sed Venet. Bas. & Vasc. addita coniunctiua exercitibus, manusc. exercitum.

6 *Pruiatos ciuitatis sua*] Sua abest a Mf. & Venet.

7 *Germanosque qui cis Rhenum incolunt*] Sic Manusc. Ven. & Beroald. laudatque. Ad Turab. li. 9. aduers. c. 8. cum alias mendose legeretur: *qui ripas Rheni incolunt.* Locutus sic fere est Suetonius in Iulio cap. 25. *Germanos, qui trans Rhenum incolunt.*

8 *Ut ne Sueffones quidem*] Sic Bas. Sed Manusc. Ven. Beroald. & Vasc. Sueffones & hic & alibi passim. quod etiam tuetur Abrah. Ortelius ciuis noster in suo thesauro Geographico, vulgo *Soissons.*

9 *Vnum imperium unumque magistratum*] Ita & manusc. & edit. solus Vascol. & unum imperium.

10 *Ingressi prohibuerint*] Prohibuissent Bas. & Vascol.

11 *Ad id bellum pollicitus esset, cognouerint*] Mf. Venet. Beroald. pollicitus sit. Bas. & Vascol. cognouerant.

12 *Suos esse finitimos, latissimos feracissimosque agros possidere*] Beroald. Suos esse finitimos, fines latissimos, feracissimosque agros possidere.

13 *Morinos xxv millia, Menapios ix millia, &c.*] In Manusc. Ven. Beroald. ita legitur hic locus: *Morinos xv millia (manus. xxv millia) Menapios vii millia, Velocasses & Veromanduos totidem, Caletos x millia, Catuacos xix millia. Bas. & Vascol. Morinos xv millia, Menapios vii millia, Caletos x millia, Verocasses (Vasc. Velocasses) & Veromanduos totidem, Catuacos xxix millia (Vasc. xix millia.) Sane Paullus Orosius lib. 6. c. 7. Aduaticis tribuit xvii millia. & est minor hic numerus, xvii millia aut xix millium, maiore illo xxix millium credibilior; eo quod nec regionis angustia, nec temporis ex quo sedes has tenuerant breuitas tot millia admittere videatur. ut obseruauit in Aduaticis.*

Ioan. Goropius Becanus Belgarum ingeniosissimi. *Adiurico*: autem legit & Jacob. Cuiacius libro quinto obseru. cap. vndecimo. *Adiuricos* autem per *z* mauultidem Goropius. *Caletes* siue *Caletos* Adria. Turneb. ipse Normannus 9. aduers. cap. octauo, ponit in superiore Normania, vltra Rhotomagum ad ostium Sequanæ, vt *Velocasses* citra Rhotomagum, de quibus vide & Pet. Pithceū lib. 1. aduersar. subsec. cap. tertio. Sunt qui *Velocasses* apud Cæsarem syllaba mutilatos, & *Venelocasses* scribendum contendunt, alii *Velocasses*, in his Io. Scaliger, vitiose scribi pro *Baiocassibus*.

14 *Principumque liberos obsides ad se adduci iussit*] Sic omnes. folus Vascol. *obsides adduci iussit*, sine illis verbis *ad se*. quæ tamen lectio magis arri- det.

15 *Ad se venire, neq; iam longe*] Sic Vascol. sed alii, *ad se venire vidit, neq; iam, &c.*

16 *Testudine facta portis succedunt*] Sic Bas. & Vascol. Manuf. vero Ven. & Beroald. *portas succedunt*, quod merito displicet F. Vrsino.

17 *Nam tanta multitudo lapides ac tela conieci- bant, vt in muro*] Ita Bas. & Vascol. Mf. & alii excu- sicut: *nam cum tanta multitudo lapides ac tela conie- cerent, in muro consistendi facultas erat nulli.*

18 *Qui tum opido præerat*] *Præerat*, omnes. sed illud *præerat*, probat Ciaccon. & mox, *unum ex iis qui legati de pace ad Cæsarem venerant, nun- cium ad eum mitti*, præferunt Manuf. Ven. & Beroald. sed rectius legi *vnus ex iis, &c. nuncios ad eum mittit*, ex sequentibus apparet.

19 *Nisi subsidium sibi mittatur*] Sic Bas. & Vascol. at nostræ membranæ, cum Venet. & Beroald. *nisi subsidium sibi submitatur*. vt & infra hoc ipso libro Cæsar dixit: *neque vllum esse subsidium, quod sub- mitti posset.*

20 *Ab castra Cæsaris omnibus copiis contende- runt*] *Cum omnibus*, omnes, quos vidi codi- ces.

21 *Et in fronte leuiter fastigatus*] Manuf. & in frontem leuiter castigatus. Venet. & Beroald. & in fronte leuiter (Beroald. leuiter) fastigatus. Vascol. & in frontem leuiter fastigatus. Infra libro quarto de bel. Gal. *Sed prona ac fastigiata*, vt ibi quo- que legunt Venet. & Beroald. Obertus Gifanius in Lucret. legit libris veter. auctoribus: *in fron- tem leuiter fastigatus*. Sane Pompon. Mela lib. 2. cap. 1. & lib. 3. cap. 1. *fastigat*, dixit. & Solinus: *Pyra- mides turres sunt in Ægypto fastigatæ vltra excel- sitatem omnem*. Sidon. Apollinaris lib. 1. epist. 9. *duo fastigatissimi consulares*. id est, supra ceteros elati. & lib. 2. epistol. 4. *ad arcem fastigatissima felicitatis erectus*. Silius Italic. lib. 5.

mediamque per aluum
Sensum fastigans, compressa cacumina nectit.
 2. *Vt si quid opus esset, subsidio duci possent*] Sic corrigi Hotman. cum Manuf. Ven. & Beroald. legant, *vt si quo opus esset subsidio, duci possent*. Bas. & Vascol. *vt si quo opus esset, subsidio duci possent*.

interpungendo post *esset*.

23 *Palus erat non magna*] Manuf. *palus non magna erat*.

24 *Sin minus, agros Rhemorum*] *Sin minus possent, agros Rhemorum*, habent omnes. sed illud, *possent*, glossema esse facile Hotmano sub- oluit.

25 *Commeatusque nostros sustinebant*] Sic Basil. Sed manuf. & Beroald. *commeatusque nostros prohiberent*. Venet. *commeatusque nostros prohiberent*. Vascol. *commeatusque nostros sustinebant*. idem ad oram tamen *prohiberent*.

26 *Ad eos defendendos vndique conuenire*] *Con- uenirent*, omnes, sed in infinitiuo probat Hot- man.

27 *Quod Diuitiacum atq; Aeduos*] Bas. & Vascol. quod *Diuitiacum* quoq; atque *Heduos*.

28 *Cum ab extremo agmine hi, ad quos ven- tum erat, consisterent*] Sic Basil. & Vascol. at manuf. & Venet. *cum ab extremo ordine, ad quos ventum erat, consisterent*. Beroald. *cum ab extremo agmine, ad quos*.

29 *Omnes in fuga sibi subsidium posuerunt*] Sic Basil. At manuf. & Venet. *Omnes in fuga presidi- um sibi ponerent*. Beroald. *omnes in fuga sibi presi- dium ponerent*. Vascol. *omnes in fuga sibi presidium posuerunt*.

30 *Sub occasumque Solis sequi destiterunt*] Ita Beroald. Bas. & Vascol. a quo tamen abest coniun- ctio *que*, vt verbum *sequi* a manuf. scrip. & Ve- nero.

31 *Prisquam se hostes ex terrore ac fuga recipe- rent*] Bas. & Vascol. *ex pauore*.

32 *Quod his rebus relanguescere animos, eorumq; remitti virtutem existimarent*] Sic Bas. & Vascol. Manuf. *quod iis rebus relanguescere animos eorum, & remitti*. Ven. & Beroald. *quod his rebus elangu- scere animos eorum, & remitti*.

33 *Cum per eorum fines triduo iter fecissent*] *Tri- duum* Mf. Ven. Beroald. & Vascol.

34 *Quo non modo non intrari, sed ne perspicere quidem posset*] Manuf. & Venet. *quo non modo intrari, sed ne perspicere*. absque altera negatione. vt sæpenumero & apud alios veteres auctores Latinos reperiri non modo, pro non modo non multis veterum scriptorum testimoniis con- firmat M. Anton. Muretus libro decimo *Variar.* cap. 7. & hic noster mox lib. tertio, *ac non modo desesso*, inquit, *ex pugna excedendi, sed ne sa- uicio quidem eius loci, ubi constituerat, relinquendi, ac sui recipiendi facultas dabatur*.

35 *Nam quod hostis appropinquabat*] *Nam quo- ad hostis*. Beroald. & mox *collocarat* Mf. Venet. & Vascol.

36 *Subito omnibus copiis pronolarunt*] Manuf. *pronolauerunt*. Venet. Basil. & Vascol. *pronola- runt*, & mox *decurrerunt*. Beroald. *pronolauerunt & decurrerunt*.

37 *Et successus & incurfus hostium impedi- bat*] *Et* Sic

Sic Ven. & Beroald. sed a manuf. absunt hæc verba *Et incurfus*. vt a Basiliens. & Vascol. hæc, *Et succes- sus*.

32 *Scutisq; tegmenta detrahenda*] *Scutis tegme- ta detrahenda*, sine coniunctione mf. & Venet.

39 *Quam quisq; in partem ab opere*] Manuf. & Venet. *quam quisq; ab opere in partem*, quod arri- det Hotmano.

40 *Cum diuersis locis legiones alia alia in parte*] Sic Bas. & Vascol. Manuf. *cum diuersis legionibus alia alia in parte*. Ven. & Beroald. *cum diuersis legio- nibus alia in parte*.

41 *Rursus regressos ac resistentes hostes*] Manuf. & Ven. *rursus resistentes hostes*.

42 *At totis fere castris a fronte & a sinistra parte nudatis, quod in dextro cornu*] Basil. *at totis*. manu- script. & Venet. *attonitis fere a fronte & ab sinistra parte nudatis castris quo* (Venet. *cuma*) *in dextro cor- nu*. Beroald. *At totis fere a fronte, & ab sinistra par- te nudatis castris, cum in dextro*. quod probat Ci- accon.

43 *Clamor fremitusq; oriebatur*] *Exandiebatur* Ven. Beroald. Basil. Vascol.

44 *Cæsar ab decima legionis cohortatione ad dex- trum cornu profectus, ubi suos urgeri*] Sic Manuf. Venet. Beroald. (qui tamen pro *ab*, a legit) Basil. & Vascol. sed hic ad oram, *Cæsar decima legionis co- hortate ad dextrum*, quomodo & Iustus Lipsius libros quosdam habere testatur. ex quo ipse legit, *Cæsar cum decima legionis cohorte*. Ita enim fuisse huic Ducei morem, vt plerumque in præliis cohortem vnâ ex fidissima hac & fortissima legione, aut etiâ hanc ipsam ad tutelam suam adsumeret. & falsa alioqui hæc narratio. Nam supra iam dixerat Cæsarem ab cohortatione legionis decimæ, transisse in partem alteram. idque ante pugnam. vide lib. 2. *Electori-* cap. 7.

45 *Ad pugnam esse impedimento, quarta*] Manuf. Venet. Beroald. *ad pugnam impedimento esse vidit, quarta*. Paulo post pro *huius aduentu, cuius aduen- tu*, legunt manuf. Venet. & Beroald.

46 *In his Primpilo P. Sextio Baculo*] *Bibaculo* in antiquo suo codice esse testatur Fr. Hotman. vt & Glandorpius, qui quarundam familiarum vt *Furia & Sextie* id cognomen fuisse ex veterum mo- numentis contendit. & videtur profecto idem hic fuisse, de quo Cæsar lib. 6. *Erat inquit, eger in presi- diis relictus P. Sextius Bibaculus, qui primum pilum apud Cæsarem duxerat, cuius mentionem superiori- bus præliis fecimus*. & lib. 3. *bel. Gal. vbi in vulgatis legitur P. Sextius Baculus*, Venet. noster ex presse legit *P. Sextius Bibaculus*. vt ibi monemus.

47 *Vt non nequicquam tanta virtutis homines indicari deberent, ausos esse transire latissimum flu- men*] Sic manuf. & Ber. Venet. *altissimum flumen*. Basil. & Vascol. *vt non nequicquam tanta virtutis ho- mines indicari deberet, ausos esse transire latissimum flumen* &c. quod deberet, numero singulari probat Guliel. Canterus lib. 3. nou. lect. c. 28.

48 *Et prope ad internecionem gente ac nomine Neruorum redacta*] Sic manuf. & Vascol. sed ad *in- ternecionem* Ven. Beroald. Basil.

49 *Ex hominum millibus LXVIIX ad D.*] *Vix ab- est a Venet.*

50 *Custodia ex suis ac presidio*] Manuf. & Ven. *custodiam ex suis ac presidium* vt *millia hominum vna reliquerant*.

51 *Quod tanta machinatio ab tanto spatio in- strueretur*] Cum in interrogatione hæc verba sic legit Lipsius, *quo tanta machinatio ab tanto spatio instru- eretur? Illa vero in muros sese collocare posse consideret*, quod Faernus & Fuluius in muro mutant, eideam Lipsio displicet, qui *in muros* retinet.

52 *Nam plerumq; hominibus Gallis*] Scriptus codex cum Venet. Beroald. & Vascol. *Nam plerum- que omnibus Gallis*.

53 *Ne se armis despoliaret*] Sic Ven. & Bas. *despo- liaret* manuf. & Vascol. *spoliaret* Beroald. Cicero lib. 7. ad Atticum epist. 8. *ad bustum Basili vulneratus & despoliatus est*.

54 *Nostros presidia deducturos*] Sic Manuf. Bero- ald. & Vascol. hic tamen ad oram, *non deducturos*, quod probat Manuf. Venet. *producturos*.

55 *Pellibus induxerant*] Ita Manuf. Basil. & Va- scol. *incluserant* Ven. & Beroald.

56 *Occisus ad hominum millibus IV*] Ita Ber. Bas. Vascol. *ad hominum millia IV* Venet.

57 *Ad Venetos, Vnellos*] Sic constanter omnes quamuis Io. Gorop. Becanus auctoribus Ptole- mæo & Plinio *Venellos* malit. *Veneti* autem *Ovini* Straboni, qui & ipserum nauale prælium cum Cæ- sare describit lib. 4. Pro *Ossimos* autè vulgati cor- rupte legunt *Ossimos*. Plinius lib. 4. ca. 18. *Ossimos* vocat, & Pomponius Mela lib. 3. ca. 2. *Ciuitas Ossimiorum* in Notitia Prouinciarum.

I O. BRANTII
 AD LIB. III. C. IVLII CÆ-
 SARIIS DE BEL. GAL.
 Notæ Criticæ.



N Antiquates] Manuf. in *Nan- tates*, quod probat Ciaccon.
 2. *Vti in iis locis*] Manuf. & Vascol. *vt in his locis*.
 3. *Et compluribus sigillatim*] Manuf. Venet. Beroald. Basil. *Singillatim*. Vascol. *Singulatim*.

Sigillatim autè probat Manuf. in orthographia. a *Sigillum*, auctoritate: b. orum veterum & lapidū. Malo *Singillatim* vel *Singulatim*, vt a *Singulis*, non a *Sigillis* deriuatum.

4 Non solum itinerum cassia] Ita legunt Manuf. Beroald. & Basil. rectius quam Venet. & Vasc. numero singulari itineris.

5 Vix ut his rebus, quas constituisent, colloquendis] Sic Bas. & Vasc. At collocandis Manuf. Venet. & Ber. quod probatur Ciacconio.

6 Neq; vllum frustra telum ex loco superiore mittere] Mendum hic latere doctissimo M. Ant. Mureto visam, qui li. 10. Var. c. 15. totum illud, neque vllum frustra telum ex loco superiore mittere, alieno loco positum affirmat. non enim in Romanos conuenire, qui, vt constat, in valle inclusi obsidebantur; sed in Gallos, qui noctu, vt dictum est, iuga impendentium montium occuparant. Censet igitur verba illa statim subiicienda post verbum conuicere. Franc. Hotman. pro ex loco superiore, vult loco inferiore. Nam, inquit, hostes superiora loca occupasse, & armatis compleisse diuixit Casar. Sed frustra homines eruditi de loco clarissimo dubitant, neq; videt Romanos de vallo & aggere pugnasce qui erat altior Gallis oppugnatoribus. Supra lib. 1. propterea quod pro vallo carros obiecerant, & e loco superiore in nostros venientes tela conuiciebant. Vidit hoc Yuo Villiomarus lib. 6. animaduert. in locos controu. Rob. Titii cap. 11. Legit autem idem Muret. paullo ante gestaq; vt & eod. Ven. Beroald. Basilienf. & Vascos. Lipsius vero lib. 4. Polior. dial. 4. gestaq; quod firmat manuf.

7 Cum praelio excedebant] Cum, particula abest a Manuf. Venet. & Beroald.

8 P. Sextius Baculus] Venet. expresse legit Baculus, vt lib. 2. monuimus, nu. 46.

9 Aliis occurrisse rebus videbat] Viderat, omnes.

10 Proximus mari Oceano in Andibus hiemabant] Proximis Basil. & hiemauerat Venet. Beroald. Hotman. ex veteri suo codice hiemarat.

11 Frumenti caussa dimisit] Sic Manuscript. Venet. Beroald. melius quam Basil. & Vascos. frumenti commeatuq; petendi caussa. dimiserat autem habet Ven.

12 Ceteros antecedunt] Manuf. Venet. Beroald. reliquos.

13 Ab his fuit initium] Ab his fuit, Manuf. Ven. Beroald. Basil. fit initium, Vascos.

14 Quam Romanorum seruitutem perferre malent] Malint Vascos.

15 Si velit suos recuperare] Sic Basil. Recipere Manuf. Venet. Beroald. & Vascos. forte recuperare. quod proprie de amissis atq; ereptis. lib. 7. quod se prope explorata victoria celeriter amissa recuperaturos considerent.

16 Quod ipse aberat longius] Quod ille Basil. & Vasc.

17 Reliquaq; item ciuitates] item abest a Bas. & Vascos.

18 Quod nomen ad omnes nationes sanctum] Sic Manuf. Venet. Beroald. Apud omnes Basil. & Vascos. vtrumq; recte. Nam ad pro apud infra quoq; dixit

lib. 3. de bel. ciu. hacres illis offensionem & contemptionem ad omnes attulit. Cicero lib. 9. ad Attic. Dionysius ad me fuit bene mane.

19 Propter inscientiam locorum] Sic Manuf. Inscentiam Venet. Beroald. Basil. Vasc. Illud huic loco magis congruere arbitror, & hic inscentiam propter vocis illius insolentiam repositum esse. Cicero pro Sulla, vos deniq; in tantis tenebris erroris & inscentia clarissimum lumen praeulisis menti mea. vbi in codicibus aliis identidem inscentia suppositum testatur Franc. Syluius, & Dionys. Lambinus ad illud Horat. lib. 2. satyra 1.

sanitarum inscentia legum, & satyra 2.

aut vafri inscentia iuris; inscentia libens reponit.

20 In concluso mari] Basil. in intercluso mari.

21 In extremis linguis] Sic legit & Vasc. rectius quam Manuf. Ven. Beroald. & Bas. Lingulis. Vtitur & Solinus in Polyhistor. vt & cruditi homines obseruarunt.

22 Atq; his ferme moenibus adaquatus] Atq; his opidi ferme Manuf. Venet. Ber. & Vasc.

23 Hac eo facilius magnam partem astatu faciunt] Sic Manuf. Ven. Beroald. Basil. sed Vasc. magna parte. Illud rectius pro consuetudine Caesaris, vt notamus alibi.

24 Naues tota facta ex robore] Sic Manuf. Ber. & Vasc. hic tamen margini adscriptum habet. Naues maximo robore. Venet. & Basil. nauisq; tota facta ex robore.

25 Transtra ex pedalibus in altitudinem] Sic Basil. & Vasc. Sed a Manuf. Ven. & Ber. abest praepositio ex.

26 Atq; eius vsus inscientiam] Sic Manuf. Inscentiam Ven. Ber. Bas. & Vasc. vide notata paullo supra nu. 19.

27 Facile telum adigebatur] Adiciebatur Manuf. & Vasc. adiciebant Ven. & Ber. Illud adigebatur, malim. vt & lib. 2. bel. Gal. vbi est, quam quo telum adici posset, adigi praferam.

28 Et eadem de caussa minus incommode scopulis continebantur] Minus commode Manuf. & excusi omnes.

29 Casus erant extimescendi] Erat extimescedus numero singulari omnes proferunt.

30 Aut quam ratione pugna insisterent] Sic Vasc. At Manuf. Ven. Ber. & Basil. aut qua ratione pugna insisterent. Insistere accusandi casui iungit & Maero 3. Georg.

Iam vitulos hortare, viamq; insiste domandi. & 6. Aeneid.

sceleratum insistere limen. Terent. Eunuch. act. 2. sce. 3. quam insistam viam. vbi Donat. etiam qua via legi annotat.

31 Non absimili forma muralium falcium] Ruralium legit Franciscus Robortellus libro primo annotat. capite vigesimo octauo, & firmare conatur Varronis auctoritate. Sed ei

eum Varrone eras credam, hodie nihil. Refutat & Hotm. hic.

32 Quod postquam barbari fieri animaduertunt] Animaduertunt Beroald.

33 Vt iam non solum hostibus in contemptione] Sic legunt Manuf. Venet. Beroald. In contemptum Bas. & Vascos. Sed & infra lib. 5. dicit. tanta cum contemptione vestri item, vt in summam contemptionem hostibus veniat. rursum eod. lib. extremo, cum maiore indies contemptione Induciomarus ad castra accederet. & alibi saepe.

34 Velut explorata victoria] Vt explorata manuf. Opponitur desperata victoria lib. 7. & salus desperata lib. 6.

35 Ex tertia parte Galliae est existimanda] Sic Manuf. Basil. & Vasc. existimanda Venet. & Beroald.

36 L. Valerius Praconinus] Omnes, excepto manuscripto, Praconinus.

37 L. Manilius] Omnes L. Mallius.

38 Tolosa, Carcasone, & Narbone] Illud Carcasone in omnibus desideratur.

39 In Sociatum fines] Manuf. Ven. & Beroald. Sontiatum. Bas. & Vasc. Sontiatum. & mox Sontiates.

40 Alia ex parte opidi Adcantuannus] Sic Basil. & Vascos. hic tamen ad oram, al. Adiatonmus, al. Alatummus. Manuf. & Ven. Adiatonmus. Beroald. Adiatonius. Athenus lib. 6. ex Nicolao Damasceno, legit Adiatonmus, & Siloduni, non Soldurii.

41 Repulsus in opidum est, vti tamen eadem] Sic Venet. & Vasc. Sed Manuf. & Beroald. tamen vti eadem.

42 In fines Vocatum] Vocatum Manuf. Ven. Beroald. Vocantiorum Bas. & Vascos.

43 Duplici acie instructa] Instructa Beroald. Idem tamen lib. 4. triplici acie instructa, legit vbi manuf. instructa.

44 Auxiliis in mediam aciem collocatis] Collectis manuf.

45 Et sub sarcinis infirmioresque animo adoriri cogitabat] Inferiore animo Manuf. Bas. Vascos. Infermioris animo Ven. & Beroald. Sub sarcinis adoriri dixit quoq; lib. 2.

46 Atq; his perruptis] Proruptis Manuf. Venet. Beroald. Basil. prorutis Vasc.

47 Elusates] Flustates libri omnes. eosque nonnulli esse volunt, qui ad Pyrenaeos citra caput Garumnæ vocantur Fuxenses. quos reprehendit Ioseph. Scaliger lib. 2. Aufon. lectio. cap. 7. & Elusates defendit, quorum ciuitas nomen & ipsa hodie retinet. Elsam enim vocant Vascos, Eusam corrupte pronunciant. Certe Plinius lib. 4. cap. 19. Elusates expresse legit. & Elusam Ammianus lib. 15. In Narbonensi, inquit, Elusa, & Narbona, & Tolosa, qua principatum urbium tenent. Sulpit. Seuerus lib. 2. hist. sacrae, Maximeque Elusanam plebem, sane tu bonam, & religioni studentem prauis predicationibus pervertere. Priscillianista seu Gnostici.

48 Cum peruenisset Casar] Sic Basil. & Vascos. At Manuf. Ven. Beroald. cum Casar peruenisset. 49 Paucos ex suis desiderauerunt] Sic Basil. & Beroald. At Manuf. & Vasc. paucos de suis deperdiderunt. Venet. paucos de suis perdiderunt. infra lib. 5. tantum eius opinionis deperdidisse. 50 Qua proxime bellum fecerant] Ita Bas. & Vasc. Sed Manuf. Ven. Beroald. qua maxime.

I. O. BRANTII AD LIB. IV. C. IULII CAESARIS DE BEL. GAL. Notae Criticae.



Item Tenchtheri] Manuf. r Tauchtheri. Tencatheri Ven. & Beroald.

2 Suis ex finibus educunt] Ita Bas. & Vascos. vox suis abest Manuf. Venet. Beroald.

3 Reliqui domi manent, pro se atq; illis colunt] Manuf. Ven. Bas. & Vascos. reliqui qui domi manserint (Venet. & Beroald. manserunt, Basil. remanserint) se atq; illos alunt.

Sic neque agricultura, neq; ratio, neque vsus belli intermittitur] Idem libri omnes, Sic neque agricultura neq; (manuf. nec) ratio atq; vsus.

4 Praeter pelles, habeant quidquam] Quidquam, abest a Bas. & Vasc.

5 Quarum propter exiguitatem magna est corporis pars aperta] Haec parenthesi includit Vascos.

6 Sed quae sunt apud eos nata praua] Prava, Manuf. Venet. Beroald. Vascos. Hic tamen margini adscriptum habet praua, quemadmodum & legit Basil.

7 Eodem remanere vestigio assuescunt] Assuescuerunt Manuf. Ven. Beroald.

8 Cum vsus poscit, recipiunt] Alit omnes, cum vsus est.

9 Magnum numerum ciuitatum] Ciuitatum omnes.

10 Circiter millia passuum de agri vacare dicuntur] Lx restituunt Franc. Hotman. & Iust. Lips. ille in notis, hic libro altero Elector. capite septimo.

11 Et paullo qui sunt eiusdem generis etiam ceteris humaniores] Sic Basil. At Manuscript. & paullo quam sunt. Ven. & Beroald. qui paulo sunt. Vascos. qui paulo sunt eiusdem generis, & ceteris humaniores.

12 Multiq; ad eos mercatores ventitant] Sic Bas. sed Manuf. Ven. & Vasc. multumq; ad eos. Ber. multum ad eos.

13 Qui complures annos Sueuorum vim sustinuerunt] Omnes, qui cum plures annos Sueuorum vim sustinuerint, ad extremum tamen.

- 14 *Quas regiones Menapii incolebant*] Vnus Vascol. qua regione. ad oram tamen. quas regiones.
- 15 *Quibus ex regionibus veniant*] Ita Ven. sed Manufc. Basil. Vasc. cum copula. quibusq; ex regionibus. Beroald. absque præpositione. quibusq; regionibus.
- 16 *Ne grauiori bello occurreret*] Sic omnes. solus Vascol. ut grauiori. ne tamen ad marginē apposito.
- 17 *Omniaq; qua postulassent*] Ita Bas. & Vascol. Sed Manuf. Venet. Beroald. omnia. quaque postulassent.
- 18 *Et Condruforum*] Condruforum omnes.
- 19 *Quos armis possederint*] Possiderent Vascol. & Venet.
- 20 *Sed licere si velint*] Si velent. manufc. & Venet.
- 21 *Post diem tertium ad Casarē reuersuros*] Verba ad Casarem absumt ab iisdem. manuf. inquam. & Venet.
- 22 *Cognouerat enim magnam partem equitatus ab iis*] Ab his omnes.
- 23 *Mosa profluit ex monte Vogeſo. qui est in finibus Lingonum. & parte quadam Rheni recepta*] Torus hic locus ita legitur in manuf. Venet. Beroald. Mosa profluit ex monte Vogeſo. qui est in finibus Lingonum. & parte quadam ex Rheni recepta. qua appellatur Valis (Walis Venet. & Beroald.) insulamq; efficit Batauorum. in Oceanum insluit. neq; longius ab Oceano milibus passuum LXXX in Rhenū. insluit. & paulo post. ubi Oceano appropinquat. vt legit & Vascon.
- 24 *Atq; is dies induciis erat ab iis petitus*] Ita Basil. alii omnes. Atque is dies induciis dictus erat ab his petitus.
- 25 *Resistētibus nostris consuetudine sua*] Sic Ven. Beroald. & Vasc. A manuf. abest vox rursus. vt & a Bas. qui legit his resistētibus consuetudine sua.
- 26 *Illum ex periculo eripuit*] Manuf. & Ven. ex periculo illum eripuit.
- 27 *Ne quem diem pugna præmitteret*] Intermitteret Manufc. Ven. Beroald. & Vasc. qui tamen ad oram præmitteret. vt legit & Bas. Hirt. de bel. Afric. in princ. nullo die intermisso. Terent. Adelph. act. 3. sce. 1. nunquam unum intermittis diem. quin semper veniat.
- 28 *Quos sibi Casar oblatos gauisus retineri iussit*] Oblatos grauius retineri iussit. Manuf. Ven. Beroald. quomodo & ad oram Basil.
- 29 *Equitatumq; quod recenti proelio*] Sic idem Bas. At manuf. sine copula. equitatum. quod recenti proelio. Ven. & Beroald. equitatumq; quem.
- 30 *Acie triplici instructa*] Instituta manuf.
- 31 *Perturbabantur. vt copiasne aduersus hostem educere. an castra defendere. an fuga salutem petere. mescirent quid præstaret*] Sic Basil. At manufc. Beroald. & Vascol. perturbantur (Vascol. perturbabantur) copiasne aduersus hostem educere. an castra defendere. an fuga salutem petere præstaret.
- 32 *Pristini diei perfidia incitati*] Libro secundo de bel. ciu. dicit. proximi diei casu admoniti. vbi ex

- hoc loco pristini reponit Ciaccon. scilicet qui proxime antecessit. pridianus. L. i. libro nono. Itaque non frustrabor ego vos. castra hic reliquendo. in qua infecta victoria. sicut pristino die. vos recipiam.
- 33 *In fines Sigambrorum receperat*] Sicambrorum omnes. Strabon. lib. 7. Συγαμβροι. cui nostrum respondet. Lipsius Sigambros vocat. lib. 1. antiq. lect. cap. 6. vt in veteri quoque codice legi testatur Fuluius Ursinus. Dionys. Lambinus ad Horat. lib. 4. Ode 2. testatur in aliquot lib. manufc. reperiri. Sygambros.
- 34 *Tantum esse nomen apud eos atq; opinionem exercitus Romani Ariouisto pulso. & hoc nouissimo proelio factō. vt etiam ad vltimas Germanorum nationes*] Sic legunt Basil. & Vasc. a quibus tamen absumt verba. apud eos. Manuf. Ven. Beroald. Tantum esse nomen atq; opinionem eius exercitus Ariouisti pulso. & hoc nouissimo proelio factō etiam ad vltimas Germanorum nationes. vt opinione & amicitia populi R. tuti esse possint.
- 35 *Non publica modo directā ad perpendicularum sed prona ac fastigiata*] Sic Beroald. & Vascol. fastigiata Basil. manuf. & Ven. directā ad perpendicularū. sed prona ac fastigiata. De qua voce diximus ad lib. 2. num. 21.
- 36 *Hæc utraq; bipedalibus trabibus immixtis*] Omnes. Hæc utraq; insuper bipedalibus.
- 37 *Quæ pro pariete subiecta*] Omnes pro ariete. quod defendit Turneb. li. 24. ca. 10. vt sit loco propugnaculi & munimenti. improbata viri docti sententia. qui pro ariete vno verbo παραφρασεως legebat.
- 38 *Fruuentisq; succisis*] Sic manuf. Alii omnes succēsis. Succisis rectius. vt infra extremo hoc libro. omnibus eorum agris vastatis frumentis succisis. ediscitisq; incensis.
- 39 *Se suaq; omnia in siluis deponerent*] In siluis Beroald. & Vascol.
- 40 *Etsi anni tempus ad bellum gerendum deficeret*] Defecerat Beroald.
- 41 *Illo adit quisquam*] Sic manuf. & Beroald. At Bas. & Vasc. ad illos adit quisquam.
- 42 *Conuocatis ad se vndiq; mercatoribus*] Manufc. conuocatis vndiq; ad se.
- 43 *Seq; ea qua imperasset. facturos pollicerentur*] Pollicerentur omnes.
- 44 *Neq; has tantularum rerum*] Sic Bas. Alii omnes tantarum.
- 45 *Quæ ex eo loco millibus passuum octo. quod etiam placet Ciacconio. Beroald. quæ ex eo loco a millibus.*
- 46 *Maximeq; vt res militares postularent*] Sic Bas. & Vasc. sed sine copula maxime vt res. legunt manuf. Ven. & Beroald. & mox. vt quam celerem. vt habent & Bas. & Vasc.
- 47 *Simul & nauibus desiliendum*] Simul & de nauibus omnes.
- 48 *Equos insuefactos*] Assuefactos Vascol.
- 49 *At nostris militibus cunctantibus*] Sic Basil. At Manufc. Ven. Beroald. Vascol. atq;.

IO. BRANTII
AD LIB. V. C. IULII
CÆSARIS DE BEL. GAL.
Notæ Criticæ.



- T quotannis facere consueuerat*] Consueuerat Manuscript. & Beroald.
- 2 *Subductionesq; paullo facit humiliores*] Ven. Subductiones. paulloq; &c. quod & Vasc. ad oram notarum habet.
- 3 *Minus magnos*] Magis magnos Basil. & ad oram Vas. prior lectio placet H. Glareano.
- 4 *Quam quibus in reliquis utimur maribus*] Beroald. vtuntur. Basil. quam quibus in alio mari uti assueuerant.
- 5 *Quid fieri velit ostendit*] Quid fieri vellet Manuf. & Ven. Illud magis Ciacconio probatur. infra tamen lib. 7. bis dixit. quid fieri vellet. ostendit. Circiter millium passuum xxx a continenti] xxx transmissum a continenti omnes. xxx autē in melioribus libris legi nonnulli aiunt.
- 6 *Induciomarus & Cingetorix*] Induciomarus & Cingetorix Ber.
- 7 *Omnibus rebus ad Britannicum bellum comparatis*] Manuf. Ven. Ber. Omnibus ad Britannicum bellum rebus comparatis.
- 8 *His adductis & filio*] His adductis. in his filio. Manuf. Ven. Ber. & Vasc.
- 9 *Id factū grauius tulit Induciomarus*] Manuf. Ven. Ber. Id tulit factum grauius.
- 10 *xi. naues qua in Meldis factæ erant*] In Belgis Vener. Beroald. & Vascol. ad oram. nec displicet.
- 11 *Seuocare singulos*] Reuocare singulos. omnes.
- 12 *Ille enim reuocatus resistere*] Sic habet manuf. Alii ille autem. Sed id enim præterquam quod idem sæpe valēt. quod autem. cuius apud Lucretiū exempla obuia sunt. perturbationi quoque interdum conuenit. vt docet Donat. ad illud Terenti Adelph. act. 1. sce. 2. At enim non sinam. vt idem sit quod erimvero. vnde hic Ciacco. ex ingenio legendum censebat. ille enim uero resistere. Circumsistunt. hominemq; interficiunt] Sic Basil. At Manuf. Ven. Beroald. & Vasc. circumsistunt hominem atq; interficiunt.
- 13 *Et rei frumentaria prouideret*] Et rem frumentariam prouideret Manuf. Venet. Ber. & Vasc. ad oram. sic infra lib. 6. His cognitis rebus. rem frumentariam prouidet.
- 14 *Longarum nauium cursum adæquauerunt*] Adæquauerunt Manuf. Ven. Ber. & Bas.
- 15 *Sed vt postea Casar ex captiuo comperit*] Ber. cognouit. Manuf. & Ven. Sed vt postea ex captiuo cognouit Casar.
- 50 *Deseruit. inquit. milites. nisi &c.*] Committentes Vas. locum autem hunc sic legit Bas. Deseruit inquit. milites. si vultis. aquilam. atq; hostibus prodire. Deserere autem & prodere. vt hoc peruiam moneam. iunctim plerumque leguntur. vt lib. 1. de bel. ciu. se exercitum ducesq; non deserturos neq; prodit. ros. & lib. 2. bel. ciu. desertos enim se ac proditos a vobis d. cunt. Cicero alibi. Quem ego sum secutus. is me deseruit ac prodidit.
- 51 *Cum ad eos Imperatoris mandata perferret*] Sic Bas. sed manuf. Ven. Beroald. Vascol. cum ad eos oratoris modo Casaris mandata deferret.
- 52 *Culpam in multitudinem contulerunt*] Contecerunt omnes.
- 53 *Principes vndiq; conuenere. & se ciuitatesque suas Casari commendarunt*] Sic Bas. & Vascol. qui tamen pro conuenere. conuenerunt. Manuf. Venet. Beroald. Principesque vndiq; conuenere. & se ciuitatesque suas Casari commendare coeperunt.
- 54 *His rebus pace firmata*] Confirmata Manuscript.
- 55 *Vt esset Luna plena. qua maritimos astus*] Sic Bas. & Vasc. hic tamen ad oram. qui dies maritimos astus. vt legunt quoque Manufc. Venet. & Beroald.
- 56 *Quæ ad reficiendas eas vsui sunt*] Sic Basil. Alii. qua ad reficiendas naues vsui sunt.
- 57 *Principes Britannia. qui post proelium ad ea. qua iusserat Casar. facienda conuenerant. inter se collocuti*] Sic Basil. at alii & Manuf. & excus. qui post proelium ad Casarem conuenerant. inter se collocuti.
- 58 *Et cum se inter equitum turmas insinuauerent*] Insinuauerunt Manuf. Ber. & Vasc.
- 59 *Et pedibus præliantur*] Bas. & Vasc. & pedites. pedibus rectius est Hotmano.
- 60 *Auriga interim paullum e proelio excedunt*] paullum ex proelio excedunt. Manuf. Ven. Beroald. & Vascol.
- 61 *Atq; ita se collocant*] Atq; ita currus collocant Manuf. Ven. Ber. Vasc.
- 62 *His rebus celeriter*] His diebus manuf.
- 63 *Tamen nactus equites circiter xxx*] Hotm. ccc manult.
- 64 *Infirmis nauibus hiemē navigationem subiiciendam non existimauit*] Manuf. Ven. Basil. Vasc. hiemis navigationem subeundam. Illud probat Hotm. quem vide.
- 65 *Ad Casarem se receperunt*] Se ad Casarem manuf. Se ad Casarem recipiunt. Venet. & Beroald.

16 Qua cum annotinis priuatis, quas sui quisq; commodi causa fecerat, amplius dccc una erant visa, timore a litore discesserant] Manuf. & Ber. quas sui quisq; commodi fecerat amplius dccc uno erant (visa Beroal.) : emporo a litore discesserant. Ven. Bas. & Vascol. qua cum annotinis (Vascol. ad oram addit publicis) priuatis, quas sui quisq; commodi causa fecerat (fecerat Bas. & Val.) amplius octingenta uno erant visa tempore, a litore discesserant. Sunt autem Annotina vt idem Vascol. margini adscriptu habet. naues quibus annonae vehitur.

X 17 Atq; in litore erectas esse] Sic Manuf. Ven. & Ber. Vas. in lituis.

XI 18 Atq; in itinere resistere iubet] Sic idem Manuf. Ven. & Beroald. atq; in itinere consistere iubet. Basil. & Val. atque itinere desistere iubet.

19 Sic ut amissis circiter xl nauibus] l x nauibus Manuf. Quadringentis Val. ad oram.

20 Ne nocturnis quidem temporibus ad laborem militum intermissis] Infra hoc ipso libro, nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur. vbi tamen cum Beroal. expresse legat ab labore, hic quoque ita legendum censeam. sic enim & lib. 1. de bel. ciu. vt reliquum tempus a labore intermitteretur.

21 Praesidio nauibus relinquit] Reliquit Manuf. Ven. Ber. Sed Bas. & Val. qua antea praesidio nauibus fuerant.

XII 22 Et belli inferendi causa ex Belgio transferant] Ex Belgis Venet. vt legendum ex Caesaris consuetudine contendit Hotm.

23 Et bello illato ibi remanserunt] Permanserunt Manuf. Ven. Beroald.

24 Pecoris magnus numerus. vtuntur autem nummo aereo, aut laminis ferreis ad certum pondus examinatis pro numero] Manuf. & Ber. Pecorum magnus numerus. vtuntur aut aere, aut nummo aereo, aut annulis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo. Bas. & Vascol. Vtuntur autem nummo aereo, aut annulis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo.

XIII 25 Nisi certis ex aqua mensuris] Nisi quod certis Bas. & Vascol.

26 Hoc millia passuum dccc in longitudinem esse existimatur] Esse arbitrari. vt idem Bas. & Val.

XIV 27 Omnes vero se Britanni luteo insciant] Manuf. vltro habet, vt & Pompon. Mela libro tertio, capite sexto, de Britannis loquens, incertum, inquit, ob decorem an quid aliud vltro corpora infecti. quod hic Luteo mutat Per. Victorius libro decimo nono Var. lect. capite tertio. Franc. Hotman. l. vltro. Ioan. Brodæus libro quinto miscel. cap. 2. glasto, vt & Bas. & Vascol. Venet. & Beroal. vltro glasto, quorum alterum glossema olet. Per. Faber lib. 1. semest. cap. 10. & ante eum Iacob. Cuiacius lib. 5. obseru. cap. 11. Omnes vero se Britanni nitro insciant, auctoritate Vitruuii, qui ex nitri flore & arena contrahit, & ex Cyprio miltis coeruleum colorem temperari auctor est lib. 7. cap. 11. Lambin. ad Horat. Epod. Ode 16. quosdam viros doctos luteo, alios glau-

co legere testatur. Omnes refutat Ciacconius, qui vltro legit cum veteri codice Vrsini, vt & Turneb. lib. 6. ad aer. c. 17. & l. b. 23. c. 22. De iisdem Britannis Propert. lib. 2.

Nunc etiam infectos demens imitare Britanos, Ludis & externo timore nitore caput.

28 Atq; hoc horribiliore sunt in pugna adpectu] Horridiore Manuf. & Vascol. horridiores Venet. & Ber.

29 A quibus primum virgines quæq; ducta sunt] Sic Bas. & Vascol. Manuf. a quo primum virgo quæq; deducta est. Ven. a quibus primum virgo quæque adducta est.

30 Per medios audacissime proruperunt] Sic omnes excepto Vascol. qui perriperunt, quod sequitur Ciaccon.

31 Toto hoc in genere pugna] Sic Manuf. Basil. & Vascol. Sed Venet. & Beroal. toto hoc genere pugna, absque vocula in, quam reicit idem Ciaccon.

32 Equites autem magno cum periculo dimicare] Manuf. Ven. Beroald. magno cum periculo proelio dimicare.

Turbandus hostis ante proelium	3g4	Vincere sine vulnere	3g35
Turca farinam circumfert	1g13	Vincite, For.	5g27
Turres ambulatoria	a2	Vindicta Dei tarda	1g17
		Vinea	2g39
		Vini suauitate Galli in Italiam illecti	4g7
		Vino Galli olim supra modum dediti	ibid.
		Vinum Narbonense a Cicerone laudatum	1g4
		Vires coniuncta dispersas validiores	4g11
		Viridomarus	5g49
		Virtus ac fides in milite ac Duce requiruntur	2c35
		Virtus, pro bellica fortitudine	1g9
		Virum a viro in acie legi	1g92
		Vitium facere paries dicitur	h9
		Vitto infecti	* 5g12
		Vlscii hostes	5g36
		Vmbilici sine	a24
		Vocem dolor saepe eripit	1g58
		Volca Arecomici	* 7g12 & 111
		Voluptas dolori mixta	a34
		Vrbibus praepositiones a Casare addita	* 5g6
		Vrbs & ciuitas differunt	8g23
		Vsus magister optimus	1g14
		Vterque utriq;	7g47
		Vt crudelissime ita quam maxime	1c6
		Vtres a milite Rom. circumlata	1g28
		Vxores pro maritis tortae	6g35

F. I. N. I. S.



GOTHOFREDI IVNGERMANI
 L I P S I E N S I S
 A D I N T E R P R E T E M
 G R Æ C V M C Æ S A R I S D E
 B E L L O G A L L I C O
 Notæ.

Vm animo destinaveram, mi lector, Interpretem Græcum cum Casare Latino conferre, & quidem pressius, adnotareq; ubi mihi videretur abire longius a Casaris mente, siue id studio fecisset interdum, siue imprudentia, quod vitium qui omnibus horis effugit, hominem natum credo neminem. Notare ista volebam, & pro tenuitate mea inquirere in quadam ita, ne quis me huius rei negligentem fuisse iure dicere posset. Verum omnia consilium, nostrum turbavit ista Nundinalis dea, qua ut signum dedit, ita omnia servere festinando, precipitandaq; , ut quin & ego abriperer una, ceptumque rumperem,

καὶ τὰ μοι κείον γὰρ λίω εὐθύμειον ἦεν, prohibere nullo possem pacto. Quamvis itaq; leviter hoc agere inceperim, tamen nil tibi nisi nudissimas propono quisquillas, quas si absq; tadio oculo dignari uno potes, est in quo mea me certe spes fallit. Festinata scilicet opera exscripsi tantum qua Interpres ipse aliter scripserat, eademq; fere, ut videbatur, manu, & inter ipsam scripti meditationem, quamvis vitia scripturae, qua in codice adparebant, a librario videntur profecta, qui dictantis verba male acceperit, vitio pronuntiationis Græca, quod veram inuasit, iam dudum sollemni. Id enim factum nimis liquido hercle adparet. Hoc inquam festinatione summa egi, non hoc agens, infinitis occupatus modis aliis. Quod qualescūq; tandem, scias me istud clariss. & doctiss. huius aui virorum consilio atq; auctoritate fecisse, non sane admodum tamen ut ipsi voluere, reor; certe nec ut ipse volui, sed ut potui scilicet. Ceterum, quod huic sermone prauertendum erat, de Interprete ipso quid audire forte magis cupis,

τίς, πόθεν ἢ ἀπὸ πῶς, πόθι οἱ πόλις ἢ δὲ Ἰωνῆς. De quo diu te frustra habere nolo. Dixi aliquid in iis qua toti operi prafatus sum, imo nihil dixi, nil liquebat enim. Et cupio itaq; a te doceri, quisquis es, cuius es, qui rogatus sis insuper, ut erratis meis, si in quibus offendas, des veniam. Ita tibi ab aliis, si usus fuerit, fiat mutuum. Vale.



AD L. I. DE BEL. GAL.



NSCRIPTIO in ms. erat, vt edimus, præter quod & erat superposito ο, pro ωεπιτ.

CAP. I In ms. erat Κελευε, quamuis ante Κελευε. & μοx Κελευε. dein male erat ἡμερόπιτ, pro quo ἡμερόπιτ edimus.

In eodem εὐθυμειον, pro quo scribend. εὐθυμειον. & vbi οἱ σιωπῶς π. illud οἱ insertum erat. Scriptum erat quoque prius ἀρχοδρόνη, alterumque ἀρχοδρόνη in margine repositum. In interpretatione est aduertendum, quod vbi Cæsar, lingua, institutis, legibus, ait; Interpres ἀρχοδρόνη καὶ τῶν νόμων καὶ τῶν διατάξεων, alio ordine habet. Sic & vbi Cæsar, cultu atq; humanitate, ἡμερόπιτ & ἀρχοδρόνη. quamuis emendandum videtur, vt ἀρχοδρόνη. Sed vulgare hoc est Interp. seriem dictionis suo sibi modo inuertere, nec mihi adnotare vacat. Dein Gallos optime Κελευε reddit Interpres, vt & inf. c. 3. quod per te notabis. Notandum & quod Oceanum reddit σιωπῶς ἀρχοδρόνη, ὠκεανὸν Ἀτλαντικόν. Illud tamen, finibus Belgarum, apud Interp. non apparet. Scribe & μέγιστος.

I I Vocula secunda ἢ inserta erat in ms. vbi εὐθυμειον, prius scripserat εὐθυμειον, quod displicuisse punctis notauit. Insertum & δπὶ τῷ Γερμανῶν fuit. Græcus numerus stadiorū ∞ DCCCXI & ∞ CCCXX cū Latino passuū cexl ∞ & clxx ∞, ni fallor congruet, si in stadii vnus cōputationē cxx passus tibi veniēt, vt Interp. sumpsisse pater. sic lib. 3. c. 19. vbi circiter passus mille, diserte ἀμφὶ πέντε ἑκατὰ σπείλαι ait.

I II Scribe πλῆθος δόξας. dein in ms. erat πρὸς ἕξιν. vbi, & ἐγὼ ἢ, dele τὸ ἐξ. sic enim Interpreti video placuisse. Scr. & ἀπὸ πᾶσων. In textu, vt vocant, ἀπὸ πᾶσων αὐτῶν πῶν τοῦτο παρὰ videtur ἐξηγητικῶς de suo largitus. Δις πᾶσι in secundo casu semper vltima circumflexa scripsit, in aliis casib. penultimā acuto signauit, a quo vix ter quaterq; variavit. Ego in talibus itaq; cum ms. plerumq; variare volui, quū non potuerim coniectare quod certum sequutus fuerit. Mox noster rhetoricatur, eumq; morem per totū opus seruat, vt oratiunculas funditet. Qui hīc ea,

AD L. IV.

Scriptio deest. In primâ periodo perspicue deest... Emenda ἐπιόπι. In primâ periodo perspicue deest...

I Male erat... Male erat pro quo scriberem...

II Cogitabat prius... Cogitabat prius τὸ πολλὸν...

IV Non recte erat in ms. Γερμανία. Infra pro... Non recte erat in ms. Γερμανία. Infra pro...

V Pro ἐν τῷ βουλ. prius ἐν ταῖς. Vt forte βελαις... Pro ἐν τῷ βουλ. prius ἐν ταῖς. Vt forte βελαις...

VI Prius... Prius τὸ πάλαι... Prius τὸ πάλαι...

VII Scribe... Scribe ἐν τῷ... Scribe ἐν τῷ...

IX Post... Post φάινεται prius posuerat... Post φάινεται prius posuerat...

X Βοσῆκς ait. Legit ergo... Βοσῆκς ait. Legit ergo...

XI Videtur scribendum fuisse... Videtur scribendum fuisse... Videtur scribendum fuisse...

XII Pro... Pro τῶν... Pro τῶν...

XIII Initio prius... Initio prius ἐπέτι, & ῥῶν... Initio prius ἐπέτι, & ῥῶν...

XIV Prius... Prius ἀφ' ἑαυτοῦ... Prius ἀφ' ἑαυτοῦ...

eis τὸ κείνον, prius αὐτῶν. παινιδμοῖ post in ms.

XV Prius, ἀλλ' αὐτὸς κατὰ. videtur deinde prius voluisse.

XVI Prius, ῥῶν... ῥῶν... ῥῶν... Prius, ῥῶν... ῥῶν... ῥῶν...

XVII Sequitur ille tot modis vexatus Cæsaris pons, quem transire profecto facili pede interpres quoque acquirit, sæpius hærens, ut ex subiectis patet.

XIX Post... Post τῶν... Post τῶν...

XX In ms. A... In ms. A... In ms. A...

XXI In ms. B... In ms. B... In ms. B...

XXII In ms. C... In ms. C... In ms. C...

XXIII In ms. D... In ms. D... In ms. D...

XXIV In ms. E... In ms. E... In ms. E...

ῥῶν, quasi de nauis celeritate sermo esset. Mox prius, ἀφ' ἑαυτοῦ...

XXIV Videtur cogitasse prius... Videtur cogitasse prius... Videtur cogitasse prius...

XXV Pro... Pro τῶν... Pro τῶν...

XXVI Prius, ἐν... Prius, ἐν... Prius, ἐν...

XXVII In ms. erat... In ms. erat... In ms. erat...

XXVIII Pro... Pro τῶν... Pro τῶν...

XXX Prius... Prius τῶν... Prius τῶν...

XXXI Oratio... Oratio... Oratio...

XXXII Pro... Pro τῶν... Pro τῶν...

XXXIII In ms. erat... In ms. erat... In ms. erat...

XXXIV Prius... Prius τῶν... Prius τῶν...

XXXV Scr. ex ms. ταύτην... Scr. ex ms. ταύτην... Scr. ex ms. ταύτην...

XXXVI Scr. ex ms. ταύτην... Scr. ex ms. ταύτην... Scr. ex ms. ταύτην...

XXXVII Male in ms. κείνον... Male in ms. κείνον... Male in ms. κείνον...

AD L. V. DE BEL. GAL.

In ms. Δομητιῶν. deinde prius scripserat... In ms. Δομητιῶν. deinde prius scripserat...

Britannia. Pirustas mox scripserat... Britannia. Pirustas mox scripserat...

II Prius... Prius τῶν... Prius τῶν...

III Prius... Prius τῶν... Prius τῶν...

IV Scribe... Scribe τῶν... Scribe τῶν...

V... Scribe τῶν... Scribe τῶν...

VI Scr. ex ms. ταύτην... Scr. ex ms. ταύτην... Scr. ex ms. ταύτην...

VII Scribere... Scribere τῶν... Scribere τῶν...

VIII Scribere... Scribere τῶν... Scribere τῶν...

IX Prius... Prius τῶν... Prius τῶν...

X... Prius τῶν... Prius τῶν...

XI... Prius τῶν... Prius τῶν...

AD LIB. VI.

Ibricitulus in ms. Γαίης Ιαλίας Καίσαρος...

I In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

II In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

III In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

IV In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

V In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

VI In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

VII In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

VIII In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

IX In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

X In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

XI In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

XII In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

XIII In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

XIV In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

XV In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

XVI In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

XVII In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

XVIII In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

XIX In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

Tum prius, cum postquam...

XV Prius, ut te...

XVI Prius, ut te...

XVII Prius, ut te...

XVIII Prius, ut te...

XIX Pro exousiam...

XX Videtur prius...

XXI Pro theios...

XXII Prius, ut te...

XXIII Prius, ut te...

XXIV Prius, ut te...

XXV Prius, ut te...

XXVI Prius, ut te...

XXVII Prius, ut te...

XXVIII Prius, ut te...

XXIX Prius, ut te...

XXX Prius, ut te...

XXXI Prius, ut te...

XXXII Prius, ut te...

NOTÆ G. IVNGERMANI.

XXIX An pro...

XXX Prius, ut te...

XXXI Prius, ut te...

XXXII Prius, ut te...

XXXIII Prius, ut te...

XXXIV Prius, ut te...

XXXV Prius, ut te...

XXXVI Prius, ut te...

XXXVII Prius, ut te...

XXXVIII Prius, ut te...

XXXIX Prius, ut te...

XL Prius, ut te...

XLI Prius, ut te...

XLII Prius, ut te...

XLIII Prius, ut te...

XLIV Prius, ut te...

AD L. VII. DE BEL. GALLICO.

Itulus in ms. Γαίης Ιαλίας...

I In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

II In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

III In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

IV In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

IV In m. f. αὐτὸν ἐπιπέσειν βιβλίον...

V Videtur prius...

VI Scribe autem...

VII Prius, ut te...

VIII Prius, ut te...

IX Pro diosin...

X Pro symmachon...

XI Symonon in ms...

XXVI Et hic...

XXXVI Prius, ut te...

XXXVII Prius, ut te...

XXXVIII Prius, ut te...

XXXIX Prius, ut te...

XL Prius, ut te...

XLI Prius, ut te...

XLII Prius, ut te...

XLIII Prius, ut te...

XLIV Prius, ut te...

XLV Prius, ut te...

XLVI Prius, ut te...

XLVII Prius, ut te...

nundinæ noſtra ætate celebrantur in Sabaudia, lo-
eaque finitima incolentes; qui etiam fuere finitimi
Vocontis populis, propinqui Centronibus, nunc
Tarentaſis, ac trans Rhodanum vicos, & poſſeſ-
ſiones habebant circa regionem, quæ hodie *Breſ-
ſa* dicitur, ad Ducem Sabaudie ſpectans, quam flu-
uius Indis irrigat, citra Ararim flumen. Hos me-
morat Iuuenalis ſatyræ prima, & Salluſtius in Cati-
linæ hiſtoria, referunturq; in ep. ſtola Planci inter
familiares Tullii, quæ incipit, *Nunquam mæhercu-
le, Allobroges* enim, qui cis Rhodanum habitabant,
finitimi erant Galliarum prouinciæ Romanorum, pro-
pter quod cum Romanis paullo ante bello con-
tenderant, ac nuper pacati erant. Inde conſtat Del-
phinatū fuiſſe tunc ex parte Galliarum prouinciæ; quæ
Romanorum erat, cum eſſet finitima Allobrogibus.
Fuiſſe item partē Allobrogum, inter quos fuit
Vienna ciuitas Metropolis, ſecundum Strabonem.
Hi ſunt hodie *Sabaudienſes* appellati, quibus Dux
præeſt, vetuſtate imperii, & nobilitate generis lōge
clariffimus. Caput gentis Taurinū. Nam Verceilas
in dotem eius maiores a Vicecomitibus habue-
re, pacis admodum ſtudioſi.

Alpes erant, quibus initio Gallici belli Cæſar ex
Italia in Galliam v legiones tranſduxit per fines
Centronum, qui hodie *Tarentaſi* nominantur. He
Græcia dicuntur, quibus vulgo *Mons Cimeſius*, ſeu
Cimerum nomen eſt; quæ & *Pænina*, vt quidā vo-
lunt, dicuntur; quod Hannibal Pœnus his in Italiā
penetraverit. Tacitus autem *Pænina iuga*, quibus
ex Italia in Noricum, & Germaniam iter eſt; deſi-
gnat. Alia erant *Alpes*, quas *ſummas* Cæſar appellat,
quod inter omnes magis emineant, quarū iter pa-
teſteri volebat, quo magno cū periculo, magniſq;
cum portorū mercatorū ire conſueuerant, proxi-
mæ Veragris populis, quorum vicus erat Oétodo-
rus, nunc *D. Mauritiuſ* dicitur. Harū vnam diceceſis
Auguſtenſis, *D. Bernardi* montem vulgo nomi-
nat. Alteri Sedunenſis diceceſis mons *Briga* nomē
eſt. Sunt & *Alpes*, quas Cornelius Tacitus, & veteres
dixere *maritimas*. Hæ in Prouincia Hebredu-
nenſi, lociſq; Liguſtico mari finitimis conſiſtunt;
qua ex Italia iter erat ad aggrediendā Narbonen-
ſem prouinciā. *Alpes* item fuere, quas idem Tacitus,
& priſci dixerunt *Rheticas*, a Rhetis populis, q; ex
Tuſcia profecti, Duce Rheto, ea loca tenuere, for-
ſan dicitur. Hæ agro Tridētino adiacent, & Veronē-
ſi, quib; ex Italia in ueuiā, & Auſtriā iter eſt. Fue-
runt & illæ, ex quibus Rhenus inter fines Sedunen-
ſis, & Curieſis diceceſiū oriē, quas *Lepontias* Cæſar,
& alii ſcriptores appellauerunt. Nūc *D. Gortardi*, ac
D. Nicolai dicuntur, quas *Cothias* eſſe quibuſdam
placet, quibus in loca Rheni, Oceanoq; finitima
ex Italia aditus eſt. *Iulias* præterea *Alpes* memorat
Tacitus, quas ſentit eſſe proximas Rhetis, qua forte
ex Italia per Taruiſinam urbem in Styriam &
Auſtriā iter eſt.

Ambarii, inter Celtas, neceſſarii erant, & con-
ſanguinei Eduorum, quos quidam opinantur eſſe
Borbonienſes. Nonnulli autem, quod fuerint *Nieu-
erſes* Eduis finitimi, ſiue pro parte *Biturienſes*, al-

luſione vocabuli quo ætas noſtra vititur. *Ambarroſ*
etiam (aut potius *Ambactos*) dicimus ciuitatū cli-
entes, ſeu adhærentes. Opidum *Arabarrorum*, pa-
gus *Semariuſ*, ſiue mons *Barri* dicitur.

Ambiani, *Amiens* vulgo, in Picardia poſita. Hæc
Rex a Duce Burgundiæ repetit.

Ambibareti, erant populū, in quos Cæſar hieman-
di cauſa C. Antiftium Reginum cum legione v-
na in 7. Commentarii ſine miſſiſſe commemorat.
& forte erant *Ambianenſes*, vel aliqui his proximi,
vt eos, Atrebatelque, & Morinos finitimos in fide
contineret. Non enim eſt veriſimile, quin aliquam
legionem illic collocauerit, vt ſuperioribus annis
conſueuerat, de qua non conſtat, niſi de hac intel-
ligamus.

Ambibari, populi Celtarū, inter Armoricas ci-
uitates, Oceanū attingentes, finitimi Rhedonibus,
& Lemouicibus, circa Britanniam citeriorem, &
Normaniam, in regno Francorum ſiti.

Ambiſates, populi inter Celtas, t. e. obiis, Nan-
netibus, Diablintribus, & Oſiſſinis proximi, in Bri-
tannia citeriore, qui oppoſiti ſunt Angliæ, in regno
Francorum ſiti, *Daurances* Gallis.

Ambiuariti, qui *Beuuni*, ſiue *Brabantini* inter
Belgas populi erant, citra Rhenum, & Moſam flu-
mina ad quos prædandi, ſi timentandiq; cauſa par-
tē equitatus miſerāt Viſpetes Germani, & Tench-
theri populi, qui cis Rhenum tranſeuntes ſinib; ſuis
Menapios (nunc *Iuliacenſes*) expulerant. Inde con-
iectura eſt, hos *Ambiuaritos* incoluiſſe eam Duca-
tus Brabantiarum partem, in qua Buſcuſducis, Breda,
& Bergæ opida, Leodicenſis diceceſis, & Antuerpia
opidum, Cameracenſis diceceſis exſtant, Nuſſiæq;
& Geldria citerior ſitæ ſuat. Circa quæ loca per
Campaniam Brabantiarum, vſq; Tungros opidum
prope vſq; Leodium, vt pleriq; placet, mare O-
ceanum protendebatur.

Anartii, populi trans Rhenum, & Danubium,
cui ac Hercyniæ ſilua, quæ ingens erat ſilua Ger-
maniarum, & Dacis finitimi erant. Qui Daci, vt pleriq;
que placet, pridem partem habitauerunt Pannoniarum.

Ancalires, populi in Anglia, Trinobantibus, Bi-
brogiſ, Caſſiſ, & Cenimagniſ proximi.

Andes, populi inter Celtas, Curioſolit, Vene-
tis, Carnuſibus & Turonibus finitimi, ac Ducatui
Bituricenſi, Oceanoq; proximi, quos Ligeris flumē
alluit. Ciuitas eſt, inter Galliarum primarias, *Andega-
uenſes* dicitur, in Prouincia Turonenſi, & Francorum
regno ſiti, Ducatus titulo inſigniti. Hinc in regno
Neapolitano *Angioni* dicitur, quod ad illam famili-
am Regni iura deuenerunt, quæ mox Reges Fran-
corum ex teſtamento Rhenati vltimi ſibi aſciue-
runt.

Anſuariorum, Germaniarum inferioris populos, proxi-
mos Phryſiſ, pulſos a Caucis, non memorat Cæ-
ſar, ſed Tacitus.

Antonia, in Anglia fluuius. Tacitus.

Antuates, populi citra Rhodanum, extra Belgas,
Celtas, & Aquitanos, finitimi Allobrogibus, &
Gebennæ opido, ac Galliarum Prouinciæ Romanorū
proximi. Huuius nominis adhuc exſtat vicus, &
præfectura

præfectura quædam Monachorū inter Geneuam,
& Delphinatum, qui eſt Geneuenſis diceceſis. Vi-
denrur tamen ſecundum Cæſaris deſcriptionem,
Antuates magis fuiſſe inter Allobroges, & vicum
Veragrorum, cui *D. Mauritiuſ* Sedunenſis dice-
ceſis nomen eſt. Hos quidam hodie *Vantuates* appel-
lant.

Aquitania, Regionum latitudine, & multitudine
hominum ex tertia parte Galliarum ex ſtimada eſt:
hanc Garumna flumen a Celtis diuidit, quæ & O-
ceanū mare attingit. In hac ſunt Metropoles Bur-
degalenſis, Aux tana, earumq; ſuffraganeæ pars itē
aliam Metropoliū extra terminos eorūdem ſitarū.
Quæ tamen Aquitaniarum attribuntur. *Guinnam*
hæc Galli hodie nuncupant. Hæc cū olim a Regib;
Francorum Ducibus Normanniæ tranſdita eſſet,
qui poſtea regnū Angliæ occuparunt, cum illā poſt
varias contentiones c & l x amplius annos Angli
tenuiſſent, Caroli v i i auſpiciis tandem ad Fran-
cos rediit. In hac cū alii Principatus celebres ſunt,
cum Fuxenſis, quorum Princeps nepos ex ſore
Ludouici x i i qui nunc rerum in Gallia poſitur, vi-
ſtis apud Rauennā Hiſpanis memorabili prælio,
vitam cum Principatu amiſit. Sicque eius opida ad
Regem, nullis relictis hæredibus, rediere, ſore
ſuperſtite, Ferdinando Regi nupta.

Arar, Celticæ fluuius eſt, nunc *la Sone*. Oritur
in diceceſi Tullenſi, ſinibuſq; Burgundiæ, i otoringi-
æ, nō longe a monte Vogelo, quo Moſa flumen
profluit. Interſecat tum eā Burgundiæ partem quæ
Imperatoria; tum eā, quæ *Regia* dicitur. Illi Comes,
vt hodie loquuntur, huic Dux, a Francorum Rege
inſtitutus præerat; qui tamen, mortuo Carolo Phi-
lippi, ab Heluetiſ occiſo apud Nanceū, ad ſupre-
mū ius regium adſcriptus eſt, vt nullus adhuc Bur-
gundiæ Dux ſit, ſed Comes tantum. Interſecat Ca-
billonem, ac Matifconem ciuitates, tunc *Æduorū*
opida. Prolapſus ad Lugdunum urbē, Rhodanum
inſluit. Quem fluuium Virgil. in Bucolicis, Lucan.
in 1. & Tibullus elegia ſua 7. memorant.

Ardenna, ſilua omnino in Belgis totius Galliarum
maxima, atq; ingens, a Rheni fluuiō per fine Tre-
nitorum ad Neruios (nunc *Tornacenſes*) & initium
Rhemorum pertinens, milliſibus paſſuum amplius
in longitudinem patet. Attingit enim Menapios,
(nunc *Iuliacenſes*) Aquifgranum opidum, Eburo-
nes, (nunc *Leodiēſes*) Cōdrufos, *Æduat* eos, qui e-
rant pars comitatus Hannoniarum, Lucemburgen-
ſem, Bullonēſem, Barrenſem, Lotoringum, Lim-
burgenſemq; Ducatus, Eſſiam, & comitatū Na-
murcenſem; Metenſium Mogunt norum, Confluen-
tiæ, & Vbiorum (nunc *Coloniēſium*) & Cata-
launæ diceceſis fines, in qua ſunt vici, caſtella, & o-
pida multa, ac complures inſignes Abbatie, præ-
fertim ordinis D. Benedicti, ſcilicet diui Huberti,
Leodiēſis diceceſis; Diui Cornelii, Coloniēſis
diceceſis: cuius ſilua extrema pars verſus Belgas
ſunt Moſa, & Scaldis fluuii. Scaldis vero Moſam
inſluit. Qui fluuii, & ſilua nomen retinent priſcum
hæc etiam tempeſtate.

Aremici, populi, vel *Artomici*, extra Celtas, Bel-

gas, & Aquitanos citra Rhodanum fluuium finiti-
mi Volcis, non longe a Gaballis, Aruernis, Heluiſ,
Ruthenis, Maſſilienſibus, & Cadurcis. Hos conie-
ctura eſt fuiſſe *Artomicorum* populos, quorum ci-
uitas eſt Episcopalis & Prouinciæ Viennēſis, in fi-
nibus Galliarum Prouinciæ Romanorum, quos *Aura-
cenſes* dicimus, vbi Principatus eſt. Francorum Re-
gi non ſubditus. *Armeniacus* vulgo dictus. Horum
princeps, Iacobus nomine, cum a Florentinis in I-
taliā accerſitus eſſet aduerſus Ioannem Galea-
tium, Mediolanenſem Ducem apud Alexandriam
magno prælio victus, & cæſus eſt.

Arenaci, inter Coloniā, & Traiectum, vrbes
Episcopales, locum vltra Noueſium, Rheni adia-
centem, non memorat Cæſar, ſed Tacitus.

Armorica, ciuitates poſitæ erant in vltimis Gal-
liarum finibus, Oceano coniunctæ, ex quibus fuere
Curioſolites, Rhedones, Ambibari, Cadetes, Oſiſ-
ſini, Lemouices, Vnelli populi, oppoſiti Angliæ,
Britannia citerior, & *Britonans* appellata, cui Dux
olim, Regi ſubditus, præfuit; nunc ex matrimonio
Annæ, Ducis olim filia, ad Regem redacta.

Aruerni, populi inter Celtas, finitimi *Æ-
duis*, Biturigibus, ac Borbonienſibus, nec longe a
Lemouicibus, nomen retinent. Ducatus eſt, cuius
titulus Duci Borbonii adſcribitur. In Francorum
regno ſiti. Hos memorat Lucanus in primo.

Aſſiburgium, opidum Germaniarum non longe a
Rheni fluuiō, & cis eum inter Geldubam, & vetera
Caſtra ſitum, Nuſciæ, & Cleuenſi Ducatui pro-
ximum, non memorat Cæſar, ſed Tacitus. *Aſſy-
pyrgion* olim ab Vlyſſe, quorundam opinione, nunc-
cupatum.

Atrebatas, inter Belgas populi finitimi Ambia-
nis, Tornacenſibus, & Morinis, partem Picardiæ
cōtinent. Ciuitas eſt, nomen adhuc retinēs in prou-
incia Rhemenſi, Regē agnoſcit. *Arras* hodie vul-
go nuncupat. In hac laudatiſſima te. unar aulæ.

Auaricum, erat opidum Celtarum maximum,
munitiſſimumque, in ſinibus Biturigum, agri fer-
tiliſſima regione fere ex omnibus partibus flumi-
ne, & palude perpetua circumdarū, trans Ligerim
fluuium, habens vnum, & peranguſtum aditum,
proximum Nouioduno, opido Biturigum, ac Ge-
nabe opido Carnutum, & Velaunoduno, opido Se-
nonum, in Francorū regno ſitum, *Bourges* vel *Via-
rons*, a Gallis appellatum.

Auenticum, Helueticorum caput fuiſſe, teſtis eſt
Tacitus. Ammianus Marcellinus ſcribit, ſuis qui-
dem temporibus deſertam ciuitatem, ſed non ig-
nobilem quondam, ex ædificiſ femirutis colligi.
Hodie late patentes ruinae viſuntur, & retinet pa-
tria lingua priſcum nomen *Auenche*. Vicus in agro
Vautuarum.

Auleri, populi erant inter Celtas, *Æduorum*
clientes, de *Ange* dicunt, ſiue Rhoanum.

Auleri, itē populi, inter Celtas, ex ciuitatib; ma-
ritimis Oceanū attingētib; quæ *Armorica* appel-
latur, pximi Rhedonibus, Sefuuiis, Curioſolit, O-
ſiſſinis, Vnellis, Venetis, ac Cenomanis in prouincia
Turonēſi, & Francorū regno ſiti, quos nonnulli *An-*

relianenses esse opinantur. Sed illi prouinciæ sunt Senonensis.

Auleri, item inter Belgas, proximi Eburonibus, Lexouii, ac Velocassii.

Aufci, populi in Aquitania, proximi Garumnis, Vocatibus, Tarufatibus, Sontiatibus, Cocofatibus, & Hispaniæ citeriori, in regno Francorū siti, quas coniectura est fuisse *Austranos*, seu *Auxanos*. Ciuitas est Metropolis. Hi sunt Aquitanorum clarissimi, quorum vrbs opulentissima Heluimberrum, vt refert Pomponius Mela.

Axonæ, inter Belgas fluius est, in extremis Rhemorum finibus, quo pedibus vado transitus est. *La Disne* vulgo dicitur. In huius fluminis trāitu Germani ab insequētibz Gallis magnum in commodum accipere, fere 11 x millib. passuum vltra Rhenos, Laudunensem, & Rhemensem diocēsim partiens, Gallice *Auax* nunc dicitur, prope opidum, quod vocatur Gallice *Latonio*.

B

BACENIS, silua ingens trans Rhenū, Sueuos a Cheruscis pro nativo muro diuidit: nunc, vt opinio est, *Nigra silua* dicitur, nō longe a Friburgo opido, & Badensi Agro, inter Athesim, Rhenum, Necharū, Moganum, & Danubium, Germaniæ flumina, Hercyniamq; siluam, & Hassiæ, regionis Germanicæ montes.

Bataui, populi inter Belgas. nam Mosā flumen parte quadam ex Rheno recepta longe fere ab Oceano lxxx millibus passuum, quæ appellat *Vualis*, insulam efficit Batauorum, in Oceanumq; influit. Hi hodie, vt pleriq; placet, *Hollandi* dicuntur, diocēsis Traiectensis, propinqui Phrysiæ, & ducatu Geldriæ, ac mari Oceano finitimi. Hos memorat Lucan. lib. 1. Hi a Cattis, populis Transrhēnans, Cheruscis, & Ligis Pannoniæ populis vltra Hercyniā siluam finitimis, Hermunduris orti dicuntur, & seditione domestica pulsi, extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus, simulq; insulam, inter vada sitā, occupare. Quam mare Oceanū a fronte, Rhenus amnis tergum, ac latera circumluit, vt refert Cornel. Tacitus, dicens, apud Batauos fuisse olim Lucum sacrum, qui, vt coniectura est, hodie in finib. vici Haghæducis in Hollandia exstat. nec longe, secundum Tacitum, est insula, nomine *Monna*, vnde forte *Monachū* opidum, vel *Monasterium* ciuitas episcopalis est.

Batauodurum, inter Coloniensem, & Traiectensem, vrbes episcopales, locum vltra Nouesium, in finibus ducatus Cleuenfis situm, Rheno adiacentem, Belgis adscribendum, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Belgæ, populi multarum ciuitatum, opidorum, ac locorum, mari Oceano, Rheno, Matrona, & Sequana flum. nib. includuntur. Horum pleriq; orti a Germanis, Rhenum antiquitus transductis, Gallos inde expulerunt. Hi moribus, legibus, & ornatu nunc sunt valde culti, humani, & satis effeminati, cōtinuēq; sunt apud eos mercatores, quo peritates, commerciaq; mores hominum mutari constat. In his sunt Metropoles, Treuerēsis, Coloniensis,

Maguntina, Rhemensis; cum earum suffraganeis, intra Oceanum mare, ac eadem tria flumina constitutis. item Brabantia, Flandria, Hollandia, Geldriæ, ac Phrysiæ pars, tota Picardia, Hannonia, Iuliacum, Virtutum comitatus, ac Campaniæ maxima portio, silua Arduenna vniuersa, cum singulis sibi ad acētibz. & ea inclusis populis, ac locis: & pleriq; Principes, tum profani, tum sacri, Ducēsq; & Comites, ciuitatesq; quarum multæ liberæ, suoque iure agunt, aliæ Francorum regi obtemperant. Quod superest, Imperatorias partes sequitur. In his sunt tres Imperatorum electores, sunt & Francorum regis, quos *Pares* vocant, ferme omnes. Imperator certe, & Rex in Belgis coronatur, cōsecratur, & inungitur; alter Aquigrani, alter Rhemisi. Hos memorat Lucan. in 1. In his *Belgarum* clarissimi erant Treuiri, quorum vrbs opulentissima Augusta, vt refert Pomponius Mela, quæ nunc ignoratur. In Belgica autem a Iulio Cæsare vsq; in tempus inclinantis imperii Legatum Romani dū us habuerunt. Nunc vero vice Proconsulum, & Legatorum Romani Pontificatus Monarchia exstat, & Legatos natos, & Primates habet, quibus sub sunt Episcopi, ad instar Præsidis Prouinciæ instituti. Sunt & Collectores, quos prisca ætas *Quæstores* appellauit, atque Reges, Principes, qui, velut Censores, decreta Pontificis Maximi, & cēsuras reuerenter exsequuntur. Huic singuli obedientiam exhibent, & ad eum in causis maioribz. recurrunt, quas ad ipsum assidue deferunt.

Belgium, erat Bellouacorum ciuitas magna, & inter Belgas auctoritate, atq; hominum multitudine præstans, in qua Cæsar interdum hiemauit ac plures legiones eius aliquādo illic in hibernis fuisse, nomen adhuc retinet. Dictum etiam videri potest *Belgium*, pro Belgarū regione: vt apud Liuium *Samnium*, pro Samnitium regione.

Bellocassi, populi inter Celtas, proximi Lexouii, quos opinio est esse *Baiocenses*. Eorum ciuitas est Episcopalis in Prouincia Rotomagensi, Ducatu Normanniæ, & Regno Francorum sita.

Bellouaci, ciuitas est Episcopalis, in Prouincia Rhemensis, ac Francorum Regno sita. hodie, *Beauuois*.

Bethastos, Germaniæ populos, inter Belgas, proximos Caninefatibus, Batauis, Tungris, ac Marfaticis, *Traiectenses superiores* fuisse coniectura est, ad vtramque Mosæ fluminis ripam cis Rhenum sitos, in diocēsi Leodiensi. Hos Cæsar non memorat, sed Tacitus.

Bibracte, opidum Æduorum in Celtis, lōge maximum, ac copiosissimum, & maxime apud Æduos auctoritatis: in quo totius Galliæ concilium Cæsar indixit, ius dixit, & sæpe hiemauit: in Francorum regno situm, in formam ruris redactum, & in radicibus montis, non longe ab Aedua ciuitate positum, nomen retinet.

Bibrax, opidum Rhemorum, in Belgis, vltra Axonam flumen, nec longe ab eo: quod flumē in extremis Rhemorū finibz. erat, & in eo pons in Francorū Regno situs; nunc naui & interdū vado transiicitur.

icitur. Portus prisca opidi nomē Latine retinet.

Bibroci, populi in Anglia, mari proximi, & Cassis, Ancalibus, Trinobantibus, Cenimagnis, ac Segontiacis.

Bigerrones, populi in Aquitania, proximi Tarbellis, Vocatibus, Tarufatibus, Sontiatibus, & Hispaniæ citeriori, in Francorum regno siti, Comiti de Fuxo subditi. Vbi Comitatus est, in Vasconia consistens. Nomen retinet, vbi Turfa est, & castrum Begora, & Episcopatus Bictrensis Prouinciæ Narbonensis. Hinc profectus vir fortis, *Enequus* nomine, regnum Nauarre constituit; pulsusq; inde Mauris, successores suis, regnum per manus reliquit.

Bingiam nunc *Pingiam*, Germaniæ opidū, Belgis adscribendum, inter Maguntiā vrbe, & Confluentiam opidum, cis Rhenum, eius ripis finitimum, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Bituriges, populi inter Celtas. Eorum fines ab Æduis, quorum erant in fide, Ligeris fluius diuidit. proximi sunt Aruernis. xxi. vrbes eorum vno die incenduntur, vt Cæsarē com meatu, & pabulatione prohiberent. Ciuitas est Metropolis, retinens nomen. Carolus vii, qui, pulsus Anglis, Francorū regnum restituit, cum nihil ferme aliud esset, q̄ in Gallia retineret, occupantibz. Anglis omnia, *Bituricensis Rex* in derisum appellabatur, in regno Francorum sita. Hos memorat Lucanus lib. 1.

Blannouii, (*Brannonii* magis legitur) populi inter Celtas, proximi Segusianis, Ambiuaritis, ac Æduis, quorum clientes erant; qui fuerunt forte & *Brannonices*, qui dicuntur a Gallis *de Blano*.

Boii populi Transrhēnani, Franconiæ, Alpibus Italiæ, Sueuis australibus, ac Danubio flumini proximi: qui in agrum Noricum transiuere, Noriciamq; oppugnarunt, ex pulsi, vt coniectura est, Noricis: quorum Noricorū adhuc pars, trans Danubium, non longe ab ortu eius, & Athesis fluminis sita, *Noricus ager* appellatur. *Boiorū* pars, Æduis Cæsarem deprecantibus, deuictis Heluetiis, quorū in societate domo excesserant, in finibus Æduorum a Cæsare sunt collocati. Vbi Gergobiam ciuitatem exiguam, & infirmam, non longe ab Auarico, opido in finibus Biturigum sito, eis per Æduos attributam, habitant: *Boii* primum, post *Boiarii*, & nunc *Bauari* dicti. A finibz. Herbipolensium per Noricum agrum, vbi Nuringa est opidum, in medio fere Germaniæ sitū, in Augustenses protenduntur, cum quibus & aliis finitimis Transrhēnans vsq; ad Brisinam vrbe, & terras, quas hodie Sigismundus, Austriæ Dux, possidet, ac in fines Tridentinos sæpe tunc, & continue vsq; nunc Heluetii Rhenum transeuntes bella gesserunt. Hi *Borbomii* hodie dicuntur.

Bonnas, opidum ad ceteriores Rheni ripas sitū, & Coloniensi vrbi, ac Confluentiæ opido proximum inter Belgas numerandum, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Brannonices, populi inter Celtas, proximi Segusianis, Ambiuaritis, ac Æduis quorum clientes erant. Hodie, *la Morix*, iudē forte, qui & *Brannonii*.

Bratuspantium, opidum Bellouacorū inter Belgas finitimum Sueffionibus, in Francorū regno sitū.

Brigantes, in Anglia populos, Silurum gentem, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Britannia maioris, cui nomē est *Anglia*, pars interior ab his incolitur, quos natos in insula ipsi memoria proditum dicunt: maritima pars ab his, qui prædæ, ac inferendi belli causa ex Belgis transierunt, qui omnes fere his nominibus ciuitatum appellatur, quibus orti ciuitatibz. peruenerunt, & bello illato ibi remanserunt, atq; agros colere cœperunt. Inde opinio est, eorum lingua ex populorum diuersitate composita, intellectu scientiaq; loquēdi difficiliorem esse, quodq; Germanos præ ceteris charos habeant, quia pleriq; Belgæ orti sunt a Germanis, qui antiquitus Rhenum trāstuerunt, a quibus postea Angliæ pars maritima originē sumpsit. Hos, refert Lucanus, vltra Oceanum esse, & toto discretos orbe. cōtinet tota Anglia insula in circuitu bis mille millia passuum. Apud hos erat, & est magnus pecorum numerus. Hæc insula Angliæ, Germaniæ populis in eam classe sæpius irruentibus, victis veteribus Colonis *Anglorū terra* dicta. Verum partem eius, quæ magis ad Septentrionē vergit, Scoti, & ipsi Germani, Pictis admistis, occuparunt, hodieq; tenent, Francis amicissimi, Anglorum Regi maxime semper infesti, populi moribus inconditi, efferi, nullas prope vrbes habent. nemo, & silua bellis ingruentibus petunt.

Bructeros, ex quibus fuit Velleda virgo fatidica, quæ Germanis, religione animos eorum occupante, aliquando præfuit, vt auctor est Tacitus, Germaniæ inferioris populos Tencheris, & Phrysiis proximos, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

C

CABILLONVM, opidum Æduorum, inter Celtas, quod, coniectura est, fuisse opidum *Cabillonē*, ad ripas Araris fluiui, vbi rei frumentariæ, commerciiq; & commercatus causa sæpe Romani negotiabantur. Maticonæ opido finitimum, in Prouincia Lugdunensi, Ducatu Burgundiæ, & Francorum regno situm, nomen retinens, *Challons sur Saona*.

Cadetes, populi inter Celtas, ex ciuitatibz. Oceanū attingentibus, quæ *Armorica* appellantur, proximi Lemouicibus, Rhedonibus, Venetis, Andegauensibus, Cenomanis, in Regno Francorū siti.

Cadurci, populi inter Celtas proximi Heleuteris, Gaballis, Vellauniis, Lemouicibus, & Aruernis. Quorum sub impetio esse cōsueuerant: ciuitas Episcopalis in prouincia Bituricensi, ac regno Francorum sita: nomen retinet. Hos memorat Iuuenalis in prima satyra tertii libri. Nec longe erant a finibus Prouinciæ Romanorum.

Caletes, populi inter Belgas, Morinis Oceanoq; mari finitimi, ac Ambiansis, & Atrebatibus proximi. Ab his breuissimus in Britannia (nunc *Angliā*) transectus, nomē retinet. Morinēsis sunt diocēsis in Regno Francorū siti, Anglorū Regi subiecti.

Camulodunū, in Anglia opidum, seu Colonia.

Nihil de hoc Cæsar, sed Tacitus, quem post Cæsarem fere c & x x annis historiam scripsisse, constat, præsertim ex libro, quem de Oratorum, & Poetarum collatione edidit.

Caninafates, populos. Batauis finitimos, & eandem insulam colentes; qui origine, virtute, lingua pares Batauis, numero superantur. Non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Cantium, in Anglia, ad mare est in angulo imi, minorisq; lateris ex trib. eius insula lateribus, cõtra Galliam, quo fere omnes Gallicæ naues appellant, & ad Orientem solè spectat. Ex omnibus autem Anglicis longe sunt humanissimi, qui Cantium incolunt. quæ Regio est maritima omnis, neque multum a Gallicâ differunt consuetudine. Huic maritimæ Regioni iv Reges præerant, quibus Cæsar, quidquid in annos singulos vectigalis populo R. Angliã penderet, cõstituit. Nunc Regia Angliæ, ex voto Henrici Regis, vectigalis Romano Pontifici facta est, Quæstorq; a Romano Põtificè in Angliã mittitur, qui censum annum exigat, non dissentiente Rege. In Cantio ciuitas est Metropolis, nomen retinens. Fere habet omnes Episcopos Angliæ sibi Suffraganeos. Eius Archiepiscopus legatus natus est. Similiter & Eboracensis, cui in Anglia (quæ eas duas Metropoles salum habebat) duo tantum subsunt Suffraganei, quod omnes olim Episcopi Scotiæ, quæ nullum habet Archiepiscopum, illi subiicerentur.

Cantabri, populi ciuitatũ ceterioris Hispaniæ, finitimæ Aquitanicæ, qui auxilio fuerunt Vocatibus, Tarusatis, Tarbellis, Bigerronibus, Garumnis, Cocofariibus, ac reliquis populis, & ciuitatibus Aquitanicæ, contra exercitum Cæsaris, cuius Dux erat P. Crassus, M. Crassi F. qui, vna cum patre, a Parthis interemptus est. Finitimi Oceano Aquitanico, Pyrenæis montibus, ac Garumnæ fluuio.

Carsali, populi Transrhenani, in Galliam Celticam circa fines Sequanorum, ac Æduorum, ab Ariouisto, Germanorum Rege, transportati, quos nõ ab re opinari possumus eisdem fuisse cum Harudibus, ab ipso Rege similiter translatis.

Cassites, populi inter Celtas, Andegauenfibus, Turonibusq; finitimi, ac Oceano proximi, erant in clietela Rhenorũ. Regio eorum totius Gallia media, a qua ramen extra Regnum Francorum biduo iter expedito patet. Ciuitas est Episcopalis, nomen Latine retinens, in Francorum regno sita.

Cassi, populi Angliæ, mari proximi, & Cenimagnis, Trinobantibus, Segontiacis, Ancalibus, & Bibrocis.

Cattos, populos Germaniæ trans Rhenum flumen, Ligis Hungariæ populis, Cheruscis, Herciniisq; siluæ proximis, ac Hermunduris, cum quib. pro flumine finitimo sale fecundo pugabãt, & in æternũ discordabãt, non memorat Cæsar, sed Tac.

Catuaci, populi inter Belgas, Neruis, Calctibus, Veromandis, ac Condruis proximi, quos forte Douaci opidi incolas, diocesis Arrebatensis opinari licet.

Catuniges, populi finitimi Centonibus, ac Caro-

celis, qua iter erat ab Alpib. Graiis ad opidum Geneuã, lacum Lemaniũ, & Rhodanum fluuiũ, quos, verisimile est, fuisse diocesis, vel saltem Prouinciæ Tarentasiæ, extra Belgas, Celtas, & Aquitanos.

Celtica, quæ & *Gallia* olim a Romanis dicebatur, Vesoninam, Senonensem, Bituricensem, Lugdunensem, ciuitates Metropolitanas, earumq; suffraganeas omnes inter Garumnã, Matronam, Sequanam, & Rhodanum flumina sitas cõplectitur. In hac sunt Ducatus Bituricensis, Burgundicæ, Borbonii, Aruerniæ, Aurelianensis, Valesii, a quo recentiores Francorũ reges, a Philippo scilicet Valesio, cognominantur, & Normanniæ, quoad extra Sequanã se extendit. Comitatus est Burgundiæ, Niuernensis, Altiisiodorensis, mõtis Belicardi, Ferrerensis, Carolotensis, Matifconensis, Blesensis, Bellouacensis, de Iouigni, Principatus Auræssicæ, multiq; alii, & pars Comitatus Campaniæ: Celtarum clarissimi sunt Ædui. Horum vrbs opulentissima Augustodunũ, vt refert Pompon. Mela, cui Gallica lingua alludit, *Autum* appellando, cuius Celticæ terminos, quoad R. imperium in Gallis viguit, Rhodanus fluuius præfiniebat, vt nonnulli scripserunt. Hi proprie *Franci* nunc dicuntur.

Cenimagni, populi in Anglia, mari proximi: & Trinobantibus, Seguntiacis, Ancalibus, Bibrocis, ac Cassis.

Centrones, populi finitimi Garocelis, & Caturigibus non longe a Vocoutiis, & Allobrogibus, erant, inter Alpes Graias, quæ hodie dicuntur *mons Cimentum*, siue *Cinesius*, & urbem Geneuã, lacumq; Lemaniũ, & Rhodanum fluuium. Nunc autem Centrones sunt *Tarentasi* extra Celtas, Belgas, & Aquitanos, in Sabaudia ciuitas est Metropolis. Quiddam & *Centrones* legunt.

Centrones, item Belgarum populi, qui sub imperio Neruiorum (nunc *Tornacensium*) erant, proximi Gradis, Leuacis, Picumolis, & Gordunnis. Forte sunt nunc *Cartracenses*, in Elandria, Tornacensis diocesis.

Ceracates, Germaniæ Transrhenanæ populos, Vangionibus, ac Tribocis proximis, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Chasmanos, Germaniæ inferioris populos, pridè Phrysiæ partem, Oceanum mare, Rhenũ fluuium, & lacus attingentem; paludibus, ac saltibus vberimam incolentes, quam mox Tubantes populi, post Vespasii (Germanica itidem gens) inhabitauerunt, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Cheruscis, populi, Germani gentis, nomine, & numero appellati; cis Rhenum fluuium inter Belgas, Eburonibus, qui hodie *Leodienses*, & Condruis proximi. Hos, coniectura est, fuisse inter populos Leodiensis diocesis.

Cheruscis, Germaniæ populi, Transrhenani, quos Bacenis, silua Germaniæ ingens, (nunc *Nigra*, vt plerisq; placet, dicta) a Sueuis pro natiuo muro diuidit. Hos Tacitus refert proximos Hermunduris, Cattis, & Ligis, Hungariæ populis.

Cimbri, populi Rhenum fluuium trãscuntes, depositis, (vbi postea Aduaticis incoluerunt) circa id. flumen.

flumen impedimentis, omnẽ Galliam vexando & occupando, solis Bellouacis resistẽtibus, iterq; per Galliam, Prouinciã Romanorum, facientes, in Italiã contenderunt. Hos memorat Lucan. lib. i. quos a Dacia, quæ *Dania* dicitur, venisse, opinio est. Hi Zelandiam hodie tenent, *Zelandiq;* nuacupantur.

Ciuironem, opidum, proximum Hifaræ flumini, Vocoutiis populis, montiq; Cinesio, & Allobrogibus in Sabaudia, non memorat Cæsar, sed Plancus inter epistolas familiares Tullii, in illa, quæ incipit: *Nunquã mehercule*. Quibus in locis opinio est Cæsaris initio Gallici belli v legiones ex Italia transfudisse, & verisimilius est: quam q; per Eporodiam, urbem Episcopalem, & Augustam Prætorianam, ac montem, cui *Colonia iugum* vulgo nomen est, inter Cinesium, & Sanctis Bernardi montes iter fecerit, eum hoc impeditus, ac prolixius videretur.

Cocofates, populi in Aquitania, proximi Sibuzaribus, Vocatibus, Tarusatis, Sontiatibus, Garumnis, ac Hispaniæ ceteriori, & Garumnæ fluuiio: in Francorum Regno siti.

Condruis, Belgarum populi, inter Eburones (qui nunc *Leodienses* sunt) Segnos & Treuiros, quorum erant clientes) Menapiis, Mosæ fluuiio, & siluæ Arduennæ finitimi gente, nomine & numero Germani, apud quos est ad ripas Mosæ opidum ab Antonino Pio, vt quidam scribunt, conditum, & *Benefacta* appellatum, nomẽ retinet. Diocesis sunt Leodiensis, & vsq; ad ciuitatis fere mœnia protenduntur, cuius Antistiti etiam subiacent; nunc, Ducatus Luxemburgensi, ac comitatu Namurensi, & Mosæ fluuiio finitimi.

Confluens Mosæ, & Rheni fluminum in Sicambros (nunc *Geldrenses*) ad Menapios, (nunc *Iuliacenses*) vt olim seipsi Menapii protendebant, est longe ab Oceano fere lxxx mille passibus, proximus *Nouiomago*, Geldrensiũ opido diocesis Traiectensis, Prouinciæ Coloniensis, inter Bascumducis, & Hoedem opida Ducatus Brabantia: in quorum Sicambrorum fines equitatus Vispetum, & Tencherorum post proelium, & fugam suorum se trans Rhenum recepit; inter quem Confluentem, & Coloniensem ciuitatem, (quæ post Vbiorum fuit) ponte facto Cæsar, primo transiit exercitum.

Curiosolite, populi inter Celtas, ex maritimis ciuitatibus Oceanum attingentibus, quæ *Armorica* appellatur, proximi Andegauenfibus, Sefuuis, Ossinibus, Vnellis, Venetis, Aulercis, Rhodonibus. Hos *Corisopitenses* esse, plerisque placet. Quæ ciuitas est Episcopalis, in Prouincia Turonensi, Britanniæ Ducatu, Regnoq; Francorum siti: *Cornouaille*, Gallis.

DACTI, populi erant Transrhenani, Danubio fluuiio, & Anartibus, siluæq; Herciniæ finitimi, quas olim Hungariæ partem habitasse, plerique transdunt, & post in maritima loca Noruegiæ proxima cessasse.

Danubius, fluuius Germaniæ ex mõte qui ab aliis *Iranens* dicitur, non longe a Ræticiis Alpib, Arthesisq; & Rheni, Germaniæ fluminum, fontib. inter Tridentinã, & Curienas dioceses oriens, Germanos sinistra, & Hungaros, ac Teutones dextra alluens.

Post *Ister* dictus, ac iterum *Danubius*, Euxino mari plurib. ostiis immergitur. Hunc autem, & Rhenum fluuium in Rhætia oriri, quidam transdunt.

Diablintres, populi inter Celtas, Lexobis, Nannetibus, Ambiliatibus, Vnellis, Curiosolitibus, Venetis, & Sefuuis proximi, ex maritimis ciuitatibus. Oteanũ attingentibus, oppositi Angliæ in Prouincia Turonensi, & Regno Francorũ siti. *Leondoul* Gallicæ.

Diuedurum, inter Belgas opidũ Merensis ciuitatis, quo ex Colonia vrbe Rhenum attingente ad eã ciuitatem iter est, non memorat Cæsar, sed Tacitus. Forte *Theonis villa* nunc dicta.

Duraci, populi in finibus Pictonum, qui perpetuo in amicitia remanserãt Romanorũ, propinquo opido Lemoni, Aruernis, & Ligeri fluuiio, ac Aquitanis; inter Celtas, in regno Francorum siti. Hinc *Duraciorum* familia, inter Gallos præcipua. Imo vero *Duracius* proprium viri nomen magis fuisse, ex Cæsaris textu colligatur.

Durocororum, (quod & *Durocortum* legitur, & *Durocortorum*) opidum Rhenorum, inter Belgas, in Regno Francorum situm.

E

EBURONES, populi inter Belgas, gente, nomine, & numero Germani appellati, Condruis, Menapiis, Aduaticis, Treuiris, quorũ clientes erant, & siluæ Arduennæ finitimi, nunc *Leodienses* dicti, apud Gallos *Liege*. Horum maximã pars inter Rhenũ, & Mosam, qui scilicet Mosæ fluuius eos alluit. His Sicabri (qui Gelrenses erãt Transrhenani) sunt proximi. Ciuitas tunc Eburonum ignobilis, atq; humilis, proximi Oceano, & siluis, continentq; paludes habebant. His 11 Reges præerant, quo magis cõstat, eos fines quam latissimos exstitisse, quib. coniectura est Ducatum Luxemburgensem, & Lotaringensem, ac Iuliacensis partem, & Comitatum Namurcensem, urbemq; Aquisgranũ, vbi Imperatores primã ex more suscipiunt coronam, inclusos exstitisse, ac quantum diocesis ipsa Leodiensis vsque quaq; se extendit, Reges illos possedisse. Apud Eburones aut stirpem Caroli Magni in vico, *Lupilia* nomine, Leodiensi ciuitati proximo, ortũ habuisse transdunt, Pipinosq; & Carlomanos, Belgas simulq; Germanos fuisse, sicque in Germanos Cisthenanos, qui Belge sunt, a Græcis, nõ in Transrhenanos est translatum Imperiũ. Ciuitas nunc est Episcopalis Prouinciæ Coloniensis. Hos memorat Lucanus in primo & Suetonius in vita Iulii Cæsaris, quem refert cladẽ Cottæ, & Aurunculei ægerime tulisse. Hæc ciuitatẽ Carolus, Dux Burgundiæ vltimus, solo æquauit, omnesq; puberes, & sacerdotes interfecit, quod Episcopo, consanguineo suo, infestiores aliquanto fuissent.

Eburonices, inter Celtas populi, Aulercis, Lexouuis, Vnellis, & Curiosolitibus proximi, ex maritimis ciuitatibus. Oceanũ attingentibus. Hos opinio est populos esse ciuitatis Eburicorũ, quæ est Episcopalis, in Prouincia Rotomagensi, Ducatu Normanniæ, & Francorum Regno sita.

Elauer, fluuius inter Celtas, apud Aruernos.

Gergouiam opidum, in altissimo monte positum, præterfluens, qui fere ante autunnum vado transiri non solet, in Regno Francorum situs, nomen adhuc retinens; Gallice, *Allier*.

Essii, populi pacatissimi & quietissimi, proximi ciuitatibus; quæ *Armorica* appellatur, remoti a Belgis ultra c millia passuum. Hos inter Celtas fuisse, cõiectura est, forte in Normannia, aut Britannia citeriore, & Regno Francorum siti. Galli *Retelois* appellant.

F

FLVSTATES, populi in Aquitania, proximi Vocatibus, Tarusatis, Sontiatibus. Garumnis, & Hispaniæ citeriori, in Regno Francorum siti. Comitatus est in Vasconia, consistens, ad Comitum de Fluxo pertinentens. nomen retinet etiam nunc.

Frisios, Oceano, & Batauis finitimos, pluraq; loca, & Insulas circa Hollandiã, Gelriam, Brabantiã, & Traiectensem urbẽ, ac ostia quibus Rhenus Oceanũ mare in fluit, habitantes nõ memorat Cæsar, sed Tacitus, referens, eos Transfhenanam gentem tunc fuisse.

G

GABALLI, populi inter Celtas, proximi Heluis, & Cadurcis, Vellaunis, & Aruernis, quorum sub imperio esse cõsueuerant. ciuitas est Episcopalis Prouinciæ Bituricensis olim, nunc Arelatensis, in Regno Francorum sita, nomen retinens.

Galli omnes in Septentrionalibus sunt positi; Carnutum autẽ fines, Regio totius Galliæ media. Galli virtute belli omnibus præferebantur, ac Germanos superabant, vt vltro eis bella inferrent, & propter hominum multitudinẽ, agriq; inopiam trans Rhenum Colonias mitterent, & q̃ a Dite patre se prognatos prædicabãt, spatia totius temporis non numero dierum, sed noctium finiẽdo, ita vt noctem dies subsequatur, coniectura est, horarum initium apud eos media nocte incipere consueuisse. Apud hos sunt tres præcipuæ ciuitates, Treuirensis scilicet, Colonienfis, & Maguntina, quæ in Imperatoris electione principatum obtinent. Constitutas autem apud Gallos eas, coniectura est, vt Christi forte fidem facilius introducerent apud Germanos, eorum finitimos.

Garites, populi in Aquitania, proximi Aufcis, Garunis, Vocatibus, Tarusatis, Sontiatibus & Hispaniæ citeriori, quos, cõiectura est, fuisse *Lacortes*, nũc *Leotorenses*. ciuitas est Episcopalis, in Prouincia Aufcitana, & in Vasconia, ac Francorum Regno sita.

Garoceli, populi citra Rhodanũ, finitimi Caturigibus, vltra Alpes Graias, quibus hodie nomen est *mons Cinesis*, siue *Cinerũ*. Hæc Hannibal, auctore Lilio, non sine ingenti difficultate, exercitũ in Italiã transduxit. Hi nõ longe a Centronibus, qui *Tarentasi* sunt, nec ab Hisara fluuio extra Celtas, Belgas, & Aquitanos in Sabaudia constituti sunt.

Garunna, fluuio, Celtas ab Aquitanis diuidit, qui scilicet Aquitani consistunt inter illud fluuio

montesq; Pyrenæos, ex quibus oritur, & in mare Oceanum influit, quod *Aquitanicum* appellatur. Lucanus in 1. & Tibullius Eleg. 7.

Garumni, populi in Aquitania, proximi Aufcis, Vocatibus, Tarusatis, Sontiatibus, & Hispaniæ citeriori, in Regno Francorum siti.

Gebenna, mons qui Heluios ab Aruernis separat, vt lib. 7. Cæsar dicit. Distat autem hic mons plurimum a Geneua opido. Meminit huius & Plinius.

Geldubam, Germaniæ locum prope Rhenum, Maguntinam, & Coloniam vrbes Metropolitanas, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Genabum, inter Celtas, Carnutum opidum, quod pons Ligeris fluminis continebat, proximum Vellaunoduno, & Agendico, opidis Biturigum, in Regno Francorum situm.

Geneua, opidum Allobrogum, proximum Heluetiorum finibus, ex quo pons, super Rhodanum fluuiũ situs, ad Helucios pertinebat, vbi a lacu Lemano (quẽ *Lansume* dicunt) Rhodanus ad Ligusticum mare profluit. finitimi Antuatibus, & a Gallia Prouincia Romanorũ, non longe distans: nunc Duci Sabaudia, siue eius ciuitatis Antistiti propio comitatus nomine subest: extra Celtas, Belgas, & Aquitanos. Ciuitas est episcopalis, in Prouincia Viennensi, nomen præsertim Gallice retinens. Hanc memorat Lucanus lib. 1.

Gergobina, inter Celtas, Boiorum opidum, quos Heluetico prælio victor Cæsar ibi collocauerat, *Æduis*q; attribuerat, vt supra descripsimus, in finibus *Æduorũ*, proximum Auarico, & Nouioduno, Biturigum opidis, in Regno Francorũ situm. Vide, *Boii*.

Gergouia, in Celtis inter Aruernos opidũ secundum fluuio Elauer, in altissimo monte positũ, forte nunc *Claramontensis*, ciuitas Episcopalis, in Prouincia Bituricensi & Francorum Regno sita.

Germania, vt pleriq; placet, inter Danubium, & Rhenũ flumina protenditur, omnesq; illic habitantes populos a fontibus eorũ usq; ad maria, in quæ ambo insuunt, cõplectitur, nec non & eos, qui citeriores Rheni ripas attingunt, Eburones, Cõdrusos, Treuiros, Aquisgranis urbẽ, & plerorq; Belgas ortos a Germanis cis Rhenũ fluuio antiquitus in Galliã transductos. Superior Germaniæ pars, quæ *Alia* dicitur, ab Alpibus Italiæ imminetibus usq; ad Maguntinam urbem Rheni fluminis citerioribus ripis adiacentem protenditur: inferior ab inde usq; in mare Oceanum. Horum ciuitates pro gloria habebant. finitimos longissime expellere.

Gordunn, populi inter Belgas, sub Imperio Neruorum, proximi Cætronibus, Pleumosis, & Graduis. *Garnois*, Gallice.

Grinnes, inter Coloniensem, Traiectensem vrbes locũ vltra Nouesium opidum Rheno adiacentem, nõ memorat Cæsar, sed Tacitus: qui, vt cõiectura assequi possumus, *Clenis* est, vnde *Clenensis Ducatus* dicitur, cui satis vocabulũ alludit. Hinc Mater Ludouici x i i Francorum Regis, *Maria* nomine.

Grudii, populi inter Belgas, sub imperio Neruorum, proximi Centronibus, Pleumosis, & Gordanis. Gallice, *Lannois*.

Gugernos

Gugernos, Germaniæ populos, prope Rhenum fluuium, & Geldubam, Baranis proximos. nõ memorat Cæsar, sed Tacitus. Sunt, qui *Cugernos* malint.

H

HARVDES, populi Transfhenani sunt, in Galliam Celticam, circa fines Sequanorum, ac *Æduorum* ab Ariouisto, Germanorum Rege, transportati.

Helueteri, populi inter Celtas, proximi Cadurcis, Gaballis, Vellaunis, & Aruernis, quorum sub imperio esse consueuerant, in Prouincia Bituricensi, & Regno Francorum siti. Nonnulli *Helueteri* corrupte legunt.

Heluetii, inter Celtas populi sunt, bonitatem agrum habentes, finitimi Constantiensi, Basiliensi, Sedunensi, ac Geneuensi, & Vesontinæ diocesis, ac vltra Lausanensem agrum protensi, hiq; ex maxima parte Vesontinæ Prouinciæ sunt, atque ad Sabaudia Ducatum extendebantur. Quorum fines erant in longitudine ab ortu Rhodani inter Curientem, & Sedunensem dioceses, motesq; Brigam, & Sancti Bernardi, vsque fere in Bellicensem diocesim, cuius populi, vt coniectura est, olim *Sebusiani* sunt dicti. In latitudine autem a monte Iura circa Basiliensem & Constantiensem agros, vsq; ad ortũ fluminis Rhodani, quæ latitudo ab inde vsque in finem lacus Lemani, vbi pons est, & ciuitas Geneuæ, angustior fiebat. Quibus limitibus adhuc x i i Heluetiorum pagi, vt tempore Cæsaris, consistunt. Berna caput nunc gentis, Suricum, Lucerna, Turegium, qui olim *pagus Tigurinus, Verbigenus*, &c. dicebantur, qui, sæpe vltra Rhenum transeuntes, bella cum Bauaris, Sueuis, & aliis Transfhenanis finitimis, (quos *altos Alemannos* nominamus) fecum his, qui tunc loca illa incolabant, quæ nunc Constantienses, Curientis, Tridentinæ, & finitimorum sunt diocesis, gerebant. Hos, cum per Galliam, Prouinciam Romanorum, transire prohibiti essent a Cæsare, angusto, & difficili itinere, vix qua singuli carri ducerentur, per loca vbi Claues, & Iogni castella nunc sunt in extremis Sabaudia, & Burgundia finibus, in Sequanos, qui nunc Comitatum Burgundia habitant, penetrasse creditur, & ad Ararim fluuium circa Surregium, & Viredanũ, castella, id fluuio attingentia, ac in *Æduos*, vbi nunc ducatus est Burgundia, contendisse. Hi a plerisq; *Suitenses*, a nonnullis *Fæderati* dicuntur: agrosque, & vicis possident in Italia citra montem, qui *Sancti Gottardi* dicitur, in diocesi Mediolanensi. Contra! os Cæsar suo, ac suorum equis amotis se prælium commisisse refert, & cum vt legionibus, equitatuq; & auxiliariis copiis, duob. præliis, vno ad Ararim fluuium, altero in *Æduis*, Heluetios ad cclxxi i millia, eorum, qui ferre arma poterant, fudisse: & tamen ancipiti prælio pugnatũ diu, atq; acriter, vt toto prælio, cum ab hora diei, vii vsq; ad vesperam pugnaretur, auersam hostẽ nemo videre potuerit. Hi, cum sepe in Italiam irerent, a Carmaniola, Duce Philippo, Mediolanensi

Principis, prælio victi, intra fines se suos postea continere. Nostra demum ætate, a Carolo iix Francorum Rege, in terra Italia cogniti, magnum sibi nomen compararunt, vt nullus peditatus melior esse censeatur. Quod superiore anno, xxx millia eorum a Venetis euocatis, (id, quod nunquam ante acciderat) fugatis ex Italia Gallis, multo magis comprobatum est. Atq; hoc anno fugatis eis ad Nouariam per insidias castra nocte aggressi, magnum sibi nomen compararunt.

Heluii, populi inter Celtas, Aruernorum fines contingunt. Hos mons Gebenna ab Aruernis diuidit. Proximi sunt Gaballis, Ruthenis, Cadurcis, Volcis, Arecomicis, ac Gallia, Prouinciæ Romanorum: Ciuitas est Episcopalis, in Prouincia Bituricensi, & Regno Francorum sita, nunc *Albionensis* dicti. Hinc M. Tullii Ciceronis matrem ortam esse Eusebius, & alii transdunt.

Hercynia, Germaniæ Transfhenanæ silua est, forte ab *Hercyno*, monte Germaniæ, dicta, latissima, ac supra omnes alias longissima. Oritur ab Heluetiorum, & Nemetum, ac Rauracorum finibus, rectaque fluminis Danubii regione; pertinet ad fines Anarum, & Dacorum, quos pleriq; putant Hungariã partem habitasse. Hinc constat Nemetes, qui *Spirenenses* vocantur, & Helucios trans Rhenum fines tempore Cæsaris habuisse. Quæ silua multo longior, atq; latior est, quam Italia, vel Gallia tota.

Hermunduros, Transfhenanos Germaniæ populos. Ligis, Hungariæ populis, Cartisque, Cheruscis, ac siluæ Hercyniæ, & vltra illam proximos, memorat Tacitus.

I

IBERNIA Insula est ad Hispaniam, Occidentemque solem sita, qua mediũ Angliæ latus vergit: dimidio minor, (vt existimatur) quam Anglia. Sed pari spatio transmissis xxx millibus passuum in Iberniam appelles, vt in Britanniam. In hac sunt plures Metropoles & ciuitates Episcopales, quam in Anglia. Eam quidam nominant *Hirlandiam*.

Icinos, in Anglia populos, ab Ostorio, Romano Duce subactos, memorat Tacitus, qui forte *Iuuportus* accolæ fuerunt.

Iosedum, inter Celtas opidum, fluminis Sequanæ ripas citeriores attingens, supra Melodunum opidum ei finitimum, & Lutetia (quæ Parisiorum est) proximum, non longe a Senonibus, in Francorum Regno situm. Hodie *Corbeil* nominatur, vt quidam existimant. Vide Glareanum, in li. 7. Comment. Cæs.

Iuuportus, inter Belgas, Morinis, Oceanoque mari finitimus est, Ambianis, & Atrebatibus proximus, a continenti Britannia (quam *Angliam* dicimus) xxx millia passuum distans, & transiectui commodissimus, cui ad dextram Zelandia insula, Hollandia, & Flandria: ad sinistram autem, Comitatus, qui dicitur *Ponsus*, Picardiæ pars, & Normandiæ Ducatus. Ex opposito vero Angliæ consistit. o-

pidum est illic, populorum, quibus *Caletum* nomē est. Id, adiecto *Iris* portus nomine, vt quibusdā placet, *Calitium* nuncupatur. Morinentis diocesis, in Regno Francorum, & potestate Anglorum Regis suum. Hunc portum memorat Lucanus in primo. Dicitur autem videretur *Iris* ab *irando*, vt innuit Paulus *Æmilius*, lib. 7. de reb. gest. Franc.

Iura, mōs, Sequanos ab Heluetiis diuidit; incipiens in finibus Basiliensiu, ac Constantiensiu, protēsus fere in Sebusianos, nunc *Bellicenses*, Prouinciæ Vesontinæ qua Sequanorū fines in Rhodanū perueniunt. Illac enim Cæsarem ex Allobrogibus in *Æduos* ad Ararim contra Heluetios legiones trāduxisse opinio est: ciuitates namque, opida, & vicifit olim continebantur nominibus populorum, ita vt plurimum eisdem in locis remanserunt de illorum diocesis, prouinciis, tribubus, ac regionibus.

L

LATOBREGI, finitimi Heluetiorum sunt, inter Celtas non longe ab Allobrogibus, quos *Lausanenses* fuisse, coniectura est. Ciuitas est Episcopalis Prouinciæ Vesontinæ, in Ducatu Sabaudia sita, ac eius proprio Antistiti subdita.

Lemanus Lacus, inter Celtas, quem Rhodanus influit, Galliamq; Prouinciam Romanorū, ab Heluetiis diuidit, qui hodie *Lausana lacus* dicitur, per quem Rhodanus ad pontem Geneuæ vrbis effluit. Lucanus in 1.

Lemoniacus, item populi inter Celtas, ex ciuitatibus Oceanum attingentibus, quæ *Armorica* appellantur, proximi Vnellis, Veneris, Rhedonibus, Andegauenfibus, Cenomanis, Lexouii, in Prouincia Turonensi, Regnoq; Francorum siti. *Limosins*, Gallice.

Lepontii, populi sunt Germaniæ, qui Alpes incolunt inter Sedunensem, & Curiensem dioceses. Hos, quibusdam placet, fuisse *Sarmatas*, apud quos Rhenus fluius oritur. Forte hodie *Suiterenses* dicti, inter fontem Rhodani fluii, & Rhætiæ Alpes siti.

Leuaci, inter Belgas, sub Imperio Neruiorum, proximi Grudiis, Pleuomofis, Gordunis, & Cætronibus, hodie *Louanium*.

Leuci, populi, finitimi Lingonibus, & Sequanis (qui *Burgundi* sunt) ac Mediomatriciibus, (qui *Metenses* hodie dicuntur) Belgis attribuntur, & Treuirensi Prouinciæ. Hodie *Tullenses* dicti, ciuitas est Episcopalis, in Lotariagia Regione. Hos memorat Lucanus lib. 1.

Lexouii, qui & *Lexobii*, populi inter Celtas, sunt proximi Orlinensis, Nannetibus, Ambiliatibus, Diablintribus, & Aulericis, ex ciuitatibus Oceanū attingentibus. Hos quidam opinantur esse accolæ ciuitatis Lexouiensis, quæ est Episcopalis in Prouincia Rotomagensi, Ducatu Normanniæ & Francorum Regno sita. Gallice, *Lisieux*.

Ligeris, seu *Liger*, flumen non longe ab *Æduorū* finibus, in Celtis oriens, eos a Biturigibus diuidit. in Carnutes, diu per Celtas lapsus, multisq; obliquis

gyris, Aquitaniam alluens, in Oceanū mare, quod *Britannicum* dicimus, influit. Dignū memoria refertur, a Philippo, qui secundus hoc nomine regnauit apud Gallos, vadum hic primum inuentū, cum antea nunquā vado transiri potuisset. Huius fluii meminit Tibullus Elegia 7. Gallice, *Loire* dicitur.

Ligios, populos in Hungaria, non memorat Cæsar, sed Tacitus, proximos Hermunduris, & Cattis. *Lingones*, inter Celtas populi finitimi *Æduis*, Sequanis, ac Tullensibus (qui dicebantur *Leuci*) nomen retinent. Ciuitas est Episcopalis, in Prouincia Lugdunensi, ac Francorū Regno sita. *Langres*, ab indigenis. Hos memorat Lucanus lib. primo. Hinc Statium Poetam, qui Thebaida, & Achilleida, heroico versu scripsit, ortum trāsdunt: quāuis *Statii* nomen seruum significat, vt scribit A. Gellius.

Londinum, opidum in Anglia insignis, copia negotiatorum, & mercatorum maxime celebre, non memorat Cæsar, sed Tacitus. Ciuitas est Episcopalis, in qua Angliæ Reges, Principes, Senatus, populi, & mercatores continentur, in Prouincia Cantuariensi sita.

Longobardos Cheruscis, Cattis, Caucisq; propinquos, inferioris Germaniæ populos, Tacitus refert: quos non nulli Westfalos fuisse opinantur, nō longe a Caninefatibus, ac Phrysiis. Quidam vero eos Pannonos fuisse, trāsdunt. Hi sunt, qui, cum Italiam ferme omnem occupassent per cæ & 14 annos, tandem a Gallis Rege Carolo pulsi sunt; ita tamen, vt Cisalpinæ Gallia nomen ab his ad nostra tempora peruenerit.

Lucum, municipium Vocontiorum, prope Caturiges, Garoccos, Centrones, & Allobroges Tacitus memorat.

Lugdunum, urbem ad Rhodani ripas, & Viennæ finitimam Seneca in epistola ad Lucilium refert, fatali igne suo tempore exustam: quam inter Celtas adscribere quibusdam placet; quoniam omnes eius suffraganei, & pars vrbis, ecclesiæq; ipsa matrix in Celtis sunt. Hinc Plotius, qui primus Romæ Rhetoricam docuit Latinam, ortus est; a quo Romæ se puerum, cum Q. fratre, Latine primum doctum esse, Cicero refert. Opidum hoc Munatius Plancus condidit, sed annis post e incensum Romani restituerunt.

Lutetia, inter Celtas est, Prouinciæ Senonensium adscribitur, opidum erat Parisiorum, positum in insula fluminis Sequanæ, quod perpetua palus influit, proximum Bellouacis, Agendico opido, ac Senonibus, & Meloduno opido finitimum; nunc urbem *Parisiensem* esse dicunt. Ciuitas est Episcopalis, in Francorum regno sita, in quam Cæsar se concilium translulisse, & patrum suorum memoria Parisios cum Senonibus ciuitatem coniunxisse scribit.

M

MAGETROBIA, locus in Celtis, in quo Ariouistus, Germanorum Rex, copias Gallicorum prelio vicit, non longe a paludibus, quem Rheno flumini proximum, & circa ipsum fuisse, coniectura est. Gallice, *Magnum*

Maguntiacus, inter Belgas Germaniæ ciuitas Metropolis, quæ nunc *Maguntina* dicitur, ceteriores Rheni ripas attingens, a Tacito relata, qui etiā molem a Druso, ad remorandum Rhenum fluium refert, & a Paulino Pompeio, Romanarum legionum in Germania Duce, sub Nerone Imperatore perfectam.

Mardubii, populi erant inter Celtas, incolæ opidi, cui nomen *Alexia*, inter fines Lingonum, & *Æduorum*, proximi vico, quem *Flauignium* dicimus. Nunc in Ducatu Burgundiæ; Regioneq; *Alfetum*, ab *Alesia*, vt quibusdam placet, dicta, quib. vocabulum alludit, in diocesi *Æduensi*, & Regno Francorum siti.

Marcodurum, Vbiorum vicus, procul a Rheni fluminis ripa, & vt coniectura est, *Transhenanus*. Tacitus.

Marcomani, populi Germani sunt, qui cum Ariouisto, Germanorum Rege, a Cæsare sunt proelio superati, quos coniectura est fuisse *Transhenanos*. Sic & *Harudes*, & *Ariouistus* ipse Germani fuerunt; cuius fere omnes reliquas copias cis Rhenum incoluisse videmus vt sunt *Triboci* (hodie, *Argentineses*) & *Nemetes*. (nūc, *Spirites*) ac *Vangiones*, (qui *Wormarienses* appellantur) ac *Sedusii*, quos forte *Sedunos* prope montes, *Brigam*, & sancti *Bernardi* opinari possumus. nisi quis forte *Marcomanos* coniciat eos esse, qui vallem Heluetiis finitimam incolunt; cui nomen est *Marcomana*, Sequanis, & monti *Iuræ* proximam. Cum his Marcus Antoninus, cognomento Philosophus, periculosissimum, & diuturnum bellum gessit. Tandem, Christianorum precibus, qui pluuiam a Deo impetrarunt, cum exercitus Romanus siti laboraret, victi, & in deditiōnem accepti.

Marsacos, Germaniæ populos, Batauis, Caninefatibus, Tungrisq; proximos, & vt coniectura est, *Cisrhenanos*, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Matifcon, seu *Matifcona*, inter Celtas opidum; tunc in *Æduorū* finibus ad Ararim fluium, qui *Sæona* nunc dicitur, inter Lugdunensem, & *Cauillonensem* vrbes, ciuitas est nunc Episcopalis Prouinciæ Lugdunensis, nomen retinēs, in comitatu *Matifconensi*, & Francorum regno sita.

Matrona, fluius est, Celtas a Belgis definiens, in finibus Lingonum, & prope Tullensem agrum, nec longe a fonte *Mosæ* fluminis oritur. *Catalaunum* ciuitatem Episcopalem in Campania Franciæ interfluens, per Francorum regnum profus labens, parum supra Parisiensem urbem Sequanæ fluiui miscetur.

Mediomatrices, populi inter Belgas, finitimi Treuiris, Tullensibus & Tribocis (hodie, *Argentinesibus*) Hos *Mercenses* esse, constat. ciuitas est Episcopalis Prouinciæ Treuirensis.

Melodunum, inter Celtas opidum, in insula fluminis Sequanæ positum, Agendico opido, Senonibusque proximam, ac *Lutetia* (quæ hodie *ciuitas Parisiensis* est) & *Iosedo*, ad ripas Sequanæ posito, finitimum. Olim ciuitas Episcopalis erat, nunc et-

iam opidum est in Francorum regno, nomen retinens. Gallice, *Melan*.

Menapii, populi Gallia, inter Belgas, Treuiris, Condruis, Arduennæ siluæ, Rhenoq; finitimi, defissimas siluas, perpetuasq; paludes, & ad vtramque Rheni ripam, agros, adificia, vicofq; habebat; proximi Vbiis, Eburonibus, & Sicambriis, qui hodie *Geldrenses* sunt. Hi scilicet Sicambri, ad confluentem *Mosæ*, Rheni que, Oceanum etiam mare attingunt, nunc *Iubiaccensis ducatus* est, Colonienfis diocesis, angustior satis, vt videtur, ac subductior, quam pridem Menapiorum fines essent.

Metiosedum. Vide, *Iosedum*.

Mæsiis, trans Danubium flumen populos, Pannonibus finitimos, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Mona, insula est, sic nominata, in medio cursu inter Angliam, & Iberiam fere ab vtraque xv millia passuum distans, ad Occidentem vergens: circa quæ loca etiam complures minores subiectæ Insulæ esse existimantur; vbi multo breuiores sunt noctes, quam in continenti; sicut etiam, quanto magis ad Occidentem vergimus, breuiores ætate noctes, & hieme longiores manifeste videmus.

Monam insulam in Rheno fluiuo Hollandiæ, Phrysiæ, ac Geldriæ proximā, vnde forte dicti sunt *Monasteriensis*, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Morini, populi sunt inter Belgas, Atrebatibus, Ambianis, Neruis, Oceanoque mari finitimi, a quibus breuissimus in Britanniam, nunc *Angliam*, est transectus. continentes siluas, & paludes habebat, eorum finibus comprehenditur comitatus, cui nomen est *Pontus*, ad Abbatiam sancti Bertini directo iure pertinens, veteri nomine *Ponti*, quo Regio illa a plerisq; describitur. Ciuitas est Episcopalis, quæ Latine nomen retinet, Gallice vero *Teruana* nuncupatur; in prouincia Rhemensis, & regno Francorum sita.

Mosæ, flumen, profluit ex monte *Vogeso*, qui est in finibus Lingonum, in Francorū regno, non longe ab ortu *Matronæ*, & *Araris* fluiorum: & parte quadam circa *Neuimagum* Ducatus Geldriæ opidum, longe ab Oceano fere lxxx millia passuum, ex Rheno recepta, quæ appellatur *Vualis*, in insulam efficit Batauorum, (qui hodie *Hollandini* dicuntur) Oceanumq; influit; & sic in Celtis oriens immergitur Belgis.

Mosellam, fluium, qui circa fines Lingonum in Celtis oriens, *Metensem*, ac *Treuirensis* vrbes præterfluit, & *Confluentiam*, Germaniæ *Cisrhenanæ* opidum, intersectat, illicque *Rhenus* influit, non memorat Cæsar, sed Tacitus; referens, L. Verum, Nerone imperante, Romanarum legionum in Germania Legatum, *Mosellam*, atque *Ararim* flumina, facta inter vtrumque fossa, parasse connectere, vt copiarum per mare, dehinc Rhodano, & Arare subiectæ per eam fossam, mox flumine *Mosella* in Rhenum extra Oceanum decurrerent; sublatisque itineris difficultatibus nauigabilia inter se Occidentis, Septentrionisque litora fierent, cui operi *Ælium Gracilem*,

Belgiæ Legatum, inuidisse dicit; deterrendo Verum, ne legiones alienæ Prouinciæ assuesceret studia Galliarum affectare, formidolosum id Imperatori dictans, quo plerumq; prohibentur conatus honesti. Tacitus lib. 13.

N

NABALLÆ flumen, trans Rhenum, Gellendensem, & Phrysiun agrum alluens, nō memorat Cæsar, sed Tacitus.

Nannetes, populi inter Celtas, *Ossifinis*, *Lexobis*, *Ambiliatibus*, *Diablintribusq;* proximi, ex maritimis ciuitatibus Oceanum attingentibus, oppositi Angliæ. Ciuitas est Episcopalis, in Prouincia Turonensi, ac Britannia citeriore Britonante, & regno Francorum sita, nomen retinens, & Comitatus titulum habens, qui semper Ducis Britannia Primogenito adscribitur. *Nantes* hodie dicitur.

Nantuates, qui a quibusdam *Antuates* dicuntur, populi Germaniæ circa Rhenum fluiui, per quorum fines longo spatio, quasi ab ortu suo, Rhenus ipse citatus fertur, proximi Heluetiis, ac Sequanis. Hos *Constantienses* nunc esse satis constat. Ciuitas est Episcopalis Maguntinæ Prouinciæ. *Nantuati* meminit Plinius lib. 3. c. 20. & Strabo l. 4.

Narbona, Galliæ ciuitas, Prouinciæ Romanorū, finitima Tolosatibus, & non longe a Sontiatibus, populis Aquitanis. Ciuitas est Metropolitana, nomen retinens. In hanc cum C. Cæsar Dictator Colonæ ex Martia legione milites deduxisset, *Martius Narbo* postea dicitur.

Nemetes, populi Germani, inter Belgas numerantur, finitimi Metensibus, Argentinesibus, Wormaciensibus, & Rheno flumini, fere omnes Germanica lingua vrentes. Ciuitas est Episcopalis, Prouinciæ Maguntinæ, Alsatia adscribitur, nunc *Spirensis* dicta. Est & alia Alsatia maritima prope insulam quandam Phrysiæ. Alsatia autem, in qua Spira, & Argentina ciuitates consistunt, vt quidam opinantur, nomen indidit regioni illi Ducatus Burgundia, in qua *Alsatum* Regio est sita. atq; id nomen ab *Alexia* olim opido dictum putant, quasi Ariouistus, Germanorum Rex, qui Alsatia præerat, id ei nomen imposuerit.

Nemetocerna, in Belgio, vbi interdum hiemauit Cæsar, inter Belgas, dicta forte a Nemetibus, nunc *Spirensibus*.

Neruii, populi, inter Belgas maxime feri, *Atrebatibus*, *Ambianis*, *Aduaticis*, *Morinis*, *Vellocassibus*, *Veromanduis*, ac *Treuiris* finitimi. A *Bellouacis* longe absunt, quos *Sabis*, & *Scaldis* flumina irrigant. Nullus ad eos mercatoribus aditus erat, nihil vini, reliquarumq; rerum ad luxuriam pertinentium, patiebantur inferri, ne eorum animi elanguerent, virtusq; remitteretur, magnæ virtutis homines maius in discrimina, quam vsquam in tota Gallia, Germania, aut Britannia fuerit, vniuersum Cæsaris exercitum dederunt; ita, vt Neruiorum proelio rem in angusto vidisse, neque vllum fuisse subsidium, quod submitti posset, & scuto a nouissi-

mis vni militum detracto in primam aciem se processisse, quod solum in extrema spe salutis Imperatori licet, Cæsar ipse testetur. nunc *Tornacenses* dicitur. Ciuitas est Episcopalis, in Prouincia Rhemensis, & limitibus Francorum regni sita.

Nitiobriges, populi inter Celtas, proximi *Ruthenis*, & *Gaballis*, ac *Narbonensibus*, Galliaq; Prouinciæ Romanorum, in Bituricensi Prouincia, & Francorum regno sita, *Montpellier*, hodie a Gallis dicitur.

Noricus ager, trans Rhenum non longe a Danubio, & *Athesi*, Germaniæ fluminibus, intra *Tridētinam*, ac *Constantiensem*, & *Curiosolitam* dioceses, satis proximus *Bauaris*, ac *Sueuis*, qui *Vallis Norica* appellatur, in quem Boii oppugnata *Norica*, trāserant. Inde Tacitus affirmat, quod *Noricos*, *Rhetosq;* *Rhenus* fluiuis interfluit, quibus *Rhetis Lepontii* fuere proximi. *Norimberga*, a nunc a Germanis.

Novesium, opidum Germaniæ, nunc *Nussia* dicitur, *Coloniensis* diocesis, *Rhenoque* fluiuis, & *Cleuensi* Ducatui proximum, citeriores *Rheni* ripas attingens, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Noviodunum, inter Belgas opidum, finitimum *Suessionibus*, & *Veromanduis*, proximum *Parisiis*: nunc ciuitas Episcopalis, nomen retinens, in Prouincia Rhemensis, & Francorum regno sita. *Gallice*, *Noyon*.

Noviodunum, item Celtarum opidum ultra *Ligerim* fluiuis, in finibus *Biturigum*, proximum *Auarico*, *Biturigum* opido, ac *Genabo*, *Carnutum* opido, & *Vellaunodunc*, & *Agendico*, *Senonum* opidis, in regno Francorum situm.

Noviodunum, item inter Celtas *Æduorum* opidum, ad ripas *Ligeris* fluiuis, proximum *Bibracti*, opido *Æduorum*, in eorum finibus, & Francorum regno situm.

O

OCELVUM (quod & *Oscellum*, seu *Oscela*) est citerioris Prouinciæ extremū, a quo per Alpes in vltiorem Galliam, *Centronemque*, (nunc, *Tarentasios*) ac *Garocelos*, *Caturiges*, *Vocontios*, & *Allobrogas* transitus est, *Auillanæ*, & *Seclusæ* vicis proximum nunc, vt coniectura est, *Novesium* nuncupatur. *Seclusa* autem, vt nonnullis placet, dicitur quasi citeriore Galliam ab vltiori secludens. Diocesis est *Taurinensis*. Tres enim Legiones in *Aquilcia* hiemantes poterat Cæsar per *Rheticas*, vel *Lepontias* Alpes breuius ultra montes, & in agrum *Heluetiorū* eundo *Tridentum* transducere, sed intendens in vltiorem Galliam ad comprimendum *Heluetiorum* agmen, iam in agro *Æduorum* consistentiū proficisci, vt opinio est, in agrum *Cremonæ* paullo ante edificatæ, dehinc *Placentiam*, ac *Taurinum* peruenit, qua proximum iter in vltiorem Galliam erat, per Alpes legiones transducturus.

Octodorus, vicus *Veragrorum*, hodie dicitur *Sancti Mauriti* extra Celtas, Belgas, & Aquitanos, in *Sabaudia*, inter *Sedunos*, *Arduates*, & *Allobrogas*, in val-

in valle non magna adiecta planicie, altissimis montibus vndiq; continetur, in duas partes *Rhodano* fluiuis diuisus, diocesis *Sedunenensis*.

Ordouices, populos in Anglia, arduis montibus proximos, apud quos *Ostorius*, Dux Romanus, *Caractacum* in Anglia imperantem prostravit, nō memorat Cæsar, sed Tacitus.

Ossifini, Populi inter Celtas, ex maritimis ciuitatibus, Oceanum attingentibus, proximi *Lexobis*, *Vnellis*, *Nannetibus*, *Venetis*, *Ambiliatibus*, *Diablintribus*, *Curiosolitis*, *Sesuiuis*, *Aulercis*, *Rhedonibus* inter ciuitates *Armoricas* nominantur, in Prouincia *Turonensi*, regnoque *Francorum* sita. Horum litora *Britannico* sunt mari aduersa, vt refert *Pomponius Mela*.

P

PÆMANI, populi inter Belgas, nomine, & numero Germani appellati, *Eburonibus*, *Conobanibus*, *Cherulcis* proximi. Hos coniectura est fuisse inter populos diocesis *Leodienensis*.

Pannonies, trans *Danubium* fluiuis populos, quos *Hungaros* dicimus, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Parisi, populi inter Celtas, qui *Senonensi* Prouinciæ attribuantur, *Senonibus*, *Bellouacis*, & *Agendico* opido proximi, ac *Melodano* opido finitimi, *Lutetiam* habent opidum, quam nunc *Parisiensem* Episcopalem urbem inhabitant, positam in insula fluminis *Sequanæ*, quod perpetua palus inflebat, in regno *Francorum* sita.

Petrocorii, quos *Petraborios* dicimus, populi in *Aquitania*, proximi *Pictauis* ac *Santonibus*. Eorū ciuitas est Episcopalis, nomen retinens, in Prouincia *Burdegalesi*, & *Francorum* regno sita.

Pitones, populi inter *Aquitanos*, *Saptonibus*, *Engolfmentibus*, & *Petraborios* proximi. Eorum ciuitas est Episcopalis in Prouincia *Burdegalesi*, regnoque *Francorum* sita, nomen retinens, Comitatus titulo insigniti. Non longe ab his, *Philippus Valesius*, *Gallorum* Rex, ab *Edoardo*, *Britanniæ* Rege memorabili pugna victus est. *Poitiers*, *Gallorum* lingua.

Pleuosi, populi inter Belgas, sub Imperio *Neruiorum*, proximi *Gordunnis*, *Leuacis*, *Grudiis*, ac *Centronibus*, in diocesi *Tornacensi* sita. *Flamingi* vulgo.

Præiani, populi in *Aquitania*, proximi *Bigeronibus*, *Vocatus*, *Tarusatibus*, & *Hispaniæ* citeriori, in regno *Francorum* sita.

Primigenos, in Anglia populos, *Antonæ*, & *Sabrinæ* fluminibus propinquos, socios aliquando Romanorum, memorat Tacitus. Nunc in Tacito, lib. 12. legas, *Quod primi Iceri ab*, &c.

Prouincia Gallia Romanorū, finitima erat *Rhodano* fluiuis, qui eam a Celtis diuidebat, ac mari *Ligustico*, & *Alpibus*, quas *maritimas* dicimus, & *Allobrogibus*, quibus limitibus etiam *Delphinatus* pars, ac Prouincia, seu *Metropoles* *Ebredunensis*, *Tolosana*, & *Narbonensis*, pro parte include-

bantur, licet *Viennam* urbem *Strabo* *Allobrogibus* adscribat.

Pyrenæi, Montes altissimi, maximeque diuidunt vltiorem *Hispaniam* ab omni *Gallia*.

R

RAURACI, populi finitimi erant *Heluetiorum*, inter Celtas, proximi *Rheno* flumini, in Prouincia *Vesontina*, quos esse *Basilienses*, coniectura est, quia per *Heluetiorum*, & *Sequanorum* fines *Rhenus* profluit, & ipse *Sequanis* adscribitur. Ciuitas est Episcopalis, quam *Rhenus* ipse intersecat. *Bernnes* appellantur.

Rhedones populi, inter Celtas, ex ciuitatibus Oceanum attingentibus quæ *Armoricæ* appellantur, proximi *Aulercis*, *Sesuiuis*, *Curiosolitis*, *Ossifinis*, *Vnellis*, *Venetis*, *Andegauis*, *Cenomanis*. Ciuitas est Episcopalis, in Prouincia *Turonensi*, & *Francorum* regno sita nomen retinent, in *Britanniæ* Ducatu consistit.

Rhemi inter Belgas, proximi Celtis, fratres, & consanguinei, proximique *Suessionibus*, cum quibus eodem iure, & iisdem legibus vtebantur, vnum imperium, vnumque magistratum cum eis habentes, finitimi quoque *Veromanduis*, *Treuiris*, *Metensibus*, *Caralaunenſis*, & *Laudunenſis* diocesis, ac *siluæ Arduennæ*. Ciuitas est *Metropolis*, cuius omnes suffraganei sunt in Belgicâ; nomen retinens, in qua *Francorum* Rex vngitur, & consecratur, in regno *Francorum* sita.

Rhenus, Germaniæ fluiuis, non longe a *Danubio*, & *Rhodani* fluminum fontibus, & fere in medio eorum oritur ex *Lepontis*, qui a nonnullis *Sarmata* dicitur, *Alpes* incolunt, inter fines diocesis *Curienſis*, & *Tridētinæ*, non longe ab *Italia*, longoque spatio per fines *Nantuati*, qui hodie *Constantienses* esse creduntur, *Heluetiorum*, & *Sequanorum*, (ex quibus sunt *Basilienses*) & *comitatus Ferretensis*, *Mediomatricum*, (hodie, *Metensium*) qui tunc vsq; ad *Rhenum* extendebantur, *Tribocum*, (nunc, *Argentinosium*) & *Treuirorum* citatus fertur, ac, vbi *Oceano* proximus est, in plures diffluit partes, multis ingentibusq; Inſulis effectis, quarum tres fere a *Phrysiis*, ac reliquæ a *Sicambriis* nunc *Geldrenſibus* & *Hollandis*, qui olim *Batavi* dicebantur, ac a quibusdam feris nationibus incoluntur. Sunt etiam, qui hunc & *Danubium* in *Rhetia* oriri transdunt, & non longe a locis, vbi *vina Oltrina* nascuntur. *Rhenus* igitur non attingit *Sequanos*, (hodie, *Burgundos*) nisi a finibus *Heluetiorum*, circa *Basileam* vsq; in fines *Argentensium*. *Basilea* enim comprehendit inter *Sequanos*, & suffraganea est *Vesontinæ* *Metropolis*. Inde est, quod reliqua pars fluminis *Rheni* ab eius ortu circa *Curienſem*, diocesis *Prouinciæ* *Maguntinæ* vsq; in fines *Basiliensium* circa ipsum flumen fere tota ad *Heluetios* pertinebat, qui veteres *R.* in militaribus signis imitati, capita bouum, aprorum, vrsorum, & similia in vexillis suis depingere consueverunt.

Rhodanus, fluius, Sedunos, Veragros, Allobrogas, & Galliam, Prouinciam Romanorum a Celtis dispartiens, oritur non longe a Danubio, & Rheni, fluminum, fontibus, circa fines diocesis Sedunensis, prope montem, cui nunc *Briga* nomen est; & ad Sedunum, Germaniæ v. bém, decurrens, vicum Veragrorum, qui hodie *sanctus Mauritius* dicitur, intersecat; lacuq; Lemano, quem accolæ *Lausanensem* nominant, admittit, & ad pontem Geneuæ vrbis eundem lacum egressus, in Lugdunum, Viënam, aliaq; vrbes, & insignia loca ad Volcas, nunc, *Auenionenses*, prolapsus, Ligusticum mare tribus ostiis in fluit. *Rosne*, Gallis, hodie.

Rigodulum, locum inter Belgas, supra Mosellam fluium, non longe a finibus Treuorum editum, vbi Petilius Cerialis, Romanus, copias Treuorum, & Germanorum, magis casu, quam prudentia, fudit, proximum Metensium finibus montibus, & Mosella fluuiio septum, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Rutubeni, populi Prouinciales, non longe ab Aruernis, & Santonibus, Narbona, ac Tolosa, extra Celtas, Belgas, & Aquitanos. Eorum ciuitas est Episcopalis, nomen Latine retinens in Prouincia Bituricensi sita. Hi Comiti Armeniaci subiciuntur, & *Rhodes* dicti. Hos Lucanus in primo memorat.

S



SAMBRIS, inter Belgas flumen. Neruis irrigat, & Mosam fluium penes Condruisios, seu Namurcium, opidum Leodiensium, in fluit. Hodie *Sambram* vulgus nominat.

Sabrinam, in Anglia fluuium, Tacitus memorat.

Samarobrina, locus inter Belgas, vbi Cæsar Gallorum concilium indixit, & aliquando hiemauit, ac impedimenta exequitus, obsides ciuitatum, literasq; publicas, ac frumentum reliquit. Hanc Cameracensem esse vrbem, quibusdam placet. *Sabis* enim fluuius eam interfuit, & his Gallica lingua satis alludit vocabulum; estq; fere locus ipse in medio Belgarum situs, fertilis, ac solo opportuno constitutus. Ciuitas est Episcopalis, & Imperialis, Prouinciæ Rhemensis, forsitan ab Eburonicibus, populis ciuitatum Oceanum attingentium, quæ inter Celtas, erant orti, vel a Segnis, Belgarum populis. In hoc opido, v. ab hinc anno foedus inter omnes Christianos Principes, ad internecionem Veneti nominis, ietum est, auctore Pontifice Iulio II. quod *Cameracense* ab opido dictum est. Sunt tamen, qui *sancti Quintini opidum* malint.

Santones, inter Aquitanos populi, finitimi Tolosatibus, & propinqui Petrocoriis, Engolismensibus, Pictauis, ac Gallis, Prouinciæ Romanorum. Ciuitas est Episcopalis, in Prouincia Burdegalensi, in Francorum regno sita, nomen retinens.

Sarmatas, Germaniæ populos, qui contra Sueuos Vannio, Sueuorum Regi, ab eis expulso, opem tulere, Tacitus refert.

Scaldis flumen, inter Belgas, Mosam influens, in extrema parte Arduennæ siluæ, nec longe ab Ad-

uaticis, Neruis, & Tornacensem vrbem intersecat, nomen retinens. vbi *Sabin* legendum putant, non *Scalden*, quod ille in Mosam influit, iuxta Namurram; hic, non item.

Sebusiani, populi inter Celtas, extra Galliam, Prouinciam Romanorum, trans Rhenum fluium primi, Allobrogibus, Sequanisq; ac Aduis, quorum erat clientes, finitimi, inter Lausanensem, & Lugdunensem diocesim sita, quos *Bellucenses* esse, coniectura est. Ciuitas est Episcopalis, in Prouincia Vefontina, Duci Sabaudia subdita, siue eius Antistiti. Per horum fines, ad loca, vbi nunc vicus, cui *Sanctus Amor* nomen est, in Comitatu Burgundia, ac recta ad Ararim, qui nunc *Saona* dicitur, vbi pagum Heluetiorum Tigurinum deleuit, Cæsar peruenit circa *Vredunum*, & Turegium castella illius fluminis ceteriores ripas attingentia.

Seisusii, vel *Seduni*, populi Germaniæ, si pro Sedunum vrbem incolentibus capiantur, vt cõiectura est, Heluetis, & pro parte Celtis annuuntur, vel saltem eis sunt finitimi, ipsosq; Rhodanus fluuius irrigat. finitimi etiam sunt Veragris, inter montes, quibus nunc *Briga*, & sancti *Bernardi* nomen est, non longe ab Antuatibus, & Allobrogibus, & Germanica lingua ex magna parte vtentes. Ciuitas est Episcopalis, *Tarentasia* Latine nomen retinens, in cuius finibus Rhodanus oritur; nec longe ab eis, versus Curientem, & Tridentinam dioceses, Rhenus exoritur.

Segni inter Belgas populi, ex gente, & numero Germanorum, Condruis finitimi, qui ambo populi sunt inter Eburones, & Treuiros. Comitatu Namurcensi, Arduennæ siluæ, & Ducatu Luxemburgiensi Mosæque flumini proximi: nomen retinent. Eorum opidum diocesis Leodiensis, illius Episcopo subicitur.

Segontiaci, populi in Anglia mari proximi, & Cassis, Bibrocis, Trinobantibus, Cenimagnis, & Ancalitiibus, nunc forte *Eboracenses* dicti, cui satis alludit vocabulum. Ciuitas est Metropolis.

Senones, inter Celtas, finitimi Belgis, Parisiis, ac Carnutibus, fuerant antiquitus ante Cæsarem in fide Aduorum. Ciuitas est Metropolis, cuius omnes suffraganei sunt in Celtica in Regno Francorum sita, retinens nomen, quam in Burgundia sitam vulgus vocitat. Forsitan enim id inoleuit a primis Burgundiorum Regibus; quos *Senones*, Lugduni, ac Viennæ post natum Christum per multa secula regnasse in Celtica, pleriq; transdunt.

Sequana fluuius prorsus in Francorum Regno, Celtas, postquam Matrona fluuius sibi immixtus est, a Belgis definiens. Oritur prope fines Aduensis, ac Lingonensis diocesis, in Ducatu Burgundia in Alseti regione, non longe a vico abbatia, & Monasterii Sancti Sequani; ac per Trecentem agrum & Parisiensem vrbem delapsus, Rotomagum ciuitatem, & mare Oceanum influit, nomen adhuc retinens.

Sequani, populi, inter Celtas, hodie Burgundia Comitatum incolentes, quos a Gallia Prouincia

Romanorum, Rhodanus fluuius diuidebat, finitimi Heluetis, Aduis, Lingonibus ac Rheno: per fines Comitatus, nunc Ferretensis, nihil, vt videtur, de his, quæ in Ducatu Burgundia sunt, tunc possidentes, quod illa omnia speciali nomine Aduis, & Lingonibus adscriberentur, nec illi dicerentur *Sequani*, sed hi solum, qui a Rhodano prope Bellicensis vrbs diocesim, vsque ad Vefontinam ciuitatem maximam Sequanorum, & ab inde vsque in fines Comitatus Ferretensis, ac diocesis Argentinæ, Rhenumque fluuium protendebantur. Inter quos fluuos Rhodani, & Rheni per ciuitatem illam Vefontionem, quæ quasi in medio est, v. dierum iter e. pedito patet finibus iisdem. Vltra quoque Ararim fluuium, non longe post eius ortum, Sequanorum fines, quos ipsa Vefontina diocesis complectitur, protendi videbantur.

Sesunii, populi inter Celtas, ex maritimis ciuitatibus Oceanum attingentibus, quæ *Armorica* appellatur, proximi Aulercis, Curiosolitibus, Rhedonibus, Ossinis, Vnellis, & Venetis. Hos quidam putant esse *Exisimos*, quæ ciuitas est Episcopalis Prouinciæ Turonensis, in Regno Francorum sita.

Sibuzates, populi in Aquitania, proximi Garumnis, Aufcis, vocatibus, Tarusaribus, Cocofatibus, & Hispaniæ citeriori, in Francorum Regno siti.

Sicambri, populi Germaniæ, olim ex toto Transrhenani, proximis Vbiis trans Rhenum tunc sitis. Siluas, & solitudines habebant, ad quos ex Menapiorum, ac Eburonum finibus, Rheni transitu, maxime vbi ipse, & Mosæ confluunt, breuis est aditus. Eburones enim Rheni ceteriores ripas, Sicambri autem vltiores incolebant; nunc opida, vicos, & agros, Sicambri, quos *Geldrenses* appellamus etiam inter Mosam, & Rhenum possident, quorum pars est diocesis Leodiensis.

Silures, populos Angliæ, Tacitus refert.

Sontiates, populi, inter Aquitanos, finitimi Vocontis, & Tarusaribus populis, Aquitanis, & Tolosatibus, ac Narbonensibus, Gallie Prouinciæ Romanorum, & Hispaniæ citeriori; habentes opidum, natura loci, ac manu munitum, in Regno Francorum siti.

Suessii, populi Germaniæ, quos coniectare licet fuisse Constantiensis, Basilensis ac Sedunensis agro finitimos, & inter Celtas, Heluetiosque annuuntur; siue forte *Suitenses* esse, qui cum Turicensibus quondam Heluetis nostra memoria bella gesserunt, vel *Suessii*, id est Sueui, nam, cum singulis annis domo Sueuorum media pars excederet, forte diuersas sibi ad habitandum regiones delegerunt. Ex quibus forsitan sunt illi maritimi, qui Daciæ, & Noruegiæ sunt finitimi, ac qui circa Lepontios, Rhodanosq; habitant; idem fere nomen *Sueuorum* habentes, a *Sueuo* monte, qui, ab ortu solis Germaniæ iacitum faciens, ad Cimbrorum vsq; promontorium magno aditu protenditur, forte dicti.

Suessiones, populi inter Belgas, fratres, & confanguinei Rhemorum, eisdem attributi, quibus, ac *Bellouacis*, & opidis Nouioduno, quod hodie est

ciuitas, Bratspanioq; erant finitimi, agros feracissimos, & latissimos fines habebant, apud quos Rex fuerat totius Gallia potentissimus, qui etiam Britannia regnum obtinuerat, xii opida in Sueffionibus habens. Tempore autem Cæsaris regnabat Galba; multiq; Gallorum Reges vsq; post magni Caroli tempora diu in Belgica regnasse, & coronam apud Sueffiones accepisse, leguntur. Ciuitas est Episcopalis, nomen retinens, in Prouincia Rhemensi prima suffraganea, & in regno Francorum sita.

Sueuorum gens, trans Rhenum, Bauaris & Fræconibus finitima, plus quam c. pagos habes, maxima & bellicosissima Germanorum omnium. Inter hanc gentem sunt Vlma opidum, ciuitatesq; & loca insignia multa. Bauariæ vetus est Principatus, & Austriæ Ducibus ac Marchionibus Badensibus, Comitibus de Wirtemberga aliisque Principibus Ecclesiasticis, & sæcularibus subiecta, qui, vt olim, referente Cæsare, Principes regionum, atque pagorum sunt, & in pace inter suos ius dicunt, controuersiasq; minuunt.

T



TAMESIS, fluuius in Anglia, fines interioris regionis a maritimis ciuitatibus diuidens, a mari circiter passuum mil. octoginta. Id vno omnino loco pedibus, atq; egre, trāsiri potest, & in Mediterraneis illius locis insulæ oriens, nauigabilisque Oceanum influit. *Tamisæ*, vulgo.

Tarbelli, populi in Aquitania, proximi Bigerionibus, Sontiatibus, Vocatibus, Tarusaribus, Hispaniæ citeriori, in regno Francorum siti.

Tarbiacos in finibus Agrippinensium populos non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Tarusates, Populi Aquitanæ, proximi Vocontis, Sontiatibus, Tarbellis, Garumnis, Cocofatibus, & Hispaniæ citeriori. Hos coniectura est, fuisse populos *Turfa*, quæ ciuitas est Episcopalis, in Prouincia Auscitanæ & Francorum Regno sita.

Tasandrum, opidum in Leodiensi diocesi, cui *D. Trudo* nomen fecere.

Tauciaci, alias *Rauciaci* populi Germaniæ, proximi Nemetum, & Heluetiorum finibus, a quibus silua Hercynia oritur, & forte erant *Rauraci*, qui proximi Heluetis circa Basiliensium fines habitabant; hi tamen Hercyniæ siluæ non erant proximi, sed Baceni siluæ, quæ *Nigra* dicitur, interficiente tamen Rheno. Vide, *Rauraci*.

Tectosages, populi olim Galli, fertilissima Germaniæ loca circa Hercyniam siluam occupauerunt, atque ibi confederunt, summam iustitiæ & bellicæ gloriæ opinionem habentes in ea inopia, egestate, & patientia, qua Germani, permanentes, eodem v. ctu, & cultu corporis vtentes. His forte Francos, Germaniæ populi, eisdem locis proximi succellerunt; a quibus Francionibus postea cis Rhenum transeuntibus, & Galliam occupantibus, velut priscum, propriumq; solum repetentibus, citraq; Parisios populos sedē eligenibus, *Fræcia* dicta est.

vt plerisque placet. Ex his Tectofagibus erant hi, quos Mallius, Romanorum Dux, in Gallogrecia stravit, & vicit, Triumphumque reulit.

Tenchtheri, Germaniæ populi Transrhenani, qui cum Vspetibus, & magna multitudine hominum, a Sueuis diu agitati, & triennio vagantes, Rhenum fluium transierunt, non longe ab ostio, quo Rhenus ipse mare influit, Menapiorum agros, & tramque fluii ripam incolentium, occuparunt. Quo satis constat, Menapiorum fines, quos plerique opinantur Iuliacenses fuisse, multo, quam nunc, maiores extitisse. Hæc gens, postea Rheno discreta, sollicitauit Vibios; nunc Agrippinenses, vt a Romanis deficerent initio imperii Vespasiani. Tacitus.

Teutoni, populi ultra Rhenum fluium fuerunt ex quibus, & Cimbris Aduatici fuere prognati. Apud quorum loca; cum id flumen in Galliam venientes transissent, impedimenta cum viuis fere legionis præsidio reliquerunt. Vfus autem *Teutonos* credit, qui Franconiam, & Bauariam, Germaniæ Regiones, eiusque finitimas terras inhabitant. Vulgus vero omnes citra, & trans Danubium populos appellat *Teutonos*. Hi forte, si s finibus quondam pulsati a Sueuis, qui quam latissime agros desertos possidere gloriabantur, sese Cimbris sociarunt, cum quibus a Romanis, Duce Mario, caesi sunt, quos Pomponius Mela Albi flumini, Cimbrisque, Hermonibus, & Sarmatis propinquos tradidit: *Teutonos* tamen eos esse, qui trans Danubium ad dextram eius inhabitant, plures scripsere, inter Alpes scilicet Italiæ imminentes, & Danubii alueum incolentes. Dicti autem forte sunt a *Tuiscone*, eorum Rege. Mani filio vt sentit Tacitus lib. de situ Germaniæ. Italica ac Gallica lingua alludunt.

Tigurinus pagus, & populi eius quartam partem Heluetiæ continebant, ac inter Celtas erant. Inde forte coniectura est, eos esse, qui nunc Turegium cum agro adiacenti apud Sulenses, Basilienses, Constantienses, incolunt.

Tolosates, populi Galliæ Prouinciæ finitimi Narbonensibus, & Santonibus, nec longe a Sontiatibus, populis in Aquitania, nomen retinent. Ciuitas est Metropolis Francorum Regi subdita.

Treueri, populi inter Belgas, in confinibus Germaniæ, finitimi Neruiis, Menapiis, Eburonibus, Rhemis, Mediomatricibus, id est, Merensibus, & Rheno flumini vsque; in pontem, quo Cæsar transiecit exercitum, quæ pars nunc est Colonienfis diocesis. Fere autem omnes Treueri Germanica lingua vruatur, & nisi exercitu coacti, imperata non faciebant. Nam ciuitas, propter Germaniæ viciniam, quotidianis exercita bellis, cultu, & feritate non multum a Germanis differebat. Horum inter Gallos virtutis opinio erat singularis; & plurimum equitatu, peditatuque valere existimabantur: nomen retinent. situs citra ratis est: natura munitus, & Metropolis huius ciuitatis Præsul, vnus ex Electoribus. Imperatoris est, qui proximis his annis legatus a Maximiliano Cæsare ad Venetos veniens, nunc cum Cardinali Lucemburgensi, re infecta abiit.

Triboces, seu, *Triboci*, populi Germaniæ, in finibus Celtarum, & Belgarum finitimi Tullensibus, Basiliensibus, Spirensibus, Lingonibus, & Rheno, fere omnes Germanica lingua vrentes. Ciuitas est Episcopalis Prouinciæ Maguntinæ: nunc *Argentineses*. Latine dicti, quibus vulgaris sermone cum veteri satis alludit vocabulum. Hi sunt in regione Alsatia. olim, vt quibusdam placet, *Heluetia*.

Trinobantes, populi in Anglia, prope firmissimam earum Regionum ciuitatem incolentes, mari proximi, & Cenimagnis, & Seguntiacis, Ancaliribus, Bibrocis, Cassiis, Angliæ populis.

Tubantes, Germaniæ populus, qui Phrysiæ partem mari Oceano, Rheno fluiuo, ac lacubus proximam, saltibus, & paludibus abundantem, incoluerunt, quam antea Manni populi habitabant, nunc memorat Cæsar, sed Tacitus.

Tulingi, populi erant finitimi Heluetiis, inter Celtas, non longe ab Allobrogibus; & vt quidam opinantur, etiam fuerunt incolæ Turegi opidi, nunc inter Heluctios siti, quod forsitan tunc ex illorum pagorum numero non erat, in Constantiensis diocesis habitantes, sed ab Allobrogibus satis remoti. Quidam autem interpretatur *Turegum*, quasi *Duregum*, id est duorum Regum: & *Tulingos* credunt nunc *Lotaringos* esse dictos, nomine composito, ex *Lotario* eorum Rege Carlomani stirpe.

Tungros, Belgarum populos, Tacitus facit. Hi cis Rhenum, & Mosam, inter Eburones, numerantur. Opidum est, nomen retinens. olim ciuitas Episcopalis. Huius sedes postea fuit ad Leodiensiam urbem translata, vsque; ad cuius opidi moenia, vt plerique volunt, Oceanus protendebatur, cuius rei quadam illic vetustatis adhuc monumenta videntur. Inde Cæsar scribit Eburones fuisse mari proximios.

Turonos, populi inter Celtas, Carnutibus, & Andegauensibus finitimi, proximi Oceano. Ciuitas est Metropolitana, cuius omnes Suffraganei sunt in Celtica, & ex maiore parte in Britannia citerioris Ducatu nomen retinens, in Regno Francorum sita; quam & Andegauensem urbem D. Ludouicus Francorum Rex, Britannia Ducatu detrahit: cuius tamen Prouinciæ omnes alia, Britannia etiam Britonantis, ciuitates remanserunt.

Tygenos (quin potius, *Icenos*) populos Angliæ, quorum Rex Prasutagus Neronem Imperatorem heredem instituit. Non memorat Cæsar, sed Tacitus.



V ADAM, inter Coloniensem, & Traiectensem vrbes locum ultra Nouesium Rheni fluiuo, & cis eum adiacentem in Ducatu Cleuensis situm, Cæsar non memorat, sed Tacitus.

Vangiones, populi Germani, inter Belgas numerantur, finitimi Tullensibus, Merensibus, Spirensibus, Maguntinis, ac Rheno fluiuo, omnes fere Germanica lingua vrentes. Ciuitas est episcopalis, Prouinciæ Maguntinæ, nunc *Wormacienses* dicti. Alsatiaque (olim, *Heluetia*, tunc Gallia, nunc autem Ger-

Germanici iuris) adscripti, quo magis ipsi, & Spirenses, ac Argentineses, quin & Maguntini, tanquam omnes alia Alemanniæ attributi, & ad ripas Rheni citiores siti, viderentur inter Celtas forsitan collocandi, nisi quis rectè à Matronæ fluminis ortu ad Rheni fluium Celtas his finibus Belgis dispariat; quibus Belgis pari ratione Viredunni, quæ ciuitas est Episcopalis Prouinciæ Treuirensis, in Ducatu Battenfi consistens, adscribitur.

Vascones, in Aquitania populos, Tac. memorat. *Vasconiam* insulam, in fluuio Rheno finitimam Batavis, & Phrysiis, quæ est diocesis Traiectensis, non memorat Cæsar, sed Tacitus. *Batauos* autem, quos *Hollandos* dicimus, longe alios esse, certum est, ab illis Hollandis, qui prope Balteum mare, ac Daciam habitant; sicut & alia est, circa id mare, & Daciam Zelandia.

Vatuca, seu *Ratuca*, inter Belgas castellum, quasi in medijs Eburonum finibus non longe à colle uo siluis, & tumulo, ac magna conualle, vbi Titurius, & Aurunculeius Romani hiemantes cum legione vna, & v. cohortibus à 11. Eburonum Regibus delis intercepti sunt. Id castellum proximum fuisse Limburgensium, nec longe ab Aquisgranum vrbe, verisimile est. Forsitan eo loco, vbi est nunc castellum cui *Valcatius mons* nomen est. *Vatuca* tamè castello, vt Cæsar ipse describit, suberat Rhenus fluiuis: propterea nonnulli credunt, *Vatucam* castellum fuisse, vbi nunc est Iuliacum opidum, quod Ducatus est titulus, inter Aquisgranum, & Colonia, Germaniæ vrbes Cisthenanas, quod à Iulio Cæsare denominari putant, vbi adhuc plura insignia vetustatis monumenta apparent.

Vbii, Germani populi olim Transrhenani, quorum fuit ciuitas ampla, & *flouens*, vult caprus Germanorum, qui paullo sunt eiusdem generis, & ceteris humaniores, quia Rhenum attingunt, multumque ad hos mercatores ventitat, & ipsi propter propinquitatem Gallicis sunt moribus assuefacti. Hos Sueui diu, & sæpe bellis experti finibus expellere adnixi sunt, & sibi vectigales fecerunt, multoque humiliores, & infirmiores reddiderunt. in quorum fines Cæsar primo trans Rhenum exercitu, per pontem, in Menapiis factum, ducto, vastatis agris Sicambrorum, se recepit. Iterum a paululum supra eum locum, quo ante exercitum transdixerat, pontem in finibus Treuitorum fecit, legionesque transduxit; cuius pontis vltima pars Transrhenana ripas Vbiorum continebat. Hos esse Agrippinenses, nunc *Colonenses*, à Claudio Cæsare Agrippinæ viro, acceptos plerisque placet; qui, vt verisimile est, à Sueuis compulsi, citra Rhenum, hortante Agrippina, urbem condere, & habitare cœperunt, quæ ciuitas paullo post eum Romanorum sociæ esset, ac recens cõdita fatis igne, vt Tacitus scribit, consumpta est, & fere eodem tempore simili casu Lugdunum incensum, & dirutum esse constat, vt in epistolis refert Seneca. *Vbiigatur*, Cæsaris tempore, vt coniectura est, loca, vbi Marchiæ Comitatus à duce Cluensi nunc possessus, & Velfalix opida sunt, parsque Ducatus

Montensis incoluisse præsumitur, quorum adhuc magna pars ad Coloniensem Ecclesiam pertinet. Hos Tacitus Transrhenanos etiã suo tempore fuisse, scribit, quod fortè ad vtramque Rheni ripam vicinos, agros, possessionesque haberent. Sic & Allobroges ad Rhodani ambas ripas, & Menapii tunc ad Rheni vtramque ripam, sic & Phrysi, & Geldrenses nunc, ad ipsius Rheni ambas ripas, vicinos, agros, possessionesque habebant, & adhuc possident. Quin & aliquando vsque; ad Rhenum fluium procellos Saxones fuisse, quibusdam placet. quod facile est, cum quis origine Saxo illic fortè aliquid possederit, vt sæpe Principibus alienigenis hoc diuerso iure contingit.

Vellanni, populi inter Celtas, proximi Helueteris, seu Helueteris, Cadurcis Gabalis, & Aruernis quorum sub Imperio esse consueuerat. Ciuitas est Episcopalis, in Prouincia Bituricensi, nomen retinens, à multis tamen *S. Flori ciuitas* dicitur.

Vellamodunum, inter Celtas, opidum Senonum, propinquum Agendico, Senonum opido, ac Genaboo opido Carnutum, quod Genabum opidum pons Ligetis fluminis continebat, nec longe ab Auarico, & Nouioduno, opidis Biturigum, in Francorum regno situm.

Velocasses, populi inter Belgas, Morinis, Neruiisque finitimi, proximi Ambianis, & Atrebatibus. Hi hodie *Casletenses* dicti, in Comitatu Flandriæ, & Francorum regno, Morinensiumque diocesis siti, instar pagi sunt. Hanc prouinciã repetit rex Franciæ nunc à Duce Burgundiæ.

Veneri, populi inter Celtas, ex maritimis ciuitatibus Oceanum attingentibus, quæ *Armorica* appellantur; proximi Vnellis, Osistinis, Curiofolitis, Senuis, Aulercis, Rhedonibus, hi, vt quibusdam placet, etiam *Fannus* dicti sunt; in Prouincia Turonensi & regno Francorum siti. Ciuitas est Episcopalis, cuius amplissima erat auctoritas omnis oræ maritimæ regionum earum in Britannia Britonante. Sunt præterea alii quidam populi, Auentonensibus proximi, Venusinum Comitatum incolentes, patriam beati Petri subditi. Hos, partem Galliæ, Prouinciæ Romanorum, fuisse, quibusdam placet.

Veragri, populi extra Celtas, Belgas, & Aquitanos, inter Sedunos, Antuates, & Allobroges, montesque S. Bernardi, & Brigam, & quos Veragios Rhodanus fluius, interlabitur. Caput gentis est vicus, vbi Abbatia, qui S. Mauritius dicitur diocesis Sedunenfis. quidquid tamen agri trans Rhodanum possidebant, Celtis adscribitur. Per hos à montes illos, quos Cæsar *summas Alpes* nominat, ex Gallia in Italiam venientibus aditus est. *Veragri* sunt Plinio.

Verbigenus, pagus Helueticorum, inter Celtas. *Veromandui*, populi, inter Belgas, Rhemis Atrebatibus, Neruiisque; finitimi, nomen retinet, in Francorum regno siti, at ex magna parte in diocesi Laudunensi, ac Suessionensi, & ex toto in Prouincia Rhemenfi, instarque Prouinciæ habentes, inter quos sunt incolæ opidi S. Quintini, quos rex repetit. *Vermandois*, à Gallis, mutata aliquantulum nominatione dicti.

Vesuntio, opidum maximum Sequanorum, natura loci muatum, inter Celtas, nunc Comitatu Burgundiae circumseptum. Ciuitas est Imperialis, ac Metropolitica, nomen retinens, mutata litera V, in B, vt Romanis, & Vasconibus pronuntiandi mos est, situm habet qualem Caesar in Commentariis descripsit, praeterquam quod nunc eam idem fluius ex magna parte interfecit. In illa sunt loca vetusta, qualia Roma, quae *Pantheon*, *Campus Martius*, *Campus*; *Minerva*, vulgo semper Latine dicta sunt, multaque alia priscae vetustatis monumenta consistunt.

Vetera castra hibernorum Romanorum, locum citra, & prope Rhenum fluium, amplum habentem valium, cuius pars in colle leniter exurgens pars aequo aditur, ubi opidum, & obliqua in Rhenum moies, cuius obiectu volutus amnis, & latitudo camporum inter ciuitates Traiectensem, & Coloniensem, quibus hibernis obsideri, premi que Germanias Caesar Aug. crediderat non Caesar, sed Tacitus, refert. In Cleuenti Ducatu situm.

Vienna, Ciuitas Metropolis in Gallia, Prouincia Romanorum nunc C. elphjnatu extra Celtas, Belgas & Aquitanos, quam fluius Rhodanus praeterfluit, ad eiu. citiores ripa sita, proxima Aruernorum finibus, d. spartiente Rhodano. Eduorum finibus Caesaris tempore, ad quos Matisco opidum, nunc ciuitas pertinebat, hodie Lugduno eiu. rati sunt ma, beneque sita.

Vindonissi, locum prope Maguntiam, urbem Cisterhenanam, non Caesar, sed Tacitus, refert.

Vnelli, populi inter Celtas, ex maritimis ciuitatibus Oceanum attingentibus, proximi Andibus, Veneti, Ostilinis, Lexobii, Curiosolitris, Sefuiis, Aquercis, Rhedonibus, inter Ciuitates Armoricas numerati, in Prouincia Turoensi, & Francorum Regno siti.

Vocates, inter Aquitanos proximi Tarusaticibus, Sontiatibus, Tarbellis, Bigerronibus, Garumnis, Garibus, Cocofaticibus, & Hispaniae ceteror. in Regno Francorum siti. ab his forte *Vascones* dicti. Hos, coniectura est, fuisse *Vesaticos*. Ciuitas est Episcopalis, in Prouincia Auscitana, in Francorum Regno sita, quos *Vasatenses* dicimus.

Vocetius mons in Heluetiis, quem Caesar non memorat, sed Tacitus.

Vocantii populi, extra Celtas, Belgas, & Aquitanos, citra Rhodanum, Centronibus, id est, Tarentatis, finitimi, & Allobrogibus, ultra Alpes Graias, quibus hodie *mons Cinerum*, huc *Cinesium* nomen est. Hos Isara fluius alluit. *Vasatum*, Gallice.

Volge, populi prouinciales, non longe ab Arcomicis, seu Arcomicis, qui nunc Aurantenses sunt, Tolosatibus, Narbonensibus, Massiliensibus, Gallicis, Cadurcis, Heluiis, ac Ruthenis, extra Celtas, Belgas, & Aquitanos. Hos Rhodanus fluius alluit, posthac Ligusticum mare influit. *Arcomici*, aut *Arcomici*, pridem, a non nullis; nunc *Auenionenses* dicti. ciuitas est Episcopalis Prouincia Arc-

latensis olim, nunc vero Viennensis, maiorum nostrorum memoria patrimonio Beati Petri, emptionis titulo, addita. Hic Romani Pontifices Sedem, magno totius Italiae incommodo, maiore urbis Romae, tenuere, lxx. & amplius annos, donec felicissimo euentu Italiae restituti Pontifices, ad hanc diem mansere.

Vesagus, mons, in finibus Lingonum, a quo Mosa fluius profluit, non longe a fonte Matronae fluiui, in Francorum Regno situs.

Vespetes, Germaniae populi Traiecthenani, quicum Teuchtheris & magna multitudine hominum, a Sueuis diu agrati, & triennio vagantes, Rhenum fluium traierunt, non longe ab ostio, ubi in mare influit, & Menapiorum agros utramque fluminis ripam incipientes, occuparunt. Ex hoc constat, Menapiorum fines, quos plerique opinantur Iuliacenses fuisse, multo latiores, maioresque existisse, & agros Ducatus Montensis Rheni ripis vterioribus adiacentes, ac etiam Cliuentis possedisse.

Vratis, seu *Vratis* est pars fluii Rheni, quam Mosa fluius recipit ante, quam in Batavos, & mare Oceanum fluat, & est diocesis Traiectensis, prope Nouiomagum opidem, & Traiectensem urbem Episcopalem, nomen retinens.

Vxellodunum, opidum in finibus Cadurcorum, inter Celtas, non longe a Gallia, Prouincia Romanorum, monte, egregie locinatura munito, situm; cuius partes omnes praeruptissimis saxis difficili adscensu, & flumine infimam vallem diuidente, totum pene montem cingente, praemunitae erant, sub cuius etiam muro magnus fons aquae perrepebat, ab ea parte, qua fere pedum cccc. interuallo fluminis circuitus vacabat.

Aedui, populi finitimi sunt Aruernis, Biturigibus, Sequanis, ac Sebusianis, inter Celtas. Hi adhuc nomen priscum Latine retinet, inter Burgundos nunc nominati. nec citra Ararim flumen, (qui nunc *Saona* appellatur) aliquos habeat fines, nec hodie sunt Sebusianis finitimi. In Ducatu Burgundiae, & Francorum Regno siti. Ciuitas horum Aeduarum Episcopalis est, in Prouincia Lugunensi.

T E V E haec de Gallorum, Gallisque, qui aut proximi, aut finitimi sunt populis ita perstrinximus, vt; quamuis verustatem illustrare pro virili consilium fuerit, multa tamen inserta quoque sint, quae tempora haec recentiora, mores, & viros, ac res praclare gestas ab iis explicent. Nec tamen singula persecuti sumus, sed summas rerum, & ex his illustrissima quoque libauimus. Nam staliarum quoque gentium, quae toto orbe nunc degunt, nominum mutationes, fortuna varietates, mores, locorum diuersas appellationes, aut fluminum, vires, res gestas ad hanc normam dirigere voluissim; id sane & operosum nimis, ac immani pene operis fuisset, & consilii oblitumostri videremur: quippe qui ab initio Caesarem tantum, aut Tacitum, & Gallos, ac finitimas his gentes hoc nostro Indice complecti voluerimus, reliquum.

reliquum operis & in aliud tempus, & in alias commentationes reiecerimus. Illud admonuisse diligentem Lectorem volo, multa illum ex varia Historiarum lectione collecturum, quae Europam, & Asiam, ac Africam, saltem oram litoralem, notiora nobis factura sint. Nam, vt ulterius penetres, haec legis Mahometanae diuersitas a Christiana pietate prohibet: sed & ipsa orbis parens, gentium omnium Regina, Italia, tantas mutationes sensit, vt vix nomen vllum retineat, quod olim habuit. Quis enim nescit, eam Italiae partem, quam Samnites, Apuli, Graeci, Campani olim tenuere, rotam nunc in Regni Neapolitani nomen abiisse: quod olim *Latium*, nunc *Campaniam*, aut *terram Romanam*: quae *Gallia Cisalpina*, in *Lombardia*: quae *Venetia*, in *Marchiam Tarusianam*: quae *Flaminia* olim, nunc in *Romandiolam* esse mutatam. Iam, quae priscae illi

temporibus, clarissima opida fuerant, aut penitus concidere, aut in vicos abiere, successereque omnino cum aliis gentes, tum alia quoque nominationes diuersissimae. *Lirim* enim a veteribus amnem dictum, iam cccc ab hinc annos a *Gariliano* castello, quod Saraceni munitissimum propugnaculum sibi construxerant, *Garilianum* appellamus. *Ticinum* olim nunc *Papiam*, a *Papio* quodam, Gallorum Duce. *Fregella* ipsa in Campania in *pontem Curium* mutata. *Egria* Apuliae, *Iuuenatium* a nobis dictum. *Anienum* ipsum Patrem, *Tiberonem* accolae vocant. *Sipus* illa saepiarum captura celebris, & inde nomen adpta, nunc *Manfredonia* vulgo, a *Manfredo*, secundi Federici Imperatoris filio dicitur. verum longius quam par forsan erat, euagari sumus. Cetera sibi Lectoris diligentia pariat, aut in altiori otio a nobis expectet.

NOMENCLATOR GEOGRAPHICVS

Omniū Gallia, Germania, & Britannia lacorum, quorum apud
Caesarem fit mentio:

Excerptus quidem olim potissimum è Thesaurō Geographico

ABRAHAMI ORTELIJ;

sed nunc plerisque locis utiliter auctus & emendatus.

A.



AD VALDVRS. Sic legit Ful. Vr-
sius apud Caesarem; quo loco al-
lii codices *Aldua subis*, & *Aldua f-*
dalis habent. Ptolemaeo *Dubis*-
est atq; ita restituendū in Iuliani
Imp. epistolis, vbi *Danubis* inue-
nies. Gallia Lugdunensis fluius
est, quem Poldus & Marlianus hodie *Le Doux*, no-
men habere aiunt.

Aduatici, alias *Aruatii*, quorū Metropolis *At-*
uatua, vt apud Caesarem, quamquam apud Ptole-
maeum *Aruatua* legitur, quae olim ciuitas Tun-
gorum erat, vbi primum sedes Episcopalis fuit:
translata deinde Traiectam Mosae, hinc in vicum
S. Lamberti. Itaque *Aruatii* sunt Leodienses.

Edui. Ciuitas eorum hodie *Augustodunum*.

Agendicum Ciuitas Senonum. Hodie *Sens*. Val-
de in ea exponenda delirant Scholasticæ Caesaris.
Est ciuitas Archiepiscopalis.

Alexia. Caesari Mandubiorum in Celtis opidū.
Alesia Patreulo scribitur, Diodoro & Polyeno lib.
8. vtrique *L'Aussois en Bourgogne*, vocant. Paradi-
sus vero dicitur etas hodie nihil exstare præter no-
minis vmbra, *Alize*; cui subscribit Vigenerius.

Allobrogum caput fuit Vienna. quorum maior
pars sub Ducatu Sabaudia hodie. Olim tamen Sa-
baudi erant intra Alpes maximas, vt est in Noti-
tia Imperii.

Alpes, montes longissimi tractus, qui Italiam à
Germania & Gallia tanquam muro natio sepa-
rant. *Albia* & *Alpionia* olim dictos fuisse scribit
Strabo. Stephano etiam *Alpeia* & *Alpeioi* dicun-
tur. *Olbia* sunt Phauorino. Hodie multis locis, in
Germania, adhuc *Alben* vocantur. *Salpii* videntur
à Lycophrone appellari: vt sentit etas commen-
tator Isacius. *Alpis*, singulari numero, aliquando
vsurpant poetae. *Abax* vocat Serapio, cap. De resi-
na. De *Alpibus*, vide Alciatum, in Comment. ad
Tacit. De moribus Germanorum, sed in primis Io-
han Simlerū, in libello, quem *De Alpib.* inscripsit.

Amagetobia. Ignoratur. vide *Magetobia*.
Ambarri. Celtarum populi. ignorantur.
Ambiani. Belgica gens. *Amiens* hodie, Picardia
vrbs. *Ambianum* primum *Sommonobriam* dictam,
scribit Sigebertus: si *Samarobriam* voluerit dice-
re, falsè, cum ex Caesare & Antonino diuersas esse
vrbes constet. *Ambiano* idem Antoninus tribuit.

LEG. XXIII.

Ambibarii, inter Aremoricos. ignorantur.

Ambialites aut *Ambiliates* in Celtica. ignoran-
tur.

Ambinarii in Belgio. ignorantur.

Anartes. Caesari sunt populi Dacis vicini. Wa-
lachi, Seruii & Bulgari, sunt Blasio Vigenerio.

Analites. Britannia insulae populi. *Antefuti*.
Glareano: *The hundred of Henley*, Camdeno.

Andis. *Le Duché d'Anjou*. Ciuitas Episcopalis
Iuliomagus, *La ville d'Angiers*.

Anuantes. vide *Nannuantes*.

Aquitania. Augustus diuisit *Aquitaniam* in tres
maximas prouincias: *primam Aquitaniam*, cuius
metropolis Auaticum Biturigum Cuborum: *se-*
cundam Aquitaniam, cuius metropolis Burdigala:
Biturigum Vibili: *tertiam Nouempulaniam*,
cuius caput Augusta Ausciolorum: Ea est, quam Cae-
sar *Aquitaniam* vocat, contenta intra Garumnam,
Pyrenem, & Oceanum. Hodie ab ipsi Aquitanis
vocatur *Vasconia*: quum *Aquitania* nomen latius
pareat. Itaq; angustiores fines sunt Aquitaniae Cae-
saris, quam vt tertiam partem Galliae facere possit.

Arar. Galliae Narbonensis fluius. Plinio & Vir-
gilio *Anaris* est. Ab Am. Marcellino *Sangona* appel-
lari scribit Paradinas: *Sauconna* ego apud Marcell-
linum lego. Videtur *Stora* à Polybio appellari. Ho-
die *Saone* vocatur. Auctor de fluminib. tradit antea
Brigulium nuncupatum. Fides sit penes auctorem.

Arduenna. Galliae maximus saltus in Belgio. no-
men fere retinet; *Ardenne* enim nominant. Franc.
Irenicus, *Wysterwast*, appellat: *Lutticherwast*,
Rhenanus; quasi *Leodiensium nemus* dicas.

Arec:

Arecomici. Duplices sunt: *Volca Arecomici*, vbi
Nemausus, & Narbo: *Teltofages*, vbi Tolosa.

Armorica ciuitates ponuntur à Caesare in eotra-
ctatu, qui *Britannia minor* Sigeberto vocatur. *Her-*
mionia etiam, & vulgo *Bretagne*, Rob. Cornali au-
ctore. Antiqua Britannica lingua, hodie *Lhydauv*
appellatur; vt scribit Humfredus in suo Britanni-
ca descriptionis fragmento. Ioan. Lelandus, *Armo-*
ria, idem significare dicit, quod, *Supra mare*, in ipsa
Britannica lingua. Sunt Plinii *Britanni*, Pontico
Virunio si fidendum. *Letania* quoque dicta fuit
haec Armotica.

Aruerni. Celtarum populi. *Aroerni* Stephano.
Hodie *Auvergne*.

Atrebatas. *Le pays d'Artois*. quorum ciuitas Ori-
giacum, *Arras*.

Auaricum. Furor est aliam urbem putare ab ea,
quae *Bourges* dicitur. Est, vt diximus, metropolis
primae Aquitaniae.

Auleri. Quadruplices fuerunt: *Auleri Eburo-*
nices, *Le pays d'Euress en Normandie*, vbi Episcopatus.
Auleri Diablintres, *Auleri Cennomanni*, *Le pays du-*
Mans, *Auleri Branuenices*.

Ausci. Caput Nouem populaniæ, siue Vasconie:
Archiepiscopatus. Augusta Ausciolorum. *La ville*
d'Auch en Gascogne.

Axonæ. *Aisne*. notissimum flumen.

B.

BACENIS. Germaniae filua Caesari, Che-
ruscos à Sueuis dirimens, quam Althamie-
us putat *Thuringerwast*. Vbi forte *Se-*
mana Ptolemaei. Confundunt quidam cum
Hercynia filua & *Martiana*, & *Schwartzwast* nomi-
nant.

Bataui. Ptolemaeo, Tacito & Caesari Germaniae
inferioris regio est, ad ostia Rheni posita, quae ho-
die *Holland* vocant, sed improprie. Ea enim Hol-
landiae pars, quae hodie inter veterem Rhenum &
Vahalin fluius à Lobico ad Oceanum vsq; quasi
duobus brachiis constringitur, olim *Batavia* dicta
fuit. Atq; hic tractus etiam nū veteris nomencla-
turae vestigia retinet. nam *Beturue* ab incolis vo-
catur. Haec fere Lamb. Hortensius in libello *Vltra-*
ie et narum secessionaria *Batavorum insula* haec vo-
catur à Plinio, Dione, Caesare & Tacito. *Beturue*,
Battua ab Aimonio, & *Battua* a Regione nancu-
patur.

Belge, seu *Belgica*, statim è principio Commen-
tatorum Caesaris innotescunt.

Belgium. Est quidem regionis nomen in Belgis.
non autem vrbs, vt nugantur Scholasticæ. Sed no-
men ignoratur.

Bellocassus, *Verocassus*, *Baiocassus*. *Le pau de Bayeus*
en Normandie. vrbs Episcopalis eorum Nouiomag-
us, *La ville de Bayeus*.

Bellocassi, aut *Bellocasses*. Sunt qui eandem cum
Verocassis, aut *Velocassis* genitè faciant, eorum-
que turfus quidam, *Vergassins*, ad Sequanā, quorum
opidum primum *Gisors* esse volunt; quidam in vl-
timitate Armoricae Galliae finib. ponunt. Marlianus

verò distinguit, & *Bellocassos* Celtas, ait, eos qui ho-
die *Baiocenses*: *Velocasses* autē *Belgas*; eosq; qui ho-
die in Comitatu Flādriae territorii *Cassel* occupāt.

Bellouaci. in Belgica stii. hodie *Banwaissin*.

Bibracte. Aduorum longe maximum & copie-
simum opidum. *Beaulne* Orontio in sua Galliae ta-
bula: item Vigenerio. Marlianus scribit nomē re-
tinere. *Bibracte* aliquando *Iulia* dicta fuit, nisi cor-
ruptus sit locus Patergyrici Constantino dicti; vbi
haec in calce leguntur: *Bibracte quidem huc vsq; dicta*
est Italia. *Bibracte* & *Augustoannum* vni & eundē lo-
cum designare, vult Petrus Sanctoluhianus in sua
Burgundia. *Beuray d'Autun*.

Bibrax. Remorum opidum ignoratur.

Bibroci, (pro quo nonnulli *Bibrocasti* legunt) Bri-
tanniae populi. Glareanus eos nominat *Bibrog-*
ger. Camdenus, *The Hundred of Bray*.

Bigeronnes. In Nouempulania. quorum ciui-
tas Episcopalis *Farba*. *Le Conté de Bergerre en Gasco-*
gne.

Bituriges. Duplices fecimus, *Cubos*; hodie *Berri*,
& *Le Duché de Berri*. *Vibiscos*, *La Senechaucce de Bour-*
delois. Caesar Cuborum tantum meminit, quorum
metropolim Auaticum supra fuisse diximus.

Boii. Transihenani populi. Eorum pars quae
cum Heluetiis Galliam inuaserat, in finib. Aduo-
rum, ipsi *Eduis* deprecantibus, collocata; eos fines
itcoluisse creduntur, qui hodie *Bourbonnois*. *Boia*
opidum etiam habet Caesar.

Branuonices. Ignorantur.

Bratuphanum. Inter Bellouacos & Ambianos;
ignoratur.

Britannia. Caesaris tempore parū exp'orata re-
gio: si aliis scriptorib. creditur. tamen accurate sa-
tis eam describit Caesar. vnde sunt qui dubitant an
Commentarios istos scripserit ipse Caesar. *Ve vsq; fit*,
Britannia nominat. Veteres comprehendebat omnem
illam insulam in suam, cum circumfusis minorib.
quae hodie in Angliae & Scotiae regna diuiduntur.

C.

CABILLONVM. Aduorum opid. Marliano:
nomen retinens. *Chalons sur Saone*.

Cadetes. In Aremoricis. ignorantur.

Cadurci. *La Senechaucce de Querus*. Ciuitas Epi-
scopalis Diuona Cadurcorum, *La ville de Cahors*.

Ceresii. Germaniae populi ignorantur.

Caletes. Belgicae populi. Strabo eos ad Sequani
ostia pertingere facit. eorum regionem esse putat
Druus, quae hodie *le pays de Caux*. Turnebus,
eam tractum in quo hodie *Diepa* & *Iulrobba*, &
Caletenses vocari.

Cantium. Britanniae insulae promontorium O-
rientale. Straboni, & Diodoro. Hodie *Northfer-*
land appellatur. Caesar totum hunc tractum insu-
lae qui se versus ortū extendit, *Cantium* vocat. *Can-*
tiam vocat Bēda. Hodie vulgo *Kent* nominatur.
Litus Saxonicum in lib. Notitiae est.

Carnutes. *Le pays du Chartrain*. vrbs Episcopalis.
Autricum Carnutum, *La ville de Chartres*.

Cassii. Britanniae insulae populi. *Cassiter*, Glareanus

ni. *Caishoru*, Camdeni. *Catuaci* in Belgis, ignorantur. *Caturiges*: in Alpibus. *Le pays d'Embrun*. Eorum enim metropolis Archiepiscopalis Eberodunum, *Embrun*. *Celta*. Qui Caesari fuerint, satis ipse initio lib. 1. ostendit. Nomen *Celtarum* alias latius extenditur. Graecique etiam Germanos sub iis comprehendebant, & omnes Galios.

Cenimagni Britanniae populi. Glareanus eos *Cuuman* appellat. Eisdem cum Icenis esse vult Camdenus.

Cenomanii. *Le pays de Seneschauce du Mans*. ciuitas Episcopalis Vindinum, *La ville du Mans*.

Centrones. vicini Neruis ignorantur. & suspecta est lectio.

Centrones in Alpibus. *Le pays de Tarantaise*. Ciuitas Archiepiscopalis Tarantasia.

Cherusi, Tacito, Paterculo & Straboni: *Charusici* Ptolemaeo: quos Vib. Sequester *Cernucios* nuncupat. Germaniae populi, Baceni silua à Sueuis diuisi. *Mansfelders* ego existimo. Luneburgenfes manu H. Iunius in sua Batavia. Vide Althameru in Tacitum.

Cimbri. Germaniae populi maxime Septemtrionales. *Jutlanders* sunt nostra tempestate. iidem cum *Cimmeris* Straboni. *Cerberios* etiam ab Aristophanis Commentatore vocatos notat Becanus.

Cocofates, (seu *Cocofates Sexignani*, vt Plinius nominat) Aquitaniae populi.

Cocofates in Nouempopulania, ignorantur.

Condrafii. & vix existimat Vigenereus, *Condrafones*, Germaniae populi, seu potius Belgicae. *Condrotz* hodie. *Leodiensis* Diocesis tractus est, in quo caput est *Hoyum* opidum, ad Mosam, P. Diuæus & H. Leodius. *Condostrum Austrasia* vocat Molanus in vita S. Bregisi.

Confluens Mosæ & Rheni, in Belgica non longe ab opido *Bommel*.

Curiosolita, inter Armoricos, ad Oceanum. *Corisopitenses* multis esse, tradit Marlianus, vulgo *Cornouaille*.

D.

DECETIA, vrbs ad Ligerem, quæ ponte continetur etiam hodie, & nomen retinet. *Decise sur Loire*.

Diablintes, vel *Diablintres*. Celtæ. eisdem cum *Diablandis* Plinii facit Vrinus. *Diablandis* Ptolemæi credit Villanovanus. *Leondout* opidum iis adscribit Marlianus. Becanus vero in suis Atuaricis, *Linter* interpretatur, qui pagus est Brabantiae ad Getam flumen.

Durocororum. vrbs Archiepiscopalis, caput Remorum. *La ville de Reims*.

Duranium flumen. Huius fluminis in octauo Commentario de bello Gall. nomen quidem non extat, sed tamen ibi designatur, in cuius editissimo & maxime prærupto colle *Vxellodunum* situm est. *La riuere de la Dorogne*. Nam prioribus quidem temporibus *Duranus* fluius dictus, vt Ausonio

& Sidonio: posterioribus verò *Dordonia*, vt Gregorio Turonensi. Nobilissimum & amplissimum flumen Aquitaniae secundum Garumnam.

E.

EVRONES, qui & *Auleri Eburones*, Belgæ. Treutorum clientes. *Eburi* Dionii. Horum vrbs hodie *Leodium* & *Leodicum* dicitur; vulgo apud Gallos, *Liege*; Teutones, *Luict*, & *Luttich*.

Eburonicae. vrbs eorum Episcopalis, Mediolanum Eburouicum, *La ville de Eburus*.

Elauer. Celtarum flumen in Aruernis. *Allier* Marliano. idem cum *Eleari* Sidonii. Vide Gabrielem Simeonium in D. alogo pio & Speculatio.

Eleutheri. vox ipsa Graeca satis indicat hoc nomine *populos immunes* dici. Ideo *Eleutheri Sueffones*, *Eleutheri Cadurci* Caesari.

Elufates. *Le pays d'Esse en Gascogne*. Eorum olim Episcopatus, *Elusa* Nouempopulaniae. Vide Ausonianas lectiones Iosephi Scaligeri; vbi traditur sententia stultissima eorum, qui *Elufates* eisdem cum *Foxensibus* faciunt.

Essui, ignorantur.

G.

GABALI. *Le pays de Gimandan*, quorum caput hodie vrbs Mimatenfis: *La ville de Mende en Gimandan*. Est ciuitas Episcopalis prouincia Biturigum attributa. Nungantur qui hodie subiiciunt *Arelateni* metropoli.

Galli. Quinam illi Caesari, apparet ex initio libri primi Commentariorum ipsius De bell. Gall.

Garites in Nouempopulania siue Aquitania Caesaris ignorantur, nisi sint *Gauaritani*, hoc est, *Le pays de Gauardan*.

Garoceli. Inalpini populi. Marlianus & Paradinus eos in monte *Mont Cenis* dicto, collocant. *Val de Morienne*, Vigenereo.

Garumna. fluius Celtas ab Aquitanis diuidens. Ptolemaeo *Garyna* est, *Garonne* hodie. *Garumnos*, huius accolae, nominat Caesari.

Garumni in Nouempopulania, ignorantur.

Gebenna. & *Gebennici montes*, qui Aruernos ab Heluiis separant. *Cemmenus mons* Ptolemæo. *Montagnes de Cenennes*.

Genabum. Ciuitas Aurelianorum Episcopalis, olim Carautibus attributa, æuo Caesaris. *La ville d'Orleans*.

Genesia. Allobrogum opidum ad Lacum Lemanium. Incolis *Geneue*. Heluetiis & Germanis *Genff*.

Gergouia. Distat horæ iuineræ à Claromonte ciuitate Episcopali Aruernorum, vbi quædam rudera & alia prisca vrbs vestigia extant: vulgo locus dicitur *Gergouia*, vt amici nostri nobis retulerunt.

Gergouia Boiorum 7. Commentario de bello Gall. manifesto suppositum à sciolis. Nam opidum Boiorum, quod Vercingantorix expugnare decreuerat, nominatur, vt alia loca apud Caesarem designantur potius, quam nominantur. Quare nullum est Boiorum opidum nomine *Gergouia*.

Germania.

Germania: incolis *Teutschland*; exteris *Almanis*.

Gorduni. in Belgis, ignorantur.

Grudii. in Belgis, ignorantur. *Grudii*. Nervorum clientes. *Lauois* Marliano; *Brugge*, Flandriae vrbs, Becano; aliis *Louantum*, seu, *Louen*.

H.

HAVDES, populi transrhœnani, ignorantur.

Heluetii. Satis à Caesare descripti. *Schweitzer*, & *Lygnosse*, incolis *Suis*, Gallis.

Heluii. Melius sine aspiratione. populi ad ripam sinistram Rhodani, quorum Ciuitas Episcopalis Castrum Viuario, *Le pays de Vinareze*, & *la ville de Viniers*. Hic narrantur rerum Gallicarum scriptores.

Hercynia. Silua in Germania maxima. *Orcynia* Eratolthenis, teste Apollonii Scholiaste, *Orcynium* Ptolemaeo. *Hercynius saltus*, & *Hercynium nemus* Plinio. Rhellicanus in Annotationibus ad Caesarem, & eam co fere Althamerus ad Tacit. hæc de isto nemore adferunt: Vnam eandemque esse siluam, veterum Bacenim, Martianam, Gabritam, Semanam & Hercyniam: Hodie vero diuersis nominibus appellari, nam iuxta Friburgum Brisgaviae *Swartswald*; prope Heidelbergam, *Odenwald*; prope Herbiopolim *Struggertwald*; ad Loniam amnem prope Constentiam *Westerwald*; prope Francfordiam *Spehart*; in Saxoniae partibus ad Mansfeldensem ditonem, *Ruff den Harg*. denique à Thuringis, *Churingerwald*, & *Behemerwald*. à Bohemis.

Hibernia. Insula maris Oceani. Incolis *Erim*. Germanis *Irlandt*.

Hibernia. Melius sine aspiratione *Ibernia*, & *Auernia*, & *Iuerna*.

I.

ICCIVS PORTVS, Morinorum in Belgica nauale, vt scribit Strabo; sed is *Irium* habet; vt etiam pleraque mss: Commentariorum Caesaris. Hodie *Calais* est, vt *Livy* ostendit: quam urbem vernaculo vocabulo *Petresse*, quandoque vocatam, scribit P. Oudegerst in suis Flandrorum Annalibus. Sunt qui S. Audomari olim *Icium portum* fuisse credunt, perfracti partim ex loci situ; qui cum valde humilis sit; præta tamen litora urbem quodammodo cingunt, & sinum maris olim capacissimum fuisse indicant; partim ex vetusto vrbs nomine; quo *Sithieu* vocitabarur, quasi dicas *Sinus Ithi*. His addam distantiam, quæ est ab hoc opido ad proximum Britanniae insulae continentem, ad amissimum cum cccxx stadiis, quæ illi Strabo libro 4. tribuit: hodie quadrare tot namque stadia xxi i miliaria nostratia efficiunt: quæ in hac distantia computantur. Caesari eam xxx mil: passuum facit, Plinius quinquaginta: Dion libro 39. sex milibus auget. Hunc portum videtur Plinius alio in loco *Bithannicum portum Morinorum* vocare.

Iura, & *Iurassus mons*. *Le mont Iuras*. in Burgundionum finibus.

L.

LATOBRIGES; finitimi Heluetiis, ignorantur.

Lemanus. Lacus Heluetiorum. *Limeane*, in Ptolemaeo, & *Lausonius* in Itinerario Antonini nominatur. Hodie à Gallis *Lac de Lofanne*, & à Geneue, dicitur: à Germanis *Genfersee*.

Lemonices in prima Aquitania. *Limofin*. vrbs Episcopalis Ratiatum; *Limoges*.

Lepontii. Rhætica gens Straboni, Helueticæ populi, apud quos Rheni fontes sunt Caesari. *Rhonswald* er, summa Alpium habitantes, sunt *Scudolepontios Viberos* nominat Plinius, qui Rhodani fontem accolunt. Forte *Suitenses* hodie dici putat Marlianus.

Leuaci in Belgis, ignorantur.

Leuci. Belgæ. Eorum urbem vocat Ptolemaeus *Tullum*; atque etiam Itinerarium Antonini. *Toul*, in Lotharingia, Marliano & Diuæo.

Lexouii, vel *Lexobii*. Celtæ. *Lisieux* in Normannia Ducatu, vt Marliano & Vineto placet.

Ligeris, & *Liger*. Celtarum flumen maximum. *Loire*.

Limorum, opidum inter Mediolanum Santonum, & Augustoritum Pictonum, 8. Comment. de bello Gallico, Ptolemaeo, Antonino, ignorantur.

Lingones. Celtæ. *Longones* habet Ptolemaeus. *Lingonicam urbem* nominat Greg. Turonensis. *Langes*, hodie.

Lugetia opidum Parisiorum in insula Parisiorum, vbi hodie sedem regiam *Paris* locant. *Lucoetia* Ptolemaeo, & *Leucetia* Iuliano, in Misopogonia est.

M.

MAGETROBIA in Celtis, ignorantur.

Mandubii. Celtarum populi, quorum caput *Alexia*. in Ducatu Burgundico, vt putat Marlianus.

Marcomanni. Germaniae populi, qui cum Atrovisito Galliam inuaserant. *Merhern* hodie est *Dabruuio* & aliis.

Marisco. *Aduorum* ad Atarim ciuitas. *Marscon*.

Matrona. Gallia fluius, Celtas à Belgis determinans. hodie *Marna*.

Mediomatrices. Belgæ quos *Wesfretcher*, appellat Rhenanus. eorum metropolis *Metz* dicitur, in Lotharingia.

Mediomatrices. Eorum vrbs Episcopalis Diodorum. *La ville de Metz*.

Menapii, Brabantiae & Flandriae maritimi populi.

Metiofedum ter nominatur à Caesare. Posteris temporibus *Melodunum* dictum. Hodie *Melum*.

Metiofedum, aut *Iosedom*, ad Sequanam opidum. Marliano *Corbeil* est.

MONA. Inter Angliam & Hiberniam insula. dubium an illa quæ medio cursu inter utramque. (vbi & Cæsar collocat) quæque hodie *Mona* ab incolis, & *Mun* ab Anglis vocatur: an illa quæ proximior Angliæ, quæque *Mon*, & ab Anglis *Anglesey* dicitur.

Morini. quorum caput Taroana, vrbs Episcop. sed nunc solo æquata. Retinet nomē, *Terouane*.

Morini. Belgæ. *Teroanne* indigerant Marthianus & alii. Bouillus *Monstreul*.

Mosa. Gallia Belgicæ celebris fluius. Gallis hodie *Muse*, Germanis *Muse*.

N.

ANNETES, vel *Namnetes*, *Ναμνῆται* Prolemao quorum vrbs Episcopalis Conditiuenum. *La ville de Nantes*.

Nantuates inter Veragros, & fines Geneuensium, secundum ripam Lemanni. Longe salit eos suum iudicium, qui monasterium *Nantua* inter Lugdunū & Geneuam situm idem cum *Nantuatibus* faciunt. Diuersæ enim sunt regiones. Neque vbi b'auditur aliqua similitudo nominum, statim sine delectu de re proposita pronuntiandum.

Narbo. Prouinciæ Romanorum vrbs, à qua & Gallia Narbonensis, nomen seruat *Narbone*.

Nemetes. Ad Rhenum populi. Rhenano & aliis *Speir*, vbi Camera imperialis.

Nemetocæna. in Belgis. ignoratur.

Nernii. quidam Tornacenses putant. Sed Cæsar ultra fines Tornacensium eos statuere videtur.

Nitiobriges. Populi secundæ Aquitanie, quorum ciuitas Episcopalis Aginonum, *Agen*. *La Seneschauce*, d' *Aginois*. Mira fuit omnium inscitia hæc, nos, qui Mompelenses faciūt, quasi in prouinciâ Narbonensi bellum gesserit Cæsar. Errant itinere septem dierum.

Noricum regio & *Norica* vrbs, in Germania. hodie fortè *Norimbergæ*.

Noviodunum Eduorum. ciuitas *Niuernensium*, vt est in Notitia manuscrip'ta. Est vrbs Episcopalis. *Le Duché de Niuernois*. *La ville de Nevers*.

Noviodunum Belgarū. ciuitas Episcopalis. *Noion*. dicta fuit etiam *Noviomagus*. Nam in Synodis, & gestis Francorum dicitur *Noviomum*, vnde Gallicum nomen formatum. Sic ex *Rigomago*, *Rigomum*, *Rion*: ex *Rotomago*, *Rotomum*, *Rouen*.

Noviodunum Biturigum. ignoratur.

O.

CELVM. Cæleri & Straboni in Alpibus opidum, quod Villanouanus & Varre-rius *Oulx* appellari aiunt (*Ours* Itali dicunt) *Isilles* vocat Simlerus. *Esilles* Vigenerus. *Novalesiam* interpretatur Marthianus; & *Chielano* Castilioneus: sed male, vt docet Varre-rius. Non esse idem cum *Oscella* Ptolemæi, quod in Lepontiis ponit, ostendit Scudus erudite.

Ostodorus. Veragrorum vicus *S. Mauriti* hodie, inquit Marthianus. *Martenach*, Valesia vallis, Rhenanus & Scudus.

Ossini, vel melius *Ossimii*, iidem qui Plinio O-

ssimii: quosque *Timios* vocat Pithæus apud Strabonem, cui etiam *Sissimii* sunt. ad mare Britannicum populi. *Landriquet* nominat Cœnalis.

P.

ÆMANI. in Belgis. ignorantur, *Parisi*. Ad Sequanam populi. hodie proprie *L'isle de France*, & caput eius, *Paris*.

Petrocorii. in secunda Aquitania, *Le pays de Seneschauce de Perigort*. Vrbs eorum Episcopalis in duas partes diuisa, in opidum, & ciuitatem. Opidum antiquitus *Pesuma*. Hodieque nomen retinet, vbi Episcopalis. Ciuitas à populo nomen hodiernum nacta *Perigueus* dicitur.

Pitones. in secunda Aquitania. *Le pays de Poitou*. Latissime patet. Vrbs Episcopalis Augustoritum; *La ville de Poitiers*. Amplissima & florentissima ciuitas.

Pleuosi in Belgis. ignorantur.

Preciani. in Nouempopulania. ignorantur.

Prouincia Romanorum, ea Gallia pars quæ etiam *Narbonensis* dicta. pars hodie nomen retinuit. *Prouence*.

Pyrenæi. Pyrenæus saltus. Montes altissimi, qui Galliam ab Hispania separant. *Los Pyreneos* Hispani in vniuersum vocant. partes tamen separatim diuersa nomina sortiuntur.

R.

AVRACI. Ad Rhenum populi, Heluetiis vicini. *Basler* sunt Scudo, id est, Basileensis territorii incolæ.

Rhedones. in Aremoricis. vrbs eorum Episcopalis Condate. *La ville de Rennes en Bretagne*.

Rhemi. vrbs Archiepiscopalis eorum Durocor-torum. *La ville de Reims*.

Rhenus. Fluius, notissimus Galliam à Germania separans. Germanicè *Rhyn*.

Rhodanus. Gallia celebris fluius, Prouinciam Romanorum à Celtis dispartiens, *Rhofne* hodie.

Ruteni. in prima Aquitania. *La Seneschauce de Rouergne*. vrbs eorum Episcop. Segodunū, *Rodais*.

S.

ABIS. Belgicæ fluius, Mosam influens. *Sambre*.

Samarobriva. *La ville d'Amiens*. Ciuitas Ambianorum Episcopalis. Multa multa de hac deblaterarunt ineptissime.

Santones. in secunda Aquitania: *La Seneschauce de Saintonge*. vrbs eorum Episcopalis Mediolanum. *La ville de Saintes*. Inepte quidam libri per X. *Xantones*.

Scaldis. Hic Ptolemæi *Tabuda* Fluius Belgicæ, nomen seruans, apud Teutones *Scheft*, Gallos *l'Escault*.

Seduni. Gallia populi, Alpibus vicini. Valesia superior. item Sedunum metropolis, *Sion* Sabaudica lingua, & Germanica *Sitten*.

Sedusi. inter Germanos. Ignorantur.

Segni. in Belgis. Ignorantur.

Segontiaci. Angliæ insulæ populi. à Glareano *Segenec*

Segenec nominantur. Apud Belgas fuisse putat Camdenus, in tractu *Holeshot* nunc dicto.

Segusiani. *Le pays de Fores*. quorum duæ vrbes, Forum Segusianorum, *Fours en Fores*. Vnde *Fores* vulgare nomen, tanquam *Foreses*, id est, Forenses. Altera vrbs Rodumna. hodie vicus celeberrimus ad Ligerim, *Rouane*. Ptolemæus Lugdunum ponit in Segusianis. non bene.

Senones. vide *Agendicum*.

Sequana. Straboni *Sequanus*. flumen inter Celtas & Belgas. *Seyne*.

Sequani. *La Franche Conté*. Maxima Sequanorum ciuitas & caput Vifontio, *Besanzon*. Ciuitas imperialis extra territorium Comitatus Burgundici.

Sesunii. in Aremoricis. ignorantur.

Sibutzates. in Aquitania Cæsar, siue Nouempopulania. ignorantur.

Sicambri. Belgicæ populi. Olim fuisse videntur (vt Marthiano placet) vbi hodie Geltriæ Ducatus est, inter Mosam nempe & Rhenum fluuios. Ptolemæo tamen (apud quem *Syngambri* scribuatur) sunt ab altera parte Rheni; cui subscritbit Suctonius in Augusto. Zutphania Comitatum eos obtinuisse nonnulli volunt. *Sicambros* nominat Strabo: atque ita plerumque vet. cod. Iunius in sua Batavia putat *Sigem* opidum, *Sigenburch* arcem, & *Sigenburch* cenobium, in Bergensi Comitatu, gentis seruare nomen.

Sotiates. in Nouempopulania. *Sots* hodie vocatur. Opidum in edito colle positum patrimonii Ecclesiæ Metropolitanæ Auciorum.

Suessones. *Suessons*. vrbs eorum Episcopalis Augusta Sueffonum.

Sueui. Maximam Germaniæ partem obtinebant. parum adhuc cognita ipsorum regio tempore Cæsar. Hodie qui *Schwaben* appellantur, procul dubio partem tantum veteris Sueuorum domini obtinent.

T.

AMESIS. Ptolemæi *Iamissa*, maximus Angliæ fluius. Incolis hodie etiam nū *Thames* scribitur, sed *Thems* proauiat.

Tarbelli. Vltimi populi Nouempopulaniæ, siue Aquitanie Cæsar, ad Aturri fluminis ripas. Eorum duæ vrbes Episcopales, Aquæ Tarbellicæ, *Aqs*. & Baiona Lapurdensium, *Baione au pays de Labourd*. Caue confudas cum Tarba Bigerionum, quæ longe hinc distat, quod fecit Ortelius. Vide Aufonias lectiones Iosephi Scaligeri.

Tarusates. in Aquitania Cæsar, ignorantur. Quidam volunt esse Turfam Episcopalem urbem in Auciorum prouincia. quæ nulla est in rerum natura, neque vllus Episcopatus eo nomine in omni Vasconia *Tursan* quidem est vicecomitatus patrimonii illustri gentis Labretiorum. Sed *Tursan* cum *Tarusatibus* idem facere, hoc est diuinare, & fortasse delirare.

Taurentum in secunda prouincia Narbonensi ignoratur. Qui *Telonum* dicunt esse, non meminerunt *Telonum* esse vetustam urbem, neque potuisse dici *Taurentum*, si quidem *Telonum* vocata est.

Tectosages. Hi apud Cæsam Germani sunt (nam & hoc nomine populi fuere in Gallia) circum Hercyniam sitam. Nicri fluminis ripam eos accoluisse putat Rhenanus. vbi adhuc hodie vetusta arx est *Tect* dicta. Ful. Vrsinus in Cæsar, *Volca* legit, pro *Tectosages*. *Volca Tectosages* alii, nec absurde.

Tenchthori. alii *Thenchteri*. Appiano *Tanchari*, Plutarcho *Tenterides*, *Tingri* Ptolemæo. Germaniæ populi. Apud Willichium sunt, qui hodie prope Rhenum, Luppam & Lonam fluuios accollunt, vbi sunt plerique Hessi, & nonnulli Franci. Hi Iunio sunt qui Drentam incolunt, non abunde vocabulo.

Tigurinus pagus. Eius caput & vrbs olim fuit Aucenticum, vulgo *Auenches*, vt indicat vetus inscriptio, quæ Aucentici extat, in qua legitur GEN. PAG. TIGOR. hoc est, *Genio pagi Tigorini*. & vrbs ipsa dicitur *Aucenticum Heluetiorum* in alia inscriptione.

Tolosates. Populi Narbonæ finitimi: nomen retinere, *Toulouise*.

Treniri Cæsar, *Tribori* Ptolemæo. *Tribori* in lib. Not. Belgicæ populi, qui hodie *Trierische* possunt appellari, a metropoli *Trier*.

Triboces. Ita Cæsar, Ptolemæo *Tribocci* Germaniæ populi; quæ hodie *Eisasser Pyramio*, *Strasbourg*, ab eorum metropoli, Rhenano nominantur. *Osvaldo* autem Molitori, *Tzum dreyen butzen* vocantur. pagus est Alsatia: non male ad *Tribocci* vocem alkudens.

Trinobantes, vel, *Trinouantes*. Angliæ populi. Hodie sunt, vt Lelandus & Lhuydus affirmant, territorii Londinensis. etiam Neuyllius; qui tamen latius extendit, & illis *Essex* & *Middelfex* adscribit.

Tulingi. Celtæ Heluetiis finitimi. *Lothringer* vt Germani pronunciant, vel *Lorainois*, vt Galli, Marthiano & Rhellicano sūt. *Stülingen* & *Nellenburg* Comitatus Schudo.

Turonæ. Eorum vrbs Archiepiscopalis Cæsarodunum, *Tours*. Apud Ptolemæum male legitur *Tepimoi* pro *Turonoi*.

V.

ANGIONES. Germaniæ populi ad Rhenum. *Wormischer bistum* B. Rhenano & Lichtenauio. Sed contra affirmat Pirchaymerus *Vangiones* esse *Spirenses*. *Nemetes* vero *Wormatienses*. Sig. Gemblacensis tamen, qui ante annos scripsit circiter quingentos, *Wormatiæ Vangionum urbem* vocat. eademq; *Vangionum Speculam* aliquando vocat, ex antiqua ibidem inscriptione colligit Ioannes Heroldus.

ddd

